L
H
3

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
L
H
3
NAPOLI

Google




Antonius Balestra Veronensis Inv. et Deli. Franciscus Zucchi [illegible]

# ACTA MARTYRUM

P. THEODORICI RUINART

*OPERA AC STUDIO*

Collecta, ſelecta, atque illuſtrata.

*ACCEDUNT PRÆTEREA IN HAC EDITIONE*

ACTA SS. FIRMI ET RUSTICI

Ex optimis codicibus Veronenſibus

*Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino*

BERNARDO BAILLIE

Abbati Conſiſtoriali Monaſterii Scotorum

Ordinis S. Benedicti ad S. Jacobum Ratisbonenſem

*DICATA*

VERONÆ MDCCXXXI

EX TYPOGRAPHIA TUMERMANIANA

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google




*Cum a divinæ, non humanæ ſapientiæ proverbio dictum ſit: munda mundis, ſancta ſanctis, equidem non alias melius huic legi me facturum ſatis arbitror, quam nunc facio, Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Vir, dum tibi librum hunc in amoris pignus & obſequii mei, ex veteri formula dono, dico, dedico. De libro enim poſtmodum, nunc de Te ipſo verba prius mihi facienda ſunt, ut omnibus hominibus pateat, quam tibi*

*mea*

Digitized by Google

*mea hæc donatio conveniat. Nam, ut prætercam generis nobilitatem tui inter Scotos Dynaſtas præclariſſimi, (quæ etſi lectiſſima ſit, haud licet mihi magnifacere, quod Tu monaſtico inſtituto contemſeris) jamdiu non fama, non tui meique amantiſſimi homines de virtutibus tuis tacuerunt. Ea ſiquidem doctrina iiſque artibus præditus es, ut Erfurtenſi in Academia Profeſſor olim publicus, quos in pectore recondis Philoſophiæ ac Theologiæ theſauros, eos in hominum utilitatem ex ore eloquentiſſimo longe lateque profuderis. Scimus te Matheſeos ac rei antiquariæ peritiſſimum, multarumque humanarum artium, quas tibi plane reſeravit pulchriorum janua linguarum. Sed antiquariæ rei eccleſiaſticæ apprime callentiſſimus & amantisſimus idem es. Quare cui melius digniuſque librum hunc dono darem, de ſincera ac germana ſanctorum Martyrum Hiſtoria? Accedunt mentis opibus, eximiæ animi tui virtutes, quarum fulgorem nitidisſimum ſuavisſimoſque fructus, jam per decennium Abbatis dignitate & officio ornatus, in domeſticos tuos, peregrinoſque ſparſiſti. Nitet namque tua in ædificiis magnificentia, in veſtrates, ac alienigenas comitas & liberalitas. Sacra ac ſplendidisſima Templum tuum ſupellectili, ſacris profaniſque libris Bibliothecam ditaſti; ut nihil de propaganda apud populares tuos fide orthodoxa commemorem, nam fidei amore ſuccenſus ex religioſis filiis tuis plurimos in Scotiam Patriam tuam, avitæ religionis conſervandæ & augendæ cauſa, magnis ſumtibus & non mino-*

*nori-*

*ribus curis ut apoſtolicos miſſionarios frequenter mittere ſoles; adeoque tam parce parcus familiaris rei cuſtos es, quam liberalis ſuo loco & tempore diſpenſator. Mirum tibi ac modeſtiæ tuæ videri poteſt, tam ſubtiliter noſſe me virtutes tuas. At quod de igne ac amore a poetis proditum eſt, illud æque de virtute dici poteſt; haud ſcilicet poſſe vel virtutem, vel amorem, aut ignem diu latere. Sed de Te ſatis ſuperque dixiſſe me, moderationi tuæ videri poteſt, etſi parum amori meo ſit; nunc de libro dicamus. Etenim cum ea ars Critica ſit, quæ veterum dictorum, factorumque veritatem exprimat ac illuminet, non alius ejuſdem artis uſus illuſtrior, aut utilior, meo quidem judicio eſſe poteſt, quam ſacris in rebus Religionis noſtræ perſpiciendis, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ monumentis germaniſſimis producendis. Eccleſia namque ipſa divina virtute præfulta, æterni Spiritus lumine ac vi afflata, ſanctorum omnium meritis ditata, dubiis non nititur incertiſque factis ad robur & pulchritudinem ſuam, ut veterum Patrum exempla ſeri nepotes addiſcant & contemplentur. Namque, ut præclariſſima & integerrima matrona ad pulchritudinem ſuam fuco non indiget, ita & Eccleſia ad ſpeciem ſuam divinamque formam fallacia rejicit ornamenta. Qui ergo Critici id agunt, ut vera & perantiqua Eccleſiæ dogmata ſcrutentur, vel Sanctorum germana depromant facta, ii videntur mihi æternis laudibus cumulandi. Hoc jampridem præſtitit Theodoricus Ruinartius, qui Acta Sanctorum Martyrum ſincera & ſelecta collegit in lucemque protulit, eorum-*

*que*

*que Actorum editionem poſtremam anni* cIↄ Iↄcc XIII. *renovamus nunc, addita inſuper Paſſione SS. Firmi & Ruſtici, cum brevi Præfatione & notis clariſſimi & immortalis Viri Scipionis Maffei, quæ duo in latinum ſermonem convertimus. At Theodoricus Ruinartius, ut ad eum redeam, ſua in collectione adornanda, duo præſtitit; primum, utne imprudenti ſtudio incerta pro certis, dubia pro veris acciperet, deinde ut ea quæ profert fortiſſimis fundamentis nitantur. Quare Acta hæc, ſeu per ipſos Martyres ac Confeſſores, Eccleſiaſve totas deſcripta ſunt, ſeu ab eccleſiaſticis ſcriptoribus decerpta, & Henrici Dodwelli de paucitate Martyrum opinionem explodit, & nimiopere, volentes dubia & incerta de Martyribus enumerare, levitatis convincit. Quid autem lectu dignius, veriſſima hac Heroum noſtrorum hiſtoria, aut ad fidem confirmandam, aut ad inflammandam caritatem? quibus in duobus efficiendis præ omnia alia recentiorum libercula & ſcripta, hic ſolus valet. Quare ob virtutem tuam, librique ipſius dignitatem ampliſſimam, me dignis digna dare, ſatis ſuperque ex dictis patet. At Te poſtremo, unum, Vir Illuſtriſſime & Reverendiſſime oro quæſoque, ut me in tuorum clientum numero eſſe perpetuo velis.*

Paternitatis Tuæ Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ.

*Amore & obſequio devinctiſſimus omnium ſervus*

*Johannes Albertus Tumermanus.*

# ELENCHUS

## *Aſſociatorum ad Editionem hanc Theodorici Ruinartii.*

A Deodatus Bertolini Monachus Caſſinenſis Romanus.
Adeodatus Sermani Monachus Caſſinenſis.
Albertus Archinius Vicelegatus Bononiæ.
F. Mag. Albertus Balletti Tertii Ordinis S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Doctor, & Conſultor S. Officii Bononiæ.
Alexander della Riva Magiſter Ordinis Servorum.
Alexander Malduſa Veronenſis.
Alexander Torrius Comes Veronenſis.
Aloyſius Lombardus Comes Canonicus Veronenſis.
Aloyſius Tertius Marchio Bergomas.
Andreas Gombaroni Archipresbyter Sancti Thomæ Apoſtoli.
Andreas Turcus Tridentinus.
Anſelmus Bortoletti Monachus Caſſinenſis Veronenſis.
Antonius Andreæ Galli Canonicus Regularis Congregationis Ravennæ Bononienſis.
Antonius Avſenus Archipresbyter Caſtelnovi Veronenſis.
Antonius Maria Bevilaqua J. V. D. Veronenſis.
Antonius Scoti Canonicus Tarviſinus.
Antonius Simonetta Comes Mediolanenſis.
Apoſtolus Zena Hiſtoricus, & Poeta Cæſareus.
Aſcanius Vercſius Romanus, Abbas Generalis Canonicorum Lateranenſium.
Auguſtinus Baſti Sacræ Theologiæ, Archipresbyter Anghiarii.
Auguſtinus Gioia Regens Auguſtinianus Neapolitanus.
Ægidius Ægidii Abbas J. V. D. Veronenſis.
Bernardus Bailie Benedictinus Abbas Conſiſtorialis R. Jacob. Ratisbonæ.
Bernardus Verdari Presbyter Veronenſis.
Bertoldus Pellegrinus Comes Veronæ.
Bibliotheca Ambroſiana Mediolani.
Bibliotheca PP. Reformatorum Veronæ.
Bonaventura Auregio Rhetoricæ Magiſter in Collegio Miſericordiæ majoris Bergami.
Cajetanus Franciſcus de Nobilibus Abbas Lateranenſis Lucenſis.
Cajetanus Merati Cler. Reg. Somaſcus Romanus Conſultor Sacrorum Rituum.
Carolus Archinius Comes, Grandis Hiſpaniæ Eques Velleris Aurei Mediolanenſis.
Carolus Arrighini Monachus Caſſinenſis Romanus.
Carolus a S. Joſeph Trinitarius Diſcalceatus Venetus.
Carolus Graſſi Marchio Bononienſis.
Carolus Hieronymus Caſati Monachus Caſſinenſis Mediolanenſis.
Carolus Paſſico Comes Veronenſis.
Carolus Sonetti J. V. D. Archipresbyter Montisfortis.
Chriſtophorus a S. Lucia Prior PP. Diſcalceatorum pro eorum Bibliotheca.
Claudius a Sancto Mathia Carmelita Diſcalceatus.
Dionyſius Bentegodi Archipresbyter Sanctæ Margaritæ.
Dominicus Lavarini J. V. D. & Advocatus Veronenſis.
Dominicus Micheli J. V. D. & Advocatus Veronenſis.
Franciſcus a Turre Comes Ravennas.
Franciſcus Barbuleus Bergomas.
Franciſcus Bencini Abbas S. Pontii pro Regia Bibliotheca Taurinenſi.
Franciſcus Berlendis C. R. S. Superior Tolentinorum Venetiis.
Franciſcus Febreca Senator Mediolanenſis, & nunc ex Præfectis Æſtimi generalis.
Franciſcus Zambeccarius Majordomus Major Sereniſſ. Gubernatricis Mediolani.
Fortunatus Adalbertus Athanaſius Mareſchi Ravennas Monachus Camaldulenſis, Expoſitor Sac. Scripturæ ad Normam Conc. Trident. & Lateranenſis pro Epiſcopo Mucetino &c. &c.
Fulgentius Belleli Generalis Auguſtinianorum Romæ.
Gumbertus Juſti Comes Veronenſis.
Hercules Beluſius Præpoſitus Sanctæ Agathæ Briæ.
Hieronymus Tartarotti Abbas Roboretanus.
Jacobus Caſelutus D. Venetus.
Johannes Adamus Schmidt Norimbergenſis.
Johannes Alexander Abbas Simondi Theolog. Colleg. Univerſitatis Taurinenſis Director Collegii Provincialium Sacræ Majeſtatis Regis Sardiniæ.
Johannes Andreas Guizi Placentinus Præpoſitus S. Johannis Baptiſtæ Guardamilii & Vic. Foraneus.
Johannes Antonius Stancari Doct. Philoſophiæ & Medicinæ Collegiatus & Lector Publicus Anatomes Bononiæ.
Johannes Antonius Anioni Dominicanus Socius Procuratoris Generalis & Bibliothecarius Caſanatenſis & Magiſter Romæ.
Johannes Ayroldi Presbyter Veronenſis.
Johannes Baptiſta Cartolari Doct. Veronenſis.
Johannes Baptiſta Maghella Magiſter Auguſtinianus Genuenſis.
Johannes Baptiſta Manera Canon. Parochus S. Simonis & Judæ.
Johannes Baptiſta Recaneti Abbas Patricius Venetus. 2.
Johannes Baptiſta Badini Lector Auguſtinianus Mantuæ.
Johannes Baptiſta Spinula Patricius Genuenſis, Protonotarius Apoſtolicus.
Johannes Franciſcus Baldini C. R. S. Conſultor Sacræ Congregationis & Rituum.
Johannes Franciſcus Muſelli Archipresbyter Cathedr. Eccleſiæ Veronæ. 24.
Johannes Maria Zimolus Abbas Inſulæ Scalarum, Protonotarius Apoſtolicus.
Johannes Matthæus Pertuſati Abbas Canonicus Scalæ Mediolanenſis.
Johannes Paulus Franciſcus Osfredi Cremonenſis Baro Sacri Rom. Imperii.
Johannes Semplari D. Vicentinus.
Johannes Treno Archipresbyter S. Donati ad Columbam Veronæ.
Johannes Vincentius Meriggi de Azalnis Archipresbyter S. Proculi Veronenſis.
Joſeph Antonius Agusti Monachus Caſſinenſis Cellerarius S. Petri in Jeſsate Mediolani.
Joſeph Catercioli Monachus Caſſinenſis Placentinus.
Joſeph Maria Ghirardini Abbas Canonicorum Lateranenſium Divi Leonardi.
Joſeph Maria Sardi Monachus Caſſinenſis S. Benedicti Mantuæ.
Joſeph Solari Genuenſis Doctor & Magiſt. Sacræ Theologiæ Socius Italiæ P. Generalis Carmelitarum.
Joſeph Venturius Nob. Veronenſis.
Julius Cæſar Liſca Comes Veronenſis.
Manſuetus de S. Anna Carmel. Diſcalceatus Prior Senæ.
Marinus Ruele Roboretanus Ord. Carmelitarum Mag. Sacræ Theologiæ Bibliothecarius & Archiviſta S. Mariæ in Tranſpontina Romæ.
Martinus Antonius Guarini Canonicus Cathedralis Bergomi.
Martinus Elena Archipresbyter Piſcheriæ.
Maurus Valliſneri Monachus Caſſinenſis Prior in S. Petro Regienſi.
Maximilianus Lanceni Sacerdos Veronenſis.
Michael Angelus Emendadori J. V. D. Veronenſis.
Michael Beſi Comes Veronenſis.
Modeſtus a Viſitatione Carmelita Diſcalceatus Veronenſis.
Notandus Morandus Proceſſus Civitatis Veronenſis.
Nicolaus Petrirelli Somaſcus Bibliothecarius B. V. Salutis Venetiis.
Nicolaus Saladini Auguſtinianus Bibliothecarius S. Euſemiæ Veronæ.
Nicolaus Savini Auguſtinianus Lector Firmi.
Octavius Ringheri Canonicus & Vicarius Generalis Cardinalis Legato Bononiæ.
Ortolinus Ortolini Comes Veronenſis.
Paſcaſius Blaſius Abbas Monachus Caſſinenſis.
Petrus Antonius Albertini J. V. D. Archipresbyter SS. Firmi & Ruſtici, Comes Maratiræ & Congregationis Veronenſis.
Petrus Caturinus Zeno Congregationis Somaſchæ Magiſter.
Petrus Buberti Veronenſis.
Petronius Rainieri Bononienſis.
Philippus Argelati Bononienſis Prov. Bibliothecæ Cæſareæ & Socius Palatinus. 24.
Pompilius Laurentius Miti Bononienſis.
Rainerius Bertuchi Min. Conventualis Magiſter Sac. Theologiæ Doctor Coll. & Lector Publicus Bononiæ.
Santi Abbas Veronenſis Can. Cathedralis Patavii.
Scipio Baſellus Eques S. Aloyſii Chiliarcha Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Bergami.
Scipio Ortolinus Nob. Lucenſis.
Sebaſtianus Murari Comes Veronenſis.
Sebaſtianus Rochus Conti Doct. Colleg. LL. in perinſigni Collegiata S. Petronii Bononiæ.
Seraphinus Tanſi Abbas Caſſinenſis Arimini.
Stephanus Maria Rovelli Prior & Pater Provinciæ Dominicanus Veronenſis.
Theodorus Catale Abbas Caleſtinus.
Veritas Porta Abbas Olivetanus Veronenſis.
Varmundus Muſitelli Monachus Caſſinenſis Prior S. Georgii Venetiis.
Vincentius Gradenigo Secundus Poteſtas & Vicecapitaneus Veronæ Patricius Venetus.
Vitalis Rinaldi Canonicus Regularis Congregationis Ravennæ Patavii.

a LECTO-

Digitized by Google

# LECTORI.

NOvam hanc operis eruditis & piis viris magna cum Autoris laude probati editionem debes, Chriſtiane Lector, viro de litteris optime merito, Henr. Wetſtenio, qui cum exemplaria deficerent, & a multis expeterentur, operam ſuam nltro nec invitatus obtulit autori, etiamnum ſuperſtiti. Paraverat is, quæ ſecundam editionem exornarent: ſed cnm de ea nulla ſpes foret ob interrupta per funeſtiſſimum bellum commercia, ſchedas ſuas amico commiſit ad Wetſtenium tranſmittendas. Jam operis folium nnum ſpeciminis cauſa ad autorem miſſum fuerat, cum vir longiore vita digniſſimus fato conceſſit.

Natus erat Domnus THEODORICUS RUINARTIUS Diviocortori Remorum, 10. Junii ann. 1657. honeſto loco: & cum puer humanioribus litteris operam utilem dediſſet, anno 1674. familiæ Benedictinæ Congregationis S. Mauri nomen dedit. Ita porro in Eccleſiaſticis ſtudiis profecit, ut a viro Clariſſimo *Joanne Mabillonio*, juvenis adhuc anno 1682. electus ſit laborum comes. Sub tanti magiſtri diſciplina quantum profecerit, teſtatur opus iſtud, quod anno 1690. in lucem emiſit, eo elaboratum judicio, ut tales ſtudiorum ejus primitiæ plenam maturæ eruditionis meſſem exhiberent.

Anno 1694. edidit *Hiſtoriam perſecutionis Vandalicæ* quinque libris comprehenſam, autore Victore Vitenſi, ad vetuſtos codices accurate recenſitam. Adjecit quatuor inſignia Eccleſiæ Africanæ monumenta, ſcilicet I. Paſſionem Monacborum ſeptem Cartagine ſub Hnnerico. II. Homiliam de laudibus magni Cypriani. III. Chronicon breve, quod ad ſæculi V$^{i}$. finem perducitur. IV. Notitiam Eccleſiæ Africanæ. Homiliam & Cbronicon primus in lucem protulit: reliqua ad codices antiquiſſimos, ut nova quodam modo videri poſſint. Notitiæ adjunxit notas eruditiſſimas, tum inſignem de eadem perſecutione Vandalica commentarium hiſtoricum, quo initia, progreſſum, & finem perſecutionis illius accuratiſſime expoſuit; & quæ a Victore prætermiſſa aut leviter tractata fuerant, abunde ſupplevit.

Anno 1699. *operum Gregorii Turonenſis* novam editionem emendatiſſimam dedit, ex vetuſtiſſimorum codicum collatione, adjuncto Fredegarii Chronico, & ejuſdem Epitome Gregorianæ biſtoriæ, cum aliis ad primæ Regum Francorum ſtirpis res geſtas ſpectantibus. Præmittitur erudita lectuque digniſſima Præfatio, in quam multa de Gregorio & rebus Gallicanis nondum obſervata congeſſit. notas adjecit breves, ſed diligentiſſime ſcriptas, in quibus nibil redundat, nibil ad autoris vel hiſtoriæ illuſtrationem deſideratur. Antiqua etiam Abbatiæ Regalis San-Germanenſis monumenta erudite explicantur.

Anno 1700, conjuncta cum Mabillonio opera, *Tomos duos Sæculi* VI$^{i}$. *Benedictini*, boc eſt XI$^{i}$. Eccleſiæ, Acta SS. Ordinis ſui continentes, publicavit.

Anno 1702. ſcripſit ſermone vernaculo *Apologiam Miſſionis S. Mauri*, *Apoſtoli Benedictinorum in Gallia:* tum Diſquiſitionem de *S. Placido*, primo Ordinis illius Martyre: quæ Latine editæ ſunt ad finem Tom. I. Annalium Benedictinorum.

Opus de re Diplomatica, buc uſque intactum a cenſura, & nemini non laudatum, Bartbolomæus Germonius impugnavit anno 1703. brevi libello, quo Diplomata omnia, ea præſertim quæ ſpeciminis gratia eo in opere edita fuerant, diſſlare aggreſſus eſt. Mabillonius, qui erat ab omni contentione

alie-

alieniſſimus, negavit tantum ſibi a melioribus ſtudiis otii eſſe, ut intermiſſa quam in manibus habebat Ordinis ſui hiſtoria, cum eo adverſario contenderet, qui ſtyli potius exercendi cauſa, quam antiquitatis illuſtrandæ, Diplomata vexaſſe videbatur, in quibus eruditos oculos habere non poterat, qui nulla vidiſſet, ut ipſe ingenue fatebatur. Itaque cum de ſecunda Operis Diplomatici editione Mabillonius cogitaret, ſupplementum præmiſit, quo præcipua cenſoris argumenta refelluntur. Porro cum Germonius Chartam inſignem Vandemiri magnatis præcipue impugnaſſet, eam Theodoricus ſtrenue vindicavit opuſculo, cui titulum fecit, *Eccleſia Pariſienſis vindicata* anno 1706.

Nec ceſſabat interea Mabillonium juvare in editione Annalium, magnamque laborioſi operis partem ad ſe tranſtulerat, cum optimus Senex, quem parentis loco habebat, ex hac vita migravit 27'. Decembris 1707. Affecta tum erat ſecunda Rei Diplomaticæ editio, ſed præfatio deerat: eam vero D. Theodoricus adjecit novis obſervationibus refertam, & ut omnibus numeris abſoluta editio prodiret, curavit anno 1708. Cum etiam Mabillonius quintum Annalium volumen prope ad umbilicum perduxiſſet, ſchedas ejus D. Theodoricus digeſſit; & ſuppletis quæ deerant, ad editionem paravit.

Anno 1709. non tam ut extaret grati erga magiſtrum animi teſtimonium, quam ut clariſſimorum multorum virorum votis ſatisfaceret, *vitam Mabillonii* vulgari ſermone publicavit. Evellenda enim videbatur ex animis nonnullorum hominum hæc opinio, quæ magnos autores & defenſores habuerat, ſine gravi monaſticæ pietatis detrimento, litterarum, etiam Eccleſiaſticarum, ſtudia coli vix poſſe. At, qui Mabillonio familiariter uſi fuerant, ſciebant quanta religione inſtituti ſui officia cum ſtudiis graviſſimis ita conjunxiſſet, ut litteratum ſe vix unquam, Monachum ſemper eſſe meminiſſet. Nulla igitur firmiori defenſione rectus ſtudiorum uſus vindicari & commendari poterat, quam propoſito exemplari quod reſpicere docti imitatores poſſent, veraſque inde ſumere pietatis cum doctrina conjungendæ regulas. Id D. Theodoricus feliciter executus eſt, non tam ſuo vel ſuorum impulſu, quam aliorum flagitatione & importunitate: ſuperioribus enim vix placebat, ea publicari quæ domeſtica recordatione ſatis conſervata videbantur: ſed clariſſimorum virorum pervicit autoritas.

Impoſita Theodorico noſtro fuerat Annalium Ordinis ſui continuatio ubi Mabillonius deſierat. Poſtquam multa ad id opus monumenta collegiſſet, in Campaniam profectus eſt, luſtraturus Eccleſiarum Monaſteriorumque tabularia, ut quæ hiſtoriæ illuſtrandæ conferre aliquid ſubſidii poſſent, colligeret & deſcriberet. Dum Lutetiam redit, in Monaſterio S. Petri Altivillarenſi, Congregationis Benedictinæ Sancti Vitoni, ſubſiſtere coactus eſt febre continua vexatus; quæ remediis omnibus, & aſſidua piiſſimorum Aſcetarum cura ſuperior, decimo ſeptimo poſtquam decubuerat die, optimum virum abſtulit 27°. Septembris.

Sepultus eſt in eodem Monaſterio, cum hoc Epitaphio:

HIC JACET DOMNUS THEODORICUS RUINART REMENSIS, PRESBYTER ET MONACHUS S[ti]. GERMANI A PRATIS, PIETATE, MORUM LENITATE ET DOCTRINA CONSPICUUS, QUI IN HOC MONASTERIO HOSPES EXCEPTUS, GRAVI FEBRE DECUMBENS OBIIT DIE 27. SEPTEMBRIS ANNI 1709. REQUIESCAT IN PACE.

Quid

Quid vero in hac editione præſtitum ſit, paucis accipe Lector humaniſſime. Plurima, eaque haud ſpernenda, ſingulis fere paginis addidit, ſupplevit, emendavit ipſa Auctoris manus. *Acta SS. Tryphonis & Reſpicii* nunc primum adjecit; ut & *Sermonem Auguſtini de XX. Martyribus Africanis*; ac tandem *Indicem oleorum ſacrorum quæ Gregorius M. miſit ad Theodelindam reginam*. Acceſſit præterea amicorum juſſu, *De Martyrio S. Polycarpi epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis*, græce cum verſione latina Coteleril, bujuſque & Uſſerii notis. Paſſioni *SS. Perpetuæ, Felicitatis &c.* ſubjectæ ſunt *notæ Holſtenii & Poſſini*, ab eruditis plurimum expetitæ. Inſerta quoque *Paſſio S. Bonifacii* græce edita ab Em. Bigotio, ejuſdemque verſio vetus latina ab Holſtenio vulgata. *Acta SS. Tarachi &c.* ex editione Bigotiana, haud perfunctorie emendata reperies atque aucta. Index prodit multis acceſſionibus uberior. Opus ipſum ut quam emendatiſſime prodiret, curatum eſt ſedulo. *Verba SS. Martyrum*, ab fidelibus Chriſtianis numquam ſine inſigni veneratione excepta, diverſis typis expreſſa ſunt. Quæ & ubicumque perſpicua *de Myſteriis SS. Trinitatis* vel *Deitatis Jeſu Chriſti æternæ* teſtimonia perhibent, id in margine adnotatum eſt, quo facilius ſub conſpectum caderent. Quod præcipue factum, ut vel inviti cognoſcant Chriſtianæ fidei hoſtes novitii, Sanctiſſimos Martyres myſteriorum illorum veritatem, non vocis modo, ſed & fuſi ſanguinis teſtimonio obſignaſſe.

Præſertim quum nuper exſtiterit, qui non ſolum SS. Eccleſiæ Patres, quod eadem myſteria profiterentur, ceu *Platonicos* traducere, & qua tales publico deridendos propinare adniſus; ſed & auſus ſit, quo theſi ſuæ, SS. Trinitatis & æternæ Jeſu Chriſti Deitatis myſteria neganti, impenſius patrocinaretur, *. provocare ad ſilentium tum in genere priſcorum Martyrum, tum in ſpecie *SS. Polycarpi & Juſtini*, quorum Confeſſionibus, quas SS. Scripturis conformes nec ullo Platoniſmo infectas agnoſcit, quicquam quod illis faveat Myſteriis contineri, audacter negat: quum ipſa *S. Polycarpi* rogo impoſiti oratio evidentiſſime teſtetur, ab eo laudari *Patrem cum æterno & ſupercæleſti Jeſu Chriſto dilecto Filio ſuo, & Spiritu Sancto*; ut videre eſt in fine §. XIV. * ejus Paſſionis. Publicam vero quam citat Confeſſionem Juſtini † coram Ruſtico Præfecto reſpondentis: *Deum unum exiſtimamus, factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporis oculis non cernuntur: & Dominum Jeſum Chriſtum Dei Filium confitemur, olim a Prophetis prænunciatum, qui & humani generis judex venturus eſt, ſalutis præco & magiſter iis, qui ab illo bene didicerint;* hic male detruncat, omittendo, quæ continenti ſerie præcedentia comitantur, hæc verba: *Ego quidem, ut homo, imbecillis ſum, & longe minor quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere poſſim*. Indicabunt autem vel ſoli hujus libri margines atque indices, quanta quamque magnifica Jeſu Chriſto Deo, ipſique etiam SS. Trinitati, vel media inter tormenta dederit teſtimonia SS. Martyrum longe maxima cohors. Quod præclarum argumentum ideo hic notatur, quod id adhuc a nemine (ne quidem ab erudito * auctore, qui nuper SS. Patres Platoniſmi calumnia, ab illo auctore ipſis intentata, planiſſime liberavit) occupatum ſciamus.

* *Platoniſme dévoilé* p. 2. c. 2. pag. 101-103.

* Inf. p. 17.

† Inf. p. 49.

* *Le R. P. Baltus. Defenſe des SS Peres accuſés de Platoniſme. Paris* 1711.

# PRÆFATIO GENERALIS
## IN ACTA MARTYRUM
### QUADRIPARTITA.

I. 1-11. *De ipſis Actis, eorumque Deſcriptionibus ac Collectionibus.*
II. 12-25. *Diſſertationis XI. Cyprianicæ H. Dodwelli* de paucitate Martyrum *Confutatio quantum ad ejus argumenta, ſive rationum pondera.*
III. 26-64. *Ejuſdem confutatio quantum ad res facti, ex recenſione ſingularum Perſecutionum.*
IV. 65-72. *De Perſecutionum cauſſis & effectis, Martyrum fortitudine & honoribus, ac cautionibus circa eoſdem adhibitis.*

## §. I.

*1. De Actis SS. Martyrum. Eorum dignitas.*
*2. Eorum Veritas, ſive ſint per alios communicata;*
*3. Seu per ipſos Martyres ac Confeſſores, Eccleſiaſve totas deſcripta.*
*4. Unde factum ſit ut plurima exciderint?*
*5. SS. Patrum de his querelæ, deque paucitate Actorum quæ ſupererant, & ubivis legebantur publice;*
*6. Et privatim a fidelibus: qui magna inde ferebant commoda.*
*7. Eorum Collectiones a variis & varie factæ: quædam & ſubſtitutæ, vel interpolatæ.*
*8. Actorum Martyrum Collectores præcipui, tum antiquiores, tum recentiores.*
*9. Incommoda in iis quænam occurrant?*
*10. Novæ hujus Collectionis, modique in ea procedendi ratio exponitur.*
*11. Collectoris cautio.*

I. POST ſacras Scripturas, quas divini Spiritus afflatu editas nobis reliquerunt ſancti Dei homines, nihil nobis ſanctius atque antiquius eſſe debet quam primigenia & GENUINA MARTYRUM ACTA, quæ veneranda nobis antiquitas hactenus illibata ſervavit. Cum enim ex divinis Litteris (*a*) habeamus, eorum DICTA, cum ad Præſides ſiſterentur, ſuperno inſtictu pronuntiata fuiſſe, fit ut quæ in his Actis eorum ad Præſidum quæſtiones reſponſa continentur, pro ſacris oraculis merito habenda ſint. Nec ſane minori religione eorum FACTA, præſertim vero martyria accipienda ſunt, ut quæ nonniſi Spiritus ſancti impulſu ſuſcipi, nedum conſummari potuerint. Itaque ſi virorum illuſtrium præclare geſta diligenter adeo annalibus hiſtoricis commendantur, ut in his monumentis, veluti in ſpeculo quodam, poſteri quid pro vita recte inſtituenda amplectendum, quidve fugiendum ſit intelligere poſſint: quanto majori ſtudio, quæ nobis ſuperſunt de Chriſti

*1. De Actis SS. Martyrum. Eorum dignitas.*

(*a*) Marc. 13. v. 11.

MARTYRUM ACTIS colligenda ſunt, ut eorum lectione excitati fideles, quæcumque in vitæ Chriſtianæ decurſu difficilia aut dura occurrunt, patientiſſime tolerent: quin etiam ut ſi quandoque aliquid inſolitum & arduum pro tuendis Chriſti partibus aggrediendum ſit, id audeant; atque facultates, ipſamque vitam, ſi res ita exigat, impendere tantorum hominum exemplo numquam refugiant? *Armantur enim*, inquit Eucherius Lugdunenſis in Homilia de ſanctis Petro & Paulo, *filiorum animi, dum patrum recenſentur triumphi. — Ex his quippe intelligimus, quantum debeat deſiderari vita illa æterna, quam per cruciatus, per vulnera, per intolerandos labores videmus inquiri, quam cognoſcimus pretio ſanguinis comparari*. Id ſane perſuaſum erat priſcis illis Chriſtianis, qui furentibus licet perſecutionibus, aut certe paullo poſt iis ſedatis, tanta cum ſollicitudine, ſæpius etiam cum vitæ periculo, ſanctorum Martyrum ACTA comparare ſatagebant, ut nullum non moverent lapidem, nulli induſtriæ, labori atque auctoritati parcerent, quo votis ſuis potirentur. At quibus demum modis id obtinuerint libet paullo diſtinctius explicare.

*2. Eorum veritas, ſive per alios ſint communicata;*

2. In primis ea nonnumquam ab ipſiſmet notariis publicis quantovis pecuniarum pretio extorquebant. Nonnulli etiam cum Martyrum quæſtiones haberentur, ſeſe cum ſpectantibus gentilibus intermiſcebant, ſicque ea quæ tum à Præſidibus, tum ab ipſis Martyribus dicta, factave fuerant, diligentiſſime annotantes, ex iis quæ coram poſiti viderant aut audierant, poſtea Acta concinnabant, quæ ab Epiſcopis, aut aliis, quibus hæc cura demandata fuerat, recognita, & approbata demum omnium fidelium manibus terebantur. Alterutro modo Nemeſianus ceterique martyres Africani in metallis conſtituti Acta primæ Confeſſionis ſancti *Cypriani* habuerant. His vero ſe veluti armis cæleſtibus inſtructos eſſe gloriantur in epiſtola inter Cyprianicas novæ editionis 77, alias 78, quibus ſe adverſus Præſidis ſævitiam, ceterorumque inimicorum inſidias tutarentur. Neque vero exiſtimandum eſt id honoris tributum ſolis viris genere aut dignitate conſpicuis, ut ſi forte ob Chriſti fidem occumberent, eorum Acta colligerentur: cum teſte Pontio in eiuſdem Cypriani vita, tanta fuerit Chriſtianorum erga Martyres religio, *ut plebeiis & Catechumenis martyrium conſecutis, tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, aut pæne cuncta conſcripſerint*.

*3. Seu per ipſos Martyres ac Confeſſores, Eccleſiaſve totas deſcripta.*

3. Alio item modo Martyrum aliquot geſta ad nos pervenerunt, cum ſcilicet ipſimet Martyres tormenta quæ à ſe ipſis vel ab aliis Martyribus ſuperata fuerant, deſcribere curarunt. Ejuſmodi Acta habemus, quæ ſancta *Perpetua* de ſuo ipſius martyrio conſcripſit. Idem *Saturus*, *Flavianus*, aliique paſſim Martyres de ſeipſis præſtiterunt. Sic etiam *Ignatius* Martyr Romanos de iis quæ in itinere a militibus perferebat, certiores fecit in Epiſtola plane apoſtolica ad

eos

eos præmiſſa. Sic Dionyſius Alexandrinus *Martyrum Alexandrinorum* geſta tranſmiſit ad Fabium Antiochenum Antiſtitem, immo & ſuæ ipſius confeſſionis Acta in epiſtola adverſus Germanum inſeruit. Plura etiam de ejuſmodi Martyrum agonibus habentur apud Cyprianum in ejus epiſtolis, quibus ſanctus Antiſtes priorum Martyrum exemplo poſteriores ad tormenta fortiter perferenda excitabat. Quandoque etiam Antiſtites, cum ſibi interitum imminere viderent, fideles ſibi commiſſos ea de re commonebant, ne mortis aut tormentorum metu deterrerentur, quæ a ſe & ab illis Martyribus tam alacriter ſcirent ſuperari. Egregiam ejuſmodi epiſtolam habemus apud Euſebium, quam Phileas Thmueos Epiſcopus ad ſuos conſcripſit, tum ut eos de ſuo ſtatu faceret certiores, *tum*, inquit Euſebius, *ut pietatem in Chriſtum, etiam poſt obitum ſuum jamjam imminentem mordicus retinerent*. Tandem Eccleſiæ quæ tantis viris ornatæ fuerant, poſt conſummatum eorum martyrium, totam rerum geſtarum ſeriem in epiſtola encyclica deſcriptam, ad alias eccleſias tranſmittebant, ut non ſolum apud ſe, verum etiam apud exteras regiones, tam illuſtrium virorum memoria celebraretur. Id fecere Smyrnenſes poſt beati Polycarpi paſſionem; Lugdunenſes & Viennenſes in epiſtola ad Aſiæ & Phrygiæ fratres; aliique nonnulli, quorum opuſcula quæ ſuperſunt, aliaque ejuſmodi ſacra monumenta quæque ſuo loco proferemus.

4. Verum quidem eſt plerorumque Martyrum Acta non ſolum diuturnitate temporis, ſed etiam tyrannorum malitia exciſiſſe. Cum enim advertiſſent Chrſtiani nominis hoſtes ejuſmodi ſcriptis fidelium animos in ſua religione confirmari & accendi, non Chriſtianis ſolum, ſed etiam Chriſtianorum libris bellum indixere, quod etiam ante magnam Diocletiani perſecutionem gentilibus exprobrat Arnobius ſub finem libri 4. adverſus Gentes. Quin & nonnulli provinciarum Præſides vetuerunt, ne Martyrum quæſtiones cum Actis publicis reſervarentur, quod ſe Martyrum conſtantia victos erubeſcerent, ut diſerte obſervat de Daciano Hiſpaniarum Præſide auctor antiquus, qui Acta ſancti Vincentii concinnavit. Ea de re conqueritur Prudentius in Hymno de ſanctis Martyribus Emetherio & Chelidonio, quorum martyrii Acta gentiles ſuppreſſerant, ne apud Chriſtianos celebrarentur. Is nempe cum illos Martyres milites ac fratres fuiſſe dixiſſet, innuiſſetque eoſdem multa pro Chriſti nomine pertuliſſe, ſic pro more ſuo eleganter exponit quare plura de ipſis non retulerit.

*4. Unde factum ſit ut plurima exciderint?*

*O vetuſtatis ſilentis obſoleta oblivio!*
*Invidentur iſta nobis, fama & ipſa exſtinguitur,*
*Chartulas blaſphemus olim nam ſatelles abſtulit.*

*Ne tenacibus libellis erudita ſæcula,*
*Ordinem, tempus, modumque paſſionis proditum;*
*Dulcibus linguis per aures poſterorum ſpargerent.*

Idem de Italia aſſerit auctor paſſionis ſancti *Anaſtaſii Fullonis* martyris Salonitani, quam paſſionem penes nos habemus ex cod. mſ. monaſterii ſancti Michaelis in Periculo maris. Immo in illa extrema Diocletiani perſecutione res ita tumultuoſe agebantur, ut plerumque Chriſtiani ſine ulla juris formula & *quaſi jure belli*, ut loquitur Euſebius, turmatim interficerentur: quorum proinde Martyrum ne quidem nomina, nedum Acta poſteris innotuerunt.

*5. SS. Patrum de his querela, deque paucitate Actorum quæ ſupererant, & ubinam legebantur publice.*

5. Hinc conqueſti ſunt aliquando ſancti Patres, quod ex tanta ſanctorum Martyrum multitudine, paucorum Acta ſupereſſent, quæ in Eccleſia publice legerentur. Ea enim fuit antiquitus Eccleſiæ Catholicæ conſuetudo, ut eorum Martyrum, quorum feſta peragebantur, recitarentur geſta in conventibus publicis. Hunc fuiſſe Eccleſiæ Africanæ morem probant varia Auguſtini teſtimonia, quæ paſſim occurunt. Quem ritum celeberrimæ hujus Eccleſiæ communi Patrum decreto approbatum fuiſſe patet ex canone 46. codicis Africani apud Labbeum tomo 2. Conciliorum col. 1072. Hunc vero canonem laudat Hadrianus Pontifex in epiſtola ad Carolum Magnum adverſus objecta, quæ contra Septimam Synodum generalem intentabantur, apud eumdem Labbeum tomo 7. col. 954. Eadem erat noſtræ Gallicanæ Eccleſiæ conſuetudo, ut patet ex ſermone 95. ſancti Cæſarii Arelatenſis epiſcopi, qui eſt appendicis Auguſtinianæ 300. ubi conqueritur ſanctus Antiſtes, quod cum iis qui pedes dolerent, aut aliqua tenerentur infirmitate, conſilium dediſſet, ut quando aut *Paſſiones prolixæ*, aut aliæ Lectiones prolixiores legerentur, ſederent, aliquæ tamen *ex filiabus*, quamvis ſanæ, idem præſtare tentaverint. Paſſionem, martyrum Agaunenſium *ex conſuetudinis debito* lectam fuiſſe ait Avitus Viennenſis epiſcopus in homiliæ fragmento, quod habes infra Et quidem in Liturgia Gallicana, quam ex veteri cod. mſ. monaſterii Luxovienſis vulgavit noſter Johannes Mabillonius, inſerta erant aliquot Martyrum Acta. Hoc ipſum diſertis verbis affirmat Hilduinus in epiſtola ad Ludovicum Pium Areopagiticis præfixa, ubi laudat *antiquiſſimos & nimia pæne vetuſtate conſumtos miſſales libros, continentes Miſſæ ordinem more Gallico, qui ab initio receptæ, fidei, uſu in hac occidentali plaga eſt habitus, uſquequo tenorem quo nunc utitur Romanum ſuſceperit; in quibus voluminibus habentur duæ Miſſæ* de ſancto Dionyſio, *quæ ſic inter celebrandum ..... tormenta Martyris ſociorumque ejus ſuccincte commemorant: ſicut & reliquæ Miſſæ ibidem ſcriptæ aliorum Apoſtolorum vel Martyrum, quo-*

*rum*

*rum paſſiones habentur, notiſſime decantant*. Hæc Hilduinus. Idem etiam in Hiſpaniarum Eccleſiis obſervatum fuiſſe probamus non ſolum, quod eodem fere ritu ac Galli uterentur, ſed etiam ex Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani præfatione in vitam ſancti Æmiliani, quam ſe ſcripſiſſe ait, *ut poſſet in Miſſæ ejus celebratione quantocius legi*. Ceterum idem etiam inſtitutum in Monaſteriis viguiſſe teſtantur veterum Patrum Regulæ. Idipſum quippe decernit ſanctus Ferreolus Ucetienſis Epiſcopus capite 18. Aurelianus vero Epiſcopus Arelatenſis in Ordine pſallendi conſtituit, ut *in Martyrum feſtivitatibus tres aut quatuor Miſſæ*, ſic lectiones appellat, *fiant*: quorum prima de Evangelio, reliquæ de *Martyrum paſſionibus* ſint, quæ eadem verba habet Cæſarius in Regula ad Virgines apud Bollandum die 12. Januarij, numero 69. Hunc tamen ritum improbare videtur Agobardus ſæculo 9. Lugdunenſis Antiſtes, in libro de Correctione Antiphonarij, quaſi aliæ Lectiones præter canonicas Scripturas in officiis divinis admittendæ non forent. Certe olim in Eccleſia Romana etſi geſta Martyrum ſuſciperentur, non tamen eorum lectio probabatur in conventibus publicis ex Gelaſiano decreto, quæ tamen de ſola Lateranenſi Eccleſia & de Martyrum Actis quorum auctores erant ignoti, intelligi debere probat noſter Johannes Mabillonius in Diſquiſitione de Curſu Gallicano parag. 1. Et quidem Sanctorum Vitas Romæ lectas fuiſſe teſtis eſt Hadrianus primus in epiſtola jam laudata, ubi hæc habet: *Vitæ Patrum ſine probabilibus auctoribus minime in Eccleſia leguntur. Nam ab Orthodoxis titulatæ & ſuſcipiuntur, & leguntur.* Idem patet ex Johannis Diaconi præfatione in Vitam ſancti Gregorii Magni ad Johannem VIII. Hanc vero cautelam exigebat hæreticorum malitia, qui falſa & portentoſa aliquot Martyrum Acta confinxerant. Ceterum præcipuæ Martyrum actiones inter ipſas etiam Miſſæ preces inſerebantur, ut ex antiquiſſimis Liturgiis Gallicana, Muzarabica, & ipſa etiam Gregoriana probari poteſt. Ibi enim Miſſæ conteſtationes, quas vulgo nunc præfationes appellamus, nihil aliud ſunt, quam Martyrum, de quibus Miſſa celebratur, præclare geſtorum expoſitio. De ejuſmodi vero conteſtationibus intelligendus eſt Hilduini Abbatis Dionyſiani locus in epiſtola Areopagiticis præfixa ad Ludovicum Pium Imperatorem, ubi ait, *inter celebrandum tormenta Martyrum ſuccincte commemorari* in veteribus Miſſalibus libris, qui ante receptum *tenorem Romanum* in Gallia uſui habebantur. Verum cum in ejuſmodi conteſtationibus, vel etiam in Actis genuinis, res geſtæ ſic ut plurimum referrentur, ut a populo facile non poſſent intelligi, ſolebant Epiſcopi de Martyrum, quorum feſtivitas celebrabatur, præclare factis fuſius ad plebem, pro audientium

captu

captu diſſerere; hincque nata occaſio eſt tot de Martyrum laudibus Homilias & Sermones conſcribendi.

*6. Et privatim a fidelibus: qui magna inde ferebant commoda.*

6. Porro non ſolum palam in conventibus publicis legebantur Martyrum Acta ſed etiam fideles ea apud ſe privatim diligentius evolvere ſolebant. Eorum lectionem diſcipulo ſuo maxime commendat ſanctus Nilus beati Chryſoſtomi diſcipulus lib. 4. epiſt. 1. quam lectionem utiliſſimam eſſe Monachis aſſeverat Caſſiodorus in Libro de Inſtitutione divinarum litterarum cap. 32. Immo Guillelmus ſancti Theoderici Abbas in Tractatu ad Fratres de Monte-Dei ipſis etiam novitiis proponenda eſſe geſta & paſſiones Martyrum cenſet, cum in eis ſemper aliquid occurrat, quod animum excitet ad amorem Dei & contemtum ſui. Stephanus Grandimontenſium monachorum inſtitutor, quo tempore fratres ejus refectionem percipiebant, ipſe, *ſicut conſuetudo religionis eſt, in refectorio ad menſam ſedentibus, humiliter humi reſidebat legendo paſſiones ſactorum, &c.* ut in ejus vita legitur capite 4. die VIII. Februarii Bollandiani. Tanta vero erat quorumdam virorum ſanctorum erga ejuſmodi ſacra monumenta religio, ut ea ſemper ſecum, etiam in ipſis itineribus deferrent. Sanctum Sigiranum, *Sanctorum Acta libroſque divinos pro jugi aſſiduitate legendi* ſecum in itinere Romano detuliſſe refert ejus vitæ auctor Sæculo 2. Benedictino pag. 437. Idem etiam feciſſe Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum colligitur ex Buggæ epiſtola inter Bonifacianas 35. in qua beato Antiſtiti reſpondet, ſe nondum paſſiones Martyrum, quas petierat, tranſmiſiſſe, quod eas impetrare non potuiſſet: id vero, ſi valeat, ſe brevi præſtiturum pollicetur. Nec dubium, quin ejuſmodi monumenta evolvendo ad Martyrium perferendum Bonifacius eruditus fuerit. Mira ſunt quæ de ſancto Anaſtaſio Monacho Perſa & Martyre hac occaſione narrantur in ejus Actis, quæ in 7. Synodo generali approbata ſunt. Hic quippe *cum apud ſe legeret victorias Martyrum, tropæa & certamina, libros aſpergebat lacrymis, orabat ut ipſe quoque tales pro Chriſto ſubiret perpeſſiones. Quocirca nulli rei alteri ſibi vacandum eſſe cenſebat, niſi ſoli eorum lectioni*. Idem ferme habet Ulfinus Boetius in vita ſancti Juniani Abbatis Mariacenſis, de quo numero 4. narrat, *quod frequenter legeret Canonicas & Apoſtolicas Scripturas, etiam ſanctorum Patrum vitas, & Martyrum victorias, & coronas virginum, quorum exemplis mentem ſemper armabat, & ea agere tentabat, quæ viri ſanctiſſimi & fortiſſimi victorioſiſſime & præclariſſime egerunt*. Hinc etiam adinventæ in Eccleſiis picturæ, ne, ut aiunt ſancti Patres, rudes & illitterati fideles tam egregiis exemplis privarentur. Quantum vero ex eorumdem Actorum lectione profecerit beata virgo Thereſia, ipſamet exponit in vita ſua capite 1. Nemo neſcit beatum Ignatium ex

ex fortuita vitæ Sanctorum lectione ita ad eorum ſectanda exempla fuiſſe animatum, ut tandem omnibus relictis ſoli Deo vacare conſtituerit. Alia exempla paſſim in Eccleſiaſticis hiſtoriis occurrunt, quæ brevitatis ſtudio omittimus. Sed hic proferre juvabit quid de ejuſmodi ſacris lectionibus ſenſerit Joſephus Scaliger, vir certe a muliebri religione alieniſſimus. Hic in animadverſionibus Euſebianis ad annum MMCLXXXIII. de ſancti *Polycarpi* aliorumque Martyrum ſinceris Actis agens, ſic loquitur. *Horum lectione piorum animus ita afficitur, ut numquam ſatur inde recedat. Quod quidem ita eſſe unuſquiſque pro captu ſuo, & conſcientiæ modo ſentire poteſt. Certe ego nihil umquam in hiſtoria Eccleſiaſtica vidi a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus eſſe videar.*

*7. Eorum collectiones a variis & varie factæ: quædam & ſubſtitutæ, vel interpolatæ.*

7. Cum itaque tanto in pretio apud omnes eſſent Martyrum Acta, mirum non eſt, ſi viri ſacræ antiquitatis ſtudioſi in iis colligendis operam dederint. Celebris eſt inter alios Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, qui præter ea quæ de ſanctis Martyribus in Hiſtoria Eccleſiaſtica refert, duos de eorum geſtis ſingulares libros edidit. Prior quem Ἀρχαίων Μαρτύρων συναγωγὴν appellat, veterum Martyrum Acta genuina complectebatur, quantum ex iis quæ de hoc libro in Hiſtoria habet, colligere fas eſt. In poſteriori autem quem *de Martyribus Palæſtinæ* inſcripſit, narrat ea quæ de ſuæ provinciæ Martyribus in magna Diocletiani perſecutione, ipſe rebus geſtis præſens viderat & audierat. Hunc librum, qui ad nos uſque pervenit, integrum exhibemus. At prior, de antiquis ſcilicet Martyribus, qui jam tempore Gregorii Magni, nec Alexandriæ, nec in ulla Romanæ urbis bibliotheca poterat reperiri, ut ex ejuſdem Gregorii epiſtola 29. lib. 7. Indict. 1. patet, ſi penitus non exciderit, ita latet, ut diu licet a viris perſpicaciſſimis conquiſitus, a nemine prorſus hactenus potuerit inveniri. Erunt fortaſſe quibus certum videbitur aliquid etiam ea de re inveniri poſſe apud Aurelium Victorem, cum ejus *Hiſtoriam* Hieronymus poſtulaverit a Paulo Concordienſi monacho ſeu ſene, epiſtola alias 21. nunc vero 10. *propter notitiam perſecutionum*. In hanc ſententiam totus ivit Marianus Victorius in notis ad laudatam beati Hieronymi epiſtolam, ubi ait ejus argumenti opus ab Aurelio Victore fuiſſe ſcriptum, complectens hiſtoriam perſecutionum Eccleſiæ uſque ad Diocletianum. Quod quidem opus ſua ætate in Bibliotheca Vaticana exſtitiſſe idem auctor teſtatur. At his aſſentiri non poteſt V. C. Stephanus Baluzius, qui in notis ad Lactantii libellum de mortibus perſecutorum, tomo 2. Miſcellaneorum editum, negat plane Victorem, hominem gentilem, unquam ea de re quicquam ſcripſiſſe; aitque, hoc loco nihil aliud a Paulo Concordienſi Hieronymum petiiſſe quam Victoris vulgatam Hiſtoriam de vita Imperatorum ad Julianum, ex qua notitiam habere poſſet *perſecutorum*,

*torum* , *id eſt eorum imperatorum qui perſecuti ſunt Eccleſiam Dei*. Quam quidem ſententiam ex eo maxime confirmat vir eruditus, quod plerique veteres ſcripti & editi *propter notitiam perſecutorum* habeant, non vero *perſecutionum*, ut primus edidit Eraſmus, fortaſſe e codice Victorino, qui ita habet. Ceterum pace Eccleſiæ reſtituta, cum ſub Chriſtianis Imperatoribus tuto liceret Martyrum feſtivitates agere, ſingulæ feræ Eccleſiæ quæcumque de ſuorum Martyrum geſtis ſupererant, ſtudioſe collegerunt, ut in publicis conventibus legerentur. Hæc autem ACTA erant, uti jam diximus, vel ex Actis publicis excerpta, vel a nonnullis Chriſtianis, qui Martyrum quæſtionibus præſentes interfuerant concinnata : aut ſi forte neutro modo haberi potuiſſent, ſi aliquid ex publica fama notum eſſet, aut certe ex antiquioribus viris qui perſecutionum tempore vixerant, hæc omnia in unum colligebantur, unde aliqua ſaltem Martyrum geſta innoteſcerent. At cum paullo poſt omnes fere Romani imperii provinciæ a barbaris devaſtatæ & occupatæ fuiſſent, ex iis etiam Actis pleraque perierunt, quibus alia poſtmodum ſubſtituta fuere, ſed quæ ad iſtorum auctoritatem non pertingunt, nedum ad priorum ſinceritatem. Ea autem ſunt quæ paſſim in codicibus mſſ. & editis occurrunt, quæ tametſi primigeniorum Actorum puritatem non aſſequantur, multiſque ut plurimum circa perſonas & tempora ſcateant mendis; non tamen omnino rejicienda crediderim. Iis accenſenda ſunt Acta, in ſumma quidem ſincera, ſed quæ ab hominibus imperitis temere violata ſunt, adjunctis ad priora Acta miraculis, aut Martyrum cum tyrannis concertationibus, quibus, ut ſibi videbatur, Martyrum ſuorum fortitudinem magis celebrarent : quamvis exinde apud viros doctos auctoritate ſua ejuſmodi monumenta exciderint, etſi paſſim in iis aliquod prioris ſinceritatis veluti ſcintillæ elucere conſpiciantur. Cavendum tamen ne in hac claſſe computentur Acta illa, utique ſincera, quibus initio præfixa eſt præfatiuncula brevis, aut in fine clauſula, in qua martyrii conſummatio exponitur. Cum enim ut plurimum Acta publica, lata ſententia ſtatim deſinerent, nec in ipſis Martyrum mors (niſi forte in ipſa quæſtione præ tormentorum acerbitate obiiſſent) referretur; id poſtea ſuppleverunt Chriſtiani, vel ipſo perſecutionis tempore, aut ſaltem cum primum in unum ejuſmodi monumenta collecta fuerunt. Sed hinc nullatenus Actorum ipſorum auctoritas minuitur.

*8 Auctorum Martyrum Collectores præcipui tum antiquiores, tum recentiores.*

8. Ex his patet quam difficile eſſet eorum omnium nomina recenſere, qui in colligendis Martyrum Actis operam ſuam contulerunt, quippe cum non ſolum unaquæque Eccleſia, ſed etiam quilibet privatus, ſuam, ut ſibi videbatur, collectionem adornaret. Fuere tamen nonnulli, qui hac in re inter alios enituerunt.

runt. CERAUNIUM epiſcopum Pariſienſem, qui ſæculo 7. ineunte floruit, Wharnarius EUSEBIO CÆSARIENSI comparat, quod *ſanctorum Martyrum geſta pro amore religionis congregare in urbe Pariſiaca devotus intenderet*. Hujus Wharnarii Lingonenſis Eccleſiæ archidiaconi epiſtola habetur apud Surium & Bollandum die 17. Januarii cum Tergeminorum martyrum Lingonenſium paſſione, quam paſſionem cum *Deſiderii* Epiſcopi Lingonenſis & martyris geſtis ſe imperante Ceraunio deſcripſiſſe teſtatur. Omitto GREGORIUM TURONENSEM Epiſcopum, & FORTUNATUM Pictavienſem, qui, ut omnes norunt, multa de Sanctis, eorumque miraculis conſcripſere. Sæculo nono ANASTASIUS BIBLIOTHECARIUS Petri Gavinenſis Epiſcopi hortatu aliquot Sanctorum geſta e Græco in Latinum tranſtulit, ut patet ex diverſis eorum Actorum prologis, qui e ſacri monaſterii Caſinenſis bibliotheca a noſtris Johanne Mabillonio & Michaele Germano eruti, tomo 1. Muſæi Italici editi ſunt. Ex his unus eſt in martyrum *Cyri & Johannis* Acta, unde diſcimus ea a beato Sophronio Jeroſolymitano Epiſcopo conſcripta fuiſſe. Actis Martyrum colligendis JOHANNES S. R. E. DIACONUS eodem etiam ſæculo inſudavit, ut patet ex Gaudentii Veliterni epiſcopi Epiſtola ad Johannem VIII. Papam, quæ Muſæi Italici tom. 1. pag. 79. inſerta eſt. Quin & ipſos ejus ævi Imperatores iis rebus animum applicuiſſe colligimus ex inſcriptione quorumdam SS. *Cornelii & Cypriani* Actorum, quæ Hilduinus archicancellarius *jubente Lothario Auguſto* ordinaſſe dicitur; & Johannes ſupra laudatus *jubente Carolo rege* vitam ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ conſcripſit, quod in uno cod. mſ. ſancti Germani Antiſiodorenſis obſervavimus. Floruit ſæculo ſequenti FRODOARDUS Canonicus Remenſis, inter ejus ævi ſcriptores hiſtoriarum facile princeps, qui præter opera edita ſcripſit libros quindecim de *Triumphis Martyrum*, quos cum aliis ejus carminibus Treviris deliteſcere Brouvverus obſervavit. At eos etiam invenimus ſed mutilos, in cod. mſ. ejus ætatis, qui nunc apud Carmelitas diſcalceatos Pariſiis aſſervatur. Eodem, uti vulgo creditur, ſæculo, celebris fuit apud Græcos SYMEON cognomento METAPHRASTES, qui ſanctorum Acta undique conquiſita in unum collegit, quamvis hoc in eo viri eruditi merito reprehenſione dignum judicent, quod eorum nonulla variis interpolaverit additamentis, novaque aliquot, cum vetera deficerent, proprio marte cuderit. De his erudite diſſerit Leo Allatius in Diatriba de Symeonum ſcriptis. Johannem de Voragine, Legendæ, quam vulgo appellant, aureæ ſeu Lombardicæ, auctorem, Petrum de Natalibus Epiſcopum Equilinum, Georgium Wicelium, alioſque ejuſmodi collectores prætermitto, qui ſanctorum geſta contraxere. At laude dignior eſt ALOYSIUS LIPOMANUS Epiſcopus Veronenſis, qui ſub

ſæculi 16. medium Sanctorum vitas & Martyrum paſſiones ita collegit, ut ipſius ſcholia ab actorum textu ſecernerentur. Multas etiam e Græcis edidit, ſed per Guillelmum Sirletum, poſtea Cardinalem, Gentianum Hervetum Canonicum Remenſem, aliosque viros eruditos latinitate donatas. Claruit paullo poſt LAURENTIUS SURIUS Cartuſianus, qui tum ex editis, tum ex codd. mſſ. novam collectionem, ſtilo veteri quandoque immutato, ſecundum menſium & dierum ordinem diſpoſitam adornavit. multos etiam iſte habuit Abbreviatores. At BONINUS MOMBRITIUS, qui primus omnium ejuſmodi Actorum edidit collectionem, Acta verbotenus ex mſſ. codicibus expreſſit. Majorem collectionem de ſolis Martyrum Actis moliebatur JACOBUS FABER Stapulenſis, ſub Agonum Martyrum titulo: ſed nonniſi unicum volumen exiguum edidit, in quo Acta aliquot Martyrum menſis Januarii comprehenduntur. Aliam item ſub Supplementi Suriani nomine paraverat Nicolaus Belforſtius Canonicus Regularis ſancti Johannis de Vineis apud Sueſſiones: at ejus editionem impedivit Aubertus Miræus, cauſatus ſe multo majorem paratam habere, quam tamen & ipſe infectam reliquit: ac ſic Belforſtii labor inutilis fuiſſet, niſi ejus ſchedæ in RR. PP. Antuerpienſium Societatis Jeſu manus deveniſſent, qui jam aliquot Acta ſub ipſius Belforſtii nomine ſuæ collectioni inſeruerunt. Hæc autem RR. PP. collectio omnium eſt ampliſſima, quam JOHANNES BOLLANDUS ejuſque doctiſſimi ſucceſſores, incredibili labore & diligentia, conquiſitis & collectis ex tota fere Europa ſanctorum geſtis, jam ad finem fere Junii promoverunt: quibus quantum debeam, ex operis decurſu patebit. Porro in Elencho codd. mſſ. Belgii, quem Sanderus edidit Inſulis an. MDCXLIII. tom. 2. pag. 158. inter alios codices qui ex Bibliotheca Auberti Miræi recenſentur, unus occurrit ſub hoc titulo: *Nicolaus Belforſtius canonicus Regularis ſancti Johannis Sueſſionenſis concinnavit Supplementum Surianum de probatis Sanctorum hiſtoriis ex mſſ. codd. Franciæ & Belgii, in Folio.*

*9. Incommoda inde, quæ nunc occurrant.*

9. Verum MARTYRUM ACTA, quæ ex tot collectionibus & variis editionibus illuſtrari debuerant, eo minus ſincera prodierunt, quo ſæpius deſcripta aut typis excuſa fuere. Alii enim ex his Collectoribus ea variis additamentis interpolarunt; alii reſecuerunt nonnulla, quæ ſibi in illis Actis diſplicebant: aut etiam, ut ſcriptio politior videretur, antiquum & ſincerum ſtilum, quo certe in ſacra antiquitate vix aliquid ſanctius haberi debet, immutare auſi ſunt. Qui vero ea vetera monumenta, prout in antiquis codicibus habentur, exhibere aggreſſi ſunt, cum omnium omnino ſive Martyrum ſive Confeſſorum geſta, tam dubia, aut falſa, quam ſincera ſimul in unum colligere propoſuerint, rem eo promovere coguntur, ut pluribus, & quidem ingentibus voluminibus

bus opus ſit, ut pauca ACTA habeantur, & quidem ita dubiis & falſis intermixta, ut ſine magno labore, a viris etiam perſpicacioribus diſcerni non valeant.

*10. Nova hujus Collectionis, modique in ea procedendi ratio exponitur.*

10. Pudebat autem ſacræ antiquitatis amatores, tam ſacra & pretioſa monumenta ſequiorum ſcriptorum contagione fœdari, eorumque auctoritatem pæne vileſcere, ac nulli fere uſui in Eccleſia eſſe. *O quam pudendum eſt nobis Chriſtianis*, inquit Ludovicus Vives lib. 2. de cauſis corruptarum artium, *non eſſe præſtantiſſimos divorum noſtrorum Actus verius & accuratius memoriæ mandatos, ſive ad cognitionem, ſive ad imitationem tantæ virtutis*! Immo res eo jam proceſſit, ut hæretici quidam auſi ſint affirmare, paucos omnino in Eccleſia Martyres fuiſſe, nec eorum multitudinem probis & idoneis argumentis poſſe probari, utpote quod eorum Acta, quæ vulgo circumferuntur, quaſi aniles fabulæ, & veluti mera ut plurimum monachorum figmenta reputentur. Hinc viſum eſt operæ pretium eſſe, ut SINCERA MARTYRUM ACTA a falſis aut dubiis ſejuncta in unum faſciculum colligerentur. Id optabant viri plerique, cum eruditione, tum pietate conſpicui, meque ad id operis aggrediendum hortati ſunt: atque ut omnes excuſationum vias præcluderent, mihi cunctanti ac repugnanti operam polliciti ſuam animos addiderunt. Unde licet tenuitatis meæ conſcius, diu ab hoc opere ſuſcipiendo deterritus fuerim, ceſſi tandem, ratus etſi tanto molimini imparem me ſentirem, amicorum tamen auxilio utcumque a me confici poſſe quod optabant. Hunc itaque laborem in me ſuſcepi, collectiſque primum, quæ in libris editis paſſim occurrerunt, Martyrum Actis, codices etiam mſſ. conſulere viſum eſt; ut ſi qua forte ejuſmodi monumenta in iis laterent, eruerentur; aut ſaltem iſtorum codicum ope, Acta jam edita, primæ & genuinæ reſtituerentur puritati. Qua de re luſtratis primum ditiſſimis, quæ certe in hac Pariſiorum urbe frequentes ſunt, bibliothecis, alias etiam quæ in aliis urbibus & locis habentur, quantum pro meæ profeſſionis ſtatu licuit, inviſi; ac tandem ad noſtros ſodales, alioſque amicos ſcripſi, ut ſi qui eſſent in monaſteriis, aut urbibus ubi degunt veteres codices, diligenter ſcrutarentur, ſicubi forte aliqua occurerent, quæ operi a me ſuſcepto eſſent profutura. Qua ſane in re habere mihi videor quod mihi gratuler, non ſolum ob diligentem ab amicis navatam operam, ſed etiam ob ipſius operæ felicem ſucceſſum. Sic enim res ex animi ſententia ceſſit, ut præter aliquot Martyrum Acta, quæ nondum lucem aſpexerant, nunc primum e tenebris eruta; vix unum aut alterum ex his ſacris monumentis habeatur, quod ad aliquem antiquum codicem, ſæpius etiam ad plures collatum & emendatum non fuerit.

*11. Collectoris cautio.*

11. Porro etſi nihil omiſerim, ut, quantum in me fuit hæc A-

ctorum collectio accurata atque numeris omnibus abſoluta redderetur: non ita tamen rem me confeciſſe exiſtimo, ut nulla penitus, præter ea quæ hic exhibemus, ſincera Martyrum Acta reperiri poſſe exiſtimem. Nec etiam animus eſt ea omnia inter ſpuria rejicere quæ hic non habentur; quin & ſi aliquis nonnulla ex iis quæ a me forte rejecta ſunt, ſincera judicaverit, non refragabor, modo id argumentis certis probare queat: alias unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Ego ea quæ mihi ſinceriora viſa ſunt, conſultis etiam viris doctis & in ejuſmodi ſacris monumentis diſcutiendis verſatiſſimis, edenda ſelegi, de ceteris ſuum unicuique liberum relinquens judicium. Quantum vero ab ea ſententia ſimus alieni quæ Martyrum numerum ex Actorum numero repetendum eſſe cenſet, ex iis patebit quæ adverſus novam Dodvvelli opinionem jamjam dicturi ſumus.

## §. II.

12. *H. Dodvvelli diſſertatio Cyprianica XI.* de paucitate Martyrum, *expenditur & refellitur: & primo quidem quantum ad ejus argumenta, ſive rationum pondera.*
13. 14. *Rationes Dodvvelli ſummatim recenſentur.*
15. *Ex Kalendariis veteribus non recte inferri Martyrum paucitatem.*
16. *Probatur id tribus argumentis.*
17. *(1) Kalendaria non fuiſſe generalia, ſed Eccleſiis ſingulis peculiaria, quæque Martyres aliarum Eccleſiarum & Provinciarum omiſerint:*
18. *(2) Imo ea & non paucos ex Martyribus qui eodem in loco erant paſſi, omiſiſſe: & quibuſnam de cauſis. Horum exempla; & in ipſis quoque Kalendariis Bucherii, Carthaginenſi, aliiſque.*
19. *(3) Cum ex duobus quæ ſuperſunt Kalendariis aliquot Martyres aliàs ignoti innoteſcant, innotuiſſent procul dubio & plures alii ſi plura ſuperfuiſſent Kalendaria.*
20. *Dodvvelli argumentum ex Homiliis Patrum, quam nullum ſit, oſtenditur.*
21. *SS. Patres, ad quos provocavit Dodvvellus, contra ipſum ſtare.*
22. *Ex uno Origenis loco, a Dodvvello laudato, non concludi recte Martyrum paucitatem. Contrarium ex ipſo Origene evinci; uti & ex Irenæo.*
23. *Fruſtra Dodvvellum provocaſſe ad Euſebium, (qui adverſus ipſum facit,) & ad Prudentium.*
24. 25. *Argumentum Dodvvelli ex Edictorum ac etiam Perſecutorum imperantium paucitate, Imperatorumque ac Præſidum clementia & æquitate deſumtum, & nullum eſſe, & veritati ipſiſque factis contrarium.*

12. *Henr. Dodvvelli Diſſertatio undecima Cyprianica, quæ eſt de paucitate Martyrum; expenditur & refellitur.*
*Et primo quidem quantum ad ejus argumenta, ſive rationum pondera.*

12. Nemo non obſtupuit, cum primum inter *Diſſertationes Cyprianicas*, quæ ab HENRICO DODWELLO, viro ob eruditionem & antiquitatis ſtudium alias clariſſimo, anno 1684. Oxonii editæ ſunt, una prodire viſa eſt *de Martyrum paucitate* inſcripta, in qua hic auctor tyrannorum apologia facta, nulliuſque fidei accuſatis aut in alienum ſenſum detortis iis auctoribus quos ſuæ ſententiæ adverſari putat, probare nititur, paucos admodum Martyres in primævis perſecutionibus paſſos fuiſſe; tantamque ſan-

ſanctorum Martyrum turbam, quam Eccleſia Catholica in Martyrologiis, aut in officiis eccleſiaſticis celebrat, nulla alia quam fabulatorum, aut monachorum, ut ait, otioſorum auctoritate fulciri, qui ejuſmodi ſomnia & nænias apud fideles impudenter divulgarunt. Verum etſi nemo vel aliquantiſper in ſanctorum Patrum, aut Hiſtoriæ eccleſiaſticæ lectione verſatus ignorare poſſit, hanc Eccleſiæ Catholicæ de Martyrum multitudine traditionem, communi ſemper omnium Patrum ſententia, & Eccleſiarum ſingularum unanimi conſenſu receptiſſimam fuiſſe; viſum eſt tamen operæ pretium hac de re paullo fuſius diſſerere: tum ne de Catholicorum ſilentio, quaſi de parta victoria ſibi applaudant adverſarii; tum ut Martyrum vindicetur injuria; immo & calumnia adverſus Eccleſiam, quam *Martyrum matrem* appellat Auguſtinus, intentata retundatur. Rem itaque aggredimur; & ne in dicendo aliqua confuſio ſuboriatur, hanc ipſam quam Dodvvellus amplexus eſt methodum ſequemur, ac primo quidem generalia argumenta quæ adverſus Martyrum multitudinem propoſuit, diſcutiemus; deinde vero cum illo ſingulas perſecutiones pariter percurremus.

„ 13. Primo itaque contendit Dodvvellus, ſi tot fuiſſent Martyres quot vulgo memorantur, vix fieri potuiſſe, ut eorum nomina exciderint. Cum enim eorum commemoratio annua fieret, ut ex Cypriani epiſtola 39. edit. Oxonienſis, alias 34. conſtat, omnes per ordinem, uti celebrari debebant, in faſtis deſcriptos fuiſſe conſequens eſt. Ejuſmodi autem Martyrologia accuratiſſima fuiſſe probatur ex ejuſdem Cypriani epiſtola 12. alias 37. ubi hac in re cujuſdam Tertulli diligentiam laudat: ex qua etiam epiſtola patet, ipſummet Cyprianum huic rei incubuiſſe. In his autem faſtis neminem omnino fuiſſe omiſſum inde certum videtur, quod nulla tunc eſſet perſonarum acceptio. Non enim ſolum illuſtriores Martyres tunc temporis celebrantur, ſed & pueri quoque & mulieres, ſervi & catechumeni. Teſtis *infans* ille, qui cum *Romano* paſſus eſt; teſtes *Perpetua & Felicitas*, *Blandina*, aliique Martyres ordinis inferioris, quorum ætas, conditio, ſexuſve ſequior non prohibuit, quo minus eorum Acta & nomina diligentiſſime collecta ſint, & ad poſteros tranſmiſſa. Quin & pro Catholicarum Eccleſiarum commercio, Eccleſiæ exteras etiam provincias de ſuis Martyribus faciebant certiores, ut eorum natale celebraretur, idque per epiſtolas encyclicas, quarum nonnullæ ad nos uſque pervenerunt. *Adeo*, inquit Dodvvellus, *ſeduli erant primævi Chriſtiani in tradendis ad poſteros Martyrum geſtis, ut nihil pæne illos fugerit.*

*13. 14 Rationes Dodvvelli ſummatim recenſentur.*

„ 14. Jam vero, uti proſequitur, ſi non ſolum ea quæ ex ſacris

„ cris ejuſmodi monumentis ſuperſunt evolvamus; verum etiam „ ſi auctores antiquos, qui vetuſtiora ſcripta jampridem deperdita præ manibus habebant, conſulamus, pauci omnino Martyres occurrent. Kalendarium Bucherii habemus ſæculo quarto exaratum: ſed in quo vix tres aut quatuor Martyres in ſingulis menſibus recoluntur. Et Martyrologia vulgata eo breviora „ ſunt, quo antiquiora. Paucos Martyres habemus ex homiliis Patrum, quas in eorum feſtis ad populum habere ſolebant. Paucos agnoſcit Euſebius, tum in libro de Martyribus Palæſtinæ qui ſupereſt, tum in antiqua quæ excidit collectione, ut ex ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica colligitur. Paucos recenſet Prudentius in „ libro περὶ ϛεφάνων, quem tamen de Martyribus ſpeciatim conſcripſit. Quin & Origenes lib. 3. contra Celſum diſertis verbis aſ„ firmat, *paucos* pro Chriſti fide mortem obiiſſe. Ad hæc, pauciora fuerunt adverſus Chriſtianos lata edicta, ut probat Tertullianus in Apologetico: quin etiam paucos Imperatores ante „ Diocletianum perſecutores fuiſſe teſtes ſunt omni exceptione „ majores idem Tertullianus in libro laudato, & Lactantius in „ aureo opuſculo de mortibus perſecutorum. Immo e contrario „ certum eſt pleroſque ex Imperatoribus, quos vulgo inter infenſiſſimos Eccleſiæ hoſtes recenſent, moribus placidos, ingenioque mites fuiſſe: alii vero erant Chriſtianorum amici, qui „ etiam quandoque eorum ſecuritati reſcriptis providerunt. Nec „ dubium quin Imperatores imitati provinciarum Rectores eamdem lenitatem affectarint, quod vel ex hoc Ambroſii loco liquet, epiſtola 68. *Scio*, inquit, *pleroſque gentilium gloriari ſolitos*, „ *quod incruentam de provinciali adminiſtratione ſecurim revexerint*. Hæc „ ille fuſius, quibus ſingillatim reſpondendum eſt.

*15. Ex Kalendariis veteribus non velle inferri paucitatem Martyrum.*

15. Et primo quidem nihil omnino pro ſua ſententia ex *Kalendariis* veteribus evincet Dodvvellus, niſi unum aliquod proferat, in quo univerſorum omnino totius orbis Chriſtiani Martyrum nomina recenſeantur: aut certe ſingula omnium Eccleſiarum Kalendaria repræſentet, ut ex ipſis in unum ſimul collectis, an revera pauci vel multi Martyres in iis inſcripti fuerint, quivis judicare poſſit. At, inquit Dodvvellus, ex uno quod ſupereſt Bucheriano manifeſtum eſt, paucos ſaltem in Occidente Martyres fuiſſe. *Eſt quidem*, inquit, *Latinorum illud Occidentaliumque dumtaxat Martyrum, ut proinde Euſebianam collectionem ſupplere poſſit; ut qui Occidentalium Martyrum apud Euſebium deſiderantur, eos in Bucheriana hac collectione exſpectemus. Eſt enim Latinorum non Italiæ dumtaxat, ſed aliarum quoque provinciarum, quos tamen omnes pauciſſimos recenſet*. Sed ad ipſummet Dodvvellum appellamus, an bona fide exiſtimet, nullum alium in occidentali Eccleſia Martyrem fuiſſe, quam qui in Bucheriano Kalendario recenſentur; nec alios prorſus

ſus apud Orientales, quam quos Euſebius laudat. Sane in animum inducere non poſſum, ut vir in Eccleſiaſtica Hiſtoria minime peregrinus hæc admittat, in qua tamen ſe ipſe incaute redegit.

*16. Probatur id tribus argumentis.*

16. At quidquid ille hac de re ſentiat, nihil ex hoc ſingulari Kalendario pro ſua ſententia deduci ab eo poſſe probamus. *Primo* quod ſingulæ eccleſiæ ſuum ſibi proprium, & ab aliis diverſum Kalendarium habuerint, (quale eſt iſtud Romanum a Bucherio editum) quibus pauciſſimi ex alienis eccleſiis, etiam vicinioribus, Martyres inſcripti erant. *Secundo*, quod nec in iſtis Kalendariis ſingula omnium Martyrum qui in propria urbe aut provincia paſſi erant, nomina recenſerentur. *Tertio* denique, cum ex iſtis Kalendariis quæ ſuperſunt, aliquot Martyres, alias nobis ex probis monumentis ignoti, innoteſcant; colligendum eſt longe plures, qui modo ignoti ſunt, aut defectu idoneæ auctoritatis obſcuri, nobis cognitos futuros fuiſſe, ſi quidem ſingularum eccleſiarum Kalendaria præ manibus haberemus. Tria hæc paucis expendenda ſunt.

*17. (1) Kalendaria non fuiſſe generalia; ſed Eccleſiis ſingulis peculiaria: in quibus Martyres aliarum Eccleſiarum ac provinciarum omittebantur.*

17. Ex Kalendariis quæ vulgata Martyrologia antecedunt, duo ſolummodo ad nos pervenere: unum quod a Bucherio editum ſub Liberio Pontifice Romæ concinnatum eſt: alterum vero Eccleſiæ Carthaginenſis ſæculo quinto conditum, quod tomo 3. veterum Analectorum vulgavit noſter Johannes Mabillonius. At neutrum pro tota Eccleſia Occidentali conſcriptum eſt. Bucherianum quippe ita Romanæ Eccleſiæ proprium fuit, ut cum ſancti Cypriani nomen profert, ſtatim ſubjiciat locum, ubi Romæ ejus feſtivitas celebretur, *Romæ celebratur in Calliſti*. Unde liquet de iis tantummodo Martyribus in eo agi, quorum feſtivitas in aliquibus Urbis titulis aut eccleſiis colebatur. Ad Romanam Eccleſiam ſpectaſſe ex eo etiam evincitur, quod in Epiſcoporum depoſitionibus ſolos Pontifices Romanos exhibeat, ne unum quidem ex aliis etiam vicinioribus, & urbibus, ut ita dicam, ſuburbanis. Titulus Kalendario Mabilloniano præfixus rem apertius exponit. Sic enim habet: *Hic continentur dies natalitiorum Martyrum, & depoſitiones Epiſcoporum, quos eccleſia Carthagenis anniverſaria celebrant*. Epiſcopi in hoc titulo memorati alii non ſunt quam Carthaginenſes. Nam præter Auguſtinum ubique celeberrimum, & paucos Martyres Epiſcopos illuſtriores, nullus in eo Kalendario ex aliis eccleſiis, etiam Africanis, Epiſcopus memoratur. Deinde aliis Africæ eccleſiis commune non fuiſſe patet ex aliquot Eccleſiæ Hipponenſis feſtivitatibus ab Auguſtino memoratis, quæ in iſto Kalendario non inveniuntur. Nulla hic ſanctorum *Fructuoſi & ſociorum* memoria, de quibus Auguſtinus ſermonem 273. habuit. Nulla etiam *viginti Martyrum*, quos idem ſanctus Doctor laudat

laudat ſermone 325. Eorum vero *memoriam* in Africa *celeberrimam* fuiſſe teſtatur in libro 22. de Civitate Dei cap. 8. Prætermiſſus etiam ſanctus *Victor*, de cujus natali ſermonem habuit ſanctus Doctor; ſicut & *Felix & Gennadius antiqui martyres* Uzalenſes, de quibus in lib. 1. de Miraculis ſancti Stephani cap. 2. &c. Ejuſmodi autem Kalendaria, in quibus ſuos Martyres & Epiſcopos ſingulariter celebrabant, ſingulas eccleſias habuiſſe patet ex Sozomeno lib. 5. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 3. ubi de Gaza & Conſtantia Palæſtinæ civitatibus, viginti tantum ſtadiis a ſe invicem diſſitis, obſervat, etiamſi magiſtratus eoſdem, ac Duumviros, communemque rempublicam haberent, duas tamen ac diſparatas ratione eccleſiaſtici regiminis urbes exſtitiſſe: cujus rei hanc rationem reddit. *Utraque enim ſuum ſeorſum habet Epiſcopum, ſuum clerum, dies item feſtos Martyrum ſuorum, & commemorationes Epiſcoporum, qui ipſis præfuerunt*; proindeque peculiare Kalendarium, cui nec alieni Martyres nec alieni Epiſcopi inſcripti erant. Ex diptychis tamen aliquot Antiſtitum, maxime patriarchalium eccleſiarum nomina recenſebantur in ſacris myſteriis ob communionis unitatem: ſed de his nunc non agitur.

*18. (a) Imo ea & non paucos ex ipſis Martyribus qui eodem in loco erant paſſi, omiſiſſe; & quibuſnam de cauſis. Horum exempla; & in ipſis quoque Kalendariis Bucherii & Carthaginenſi, aliiſque.*

18. Porro adeo externarum regionum Martyres in ejuſmodi Faſtis locum non habebant; ut aliquot etiam ex iis ipſis, qui in eadem urbe, ubi hæc confecta ſunt, martyrium compleverant, deſiderarentur. Quod ob ingentem eorum multitudinem eveniſſe arbitramur, aut certe quod ob perſecutionis fervorem plerorumque Martyrum nomina aut ſepulcra tunc ignorarentur. *Innumeros* Martyres Romæ ignotos fuiſſe aſſeverat Prudentius lib. de Coronis Hymno XI. quem habes in S. Hipolytum Conſentiunt ſanctus Paulinus, Leo Magnus, & alii paſſim auctores. Nonnullos ex ejuſmodi Martyribus recenſet noſter Mabillonius in Itinere Italico pag. 139. quorum nomina tandem ex effoſſis inſcriptionibus innotuerunt apud Aringhum, Reineſium, Boſium, Fabrettum, &c. Ex his ſunt *Primitius*, cujus epitaphium, ipſi a propria uxore poſitum, habetur Romæ ſubterraneæ lib. 3. cap. 22. *Gordianus* Galliæ nuntius, qui cum tota familia pro fide jugulatus eſt ibidem. *Marcella* cum CCCCCL. *aliis*, lib. 4. cap. 37. *Simplicius & Fauſtinus* lib. 2. cap. 19. His adjunge *Conſtantinum*, qui veneno propinato, non niſi ferro potuit occidi, lib. 3. cap. 22. *Rufinum* cum CL. *Martyribus* iib. 4. cap. 17. *Simplicium & Servilianum* apud Boſium lib. 3. cap. 27. Idem in aliis quoque urbibus contigit. Certe apud Mediolanum *Gervaſii & Protaſii* nomina & ſepulcra ignota erant, priuſquam a beato Ambroſio eorum corpora detegerentur, teſte Paulino, quod etiam ex ipſiuſmet Ambroſii epiſtola 56. certum eſt. Quin etiam aliquot ex notiſſimis & illuſtrioribus Martyribus in ejuſmodi Faſtis deſunt: quod de iis omnibus

bus qui Apoſtolicis temporibus floruere, fatetur Dodvvellus. Verum id ad ſubſequentia quoque tempora debere extendi certum eſt, cum in laudato BUCHERIANO Kalendario nec *Ignatius* martyr recenſeatur, qui Romæ ſub Trajano paſſus eſt; nec *Teleſphorus* ipſius Urbis Pontifex, nec *Lucius* ejuſque *ſocii* a Juſtino Martyre memorati, ſub Antoninis paſſi; nec *Apollonius*, qui ſub Commodo martyrium pertulit; nec *Quartus*, qui, teſte ſancto Cypriano, cum Sixto Papa animadverſus eſt; nec *Moyſes aliique* a Cypriano laudati, qui ſub Decii aut Valeriani perſecutione conſummati ſunt; nec *Soter* virgo nobiliſſima, quam ſanctus Ambroſius ejus conſanguineus laudat, &c. Denique *multos* laudat Damaſus Liberii ſucceſſor in extremis perſecutionibus coronatos, qui tamen in his Faſtis non memorantur, quales ſunt *Felix* Carmine *6*. *Petrus & Marcellinus* Carmine 12. *Gorgonius* Carm. 14. *Maurus* Carm. 21. *Saturninus* Carm. 25. *Marcellus* Carm. 26. *Anonymus* Græcus Carm. 27. *Eutychius* Carm. 31. *Tarſicius* acolythus, qui mori maluit quam ſacra Gentilibus tradere, Carmine 35. *Chryſantus & Daria* Carmine 36. &c. His addendi ex pervetuſto codice mſ. ſancti Vitoni Virdunenſis *Philippus & Felix*, item *Alexander*, cujus cum ſepulcrum a Damaſo ornatum Getæ violaſſent, a Vigilio Pontifice reſtauratum fuit. Alios item Martyres ſuo tempore celebres commemorat ſanctus Gregorius Magnus, de quibus nihil in eodem Kalendario habetur, quod forte tunc nondum eorum feſtivitates eſſent inſtitutæ. Homiliam 28. in Evangelia habuit *ad tumbam* Sanctorum *Nerei & Achillei*, in die eorum feſto; homiliam 32. *ad corpora* ſanctorum *Proceſſi & Martiniani*. Item aliam, ſcilicet 13. in natali *S. Felicis*. 34. in natali ſanctorum *Johannis & Pauli*, ſequentem in natali ſancti *Mennæ* &c. Sed & vetuſtiora teſtimonia habemus de aliis Martyribus Romanis, tum in Miſſali Gelaſiano, tum in concilio Romano ſub Symmacho, ubi varii Martyrum tituli, id eſt baſilicæ, recenſentur.

Kalendarium CARTHAGINENSE, etſi Romano amplius, multos tamen Martyres omittit aliunde notiſſimos. Non *Rutilium* exhibet, qui, teſte Tertulliano in libro de fuga, poſt evitatos ſæpius perſecutores, tandem comprehenſus igne martyrium conſummavit; nec *Mavilum*, qui ex eodem Tertulliano ad Scapulam, apud Adrumetum ſub Severo principe ad beſtias damnatus eſt. Immo non ibi recenſentur *Laurentius*, *Ignatius*, & *Celerina*; non *Baſſus*, *Fortunio*, *aliique* Martyres Carthaginenſes in Cyprianicis epiſtolis laudati. Idem obſervari poteſt de aliis Kalendariis poſtea concinnatis. Quod vel ex celebri Muzarabum Miſſali perſpicuum eſt, in quo aliquot Martyres Hiſpanici a Prudentio laudati deſiderantur: quales ſunt *Zoellus* Cordubenſis, *Cucuphas* Barcinonenſis, *En-*

*cratis* virgo, immo ipſi celeberrimi XVIII. *Martyres Cæſarauguſtani*. Tandem, ut paucis abſolvam, ex hoc ipſo ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis exemplo, quod adducit Dodvvellus ad probandum nullos Martyres in his faſtis omiſſos eſſe, quod ibi Catechumeni & mulieres memorarentur, contrarium omnino evincimus, idque ſancti Auguſtini verbis, qui ſermone 283. de his duabus ſanctis ſic loquitur: *Duarum ſanctarum Martyrum feſtum hodie celebramus* &c. in fine vero ſermonis, *In hoc inſignis gloriæ comitatu etiam viri martyres fuerunt: eodem ipſo die etiam viri fortiſſimi paſſione vicerunt: nec tamen eumdem diem ſuis nominibus commendaverunt. Quod non ideo factum eſt, quia feminæ viris dignitate prælatæ ſint, ſed quia & muliebris infirmitas inimicum antiquum miraculo majori devicit* &c. Sed quid ad tam vetera exempla recurrimus, cum id ipſum in hodiernis Kalendariis quivis obſervare facile queat? in quibus non ſolum exterarum, ſed etiam viciniorum & comprovincialium eccleſiarum Martyres & patroni ut plurimum non celebrantur, immo quandoque unius Eccleſiæ Martyres aut Epiſcopi in aliena eccleſia coluntur, qui nullum habent in propria cultum. Quod ideo factum eſſe puto, quod eorum reliquiæ ſacræ alio translatæ fuerint; aut certe, quod eorum Acta non haberentur. *Patroclo Tricaſſino* martyri *parvum*, inquit Gregorius Turonenſis libro. 1 Miraculorum capite 64. *exhibebant famulatum, quod hiſtoria paſſionis ejus non haberetur in promtu. Qua inventa, populus ... conſtructa ſuper eum baſilica feſtivitatem ejus per ſingulos annos devote concelebravit*. Aliam rationem de Sanctorum paucitate in veteribus Kalendariis, affert Johannes Fronto Canonicus regularis, in prænotatis ad Kalendarium a ſe vulgatum, quod ſcilicet eorum tantummodo Sanctorum nomina in ejuſmodi faſtis deſcriberentur, quorum dies feſtivo populi concurſu, & publicis ſacrificiis celebrabantur. Id probat ex Gregorio Magno, qui licet paucos in Sacramentario martyres exhibeat, alias tamen ait ſe ſingulis diebus Martyrum memoriam celebraſſe. *Nos*, inquit ille ſanctus Pontifex lib. 7. epiſt. 29. indict. 1. *pæne omnium Martyrum, diſtinctis per ſingulos dies paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſollemnia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis qualiter ſit paſſus indicatur, ſed tantummodo nomen, locus, & dies paſſionis ponitur. Unde ſit, ut multi ex diverſis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, ſingulos, cognoſcantur martyrio coronati*. Ecce Martyrologium quolibet codice antiquius, in quo *multi* Martyres *per dies ſingulos* indicantur. Et re quidem vera Martyrologium ſancto Hieronymo attributum, quod certe omnium eſt quæ ſcilicet hactenus viſa ſunt vetuſtiſſimum, plures Martyres ſingulis diebus exhibet etiam in ve-

vetuſtioribus codicibus. De eo plura videri poſſunt apud Florentinium, qui iſtud Martyrologium ad varios codd. mſſ. exactum, & eruditis notis & exercitationibus illuſtratum edidit Lucæ anno 1668. Ceterum Frontonis ſententiæ videtur ſuffragari ſanctus Aſterius Amaſeæ epiſcopus, qui in Encomio de ſanctis Martyribus ait: *Si aliquis eſſet ſedulus Martyrum amans, atque omnium paſſionibus feſti vellet celebritate litare, ne diem quidem in anno non feſtum præteriret*. Hinc, opinor, inſtitutum eſt, ut omnes unius loci Martyres ſimul celebrarentur, quos in Carthaginenſi Kalendario ſub Martyrum *Timidenſium*, *Petrenſium* &c. nominibus indicari cenſemus. Apud Chryſoſtomum habetur homilia de *Martyribus Ægyptiis*, quo nomine complures celebrari ex ipſius homiliæ contextu intelligitur. Huc etiam revocandæ videntur aliquot Patrum homiliæ, quæ paſſim *de Martyribus*, aut *de omnibus Martyribus* inſcriptæ occurrunt.

19. Ceterum cum ex duobus Kalendariis a nobis laudatis, ſcilicet Bucheriano & Carthaginenſi, aliquot ſancti alias aut ignoti, aut ex incertis tantum monumentis noti, jam nobis certo innoteſcant, ut vel ex ſola eorum lectione manifeſtum eſt; idcirco utrumque Martyrum Actis duximus ſubjungendum, veluti quoddam deperditorum Actorum ſupplementum. Nec dubium eſt, quin ſi aliarum eccleſiarum Kalendaria pariter haberemus, multorum hinc Martyrum nomina hauriremus, quod probatur ex aliquot Patrum locis, ubi de nonnullis Sanctorum feſtis obiter agunt. Sic Theodoritus aliquot Martyrum ſollemnitates recenſet in lib. 8. de curandis Græcorum affectionibus: *Petro*, inquit, *Paulo*, *Thomæ*, *Sergio*, *Marcello*, *Leontio*, *Antonino*, *Mauritio*, *aliiſque ſanctis Martyribus ſollemnitates populari epulo peraguntur*. *Sergii* reliquias celebrat Evagrius libro 4. Hiſtoriæ cap. 28. & ejus eccleſiæ apud Procopium alioſque auctores paſſim laudantur, potiſſimum in epiſtola epiſcoporum provinciæ Euphrateſiæ ad Auguſtos in Synodico apud Baluzium tomo 1. novæ Collect. Conciliorum. Idem Evagrius lib. 3. cap. 33. memorat eccleſiam *admirandi martyris Leontis*, *qui in urbe Phœnices maritimæ Tripoli ſummo honore* colebatur. Maximus Madaurenſis alios commemorat, in epiſtola inter Auguſtinianas 16. quorum feſtivitas apud Madaurum celebratur, *Mygdonem* ſcilicet ſeu *Migginem*, *Namphanionem archimartyrem*, *Lucitas*, & ſanctam *Sanaem*. Gildas Sapiens, qui ſæculo 5. de excidio Britanniæ ſcripſit, inter alios Anglicanos martyres *Albanum Virulaminenſem*, *Aaron*, *& Julianum Legionis urbis cives* recenſet. De eodem (a) Albano præclara habet Conſtantius in vita ſancti Germani Autiſiodorienſis. Kalendaria Gallicana ex Gregorio Turonenſi aliquatenus ſuppleri poſſent, qui de celebrioribus ſui temporis Martyribus agit in libris de glo-

19. (13) *Cum e duobus quæ ſuperſunt Kalendariis, aliquot Martyres alias ignoti innoteſcant, innotuiſſent procul dubio & plures alii ſi plura ſuperfuiſſent Kalendaria.*

(a) S. Albani *Paſſio exſtat apud Bedam, Hiſtor. Angliæ*, Lib. 1. *cap.* VII. *Fuſius apud Tillemont. Tom.* IV. *Part.* 3. *pag.* 1097.


glo-

gloria Martyrum. Eorum nonnullos paſſim laudamus: quibus adjungendi ſunt *Timotheus* & *Apollinaris* apud Remos celebres, quorum baſilica memoratur in beati Remigii Teſtamento; *Eutropius* primus Sanctonum Epiſcopus, de quo & Fortunatus; *Amarandus* martyr Albigenſis, cui *Eugenium* Epiſcopum in *Honorificiana* (legendum *Hunericiana*) perſecutione martyrem conjungit; *Malloſus* & *Victor* in agro Colonienſi, *Antolianus* Arvernenſis, *Quintinus* Viromanduenſis, cujus ſacri corporis elevationem alteram a ſancto Eligio factam deſcribit ſanctus Audoenus; *Baudilius* martyr Nemauſenſis, &c. Quin & alios etiam exteros laudat, ut *Clementem* Papam, *Johannem* & *Paulum* Romæ; *Sergium*, *Coſmam* & *Damianum*, *Domitium* in Oriente celebres, ſicut & *Iſidorum* in inſula Chio, *Polyoctum* Conſtantinopoli &c. Porro etſi Gregorius in rebus aut miraculis narrandis, maxime in iis, quæ ab ejus ætate paullo remotiora ſunt, quandoque falſus fuerit, nemo tamen ei denegabit fidem in iis Martyrum ſaltem nominibus recenſendis. Sed ne quis etiam ex his colligat aliorum Galliæ Martyrum, qui ab eo non memorantur, cultum recentiorem eſſe; obſervare convenit ab eo omnes minime recenſitos fuiſſe. ſiquidem & ipſe de aliis agit in hiſtoria, de quibus in libris Martyrum nulla ſit mentio: quales ſunt *Caſſius* & alii *Arvernenſes* lib. 1. cap. 33. *Criſpinus* & *Criſpinianus* Sueſſionenſes lib. 5. cap. 34. *Capraſius* Aginnenſis lib. 6. cap. 12. &c. Et ſane beatus Eligius, teſte ſancto Audoeno, capſas martyrum, *Piatonis* Tornacenſis, *Columbæ* Senonenſis, *Criſpini & Criſpiniani* Sueſſionenſium, *Luciani*, *Juliani* & *Maximiani* Bellovacenſium &c. adornavit. Habemus vetuſtiſſimum Kalendarium Burgundicum ſæculo VII. labente, aut initio ſequentis ſcriptum in diœceſi Lingonenſi, in quo præter alios martyres paucos, hi quoque memorantur, *Tergemini Speoſippus*, *Elaſippus*, *Melaſippus*, *Leonilla & Jonilla* XVI. Kalend. Februarii; *Agatha* martyr nonis ejuſdem menſis; *Deſiderius Lingonenſis*, III. Idus Februarii, alter *Deſiderius Viennenſis*, X. Kalend. Junii; *paſſio ſancti Eleutherii epiſc.* XIV. Kalend. Maii; & alii quorum nonnullos ſuo loco memoramus. Sic Hiſpanicæ eccleſiæ feſtivitates ex Prudentio & celebri Muzarabum officio colligi poſſent, Conſtantinopolitanæ aliquot ex Procopio, aliæque ex aliis auctoribus. Idem ex baſilicis, quæ illis temporibus ſtructæ fuerunt in Martyrum honorem colligi poteſt. Legendi ea de re ejuſdem Procopii libri de ædificiis, quos paſſim pro opportunitate in hoc opere laudamus. Exinde patebit multos martyres, etſi eorum geſta ſint ignota, aut vitiata, cultu tamen publico tunc fuiſſe honoratos. Et merito quidem. nam etſi incertum fuerit quid ſingulatim fecerint, certum tamen eſt eos martyrio conſummatos fuiſſe. quod teſte Ambroſio ſufficit ad comparan-

parandam ipſis & in cælis gloriam, & in terris populorum venerationem. Ex his ſunt *Anthymus*, *Mocius*, *Plato*, *Thyrſus*, *Sergius & Bacchus*, *Panteſemon*, *Menas & Meneus*, quos memorat hic auctor lib. 1. in quo etiam laudantur ſanctæ Martyres, *Ia*, *Zoe*, & *Prima*, forte Carthaginenſis, quam tamen Martyrem non appellat. In tertio laudat *Georgium*, *Eugenium*. In quinto *Cononem* in Cypro, *Coſmam & Damianum*, quorum ope ſanatus eſt Imperator, *Leontium*, *Romanum*, *Phocam*, *Thalelæum*, qui etiam in aliquot Sanctorum vitis ea ætate ſcriptis, ut & alii nonnulli hic recenſiti, memoratur; alios paſſim laudatos omitto.

*20. Dodvvelli argumentum ex homiliis Patrum, quam nullum ſit, oſtenditur.*

20. Quid vero ex Patrum homiliis, *quarum*, inquit, *ſi genuinæ a ſuppoſititiis ſepararentur, parum ſupereſſent Martyres, quorum feſta celebrarentur*, in ſuæ ſententiæ patrocinium colligere poſſit Dodvvellus, ſane non video, niſi prius duo probet: alterum, omnes ea de re Patrum homilias ad nos uſque pertigiſſe: alterum nullum umquam Martyris feſtum abſque ejuſmodi homilia fuiſſe celebratum. Certe hoc argumento etiam Martyres Bucheriani Kalendarii ut plurimum expungendi eſſent. Avitus Viennenſis antiſtes teſtatur lib. 6. de laude virginitatis, *Eugeniam* virginem & martyrem ubique terrarum ſuo tempore celeberrimam fuiſſe: nulla tamen de ejus laudibus homilia apud Patres occurrit; nulla de *Thecla* Martyrum anteſignana; nulla de *Sixto* epiſcopo, &c. Aliquot tamen Martyrum geſta & nomina ex his Patrum homiliis diſcimus, quarum nonnullas in noſtra collectione reperies: alias, quod nihil fere præter nomina exhibeant, omiſimus, ut Chryſoſtomi ſermonem 66. tomo 5. de *Baſſo* epiſcopo & martyre; homiliam ſancti Petri Chryſologi de ſancto *Apollinari* primo Ravennatum epiſcopo, &c. Ceterum ex aliis ſanctorum Patrum locis plures alii Martyres innoteſcunt, ut *Petri apoſtoli uxor* ex Clemente Alexandrino: & *ſatelles* qui cum Jacobo majore Apoſtolo paſſus eſt, ex eodem auctore apud Euſebium laudato; *Athenogenes* ex Baſilii Magni lib. de Spiritu-Sancto cap. 29. *Oreſtes* ex Gregorii Nazianzeni Oratione 20. *Methodius* Olympi Lyciæ, deinde Tyri epiſcopus, qui in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt, & *Victorinus* epiſcopus Pitabionenſis ex Hieronymi Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum; *Aſterius* in libello precum Fauſtini & Marcellini ad Imperatores contra Damaſum Papam; *Nazarius* ex ſancto Paulino, cujus reliquias ab ipſo Ambroſio ſe accepiſſe, ipſe teſtatur; *Oneſimus* ſancti Pauli diſcipulus, & *Plato* martyr, ex ſancto Nilo Johannis Chryſoſtomi diſcipulo; decem *Martyres Cretæ*, ex epiſtola Martyrii epiſcopi Gortinæ ad Leonem Auguſtum; *Nemeſianus* puer ex Auguſtini ſermone 286. qui & *Ageleum*, *Catulinum*, *Salvium*, & *alios plures* Martyres ſermonibus ſuis celebravit. His addendi *Papias* martyr Philadelphienſis, *Mercurius*,

*curius*, *Aquilina* &c. ex Chronico Paſchali; *Mocius*, in cujus baſilica Synodus Epheſina primum Conſtantinopoli promulgata eſt a Dalmatio archimandrita, uti in ejus Concilii Actis legitur, celebris etiam ex Sozomeno lib. 8. cap. 17. *Acacius* ex eodem auctore lib. 4. cap. 21. & Socrate lib. 6. cap. 23. *Baſſa* quæ eccleſiam habebat apud Calchedonem, *Eleutherius* & *alii* ex Theodoro Lectore; *Leontius* &c. ex Evagrio; *Baſſus* ex Valeriano Cimelienſi homilia 15. qui tamen ejus Martyris nomen reticuit; ſed aperte perſonam indicat; ex Epiphanii Ticinenſis carminibus, *Saturninus*, *Criſpinus*, *Daria*, *Maurus*, *Euſebius*, *Quintus*, *Octavus*, *Adventor* & *Solutor*, quorum limina in itinere miſſus Mediolano Brigantionem viſitaverat, carm. 1. Alios aliis verſibus laudat. *Eugenia* virgo & *Euphroſina* cum *aliis* multis ex Avito Viennenſi; *Peregrinus* primus Autiſiodori Epiſcopus, *Jovianus* Lector &c. ex ſancti Germani Autiſiodorenſis vita, quæ ſæculo quinto ſcripta eſt; *Timotheus*, *Mauris* & *Thea* Gazenſes ex vita ſancti Porphyrii; *Saturninus* martyr in Sardinia ex vita ſancti Fulgentii; *Januarius* Epiſcopus & Martyr Neapoli ex Uranii epiſtola de obitu ſancti Paulini; *Euretus*, *Antiochus*, *Plato*, &c. ex vita ſancti Theodori Siceotæ; *Talelæus*, qui & in aliis paſſim ejus ætatis monumentis laudatur, ex vita ſancti Eutychii epiſcopi Conſtantinapolitani; *Polyeuctus*, *Menas*, & *alii* triginta tres martyres ex vita ſancti Euthymii; *Domitianus* ex ſermone 59. eorum qui Ambroſio adſcripti ſunt. His adde *Syrum* Genuenſem, *Eutychium* Ferrentinum, *Proculum* Bononienſem, *Sabinum* ſeu Savinum Spoletanum & *Eraſmum* Formiæ quieſcentes, *Leucium* ſeu Leontium Brunduſinum, *Fauſtinum* Brixienſem, *Chryſogonum*, *Marcellum*, *Quatuor-coronatos*, *Nereum* & *Achilleum*, *Marcellum*, *Cæſarium*, *Martham*, *Julianam*, *Balbinam*, immo & ipſum *Chriſtophorum*, cujus Acta adeo vitiata ſunt, & alios plures ex Gregorio Magno; Cantianos, (id eſt *Cantium*, *Cantianum* & *Cantianillam*,) & *Fortunatum*, Martyres Aquilegienſes, *Felicem* Vincentium, *Urſicinum*, *Vitalem*, &c. ex Fortunato, alioſque plurimos ex aliis auctoribus & monumentis, quorum omnium Martyrum nomina proferre nobis ad alia feſtinantibus non vacat.

*21. 55, Patres, ad quos provocavit Dodvvellus, contra ipſum ſtare,*

21. Jam vero ſi quarti aut quinti ſæculi Patres conſulamus quid de Martyrum numero ſenſerint, nihil in eorum ſcriptis tam certum ac exploratum occurret, quam infinita propemodum Martyrum multitudine Eccleſiam Catholicam illuſtratam fuiſſe. *Millia Martyrum adjacent vobis*, inquit Auguſtinus ſerm. 4. de Tempore. Et ſerm. 300. qui eſt de Martyribus, ait *Martyrum millibus purpuratam eſſe terram*, quam *crebra poſt Stephanum martyria impreſſe* afferit ſerm. 314. Et lib. 6. contra Fauſtum, *Millia vobis noſtrorum Martyrum occurrunt*. Eoſdem *Legiones Martyrum* vocat ſerm. 312.

312. & tractatu 113. in Johannem *innumerabiles*, quod paſſim repetit. Uno verbo de 153. piſcibus in rete concluſis agens ſerm. 252. cap. 8. ait: *Numquid erunt tot ſancti? Nam ſi computentur non ſolum omnes fideles qui in bona vita exierunt de corpore, ſed ſoli Martyres, unus dies paſſionis Martyrum ſi computetur, millia hominum inveniuntur coronatorum*. His Athanaſius, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Aſterius, Leo Magnus, aliique Patres & ſcriptores eccleſiaſtici concinunt.

*22. Ex uno Origenis loco a Dodvvello laudato, non recte concludi Martyrum paucitatem: Contrarium ex ipſo Origene evinci; uti & ex Irenæo.*

22. Unum tamen Origenis locum in ſuæ ſententæ patrocinum affert Dodvvellus ex libro ſcilicet 3. contra Celſum, ubi ille auctor ait, *paucos per intervalla temporum, & facile numerabiles pro Chriſtiana religione mortuos fuiſſe*. Sed his verbis nihil aliud intendit Origenes, quam perſecutiones adverſus Chriſtianos concitatas ita acerbas non fuiſſe, ut penitus Chriſtiani deleri potuiſſent, paucoſque revera paſſos fuiſſe, ſi cum iis compararentur qui ſuperſtites fuerant, *Deo*, inquit, *vetante, ne in totum excideretur genus hoc hominum*. Nam eo loci Origenes religionem Chriſtianam ex ſeditione, quod Celſus affirmabat, non profluxiſſe probat, ea videlicet ratione quod Chriſtiani numquam ſeſe armis tutati fuiſſent, *tamque manſuetas leges admiſiſſent, quæ præberent facultatem inimicis trucidandi ſe tamquam pecora non repugnantia*. Unde *ne in totum exſcinderentur... & ut infirmiores reſpirarent a mortis metu ſollicitudine, Deus*, inquit, *proſpexit fidelibus, nutu ſolo diſſipatis cunctis adverſariorum conatibus, ut neque Reges, neque provinciarum præſides, neque populi poſſent exaſperari contra eos amplius*. Et ſane aliunde certum eſt Origenem Martyrum multitudinem admiſiſſe, qui homilia 9. in Joſue: *Omnis civitas*, inquit, *omnis ordo Chriſtianorum nomen impugnat*. Eadem repetit lib. 4. contra Celſum, cum antea hæc præmiſiſſet in lib. 2. *Noſtro tempore multi ſcientes moriendum ſibi, ſi confiteantur Chriſtianiſmum, abnegato vero abſolvendos ſe—contemſerunt vitam, & ultro mortem ob pietatem elegerunt*. & cap. 5. in epiſtolam ad Romanos ait, *ſæpe homines videri* qui ſponte & cum omni audacia ſe ipſos perſecutoribus offerant, & non ſolum injuriam *pati pro Chriſti nomine, ſed & mortem ſubire audeant*. Et certe pœnam capitalem adverſus Chriſtianos decretam fuiſſe ait in lib. 1. contra Celſum, conventuſque vetitos, quos tamen Chriſtiani clam frequentabant. Hæc Origenes ante Decii, Valeriani, & Diocletiani carnificinas.

Quin & magnus Irenæus Origene antiquior, qui in Eccleſia Orientali educatus, in Occidentali vero vitam agens, utriuſque eccleſiæ ſtatum noverat, Martyrum multitudinem non ſolum admittit; ſed & eam veluti eccleſiæ veræ teſſeram, qua ab aliis ſectis ſit diſcernenda, profert in lib. 4. adverſus hæreſes cap. 64. quod quidem opus ante Lugdunenſem perſecutionem, id eſt ſaltem M. Aurelii ineunte principatu ſcriptum fuiſſe cenſet Dodvvellus

vvellus num. 36. Sic autem loquitur Irenæus: *Eccleſia omni in loco, ob eam quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem Martyrum in omni tempore præmittit ad Patrem: reliquis autem omnibus non tantum non habentibus, ſed &c. Opprobrium enim &c. propter eam quæ erga Deum eſt dilectionem, & confeſſionem Filii ejus, ſola Eccleſia pure ſuſtinet, ſæpe debilitata & ſtatim augens membra, & integra fiens.* Aliorum Patrum loca ubi de perſecutionibus in ſingulari agendum, proferemus: interim an Dodvvello faveat Euſebius videndum eſt.

*23. Fruſtra Dodvvellum provocaſſe ad Euſebium (qui adverſus ipſum facit) & ad Prudentium.*

23. Duas, ut jam diximus, de Martyribus collectiones edidit Euſebius: unam de antiquis Martyribus; alteram vero de iis qui ſuo tempore in Palæſtina paſſi fuerant. Hanc poſteriorem integram exhibemus inferius, cui ſi ea conjungantur, quæ de eadem perſecutione lib. 8. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ idem auctor ſcripſit, nemini dubium erit, quin a Dodvvelli ſententia fuerit hac in parte maxime alienus. Priorem autem collectionem, quæ a multis retro ſæculis excidit, paucos Martyres comprehendiſſe, ſe ex ipſius Euſebii Hiſtoria colligere affirmat Dodvvellus; at certe loca ex quibus id infert, debuiſſet exhibere: cum nobis conſtet, Euſebium in Hiſtoria infinitos paſſim admiſiſſe Martyres, quamvis re vera paucorum nomina recenſuerit. Nec alium Euſebii interpretem quam ipſummet Euſebium proferimus, qui libro 3. cap. 33. ait, ſub Trajano *plurimos ex Fidelibus multiplicis martyrii certamen ſubiiſſe*. Lib. 5. initio, ſub Antonino Vero *innumerabiles prope Martyres per univerſum orbem enituiſſe* affirmat. Lib. 6. cap. 1. Severum perſecutionem concitaſſe refert, *in qua per omnes ubique locorum eccleſias, ab athletis pro pietate certantibus illuſtria confecta fuerunt martyria*. Sic de Decii, ſic de Valeriani perſecutionibus loquitur, quæ an Dodvvelli conjectationibus faveant, judicet æquus lector. Jam vero quod ad Prudentium attinet, nullatenus Dodvvello favere dici poteſt, niſi ipſe Prudentius de omnibus omnino Martyribus ſeſe acturum ſpoponderit. Quoſdam laudat, alios omittit. Certe nihil habet de illuſtri illa *Leocadia*, in cujus templo concilium IV. Toletanum habitum eſt.

*24. 25. Argumentum Dodvvelli ex Edictorum ac etiam Perſecutorum imperantium paucitate, Imperatorumque, uti & Præſidum clementia & æquitate deſumtum, & nullum eſſe, & veritati ipſiſque factis contrarium.*

24. Tandem ut receptam apud omnes de Martyrum multitudine ſententiam evellat Dodvvellus, ait paucos Imperatores Eccleſiam fuiſſe perſecutos; pauciora edicta adverſus Fideles lata recenſeri; ac denique ita clementiæ laudem pleroſque principum affectaſſe, ut etiam noxios ægre punirent. quod item provinciarum Rectores æmulabantur. Verum ad convellendum penitus iſtud Dodvvelli argumentum, operæ pretium eſt obſervare, perſecutiones adverſus Chriſtianos non ex ſolis Imperatorum edictis ortas fuiſſe, vel ex privatis præſidum odiis, aut ſolis populi clamoribus, ut ſæpius repetit Dodvvellus; ſed etiam, & quidem maxime, ex Romanarum legum præſcripto, quibus peregrina

quæli-

quælibet religio vetabatur, ex Cicerone libro 2. de Legibus. Chriſtiani autem non ſolum novam & peregrinam (ut Romanis videbatur) inducebant religionem, ſed & quamlibet aliam falſam & ridiculam eſſe profitebantur. Has autem leges nec ipſi Imperatores poterant convellere, maxime ſi omnium conſenſu unanimi novis legibus fuiſſent roboratæ, quod diſerte aſſerit Origenes homilia 9. in Joſue. *Senatus*, inquit, *populuſque & Principes Romani decreverunt legibus ſuis, ut non ſint Chriſtiani*. Et Tertullianus in Apologetico cap. 37. leges adverſus Chriſtianos latas agnoſcit. Hinc mirum non eſt ſi aliquando pace ab Imperatoribus conceſſa, delati tamen Chriſtiani punirentur, ut patet tum ex *Apollonii* nece, qui *capitali ſupplicio a Senatu damnatus eſt*, quod *veteri lege* ſancitum eſſet, ne Chriſtiani delati impune dimitterentur. Idem *Marino* contigit Cæſareæ in Palæſtina etiam poſt promulgatum Galleni Imperatoris pacis edictum. Si tamen his legibus nova accedebant Imperatorum edicta, tunc maxime perſecutio ſæviebat, Chriſtiani diligentiſſime inquirebantur, comprehenſique intolerabilibus afficiebantur ſuppliciis. Novis autem Imperatorum edictis ad Chriſtianos perſequendos opus non fuiſſe patet ex celebri Plinii epiſtola ad Trajanum, ſiquidem ille, quamvis nullum tunc fuerit Imperatoris edictum, ut contendit Dodvvellus, a Chriſtianorum tamen perſecutione abſtinere auſus non fuit, ſine Imperatoris reſcripto: Imperatorem non conſulturus, niſi poſt aliquot damnatos, nonnulloſque paſſos, multitudine puniendorum deterritus fuiſſet, ut refert Tertullianus in Apologetico. Porro non adeo rara fuiſſe contra Chriſtianos Imperatorum edicta probatur ex Lactantio, qui lib. 5. Inſtitutionum cap. 11. refert, *Domitium de officio proconſulis libris ſeptem reſcripta principum nefaria collegiſſe, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiterentur*.

25. Nec juvat opponere, pleroſque Imperatores ingenio mites atque ad clementiam proclives fuiſſe. Quis enim inter Romanos Imperatores Tito mitior aut lenior unquam creditus eſt? & tamen fratris ſui natalem diem clariſſime celebraturus, apud Cæſaream Palæſtinæ ſpectacula exhiberi juſſit, in quibus *numerus eorum qui cum beſtiis depugnarunt, quique ignibus cremati ſunt, & inter ſe digladiatores periere, duo millia quingentos exceſſit*. Poſtea Beritum accedens, ibi patris ſui natalia haud minori pompa celebravit, nec minor fuit hominum interemptorum numerus, uti Joſephi libro 7. Antiq. cap. 20. narrat. Sed & alias paſſim idem auctor refert ejuſque modi Judæorum clades, quæ jubente Tito fiebant, & tamen hæc omnia Romanis videbantur minus eſſe ſupplicii. Porro plerique ex iis Imperatoribus, qui ob lenitatem ab ethnicis ſcriptoribus maxime laudantur, ut plurimum attrociſſimi Chriſtianorum perſecutores fuere. Nec mirum ſane, cum adverſus Chriſtianos ſævire

crudelitatis vitio non tribuerint, quod eos ſacrilegos, publicos hoſtes, maximorumque flagitiorum noxios eſſe arbitrarentur. Id ſane ita Suetonio perſuaſum erat, ut inter ea quæ aliqua laude digna a Nerone ſancita commemorat, ait ab ipſo fuiſſe *afflictos ſuppliciis Chriſtianos, genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ*. Quænam vero Præſidum fuerit clementia, Lactantii verbis exponendum eſt ex lib. 5. Inſtitut. cap. 11. *Exquiſitos*, inquit, *dolores corporibus immittunt, & nihil aliud devitant, quam ut torti moriantur*... *Pertinaci ſtultitia jubent curam tortis diligenter adhibere, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus ſanguis ad pœnam*. Ex hoc tamen ſe nullum peremiſſe gloriabantur, ut proſequitur Lactantius, *Nam & ipſe audivi*, inquit, *aliquos gloriantes, quia adminiſtratio ſua in hac parte fuerit incruenta*. Eo modo hos Præſides juſtos, quo clementes fuiſſe probat cap. ſequenti. *Jus*, inquit, *vocant carnificinas veterum tyrannorum adverſus innocentes rabide ſævientium; & cum ſint injuſtitiæ crudelitatiſque doctores, juſtos ſe eſſe tamen ac prudentes videri volunt*. Unde ſic eos paullo poſt compellat: *Adeone vobis, o perditæ mentes, inviſa juſtitia eſt, ut eam ſummis ſceleribus adæquetis? Adeone apud vos perit innocentia, ut ne morte quidem ſimplici dignam judicetis? &c.* & paullo antea, cap. ſcilicet nono. *Audent homines improbiſſimi juſtitiæ facere mentionem, qui feras immanitate vincunt*. Videat jam æquus lector, quid de Præſidum iſtorum clementia & æquitate judicare debeat. Denique etſi idem Lactantius in libro de Mortibus perſecutorum quinque tantummodo ex Imperatoribus qui Eccleſiam perſecuti fuerint enumeret; non inde tamen inferendum eſt plures non fuiſſe perſecutores. Eos enim ſolos recenſet Lactantius, qui ob concitatam perſecutionem divinitus puniti funeſta morte vitam finierant, ut patet tum ex titulo libri, tum ex totius opuſculi contextu, unde mirum non eſt, ſi Trajanum aut Antoninos, qui placida morte obierant, cum Nerone, Valeriano, aliiſque tyrannis, quorum turpis fuerat interitus, non conjunxerit. Idem fere dicendum de Tertulliano, qui in Apologetico Chriſtianorum religionem a peſſimis Principibus, quorum decreta ipſimet gentiles horrebant, exagitatam fuiſſe probaturus, inter perſecutores eos principes recenſere non debebat quos Romani ut patriæ patres & piiſſimos Imperatores ſuſpiciebant.

§. III.

## §. III.

26. *Confutatio Diſſertationis XI. Cyprianicæ H. Dodvvelli, quantum ad res facti. Perſecutio* Neronis, *( quæ* Prima *eſt ) ejuſque atrocitas & amplitudo.*

27--29. *Perſecutionem* Domitiani, *( quæ eſt* Secunda*) diuturniorem fuiſſe & crudeliorem quam ſtatuit Dodvvellus.*

30. *Inter Domitiani & Decii tempora perſecutiones non ita paucas fuiſſe atque cenſet Dodvvellus.*

31. *Perſecutionem* Trajani *( quæ* Tertia *numeratur) diffuſiorem fuiſſe quam Dodvvellus putat.*

32. *Sub* Hadriano *Perſecutionem (quam tertiæ appendicem alii, alii* Quartam *dicunt,) revera fuiſſe, contra Dodvvelli aſſertum probatur.*

33. *Nedum Chriſtianis faverit* Hadrianus.

34. *Cujus animi ſævitia & ſuperſtitio perſecutioni, quam dein ſedavit, occaſionem præbuere.*

35. *Sub* Antonino Pio *nec defuiſſe perſecutiones multas.*

36. *Sub* Marco Aurelio *Perſecutionem ( quæ* Quinta *ponitur ) exſtitiſſe.*

37. *Quænam hic objiciat Dodvvellus.*

38. *Confutantur omnia. In Chriſtianos ſævitum fuiſſe quod Chriſtiani eſſent.*

39. *De tempore Martyrum Lugdunenſium.*

40. *Perſecutiones populorum clamoribus excitatas, ad Præſides eſſe delatas. Edicta quoque imperialia adverſus Chriſtianos tunc promulgata fuiſſe.*

41. *Perſecutionis hujus acerbitati non offecit Marci manſuetudo.*

42. *Sub* Commodo &c. *tranquilliora Eccleſiæ tempora, quamvis nec ſine Chriſtianorum cædibus.*

43--45. *Sub* Severo *Perſecutionem ( quæ* Sexta *dicitur ) fuiſſe generalem atque ſæviſſimam.*

46. *Eamdemque diuturniorem quam velit Dodvvellus.*

47. *Sub* Antonino Caracalla *Perſecutionem aliquot in locis non deſiiſſe.*

48. *Uti nec ſub* Heliogabalo, *ipſoque etiam* Alexandro.

49. Maximinus *Perſecutionem novam & triennii quidem ( quæ* Septima *habetur) excitavit. Nec ſub* Philippis *defuere Chriſtianorum cædes.*

50. 51. Decii *Perſecutionem ( quæ* Octava *fuit, ) ſæviſſimam, renuente licet Dodvvello, fuiſſe, palam monſtratur.*

52. *Sub* Gallo *etiam fuiſſe perſecutionem attrocem, licet brevem, vel ex conceſſis a Dodvvello conſequitur.*

53. Valerianus *acerbe in Chriſtianos ſævit: quæ Perſecutio* Nona *numeratur.*

54. *Sub* Aureliano, *uti & ſub* Caro, *Martyres quoque fuiſſe.*

55. *De Perſecutione* Decima *ac decennali ſub* Diocletiano aliiſque *atrociſſima. Ejus occaſiones.*

56. Galerius Maximianus Cæſar *Edictum contra Chriſtianos a Diocletiano exprimit. Pudendæ Dodvvelli de ſæviſſima hac Perſecutione extenuationes.*

57. *Eæ falſi convincuntur. Immanitas Perſecutionis, accedente duobus Perſecutoribus* Maximiano Herculio.

58. Galeriorum Maximiani ac Maximini *incredibilis adverſus Chriſtianos crudelitas.*

59--62. *De Univerſalitate hujus perſecutionis.*

63. *Reliquis Dodvvelli exceptionibus adverſus multitudinem Martyrum reſpondetur.*

64. *Dodvvellus quo præjudicio ſcripſerit, & Martyrologiorum Scriptores appellaverit fabulatores. De his cautiones.*

26. Expenſis aliquot argumentis, quæ pro Martyrum paucitate aſſerenda attulit Dodvvellus, jam cum eo ad ſingulas Perſecutiones, quas vulgo decem numerant, progrediendum eſt. His non accenſetur *perſecutio* illa *magna* quæ facta eſt Hieroſolymis poſt *Stephani* necem.

*26. Confutatio Diſſertationis IX. Cyprianicæ H. Dodvvelli, quantum ad res facti, Perſecutio Neronis (quæ eſt Prima) ejuſque atrocitas & amplitudo.*

necem. Omitto etiam *Jacobi* martyrium ab Herode imperatum, & alias perſecutiones, quæ a Judæis adverſus Apoſtolos alioſque fideles variis in urbibus commotæ ſunt; quarum tamen ipſa urbium regina immunis non fuit. Nam ut teſtis eſt Suetonius, *Claudius Judæos*, quo nomine etiam Chriſtiani tum deſignabantur, *impulſore Chreſto aſſidue tumultuantes Roma expulit*. Primo itaque omnium occurrit NERONIANA, in qua *ingens* Chriſtianorum *multitudo*, teſte Cornelio Tacito lib. 15. Annalium, incendii Romani occaſione interemta fuit. Et quidem *pereuntibus addita* ſunt *ludibria*, *ut ferarum tergis contecti*, *laniatu canum interirent*, *aut crucibus affixi*, *aut flammandi*; *atque ubi defeciſſet dies*, *in uſum nocturni luminis uterentur*. Tanta autem erat hujus perſecutionis ſævitia, *ut quamquam adverſus ſontes & noviſſima exempla meritos* (ſic enim Chriſtianos appellat Tacitus) decreta videretur, *miſeratio* tamen Gentilium *oriebatur*. Hæc quæ ab auctore minime ſuſpectæ fidei prolata ſunt, inficiari non audet Dodvvellus: & quidem hæc ſuppliciorum genera in uſu fuiſſe tempore Neronis, præter Tacitum, teſtantur etiam Juvenalis Satyr. 1. & 8. ac Seneca epiſtola 14. ubi fuſius de ea diſſerit. At hanc perſecutionem extra Urbis mœnia non ſæviiſſe contendit vir eruditus, *cum in eos*, inquit, *qui Roma aberant*, *nulla erat*, *vel ſpecie tenus*, *veriſimilis ratio*, *cur intentaretur Urbis incendium*. At id pro confeſſo ſumit Dodvvellus, Chriſtianos ſcilicet ob unicum incendii crimen fuiſſe apprehenſos, quod plane a Taciti ſenſu alieniſſimum eſt. Is quippe ſcribens Neronem *abolendo rumori ſubdidiſſe reos .... quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat*, aperte declarat Chriſtianos etiam ante incendium morte digniſſimos judicatos fuiſſe, quos re vera paullo poſt *haud perinde in crimine incendii*, *quam odio humani generis*, incendiariis *conjunctos* fuiſſe dicit. Et quidem Svetonius a Nerone *afflictos ſuppliciis Chriſtianos* commemorans, nullam Romani incendii facit mentionem, ſed eos *genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ* appellat. quæ cum referat Suetonius inter ea, quæ a Nerone *inſtituta* fuerunt; haud dubium eſt quin edictum adverſus Chriſtianos ab eo tyranno ſcriptum fuerit. Unde jure merito a ſanctis Patribus Nero primus motæ in Chriſtianos perſecutionis auctor cenſetur: quo *tali*, inquit Tertullianus in Apologetico, *dedicatore damnationis noſtræ gloriamur*. Et quidem Sulpicius Severus lib. 2. ſacræ Hiſtoriæ ſcribit, in Chriſtianos primo incendii occaſione ſævitum, tum adverſus eoſdem poſtea etiam leges latas fuiſſe. *Poſt etiam*, inquit, *datis legibus religio vetabatur*, *palamque edictis propoſitis Chriſtianum eſſe non licebat*. *Tum Paulus &c.* Hanc autem perſecutionem etiam extra Romam graſſatam fuiſſe diſertis verbis affirmat Paulus Oroſius lib. 7. Hiſtoriæ cap. 5. Nero *Romæ*, inquit, *Chriſtianos ſuppliciis ac mortibus affecit*, *ac per omnes provincias*

pari

*pari perſecutione excruciari imperavit*. quod idem innuit Lactantius in libro de Mortibus perſecutorum cap. 2 ubi cum multos a Petro Romæ ad fidem adductos præmiſiſſet, ſubjungit. *Qua re ad Neronem delata, cum animadverteret, non modo Romæ ſed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad religionem novam damnata vetuſtate tranſire, proſilivit – ad excidendum cæleſte templum, delendamque juſtitiam, & primus omnium perſecutus Dei ſervos, Petrum cruci adfixit, – nec tamen obiit impune. Reſpexit enim Deus vexationem populi ſui &c.* Ex quo etiam loco patet, Neronianam perſecutionem potiſſimum excitatam fuiſſe, quod magna multitudo a cultu idolorum in dies deficeret: cui tamen augendæ Romanum incendium occaſionem tribuiſſe inficiari non poſſumus. Ceterum Martyres, qui iis temporibus paſſi fuerunt, non obſcure laudat Hermes in libro Paſtoris, viſione 3. ubi ad dexteram ſedere dicuntur qui paſſi ſunt cauſſa nominis Dei; tum recenſentur ſupplicia, quibus illi ad hanc gloriam pervenerant, nempe *feras beſtias, flagella, carceres, cruces*.

*27 29. Perſecutionem Domitiani, (quæ Secunda eſt) diuturniorem fuiſſe & crudeliorem quam ſtatuit Dodvvellus.*

27. Poſt Neronis interitum, turbatis Reipublicæ negotiis, Eccleſia paullum reſpiravit, uſque dum imperante DOMITIANO aperta perſecutio recrudeſceret. Veſpaſianum tamen beatus Hilarius in libro contra Auxentium, Neroni & Decio ſæviſſimis Eccleſiæ perſecutoribus adjungit. At multo ſævior eo Domitianus fuit, qui, ut ait Euſebius lib. 3. Hiſtoriæ cap. 17. *Neronianæ impietatis, bellique & alii adverſus Deum ſucceſſorem ſe ipſum profeſſus eſt*. Hanc quidem Perſecutionem admittit Dodvvellus; ſed breviſſimam fuiſſe affirmat, utpote quæ vix unum annum potuerit implere; & minime cruentam, cum ne ad cruciatus quidem, nedum ad cædes progreſſa fuerit. Ejus brevitatem certo ſe argumento demonſtrare exiſtimat, quod Brutius apud Euſebium lib. 3. Hiſtoriæ capite 18. afferat, *Flaviam Domitillam*, Flavii Clementis, ejus qui tunc temporis Romæ Conſul fuit, neptem, una cum multis aliis, anno 15. Domitiani in exſilium deportatam fuiſse. Atqui Tribunitiæ, inquit, poteſtatis annum 15. iniit Domitianus menſe Septembri, qui cum eodem menſe anno ſequenti, poſt revocatam, ut auctor eſt Tertullianus, perſecutionem, interemtus fuerit, ultra ſolidum annum perſecutio differri non poteſt. Tertulliani verba hæc ſunt in Apologetico: *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis, de crudelitate: ſed qua & homo, facile cœptum repreſſit, reſtitutis etiam quos relegaverat* &c. Unde ſic concludit Dodvvellus: Tentavit itaque Domitianus; non gladio ferociit. Relegavit Confeſsos; non capitali, ſed nec membrorum ſupplicio affecit. Nec alii quam exſules ex probis Eccleſiæ monumentis haberi poſsunt.

28. Verum ex Brutii verbis, quæ pro aſserenda perſecutionis hujus brevitate profert Dodvvellus, nihil aliud deduci poteſt, quam

quam hanc procellam anno 15. Domitiani maxime efferbuiſſe, ſed quæ tamen multo antea excitata fuiſſe poterat. Et quidem Euſebius, qui Brutium legerat, (quidquid enim ex Brutio ſupereſt ab Euſebio habemus) biennio ante Domitillæ exilium, perſecutionem conſignat, cui conſentit Chronici paſchalis auctor, aſſerens ex Brutii Hiſtoria *multos Chriſtianos anno* XIV. *Domitiani martyrium feciſſe*. quam ideo perſecutionem doctiſſimus pater Antonius Pagius anno 93. incepiſſe contendit, quamvis eam Cardinalis Baronius biennio antea contigiſſe putaverit. Dodvvelli ſententiæ ipſe etiam adverſatur Hieronymus, qui Johannem anno 14. Domitiani in ollam ignitam Romæ conjectum fuiſſe refert. Et quidem longe antea Domitianus ſe *Deum ac Dominum* appellari voluerat, ut non ex Euſebio ſolum aut Chriſtianis, ſed etiam ex ethnicis ſcriptoribus certum eſt. Tandem hanc perſecutionem diuturniorem fuiſſe probant ſincera, &, ut admittit Dodvvellus, ab auctore coævo ſcripta, Acta ſancti Ignatii, ubi ſanctus Martyr *multarum ſub Domitiano perſecutionum procellas* ſuſtinuiſſe memoratur. Ex his patet quam parum interſit, an exſules ab ipſo Domitiano paullo ante ejus necem, ut innuit Tertullianus, revocati fuerint, an ab ejus ſucceſſore. Certe Euſebius prolato etiam Tertulliani loco, id a Nerva præſtitum fuiſse refert *ex iis qui rerum tunc temporis geſtarum hiſtoriam condiderunt*. Idem cenſet Clemens Alexandrinus in libro de Divite ſalvando; & Nerva apud Dionem Xiphilini *reos impietatis abſolviſſe* dicitur. Denique Johannes nonniſi interfecto Domitiano, & reſciſſis a ſenatu ejus actis ab exſilio rediit Epheſum.

29. Hanc autem perſecutionem ad cædes uſque proceſſiſse, vel ex ſolo ejuſdem *Johannis* exemplo probari poſset, qui licet miraculo ſervatus, ſententiam tamen exceperat capitalem. His etiam diebus *Antipas* apud Pergamum paſsus eſt, cujus martyrium in Apocalypſi cap. 2. laudatur, & apud Tertullianum in Scorpiaco. quod ſolo populi furore contigiſse ait Dodvvellus; ſed unde hæc habet? Acta enim vulgata eum quidem a multitudine comprehenſum fuiſse tradunt; ſed tamen Præſidi oblatus eſt. Et Præſes quidem eum, quod *Imperatorum decretis* non obtemperaret, & *deorum religionem* negligeret, meritis ſuppliciis *ex Romanorum legum præſcripto* ſe affecturum comminatus eſt. Hinc martyr ad Dianæ templum raptus, & in bove æneo candenti incluſus vitam finiit. quæ ſane omnia apertam perſecutionem repræſentant. Nobis etiam ſavet Brutius, qui apud Euſebium, cum in Chronico, tum in Hiſtoria, *plurimos Chriſtianos ſub Domitiano feciſſe martyrium* ſcribit. Ex quibus ait Flaviam Domitillam cum multis aliis in exſilium deportatam fuiſse, ob ſexus ſorte aut conditionis rationem. Unde alios occiſos fuiſse dicendum eſt, alios vero bonis privatos

tan-

tantummodo, aut in exilium amandatos. Nec id conjectandò dicimus, quod nempe diſertis verbis legitur relatum apud Dionem Xiphilini. *Eodem anno, inquit, Domitianus cum alios multos, tum vero Fabium Clementem conſulem, (etſi patruelis ejus erat, & Flaviam Domitillam, Domitiani conſanguineam, uxorem haberet) morte affecit, illatò ambobus crimine impietatis. Cujus rei cauſa multi, qui in Judæorum*, (ſic ethnici Chriſtianos Judaiſmi, Atheiſmi, aut impietatis reos appellabant) *mores tranſierant damnati ſunt; quorum pars ſpoliata facultatibus; Domitilla tantummodo in Pandateriam relegata eſt. Glabrionem quoque, qui cum Trajano magiſtratum geſſerat, accuſatum præter cetera ſuperioris criminis.... interfici juſſit.* Huc revocari debet Hieronymi locus ex Epitaphio Paulæ, ubi hæc *ad inſulam Pontiam delata, quam clariſſimæ quondam feminarum, ſub Domitiano principe, pro confeſſione nominis Chriſtiani Flaviæ Domitillæ nobilitavit exilium*, inviſiſſe dicitur *cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat*. Itaque *tentavit*, ut loquitur Tertullianus, Chriſtianos Domitianus, ſed tam gladio, quam exilio: nec ideo ſuſpecta inde erunt monumenta, quæ aliquot Martyres ſub Domitiani perſecutione còronatos celebrant.

30. Reſciſſis tum *Nervæ* Imperatoris, tum etiam Senatus auctoritate Domitiani actis, Eccleſia pacem recuperavit, quam uſque ad Decii tempora ita perſeveraſſe affirmat Dodvvellus, ut toto hoc temporis intervallo, præter perſecutiones aliquas locales, Chriſtianis tuto religionem ſuam colere & promovere licuerit. At licet ultro fateamur, non ſemper & ubique terrarum perſecutiones ita ingruiſſe, ut nulla dies, aut ſane nullus annus ſine martyrum multitudine abierit; contendimus tamen perſecutiones etiam eo tempore, quod inter Domitianum & Decium interceſſit, frequentes fuiſſe aliquando locales ex Præſidum genio, aut etiam populorum & ſacerdotum tumultu ad eas Præſides incitante; quandoque etiam ex ſpecialibus Principum reſcriptis. Immo nec etiam defuiſſe perſecutiones publicis Imperatorum edictis decretas probabimus, in quibus multi Martyres occubuerunt.

*30 Inter Domitiani & Decii tempora perſecutiones non ita paucas fuiſſe atque cenſet Dodvvellus.*

31. Et quidem ut a TRAJANO, qui Nervæ ſuffectus eſt, exordium ſumamus, fatetur Dodvvellus, non ſolum *Ignatium* Antiochenum, ſed etiam *Rufum* & *Zozimum* Philippenſes hujus Imperatoris juſſu necatos fuiſſe. At neminem præter eos in Syria „ paſſum fuiſſe colligit Dodvvellus, quod, inquit, Polycarpus, „ qui de iſtis ſcripſit in epiſtola ad Philippenſes, ceteros, ſi aliqui „ fuiſſent, minime omiſſurus fuiſſet. At mirum eſt virum perſpicaciſſimum non advertiſſe, alios reipſa Martyres in hac epiſtola laudari, ſic quippe habet apud Euſebium lib. 3. Hiſtoriæ cap. 36. *Obſecro vos ut pareatis præpoſitis veſtris, omnemque patientiam exerceatis, quam ſpectaſtis non ſolum in Ignatio, Rufo, & Zozimo viris* bea-

*31. Perſecutionem Trajani (quæ Tertia numeratur) diffuſiorem fuiſſe quam Dodvvellus putavit.*

*beatiſſimis, ſed etiam in aliis civibus & inquilinis veſtris, &c.* Uſſeriana verſio: *Sed & in aliis qui ex vobis ſunt... ad debitum ſibi locum a Domino, cui & compaſſi ſunt, abierunt.* Idem innuit ipſe Ignatius in epiſtola ad Romanos, in qua promptas ad ſeipſum devorandum beſtias eſſe optat; quæ quoſdam veritæ non tetigerant; ſeu, ut habet Hieronymus in Catalogo, *aliorum Martyrum corpus* non auſæ fuerant attingere. Favent Acta jam laudata ejuſdem ſancti Martyris, in quibus diſerte legitur: *Trajanus omnes aut ſacrificare, aut mori cogebat.* Obſervat autem Euſebius lib. 3. cap. 33. Imperatoris exemplo peculiarem quamdam perſecutionem *per ſingulas civitates populari motu excitatam* fuiſſe, cujuſmodi perſecutiones cruentas fuiſſe patet vel ex ſolo *Symeonis* Epiſcopi Jeroſolymitani exemplo, qui cum *conſtantiſſime Chriſti fidem profeſſus eſſet, tandem ſententia judicis cruci ſuffixus eſt.* Ad Trajani etiam tempora beati *Marci* necem revocat Chronici paſchalis ſive Alexandrini auctor. Marcus *Alexandriæ*, inquit, *Epiſcopus erat, injecto in illum laqueo, a Bucoliis ita appellatis, uſque ad Angelos locum ita dictum, tractus, ibi exuſtus eſt, prima die Pharmuthi; ſicque martyrio vitam conſummavit.* Ipſo etiam tempore, ut cenſet Dodvvellus, Arrius Antoninus fideles in Bythinia *inſtanter* perſequebatur, cumque *omnes illius civitatis* Chriſtiani ſeſe manu facta ejus tribunali objeciſſent, *quibuſdam duci juſſis*, ut loquitur Tertullianus in lib. ad Scapulam, id eſt occidi, ceteros dimiſit, dicendo, ſi vellent interire, præcipitia & reſtes eos habere. Hic referenda quoque eſſet Tiberiani Palæſtinæ primæ præſidis relatio ad Trajanum, ubi ſe in Chriſtianis ſecundum Imperatoris mandata neci tradendis fatigatum fuiſſe fatetur, ſi de hujus inſtrumenti fide apud viros doctos conſtaret. At certiſſimum adhuc habemus de ea perſecutione teſtimonium, epiſtolam ſcilicet Plinii Secundi ad Trajanum, ubi ſe Chriſtianos delatos, poſt ſuppliciorum minas *duci* juſſiſſe ait: ſed tandem cum *multi omnis ætatis, omnis ordinis, utriuſque ſexus in periculum vocarentur*, &c, ut ait Tertullianus Apologetici cap. 2. *damnatis quibuſdam, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret conſuluit Imperatorem. Actum* Plinii Secundi, id eſt ordinem adverſus Chriſtianos cognoſcendi ab eo ſervatum, laudat Trajanus in reſponſione, cenſetque eos, non equidem inquiri debere, ſed delatos tamen puniendos eſſe, qua occaſione, inquit Euſebius lib. 3. Hiſtoriæ cap. 33. *plurimi ex fidelibus multiplicis martyrii certamen ſubierunt*, cum provinciarum præſidibus & populis inſidias adverſus Chriſtianos ſtruere licet. Porro ex eadem Plinii epiſtola certum eſt, conventus ſeu (ut vocat) hetærias, id eſt quaslibet ſocietates ſeu conventicula, Trajani edicto vetitos fuiſſe.

32. *Sub* Hadriano *Perſecutionem (quam*

32. HADRIANI perſecutionem alii quartam appellant, alii tertiæ appendicem: at rem uno verſu ſe conficere exiſtimat Dodvvellus,

vvellus, ne unicum quidem Martyrem toto Hadriani tempore admittendo. Sententiam ſuam probare conatur ex Juſtini Apologia, ubi ſanctus Martyr Hadriani exemplum Antonino proponit, ut pacem Chriſtianis impetraret. *qua fronte*, inquit Dodvvellus, *eo nomine uſurus, ſi ipſemet Hadrianus perſecutus fuiſſet?* At admiſſa Hadriani perſecutione, optimum fuiſſe Juſtini argumentum quis non videat, modo Hadrianus aliquando tandem perſecutionem ſedaverit? Antoninum quippe adhortatur Juſtinus, ut agnita Chriſtianorum innocentia, ab eorum cæde ceſſari juberet, Hadriani ſcilicet exemplo, qui poſt varias Chriſtianorum perſecutiones, Philoſophorum Chriſtianorum apologiis & aliquot præſidum reſcriptis tandem convictus, ab eorum vexationibus & cædibus abſtineri juſſerat. Hanc Juſtini mentem fuiſſe patet ex eo, quod Hadriani reſcriptum ad Minucium Fundanum Apologiæ ſuæ inſeruerit. Hoc enim reſcripto declarat Imperator, ſe Serenii Graniani deceſſoris Minucii monitu ſtatuere, ne deinceps Chriſtiani abſque ſollemnibus juris proceſſibus damnarentur. Ex qua Serenii relatione perſecutionem quidem *imminentem* colligi poſſe ait Dodvvellus, non vero *ardentem*. At contradicit Euſebius: *Monebat*, inquit lib. 4. Hiſt. cap. 8. *iniquum videri, Chriſtianos nullo objecto crimine tumultuoſis vulgi clamoribus gratificandi ſtudio indicta cauſa occidere*. Reſcripſit Jmperator, *ne quis poſt hac ſine objectu criminis & legitima occaſione condemnaretur*. Porro idem Juſtinus aliud argumentum nobis ſuppeditat, ex quo elicitur Martyres aliquot ſub Hadriano claruiſſe. Hic enim de converſione ſua agens, (quam imperante Hadriano contigiſſe extra dubium eſt) refert ſe occaſione Martyrum Chriſtianæ religionis veritatem agnoviſſe. *Cum ego Platonis diſciplinæ ſectator*, inquit in Apol. 1. *calumnioſe audirem Chriſtianos deferri; intrepide autem ad mortem, & alia quæ terribilia eſſe cenſentur omnia, adire conſpicerem, ſtatui apud me*, &c. *Quis etenim voluptatum conſectator — mortem libenter complecti queat*, &c.

*Tertiæ (a) appendicem alii, alii Quartam dicunt) revera fuiſſe, contra Dodvvelli aſſertum probatur.*

33. Nec etiam Hadriani odium in Judæos Chriſtianis ejus favorem conciliavit, ut putat Dodvvellus. Verum quidem eſt, Barchochebam, factionis Judaicæ ducem, plurimos e Chriſtianis morte & ſuppliciis affeciſſe, quod Chriſtum negare nollent, referente Juſtino; quodque adverſus Romanos nollent rebellare, teſtante Euſebio in Chronico, cui Oroſius ceterique conſentiunt: ſed, ut aiebat Juſtinus in epiſtola ad Diognetum, *Adverſus* Chriſtianos *Judæi bellum gerunt, & Græci eos perſequuntur; & oſores eorum cauſas inimicitiarum dicere nequeunt*. Multo minus faviſſe Chriſtianis dicendus eſt idem Imperator in Jeroſolymitanæ urbis reſtauratione, qui hac ipſa occaſione, in Chriſtianæ religionis odium, ſacrorum locorum memoriam, erectis idolis abolere conatus eſt. Id

f teſtan-

(a) *Qui hanc* Tertiam *dicunt, ſequentes unitate minus notant uſque ad* Aurelianum, *ſub quo Perſecutionem* IX. *ponunt, quam alii non numerant ſpeciatim.*

teſtantur ſanctus Paulinus epiſtola 31. ad Severum, Hieronymus epiſt. 13. ad Paulinum, Severus Sulpicius lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ, aliique paſſim ſcriptores eccleſiaſtici, quibus ne unicum quidem auctorem opponit Dodvvellus, ſufficere ratus quod dixit, ejuſmodi loca ſacra Hadriano ignota fuiſſe, nec eorum memoriam a Chriſtianis fuiſſe ſervatam. Verum loca ſacra non ſolum apud Chriſtianos, ſed etiam apud Gentiles celebrata fuiſſe etiam poſt Hadriani tempora teſtis eſt Origenes, qui Bethleem ſpeluncam adhuc ſuo tempore apud infideles celebrem fuiſſe dicit lib. 1. contra Celſum, *quod ibi natus eſſet Jeſus, qui a Chriſtianis adoratur*. Et quidem apud Euſebium lib. 6. Hiſtoriæ cap. 11. Alexander Jeroſolymæ epiſcopus factus eſt, cum huc ex Cappadocia *ſacra loca* viſitaturus acceſſiſſet.

*34. Cujus animi ſævitia & ſuperſtitio perſecutioni, quam dein ſedavit, occaſionem præbuere.*

34. Jam vero certum eſt Hadriani genium ad cædes propenſiſſimum fuiſſe, cui, teſte Spartiano, *ſævitia ingenita* erat, quique *multa cædes* feciſſe apud Dionem Caſſium memoratur: & licet, ut ait Tertulianus in Apologetico, *nullas contra Chriſtianos leges impreſſerit*, *erat* tamen *omnium curioſitatum explorator*. Unde, Spartiano jam laudato teſtante, *ſacra Romana diligentiſſime curavit*, *peregrina contemſit*, *& Pontificis maximi officium peregit*, atque *Eleuſina ſacra ſuſcepit*. Qui cum Athenis hiemem exegiſſet, & omnibus pæne Græciæ ſacris, ut refert Hieronymus in Catalogo, ubi de Quadrato, fuiſſet initiatus, Gentilibus Chriſtianos vexandi occaſionem præbuit. quam perſecutionem, *graviſſimam fuiſſe* aſſerit idem Hieronymus in epiſtola ad Magnum Oratorem Romanum. Hanc tamen ipſemet poſtea, Ariſtidis & Quadrati Chriſtianorum apologiis perſuaſus, ſedavit. Porro hunc Quadratum eumdem eſſe exiſtimat Hieronymus, qui, ex Dionyſio Corinthiorum epiſcopo apud Euſebium libro 4. Hiſtoriæ cap. 23. poſt *Publii* epiſcopi Athenienſis martyrium, ejus loco ſuffectus, eccleſiam illam grandi terrore diſperſam congregavit, ac conventus eccleſiaſticos, qui fieri deſierant, reſtituit; ſed duos Quadratos in unum ab Hieronymo conflatos fuiſſe contendit Valeſius. Ut ut ſit, ex his omnibus quæ protulimus patet, Martyrologiorum fidem non eſſe rejiciendam, in quibus aliquot Martyres ſub Hadriano coronati recenſentur. quibus adjiciendus eſt *Marius* dux militum, qui pro fide occiſus dicitur *tempore Hadriani Imperatoris*, ex inſcriptione in cœmeterio Calliſti reperta, Romæ ſubterraneæ lib. 3. cap. 22. ubi cum *lacrymis & metu* a bene merentibus depoſitus eſt, haud dubie propter ingruentem perſecutionem.

*35. Sub* Antonino Pio *nec defuiſſe perſecutiones multas.*

35. Sub ANTONINO PIO perſecutiones locales, & quidem *multas* admittit Dodvvellus, in quibus etiam nonnullos Martyres extitiſſe fatetur. Ex his recenſet *Polycarpum* cum 12. *Philadelphienſibus*, *Juſtinum*, & eos qui in ejus Apologia memorantur

Lu-

*Lucium*, &c. At licet iſtos Martyres ſub Marco paſſos eſſe cenſeamus, haud tamen inficiamur Pio imperante Martyres aliquot exſtitiſſe . id quippe diſertis verbis Juſtinus affirmat in Apologia ad ipſum Pium data. *Propter confeſſionem*, inquit, *torquetis ... cauſa non judicata ſupplicia infertis*. Et poſt multa: *Ad inquiſitionem veſtram Chriſtianos nos eſſe profitemur, cum quidem mortis ſupplicium profeſſis propoſitum ſciamus. Si enim humanum exſpectaremus regnum, inficiaremur utique ne occideremur, &c. Perlibenter Chriſtum confitemur, mortem quoque adimus, &c. Ad mortem rapimur, &c.* Hæc autem Imperatoris auctoritate fuiſſe facta, patet ex Apologiæ concluſione, ubi ſic beatus Martyr Pium alloquitur. *Neque ita contra eos, qui nihil per injuriam iniqui admiſerunt, perinde atque adverſus hoſtes ſupplicium capitis ſtatuite. Illud autem vobis prædicimus, vos minime evaſuros eſſe futurum Dei judicium, ſi in hac iniquitate perduraveritis* Hanc vero Apologiam ad Pii initia referri non poſſe perſpicuum eſt, tum ex eo quod in ea Marcionitarum faciat mentionem, qui ſane tunc nondum ſectam fecerant; tum ex his Juſtini verbis: *Ante annos* CL. *Chriſtus ſub Cerenio natus eſt*, annus quippe CL. Chriſti, cum Pii XIII. componi debet. Porro idem Juſtinus in Dialogo cum Tryphone ait, Chriſtianos, quod Chriſti nomen abnegare renuerent, morte fuiſſe affectos . tum circa medium hæc habet: *Quod namque dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & beſtiis objicimur, & vinculis, & igne, & tormentis aliis omnibus plectimur, & excruciamur, a profeſſione noſtra non diſcedamus, ſatis conſtat*. Deinde: *In toto mundo nemini Chriſtianorum vivere permittitur*. His ſuffragatur Inſcriptio vetus ex cœmeterio Calliſti eruta Romæ ſubterraneæ lib. 3. cap. 22. quæ *Alexandri* martyris epitaphium exhibet, ubi *tempora* tam *infauſta* ſub Antonino Imp. fuiſſe dicuntur, ut ne *in cavernis* quidem ſalvari poſſent Chriſtiani, nec ab amicis aut parentibus ſepeliri. Et ſane Pius, teſte Capitolino, ita erga ſuos deos erat affectus, ut eis continue ſacrificaret, quod per ſemetipſum faciebat, *ne uno quidem die per vicarios, niſi æger, &c.* Si autem aliquando a cædibus voluerit temperari, illud in cauſa fuit, quod Chriſtiani per mortem *victores* evaderent, cum iis, inquiebat, *mori eſſet optabile*. Id ex ejus reſcripto patet apud Euſebium lib. 4. Hiſtoriæ cap. 13. quod reſcriptum etſi Marci foret, ut Valeſius contendit, ex Melitonis Apologia apud Euſebium lib. 4. cap. 26. conſtat, Pium ad multas civitates litteras dediſſe, ut tumultus adverſus Chriſtianos concitati ſedarentur. Ejuſmodi autem tumultus ad cædes uſque proceſſiſſe, vel ex reſcripto laudato probari poteſt, ubi hæc leguntur: *Et Chriſtianos expellitis, & ad mortem uſque perurgetis*.

36. *Sub* Marco Aurelio *perſecutionem generalem* (*quæ* Quinta *ponitur*,) *exſtitiſſe.*

36. Polycarpi Smyrnenſis, Juſtini, aliorumque Martyrum necem, quam alii ſub Marco contigiſſe putant, Dodvvellus, ut jam diximus,

mus, ad Pii tempora revocavit. De his fuſius diſputare non vacat; cum alias nobis ſuppetant argumenta de perſecutione, quam ſub MARCO excitatam fuiſſe tradunt. Obſervari tamen velim non recte a Dodvvello dictum, nullos alios, præter eos quorum nomina recenſet, id eſt tres Martyres, ex Juſtini Apologia 1. colligi poſſe. Ipſe enim Juſtinus generalem quaſi perſecutionem in hac Apologia innuit, quod vel ex ejus initio patet. Hanc quippe ſic orditur: *Quæ heri & proximis diebus, in urbe veſtra, o Romani, ſub Urbicio accidere; & quæ ubique locorum ſimiliter citra rationem omnem a præſidibus fiunt*, &c. *Maligni dæmones — occidi nos procurant* &c. Tum quid Romæ fieret exponit, necem ſcilicet *Ptolemæi* & *ſociorum*, quos Urbicius, diſſimulata eorum innocentia, ob unicam nominis Chriſtiani confeſſionem, morti addixerat. Porro hanc Apologiam Marco oblatam fuiſſe dicemus in Admonitione ad illorum Martyrum paſſionem pag. 53. ſed ea de re fuſius differentem conſule doctiſſimum P. Antonium Pagi ad annum 162. nos interim quid de Marci perſecutione ſentiat Dodvvellus videamus.

*37. Quænam hic objiciat Dodvvellus.*

„ 37. Affirmat Dodvvellus perſecutionem, quæ ſub Marco „ contigit, nec Imperatorem auctorem habuiſſe, nec tot Marty„ res coronaſſe quot vulgo referuntur. Martyres autem ſolos „ admittit *Lugdunenſes*, quos ſolo infanticidiorum & concubituum „ inceſtuoſorum nomine ex ſervorum teſtimonio convictos, con„ demnatos fuiſſe dicit. *Unde*, inquit, *non eſt quod miremur re„ ſcriptum eſſe a clementiſſimo alioqui & mitiſſimo Imperatore de pu„ niendis Chriſtianis; quod tamen ea æquitate temperavit; ne in alie„ norum Chriſtianorum fraudem cederet, præterquam Lugdunenſium at„ que Viennenſium*. Hæc anno 7. Marci contigiſſe contendit, pro„ pterea quod ludi Lugdunenſes, quos quinquennales putat, eo „ anno celebrati fuerint, non autem Marci anno 17. quo tamen „ anno hos Martyres conſummatos fuiſſe Euſebius in Hiſtoria „ commemorat. Porro quæ in aliis provinciis ſub Marco effer„ buere perſecutiones, nihil aliud quam veluti hujus Lugdunen„ ſis perſecutionis appendices eſſe contendit. Rem vero ſic ex„ plicat. Pervulgata apud Helladem Lugdunenſium martyrum „ fama, quaſi de infanticidiis & inceſtibus convicti damnatique „ fuiſſent, ſtatim populares motus in ea provincia adverſus Chri„ ſtianos commoti ſunt, in quibus tamen nullæ cædes, cum ur„ bici magiſtratus, qui ſoli in iis tumultibus ſæviebant, jus gla„ dii non haberent. Et hac occaſione Apologiam ſcripſit Athe„ nagoras. Eadem fama in Aſiam pertingens, tranſiit & ſimul „ cum ea populorum rabies, quæ occaſionem præbuit Apollina„ ri Hierapolitano & Melitoni Sardenſi Apologias etiam ſuas „ conſcribendi. Hæc ille, quæ ſingillatim diſcutienda ſunt.

38. Et

38. Et primo quidem *Lugdunenſium martyrum* necem anno 177. Marci conſignandam eſſe ex Euſebii Hiſtoria, nec etiam diſſentiente Chronico, probamus in Admonitione ad horum Martyrum Acta pag. 60. Ludos autem Lugdunenſes quinquennales fuiſſe *probabile* cenſet, ſed non evincit Dodvvellus. Multos ejuſmodi ludos annuos fuiſſe poſt illuſtriſſimum archiepiſcopum Petrum de Marca probat doctiſſimus P. Antoninus Pagius. Quin etiamſi Lugdunenſes quinquennales fuiſſe admitterentur, nihil inde certi haberetur, cum quandoque differrentur iſtiuſmodi ludi, aut etiam anticiparentur, quo vel ſemel facto, ordo perturbatus remanebat. Atque inde corruit Dodvvelli argumentum. Eleutherii vero pontificatus initium ex Eutychio, decimi ſæculi auctore græco, potius repetendum eſſe, quam ex Euſebio aliiſque veteribus ſcriptoribus, nemo facile ſibi perſuadebit. Jam ex ipſamet Lugdunenſium epiſtola videndum eſt, quo nomine Martyres illi condemnati fuerint, an quaſi de flagitiis convicti, ut cenſet Dodvvellus, an ſolummodo quod fuerint Chriſtiani. Certe *Attalus* num. 3. Præſidi oblatus cum *id unum ab eo quæreret* Præſes, *eſſetne Chriſtianus*; *ille ſe eſſe Chriſtianum clariſſima voce profeſſus*, *in Martyrum numerum relatus eſt*, & idem num. 11. per amphitheatrum circumductus eſt *præcedente ipſum tabella*, *in qua latino ſermone inſcriptum erat* HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS. Et num. 10. *Illi qui ſe id quod revera erant eſſe profitebantur*, *tamquam Chriſtiani conjiciebantur in vincula*, *nullo alio crimine ipſis objecto*. Certe Athenagoras ob id potiſſimum ad Imperatores querelas detulit, quod ſolo Chriſtiani nominis titulo, poſthabito quolibet vitæ eorum examine, Chriſti diſcipuli condemnarentur; idque per judices. *Nomine tenus*, inquit, *dumtaxat accuſamur*.... *Etenim judices non tam quid commiſerit reus aliquis noſtrum*, *inquiunt*, *quam ipſi nomini tanquam certo ſceleri illudunt*. Haud tamen imus inficias, varia flagitia Chriſtianis imputata fuiſſe: ſed aliud eſt accuſari, aliud convinci. Et ſane Imperatoris reſcriptum in Lugdunenſium Martyrum cauſa, adverſus Chriſtianos, ut Chriſtianos, non vero ut infanticidas aut inceſtuoſos, datum fuiſſe conſtat. Decrevit quippe Imperator, *ut confitentes gladio cæderentur*; *hi vero qui negarent*, *dimitterentur incolumes*. Jam ſi reſcriptum iſtud adverſus infanticidas &c. latum fuiſſet, ut contendit Dodvvellus; Chriſtiani negantes hæc flagitia a ſe perpetrata dimitti debuiſſent: & apoſtatæ ea confitentes debuiſſent trucidari ſecundum Imperatoris mandatum; at contrarium evenit, nam qui Chriſti nomen confitebantur, martyrio affecti ſunt; ceteri vero liberi evaſere. Idem reſcriptum arbitrio ſuo ad ſolos Lugdunenſes & Viennenſes Chriſtianos reſtringit Dodvvellus. Nec enim id vel ex Lugdunenſium epiſtola, vel ex alio antiquo monumen-

*25. Confutantur omnia. In Chriſtianos ſævitum fuiſſe quod Chriſtiani eſſent.*

numento conficitur. Ceterum ad hanc perſecutionem *Benigni* Divionenſis, *Symphoriani* Auguſtodunenſis, aliorumque Martyrum necem revocandam eſſe probamus in Admonitione ad ejuſdem Symphoriani Acta. Quin & pleroſque Martyres, qui vulgo ſub Aureliano in Burgundia paſſi dicuntur, ad Aurelii tempora revocari debere vix dubitamus. Sed ea de re conſulendus eſt Franciſcus Boſquetus libro 2. Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ capite 26. & ſequentibus.

*39. De tempore Martyrum Lugdunenſium.*

39. Jam vero ſi Martyres Lugdunenſes anno 17. Marci necati fuerint, fieri non potuit, ut Athenagoras eorum occaſione Apologiam ſuam pro Chriſtianis conſcripſit. Verum aliud ipſamet Apologia nobis ſubminiſtrat argumentum, ex quo evincimus, Athenagoræ, dum ſcriberet, Lugdunenſium epiſtolam ignotam fuiſſe. Hic quippe de calumniis adverſus Chriſtianos intentatis agens, ita eſſe falſas aſſeverat, *ut ne ullus tam impudenter mendax umquam repertus ſit, qui ſe vidiſſe fateatur* &c. *Atqui & ſervos*, inquit, *aliqui noſtrum poſſident alii plures, alii pauciores, quos ea quæ facimus latere non poſſunt. Verum ne ex illis quidem ullus adverſum nos tale quicquam vel mentitus eſt*. Qua autem fronte hæc Athenagoras occaſione epiſtolæ Lugdunenſium dicturus fuiſſet, in qua legitur num. 3. *Capti ſunt quidam noſtrorum ſervi qui Gentiles erant, qui... Thieſtæas quaſdam cænas & inceſtos Oedipi concubitus & alias... adverſus nos ementiti ſunt*.

*40. Perſecutiones populorum clamoribus excitatas, ad Præſides eſſe delatas. Edicta quoque Imperialia adverſus Chriſtianos tunc promulgata fuiſſe.*

40. Has vero perſecutiones populorum quidem clamoribus excitatas, & magiſtratuum urbicorum auctoritate roboratas facile admittimus: ſed quæ tamen poſtea ad Præſides, qui jure gladii gaudebant, deferrentur, quod idem Athenagoras diſertis verbis affirmat: *Innocentium fama violatur, tanta quidem calumniatorum frequentia, ut proconſules & præfecti a vobis in diverſas provincias miſſi, cauſis audiendis non ſufficiant*. Nonnullos præſides recenſet Tertullianus in libro ad Scapulam, qui circa hæc tempora ſævientes in Chriſtianos divinitus puniti fuerant. Ex illis unus eſt Cæcilius Capella, *qui in exitu Byzantino, Chriſtiani gaudete exclamavit*. quod ſcilicet capto per Severum Byzantio, perſecutio quam ipſe commoverat, ceſſatura eſſet. Hanc procul dubio perſecutionem indicare volebat Epiphanius lib. 2. hæreſ. 54. in qua *Theodorus Coriarius, homo apprime litteris eruditus*, ſed poſtea novæ hæreſeos inventor futurus, *cum aliis pleriſque ab urbis præfecto comprehenſus*, in quæſtione fidem negavit, cum e contrario *ceteri Dei famuli reportata victoria cæleſte præmium conſecuti* fuiſſent, *martyrio pro Chriſto perfuncti*. Imperialia vero edicta adverſus Chriſtianos tunc temporis vulgata fuiſſe, teſtatur Melito Sardenſis in Apologia, apud Euſebium lib. 4. Hiſtoriæ cap. 26. *Quod*, inquit, *numquam antea factum fuerat, perſecutionem nunc patitur piorum hominum*

*minum genus, novis per Aſiam decretis exagitatum. Impudentiſſimi namque delatores .... ex imperialibus edictis occaſionem nacti, palam diu noctuque graſſantur &c.* Hæc Melito, qui tamen videtur in dubium revocare, an ejuſmodi edicta ab ipſo Imperatore re ipſa emanaſſent. Sed nihil refert, cum eorum occaſione Chriſtiani ſuppliciis & morte afficerentur. *Si*, inquit Melito ad Imperatorem, *hæc tuo juſſu fiant, recte atque ordinate facta ſunt ... nos libenti animo ejuſmodi mortis præmium ferimus* &c. Idem Melito in libro de Paſchate, quem ſe ſub Servilio Paulo Aſiæ proconſule ſcripſiſſe dicit apud Euſebium lib. 5. cap. 18. *Sagarim* commemorat, *qui eodem tempore martyrium paſſus eſt*. Eumdem martyrem Polycrates in epiſtola ad Victorem ſimul cum *Traſea* Eumeniæ epiſcopo & martyre, aliiſque ſanctis viris laudat. Traſeæ martyris meminit Apollonius in libro adverſus Cataphryges, apud Euſebium loco laudato.

41. Ex his omnibus patet jure ab Euſebio dictum fuiſſe, ſub Marci imperio *ex incurſione popularium innumerabiles prope Martyres per univerſum orbem enituiſſe*. Populares enim iſtæ commotiones, ad Præſides tandem delatæ, ad mortem uſque progrediebantur, ut ex Lugdunenſium nece patet, quam Euſebius in ſpecimen ſe retuliſſe dicit, ut ex hoc exemplo, quæ in aliis provinciis fiebant quivis conjectare poſſet. Euſebio conſentit Chronici Paſchalis auctor, qui variis Marci annis varios Martyres conſignat. Antiquiorem etiam iſtis auctorem habemus, Theophilum ſcilicet, qui Antiochenæ eccleſiæ imperante Marco præfuit. Sic vero loquitur in fine libri 3. ad Autolicum: *Chriſtianos, qui verum Deum venerantur, hactenus ſunt perſecuti, nec adhuc hodie perſequi ceſſant ... Quoſdam eorum qui feſtinant ad virtutem capeſſendam, & ſanctam vitam agunt, lapidibus obruere, quoſdam interfecere. Adhuc hodie non ceſſant Chriſtianos crudeliſſime & immaniſſime virgis cædere &c.* Denique Chriſtianos aliquot ſub Marco in metallis deſudaſſe colligimus ex epiſtola Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi ad Soterem Papam, ubi eum laudat, quod *fratribus qui in Metallis opus faciunt neceſſaria ſuppeditarit*. Nec eſt quod adeo Marci manſuetudinem ventitet Dodvvellus, quem non ſolum ſuperſtitioſum, ſed etiam *nonnumquam contra manifeſtos & gravium criminum reos inexorabilem fuiſſe obſervat* Capitolinus. Ex hujuſmodi autem reis Chriſtianos in Gentilium & Marci ipſius opinione fuiſſe Dodvvellus ipſe non inficiabitur. Certe parum æquus erga Chriſtianos Marcus fuit, qui pluviam, quam toti exercitui in Marcomannico bello laboranti ipſi impetrarant, Mercurio ſuo attribuit, ut refert Dio Xiphilini, & confirmatur ex argenteo nummo gazæ regiæ, de quo Pagius ad annum 174. Hujus pluviæ occaſione reſcriptum a Marco in Chriſtianorum gratiam datum fuiſſe tradit Tertullianus, pluviæ vero Apollinaris, Euſebius,

*40. Perſecutionis hujus acerbitatem non efficit Marci manſuetudo.*

bius, aliique paſſim auctores meminerunt; at nec Marci epiſtolam, quæ Juſtini apologiæ adjuncta eſt, ſinceram eſſe; nec legionem inde fulminatricem (quod tamen innuit Apollinaris) fuiſſe dictam conſentiunt fere omnes viri eruditi. Et ſane obſervat Euſebius libro 5. Hiſtoriæ cap. 5. Gentiles hoc quidem miraculum commemoraſſe, quod *tamen*, inquit, *noſtrorum precibus factum fuiſſe confeſſi non ſunt*. Alii quippe ipſum magicis incantationibus, alii Marci ad Jovem precibus attribuerunt. In his Capitolinum, Claudianum, & Themiſtium recenſet Valeſius in notis ad hunc locum. Porro hanc Gentilium opinionem fuiſſe ex columna Antoniniana, quæ Romæ adhuc ſupereſt, diſcimus, ubi inter alia Marci Aurelii geſta, quæ iſtic anaglyphice inſculpta habentur, viſitur Jovis effigies pluvias fundentis. Hanc Baronius tomo 2. Annalium repræſentat, ſed expreſſius habetur in tabulis a Petro ſancti-Bartoli Romæ nuper æri inciſis.

*42. Sub Commodo, &c. tranquilliora Eccleſiæ tempora, quamvis nec ſine aliquot Chriſtianorum cædibus.*

42. Sub Commodo imperatore, *Res noſtræ*, inquit Euſebius lib. 5. cap. 21. *in tranquilliore ſtatu verſabantur, pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum eccleſias complexa*. Poſt hujus necem, & occiſo paullo poſt, qui ei ſuffectus fuerat, Pertinace; Didius Julianus a prætorianis militibus imperator dictus eſt. Sed cum eodem tempore tres exercituum duces Severus in Pannonia, Peſcennius Niger in Oriente, & Albinus in Galliis imperium arripuiſſent; turbatis imperii rebus, Eccleſia pace fruebatur. Hanc pacem ad decimum uſque Severi annum, id eſt Chriſti 202. prorogat Euſebius, cui plerique auctores conſentiunt. quamvis aliquot Chriſtianorum cædibus eam antea violatam fuiſſe negari non poſſit. Certe Scillitani martyres anno Chriſti 200. ſub Saturnino proconſule in Africa interemti ſunt, ut ex Claudii conſulatu, qui in eorum Actis exprimitur, colligimus.

*43-45. Sub Severo Perſecutionem (quæ Sexta dicitur) fuiſſe generalem atque ſæviſſimam.*

43. Porro SEVERI perſecutionem ita generalem fuiſſe cenſuit Euſebius, ut in ea *per omnes ubique locorum Eccleſias ab athletis pro pietate certantibus illuſtria confecta fuiſſe martyria* aſſeverare non dubitaverit, lib. 6. Hiſtoriæ cap. 1. Quibus, ut videtur, verbis permotus Dodvvellus num. 43. hanc perſecutionem *longe lateque per Romanas provincias graſſatam* fuiſſe fatetur. quamquam paullo poſt, quaſi mutata aut emendata ſententia, paucos Martyres in ea perſecutione paſſos fuiſſe ſcribit. quod ſe ex Euſebii Hiſtoria *facile colligere* ait, *qui nec multos recenſuit, nec multos a ſe ſignificat eſſe prætermiſſos*. Verum cum diſertis verbis Euſebius Martyrum multitudinem in ea perſecutione e medio ſublatam admiſerit, neſcio quo pacto ex ejus verbis contrarium eliciat Dodvvellus: maxime quod ſibi ipſi in aliis etiam locis Euſebius conſentiat. præſertim cap. 2. ubi Alexandrinæ perſecutionis occaſione ait: *Cum perſecutionis ardentiſſimum flagraret incendium*,

*dium, atque innumerabiles martyrio coronarentur*. Paucorum quidem nomina recenſuit, cum de aliis agere nihil ad ejus inſtitutum pertineret, ſive quod alias peculiarem de Martyribus collectionem adornaſſet, ſive quod hic de Martyribus occaſione tantummodo Origenis loqueretur, ut ex tota ejus narrationis ſerie patet. Multos autem a ſe prætermiſſos ſignificat cap. 1. cum ubique terrarum martyria illuſtria fuiſſe refert, tum ſubdit Alexandriæ perſecutionem potiſſimum ſæviiſſe, *ubi multi pugiles* &c. tametſi unicum *Leonidem* Origenis patrem nominat ex his qui tum paſſi ſunt. *Præcipue*, inquit martyria *Alexandriæ percrebuerunt*, μάλιϛα δὲ ἐπλήθυεν ἐπ' Ἀλεξανδρείας, *cum ex univerſa Ægypto ac Thebaide lectiſſimi pugiles eo tamquam in ampliſſimum Dei ſtadium deducerentur, & cujuſque modi tormenta, morteſque animo invicto perpeſſi . . . . inter quos Leonides* &c. Alios item in progreſſu perſecutionis Martyres præter Origenis diſcipulos commemorat Euſebius cap. 3. ubi idem Origenes ſub Aquila præfecto, *Læti ſucceſſore, omnibus ſanctis Dei Martyribus notis pariter atque ignotis* promtiſſime benevolentiæ officia exhibuiſſe dicitur. Sed alium de eadem perſecutione teſtem luculentiſſimum habemus Clementem Alexandrinum, qui ex Euſebio lib. 6. cap. 6. imperante Severo ſcribebat. Hic autem lib. 2. Stromatῶn ſic loquitur: *Nobis autem ſunt quotidie redundantes Martyrum fontes, qui noſtris ſpectantur oculis, qui torrentur, & capite damnantur* &c. Et quidem hæc perſecutio adeo Chriſtianorum animos conturbaverat, ut Judas iſtius temporis ſcriptor apud Euſebium capite 7. *decantatum illum antichriſti adventum jam tum imminere* exiſtimaverit.

44. Sed Tertullianus in exponenda hujus perſecutionis acerbitate præ ceteris excelluit, cujus occaſione plura conſcripſit opuſcula: ex quibus loca aliquot in ſpecimen proferimus, cum alias libri ejus integri exhibendi forent. Sic eam repræſentat in Apologetico cap. 12. *Crucibus & ſtipitibus imponitis Chriſtianos... ungulis deraditis latera Chriſtianorum... Cervices ponimus.. ad beſtias impellimur... Ignibus urimur ... in inſulas relegamur* &c. Quod ipſa etiam Chriſtianorum ſepulcra violata fuerint conqueritur cap. 30. Chriſtianos vero appellatos fuiſſe ſarmentitios & ſemaxios dicit cap. 50. quod *ad ſtipitem dimidii axis revincti, ſarmentorum ambitu exurerentur*. Hinc paullo poſt librum ſic concludit: *Sed hoc agite, boni Præſides, meliores multo ad populum, ſi illis Chriſtianos immolaveritis; cruciate, torquete, damnate, atterite nos &c.* Chriſtianos quippe pari animo & Præſides & populi inſectabantur, unde capite 37. dixerat: *Quoties enim in Chriſtianos deſævitis, partim animis propriis, partim legibus obſequentes, partim etiam, præteritis vobis, ſuo jure nos inimicum vulgus invadit lapidibus & incendiis*. Ex quibus verbis obſervari velim, vulgi perſecutiones ad cædes uſque

ſæpius proceſſiſſe, quod toties in ſua Diſſertatione inficiatur Dodvvellus. Ceterum parum refert, Romæ an Carthagine Apologia hæc conſcripta fuerit. cum enim *ad Romani imperii Antiſtites* directa ſit, pluſquam localem arguit perſecutionem. Et quidem ſæpius in ea Tertullianus *Præſides* compellat, quo nomine provinciarum rectores deſignabantur. Nec mitiorem fuiſſe hanc perſecutionem ex aliis ejuſdem Tertulliani opuſculis colligi poteſt. In lib. 1. ad Nationes ait, *Chriſtianos interrogatos confiteri, damnatos gloriari, ſponte confeſſos ad negationem comprimi*, &c. In exhortatione ad Martyres, quos *deſignatos Martyres* appellat, ad quælibet ſupplicia fortiter perferenda adhortatur. Denique in libro Scorpiaci ſic exclamat cap. 1. *Et nunc in præſentia rerum eſt medius ardor, ipſa canicula perſecutionis, ab ipſo ſcilicet Cynocephalo. Alios ignis, alios gladius, alios beſtiæ Chriſtianos probaverunt. Alii fuſtibus interim & ungulis inſuper deguſtata martyria in carcere eſuriunt. Nos ipſi, ut lepores deſtinata venatio, de longinquo obſidemur* &c. Et cap. 11. *Ecce autem & odio habemur ab omnibus hominibus nominis cauſa.. & perducimur ad poteſtates, & interrogamur, & torquemur, & trucidamur.* &c. Tertulliano conſentit Minucius Felix in dialogo, quem ſub Octavii nomine circa idem tempus Romæ conſcripſit. *Quam pulcrum*, inquit, *ſpectaculum Deo, cum Chriſtianus cum dolore congreditur, cum adverſum minas & ſupplicia, & tormenta componitur, cum ſtrepitum mortis & horrorem carnificis irridens inculcat* &c. Et paullo poſt Romanorum fortiores Chriſtianis multo inferiores eſſe probans, ait: *Quot ex noſtris non dexteram ſolum, ſed totum corpus uri, cremari ſine ullis ejulatibus pertulerunt... Pueri & mulierculæ noſtræ cruces & tormenta, feras & omnes ſuppliciorum terriculas inſpirata patientia doloris illudunt.* Et ſane perſecutionem hanc Romæ ſæviiſſe probatur ex Natali, qui apud Euſebium lib. 6. Hiſtoriæ cap. 27. ex Theodotianorum hæreſi redux, Zephirino papæ *vibicibus plagarum oſtenſis, quas pro Chriſti confeſſione pertulerat*, in communionem admiſſus eſt.

45. At Tertullianus, inquis, in Apologetico editionis Junii, inter alios Imperatores, qui nihil adverſus Chriſtianos edixere, Severum recenſet. Sed etſi certum ſit non ex aliis editis ſolum, aut codicibus mſſ. ſed ex ipſomet etiam Euſebio, qui hunc locum laudat, *Verum* non *Severum* legi debere: demus *Severum* hic memorari. quid inde inferendum eſt, niſi illam perſecutionem etiam abſque ullis Imperatoris edictis ſæviſſimam fuiſſe? Edicti tamen adverſus Chriſtianos a Severo lati meminit Spartianus, cujus vim non minuit Dodvvellus cum ait, edictum iſtud ab Imperatore, *circi theatrique clamoribus, ut credibile eſt, fatigato* emiſſum fuiſſe. Non inde etiam minor cenſenda eſt iſta perſecutio, ſi adverſus Judæos pariter & Chriſtianos decreta fuerit. Verum inſtat Dodvvel-

„ lus

„ lus : Chriſtianos quidem, inquit, fieri vetuit Severus; ſed nihil „ eſt quod jam facti, ejus juſſu puniti fuiſſe dicantur. Unde infert, quoſcumque martyres, qui a parentibus nati ſunt, aut „ in Eccleſia inſtructi & educati, niſi ſeſe obtuliſſent, aut alios „ ad fidem pertraxiſſent, aut niſi ab aliis accuſantibus ad judices delati fuiſſent, ſuſpectorum numero accenſendos eſſe. Certe ut ut ſit de aliis, in hac Dodvvelli enumeratione pauci ſuperſunt Chriſtiani a perſecutione immunes; illi ſcilicet tantummodo, qui a parentibus Chriſtianis orti, ita ſeſe occultabant, ut nec aliorum ſaluti providere poſſent, nec ab religionis noſtræ inimicis deferri. Verum quamvis & iſti ex Imperatoris edicto non perquirerentur, tantus erat adverſus Chriſtianos populi furor, ut ipſos etiam in capitis periculum veniſſe fatendum ſit. Sicque quoquo ſe vertat Dodvvellus, gravem ſub Severo perſecutionem admittat neceſſe eſt, a quo ſane abhorruiſſe Severus dici non poteſt; qui, ut refert Spartianus, *infinita multorum cæde crudelior habitus* eſt... *ſolum vitium crudelitatis excuſans. De quo ſenatus ita judicavit, illum aut naſci non debuiſſe aut non mori, quod & nimis crudelis, & nimis utilis Reipublicæ videretur*. Hæc de perſecutionis ſævitia, jam de ejus diuturnitate agendum.

46. Eam ad biennium reſtringit Dodvvellus, quam nempe aſſerit occaſione ludorum ſæcularium, qui anno 12. Severi celebrati ſunt, fuiſſe ſedatam, *Ne tanta*, inquit, *ſolemnitas cruore maculaRetur*. Alias tamen Dodvvellus paſſim ludos publicos, quaſi perſecutionum occaſiones proponit. Et quidem id Tertullianus diſertis verbis aſſerit Apologetici cap. 35. *Propterea publici hoſtes Chriſtiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque temerarios honores dicant... O nos merito damnandos! cur enim vota & gaudia Cæſarum caſti & ſobrii & probi expungimus? cur die læto non laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Honeſta res eſt, ſolemnitate publica exigente, induere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris* &c. Sic cum triſtes & modeſti in ſollemnitatibus publicis apparerent Chriſtiani, quaſi publicæ proſperitatis & Cæſarum fortunæ adverſarii & inimici eſſent, accuſabantur. Porro biennio diuturniorem in Africa perſecutionem fuiſſe ex eodem Tertulliano patet, qui ea inſtante ſex Africæ præſides, præter Minucium Timinianum in Actis SS. Perpetuæ & Felicitatis memoratum, recenſet, in libro ad Scapulam. Eam tamen aliquando minus, aliquando magis ſæviiſſe pro præſidum genio, non diffitemur. Nec brevior in Ægypto fuit, ut ex Euſebii narratione colligitur. nam anno X. Severi, quo *Leonides* martyrio affectus fuit, Origenes 17. ætatis ſuæ annum agebat, ex lib. 6. cap. 1. Anno ſequenti catechumenis inſtruendis præfectus eſt, cap. 2. Deinde cum plures diſcipulos haberet, dimiſſa grammaticæ profeſſione, totum ſe litteris ſacris dedit, & venditis volu-

*46. Eamdemque diuturniorem quam velit Dodvvellus.*

g 2 minibus,

minibus, quatuor obolis, qui ei ab emtore per ſingulos dies pendebantur, contentus fuit. *Hujuſmodi diſciplina*, inquit Euſebius, *& plane philoſophica ratione vivendi pluribus deinceps annis uti perſeveravit* &c. *Multos per annos nudis veſtigiis ambulaſſe dicitur .... vino* &c. *diutiſſime abſtinuit*. Tum aliis ejus virtutibus laudatis hæc ſubdit: *Hujuſmodi vitæ exempla omnibus ſpectanda præbens, plures ex diſcipulis ad ſui imitationem provocavit, ita ut multi Gentiles .. ejus ſe magiſterio ſubmitterent. Qui cum fidem Chriſti ſincere atque intimo mentis affectu accepiſſent, perſecutionis illius tempore inclaruerunt, uſque adeo ut quidam ex ipſis comprehenſi martyrio perfuncti ſint. Horum primus fuit Plutarchus* &c. quorum martyrium ideo in noſtra collectione anno circiter 210. conſignamus, quod *multorum annorum* verbis, quibus utitur Euſebius, non minus quam ſeptem aut octo anni exprimi queant. His conſentit Sulpicius Severus, triginta & octo annos inter Severianam & Decianam perſecutionem interponens. Cum enim Decius ante annum 249. non imperaverit, neceſſe eſt ut Severi perſecutio uſque ad annum 211. qui ipſi fuit extremus, prorogetur.

*47. Sub* Antonino Caracalla *perſecutionem aliquot in locis non deſiiſſe.*

47. Exſtincto Severo, perſecutionem in aliquot ſaltem provinciis non deſiiſſe certum eſt, ſi Tertulliani liber ad Scapulam poſt Severi mortem conſcriptus fuit. Certe de Severo, immo, & ut aliquibus placet, de Caracalla ejus filio, quaſi jam non amplius imperaſſent, loqui videtur cap. 4. *Severus*, inquit, *pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum .... quem & Antoninus optime noverat*, &c. Et infra: *Clariſſimas feminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit*, &c. Et paullo antea Aſpri proconſulis meminerat, quem ſub Caracalla hanc in Africa dignitatem obtinuiſſe fatetur Dodvvellus. In hoc autem libro ſic de perſecutione loquitur Tertullianus: *Nos quidem neque expaveſcimus, neque pertimeſcimus ea quæ ab ignorantibus patimur: cum ad hanc ſectam utique ſuſcepta conditione ejus pacti veniamus, ut animas noſtras auctorati in has pugnas accedamus .... cum omni ſævitia veſtra concertamus*, &c. Et cap. 4. hanc perſecutionem in aliis quoque provinciis efferbuiſſe diſcimus, ſed mitius quam in Africa. Hic enim Scapula vivos Chriſtianos comburebat, in aliis autem provinciis gladio tenus puniebantur. *Pro Deo*, inquit, *vivo cremamur... Nam & nunc a Præſide Legionis, & a Præſide Mauritaniæ vexatur hoc nomen, ſed gladio tenus*, &c. Nec opponat aliquis Caracallam *Chriſtiano lacte*, ut loquitur ibidem Tertullianus, *educatum* adverſus Chriſtianos non ſæviiſſe. Hæc enim abſque ullo Caracallæ mandato fieri potuerunt. immo & Caracallam, virum infamem, & a Chriſtianorum moribus alieniſſimum, religionis reſpectu Chriſtianis multum ſaviſſe nemo ſibi facile perſuadeat.

48. Jam

48. Jam vero neminem ex ſequentibus Imperatoribus uſque ad Maximinum inter perſecutores recenſent auctores antiqui; quamvis iis temporibus martyria defuiſſe veri ſimile non ſit. Certe Heliogabalus id agebat, teſte Lampridio, *ne quis Romæ deus, niſi Heliogabalus coleretur*; *dicebatque* ... *& Chriſtianam devotionem illuc eſſe transferendam*. Ex quibus verbis colligit Dodvvellus, Heliogabalum *pro ſuis* Chriſtianos habuiſſe. Sed quo pacto, niſi Chriſtiani ſe ſolem adorare faſſi fuiſſent? Non enim iſte, inquit Lampridius, *Romanas tantum voluit exſtinguere religiones, ſed per orbem terræ unum ſtuduit, ut Heliogabalus deus unus ubique coleretur*. Alexandrum Heliogabali ſucceſſorem Chriſtianis faviſſe nemo poteſt inficiari, niſi omnes antiquos ſcriptores rejicere velit. Unde mirum eſt, tot Martyres ſub ejus imperio paſſos a nonnullis recenſeri. An id ad Præfectos, quos ſub ejus imperio ſæviſſimos fuiſſe aiunt, referendum eſt? An forte dicendum, aliquot Martyres, qui ſub Severi perſecutione paſſi ſunt, ad Alexandri tempora incaute transferri, quod & ipſe Severus fuerit appellatus? At *Calliſtus* Papa, qui eo imperante vivere deſiit, inter Martyres in Kalendario Bucheriano recenſetur.

49. Maximinus *Perſecutionem novam, & quidem triennii*, (*quæ* Septi*ma habetur*) *excitavit; nec ſub* Phi*lippis defuere Chriſtianorum cædes.*

49. Poſt Alexandri necem MAXIMINUS novam perſecutionem excitavit in Alexandri odium, cujus tota pæne familia ex Chriſtianis conſtabat, ut affirmat Euſebius lib. *6.* cap. 28. Apud Capitolinum Maximinus dicitur *omnes Alexandri miniſtros variis modis* interemiſſe, proindeque multos Chriſtianos. In hac perſecutione *Ambroſius* & *Protectus* Cæſarienſis presbyter, Origenis amici, comprehenſi, ei occaſionem præbuere librum ſcribendi *de exhortatione ad Martyrium*, qui Græce & Latine Baſileæ editus eſt anno 1674. Porro etſi, teſte Euſebio, ſolos Eccleſiarum antiſtites, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας, interfici Maximinus juſſerit; ita tamen in aliquibus provinciis graſſabatur iſta perſecutio, ut ceteri etiam Chriſtiani ad necem raperentur. Id in Cappadocia ſub Sereniano Præſide contigiſſe certo diſcimus ex ſancti Firmiliani epiſtola ad ſanctum Cyprianum, quæ eſt inter Cyprianicas 75. Eadem tempeſtas *Pontianum* Papam ſuſtulit, qui celebratur in Kalendario Bucheriano Idibus Auguſti. In catalogo tamen Pontificum qui ſub Liberio Papa conſcriptus eſt, Pontianus cum *Hippolytho* preſbytero in Sardiniam relegatus, ibique *diſcinctus* IV. *Kalendas Octobris* dicitur. Antherus ejus ſucceſſor uno tantum circiter menſe ſedem tenuit, ſed nil de ejus martyrio exploratum habemus. Hanc perſecutionem triennio integro, quo Maximinus imperavit, perduraſſe innuit Euſebius lib. *6.* cap. 28. diſerteque affirmat Rufinus lib. *6.* Hiſtoriæ cap. 19. *Tribus annis a Maximino perſecutione commota, in quibus finem & perſecutionis fecit, & vitæ*. Hanc tamen vix unico anno ſæviiſſe contendit Dodvvellus: ſed perperam,

ut

ut egregie probat doctiſſimus Antonius Pagius ad ann. 235. & 238. *Tam* vero *crudelis fuit* Maximinus, *ut*, Julio Capitolino teſte, *illum alii Cyclopem, alii Buſiridem, alii Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem vel Gygem vocarent*. Romæ a ſenatu & privatis vota facta ſunt, ne umquam Urbem videret. *Audiebat enim* Senatus, *alios in crucem ſublatos, alios animalibus nuper occiſis incluſos, alios feris objectos, alios fuſtibus occiſos ſine delectu dignitatis... Erat enim ei perſuaſum, niſi crudelitate imperium non teneri*. Et infra: Romanos ejus crudelitatem ferre non potuiſſe ait, quod *delatores evocaret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret, omnes, quicumque in judicium veniſſent*, &c. Similia de eo habet Herodianus lib. 7. & 8. Sed de his ſatis: jam de perſecutione Decii agendum. Quod enim Alexandriæ ſub Philippis contigit, potius ſeditioni deputandum eſt quam perſecutioni: ex quo tamen intelligimus quam parum tuta eſſet quocumque tempore inter Gentiles Chriſtianorum vita. De hac cæde in noſtra Collectione agitur infra.

50. 51. Decii *Perſecutionem, (quæ* Octava *fuit) ſæviſſimam, renuente licet* Dodvvello, *fuiſſe, palam monſtratur*.

50. Nemo hactenus in dubium revocarat, perſecutionem a DECIO Imperatore excitatam, ſæviſſimam fuiſſe; quod unanimi conſenſu fatebantur tam antiqui, quam recentiores ſcriptores eccleſiaſtici. At eos *fabulatores* fuiſſe, & *iniquiſſimos* primus omnium obſervavit Dodvvellus, qui Imperatorem *Trajani, optimique principis titulis vivum a Senatu ornatum, mortuumque ... in divos relatum, longe alium repræſentarunt quam ſuopte fuerit ingenio*, „ qui etſi crediderit, *ut aliquid*, inquit Dodvvellus, *ſuperſtitioni* „ *detur*, adverſus Chriſtianos pro reipublicæ bono ſæviendum „ eſſe; modo tamen pœnis nativa clementia, & ambitio de „ temporum ſuorum felicitate concepta impoſuiſſent. Hæc & alia ejuſmodi in Decii commendationem congerit Dodvvellus. Verum etſi, excepta Chriſtianorum cauſa, Decius inter bonos principes locum obtinere poſſit; neminem tamen inficiari poſſe exiſtimo ejus perſecutionem & ſæviſſimam fuiſſe, & per univerſas Romani imperii provincias multorum Martyrum occaſionem & cauſam. Ea de re Lactantius lib. de Mortibus perſecutorum cap. 4. *Exſtitit poſt plurimos annos exſecrabile animal Decius, qui vexaret Eccleſiam... Et quaſi hujus rei gratia provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinus contra Deum cœpit, ut protinus caderet*. Quibus verbis fœdam Decii mortem ejus adverſus Chriſtianos furori tribuit Lactantius. Huic conſentiunt Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. Hiſt. cap. 1. Conſtantinus M. in Oratione ad ſanctorum cœtum, aliique paſſim auctores: quibus præivit Cyprianus, librum de lapſis ſic incipiens: *Pax Eccleſiæ reddita eſt, &, quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divina ſecuritas noſtra reparata eſt*, &c.

&c. Ex quo etiam Cypriani loco atrociſſimam hanc procellam fuiſſe colligitur. Certe ea de re Eccleſiæ congratulatur idem Cyprianus in epiſtola novæ edit. 10. alias 9. ubi cum *coronatos* jam Martyres laudaſſet, & *ad coronam victoriæ proximos* eſſet adhortatus, ſic de tormentorum ſævitia diſſerit. *Inexpugnabilem fidem ſuperare non potuit ſæviens diu plaga repetita, quamvis, rupta compage viſcerum, torquerentur in ſervis Dei jam non membra, ſed vulnera. Fluebat ſanguis*, &c.

51. At hanc perſecutionem mitiorem fuiſſe Dodvvellus contendit, nec ad cædes uſque promotam, quod ea tandem ſedata, multi ex iis qui fuerant apprehenſi ſuperſtites fuerint. Verum id ipſum ſæviori perſequentium malitiæ attribuerunt veteres Chriſtiani, qui Gentilibus exprobrabant, quod accuſatos confitentes vexàrent, non ut veritatem ab eis extorquerent, ſed mendacium, in animarum potius, quam corporum perniciem. Hinc Martyres ut plurimum nonniſi poſt graviſſimos cruciatus toleratos morte afficiebantur; quin & aliquando priora Martyrum vulnera juſſu Præſidum curabantur, ut ad nova ſupplicia perferenda (quod ſane extremæ ſævitiæ eſt) eorum corpora repararentur. idque in Origenem actum fuiſſe tradit Euſebius lib. 6. Hiſtoriæ cap. 39. Quanta vero vel ſola carceris pœna fuerit, patet ex Luciani epiſtola inter Cyprianicas novæ edit. 22. alias 20. ubi *Martyres* aliquot fame necati memorantur. Alias carceris pœnas, nervum ſcilicet, vincula, &c. enumerat Cyprianus occaſione Celerini in epiſtola 39. alias 34. Nec minora perferebant, qui in exſilium acti innumeris afficiebantur incommodis, ſicut & illi qui ad metalla damnabantur. Uno verbo tanta erat adverſus Chriſtianos in hac perſecutione ſævitia, ut qui cecidiſſent, Cypriano, alias ſeverioris diſciplinæ ſtudioſiſſimo, excuſabiles viderentur, in epiſtola 56. alias 53. utpote qui *hunc gravem lapſum non voluntate, ſed neceſſitate ſuſceptum* diceret ab his, *qui tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnaſſent... maxime cum cupientibus mori non permitteretur occidi; ſed tamdiu feſſos tormenta laniarent, quamdiu non fidem, quæ invicta eſt, vincerent; ſed carnem, quæ infirma eſt, fatigarent.* Certe Decii perſecutionem ſæviſſimam fuiſſe perſuaſum habebat Optatus, qui *perſecutionem, quæ ſub Decio & Valeriano* in Africa contigit, *leoni* aſſimilat lib. 3. ad Parmenianum. Unde patet, etſi aliquando acciderit, ut dum Martyres ad nova & acerbiora ſupplicia reſervati, tyrannorum morte aut alia quavis occaſione, pace eccleſiæ reſtituta, liberi dimitterentur; inde concludendum non eſſe, perſecutionem hanc fuiſſe mitiorem, atque adeo ad cædes non proceſſiſſe. Ceterum multos in Africa Martyres ſub Decio paſſos fuiſſe probamus in Admonitione ad ſancti Cypriani Acta pag. 202. Romæ item ſæviiſſe ex *Fabiani* Papæ aliorumque martyrio

tyrio patet. In Sicilia paſſa eſt *Agatha* virgo celebris, cujus martyrium deſcribit Damaſus Papa Carmine 5. Ejus vero eccleſiam ab Arianis violatam purgavit Gregorius M. ex lib. 3. Dialogorum cap. 30. & lib. 3. epiſt. 9. Ad idem quoque tempus *Saturnini* Toloſatium in Gallia Epiſcopi martyrium revocandum eſt. Deciana item perſecutione Hiſpaniæ Eccleſias perturbatas fuiſſe colligitur ex Cypriani aliorumque Africanorum Epiſcoporum epiſtola, inter Cyprianicas 67. alias 68. ubi *Martialem & Baſilidem* Hiſpanicos epiſcopos e ſede dejiciendos eſſe cenſent, quod in perſecutione *idolatriæ libellis fuiſſent commaculati*. Nec ab ea Orientales eccleſias immunes fuiſſe patet ex variis Martyrum Actis quæ in noſtra Collectione proferimus. Quam vero gravia ſupplicia ea occaſione Origenes Cæſareæ in Palæſtina pertulerit, exponit Euſebius lib. 6. cap. 39. nihil tamen habet de lapſu, quem nonnulli ipſi affingunt, de quo videſis Pagium ad annum 251. Porro ita ſævit hæc procella Neocæſareæ in Ponto, ut in ea civitate, teſtante Gregorio Nyſſeno in vita ſancti Gregorii Thaumaturgi, tamquam in urbe capta, nulli ætati, nullive ſexui aut conditioni parceretur. Nec mitior extra urbem erat. quandoquidem ea ſedata Thaumaturgus omnem regionem peragraſſe dicitur, ut in ſingulis locis Martyrum, qui in iis fuerant conſummati, feſta inſtitueret. Tunc paſſus eſt *Troadius*, &, uti videtur, egregius ille philoſophus *Alexander* e carbonario (quam artem, etſi vir doctiſſimus, mirabili humilitate exercebat) in ſedem Comanæ urbis in Ponto a Thaumaturgo evectus, tandem, ut refert idem Gregorius Nyſſenus, *ad martyrium pervenit curſu per ignem confecto*. De his autem quæ Alexandriæ & in tota Ægypto ſub Decii perſecutione contigerunt, teſtem habemus omni exceptione majorem Dionyſium Alexandrinum apud Euſebium lib. 6. cap. 41. ubi poſt recenſita aliquot Martyrum nomina in epiſtola ad Fabium, ſubjungit *complures per oppida & vicos a gentilibus diſcerptos fuiſſe* ..... præter *multitudinem eorum, qui in montibus & ſolitudinibus fame & ſiti, frigore ac morbis, & latronum aut beſtiarum incurſu interiere*. Et in epiſtola ad Domitium & Didymum, in qua de perſecutione Decii agitur, ut probamus inferius. *Vos*, ait, *ſcire convenit viros & mulieres, juvenes & ſenes, puellas & anus, milites ac paganos, denique ex omni genere hominum atque ætate ..... coronas retuliſſe*, &c. quæ omnia videſis in noſtra collectione inferius. In ſumma, tanta erat perturbatio, ut, ex eodem Dionyſio, fideles arbitrarentur tempus a Chriſto Domino prædictum adveniſſe, in quo, ſi fieri poſſet, etiam Electi ſcandalum paterentur. Hujus perſecutionis occaſione Paulus Eremitarum princeps ſeſe in ſolitudinem recepit, ut in ejus Vita teſtatur ſanctus Hieronymus, qua occaſione *duos Martyres* laudat, quorum unum, poſt equuleos laminaſ-

minaſque ſuperatas, Præſes melle perungi juſſit, & ſub ardentiſſimo ſole ligatis poſt tergum manibus reſupinari, ut muſcarum aculeis cederet, qui ignitas ſartagines ſuperarat. Alterum in molli lectulo, omnibus deliciis paratis, decumbere juſſit impius Præſes, ac meretricem introduci quæ ejus caſtitatem tentaret. at Martyr, præciſam dentibus linguam in meretricis faciem conſpuendo, eam fugavit,

52. Perſecutionem a GALLO excitatam Deciana longe ſæviorem fuiſſe probat Dodvvellus ex Cypriani aliorumque epiſcoporum epiſtola inter Cyprianicas 57. alias 54. ubi *Cornelium* monent, ſe *divinis oſtenſionibus* certiores factos *diem certaminis appropinquaſſe, hoſtem violentum cito exſurgere, pugnam non talem qualis fuit, ſed graviorem multo & acriorem venire* &c. Hinc infert Dodvvellus, paucos Martyres in Deciana perſecutione fuiſſe interemtos, cum multo levior quam iſta fuerit, quæ tamen *multos martyres coronare non potuit* ob brevitatem. Verum etſi hunc Africanorum epiſtolæ locum ipſemet etiam Oxonienſis editor, poſt alios auctores, de Valeriani perſecutione fuerit interpretatus; demus tamen Dodvvello hic Galli perſecutionem deſignari. Certe cum alias probaverimus multos Martyres ſub Decio fuiſſe coronatos, ſi ex hoc loco multo plures a Gallo interemtos fuiſſe colligatur, non inde minuendus, immo augendus erit Martyrum numerus. Galli tamen perſecutio acrior dici potuit, quod is veluti repentinus turbo adverſus Cornelium ejuſque clerum inſurrexerit, ut diſcimus ex ſancti Cypriani epiſt. 60. antea 57. ad eumdem Cornelium, *Proſilierat*, inquit, *adverſarius terrore violento Chriſti caſtra turbare: ſed quo impetu venerat, eodem impetu pulſus eſt.* Omnes enim Chriſtiani, quaſi agmine facto ſeſe ad martyrium obtulerant, ut idem Cyprianus proſequitur, Cornelium ſic alloquens: *Docuiſtis plebem ſacerdotibus in periculo jungi, in perſecutione fratres a fratribus non ſeparari.* & infra refert, ad pugnam *non ſingulos milites, ſed tota ſimul caſtra prodiiſſe*. Eadem fere repetit epiſtola ſequente, ubi Lucio, qui Cornelio apud Centumcellas in exſilio defuncto ſubſtitutus fuerat, de reditu congratulatur. Pacianus epiſcopus Barcinonenſis epiſt. 3. ad Sympronianum, Novatiano exprobrat, quod numquam martyrium fecerit, cum e contrario Cornelius *plures* ſuſtinuerit *irati principis perſecutiones*. Ceterum cum Africani patres divinis viſionibus admoniti cenſuerint lapſos ad Euchariſtiæ participationem recipiendos eſſe, ne hoc cibo deſtituti ad martyrium invalidi eſſent; patet hanc perſecutionem cruentiſſimam fuiſſe. Talem in Africa fuiſſe probatur ex Cypriani Tractatu, quem tunc temporis ad Demetrianum ſcripſit, ubi ſic loquitur: *Innoxios, juſtos, Deo caros domo privas, patrimonio ſpolias, catenis premis, carcere includis, beſtiis, gladio, ignibus punis... Admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis viſceribus numeroſa ſupplicia. Nec feritas atque immanitas*

*52. Sub* Gallo *etiam fuiſſe perſecutionem atrocem, licet brevem, vel ex conceſſis a* Dodvvello *conſequitur.*

 *nitas*

*nitas tua uſitatis poteſt eſſe contenta tormentis : excogitat novas pœnas ingenioſa crudelitas &c.* Perſecutioni occaſionem videtur præbuiſſe immanis lues, quæ cum totum orbem imperante Gallo pervaderet, edictum ubique promulgatum eſt, ut Apollini ſalutari omnes ſacrificarent. De hac re Cyprianus in epiſtola 59. alias 55. ad Cornelium papam: *His etiam ipſis diebus*, inquit, *quibus has ad te litteras feci, ob ſacrificia, quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo poſtulatus in circo* &c. Ejuſdem etiam perſecutionis occaſione Cyprianus librum ſcripſit de exortatione martyrii, in quo atteſtatur, quod, *exuberante copia virtutis & fidei, numerari non poſſint Martyres Chriſtiani* novi Teſtamenti, quos his Apocalypſeos verbis deſignatos ait, *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente* &c. Id ipſum jam aſſeruerat in libro 3. Teſtimoniorum capite 16. Sed his verbis contendit Dodvvellus, non Martyres ſolum comprehendi qui jam coronati erant, ſed & alios omnes, quicumque ad finem uſque mundi pro Chriſti nomine martyrium paſſuri eſſent. At martyres innumerabiles jam coronatos diſertis verbis admittit ſanctus Cyprianus in fine libri de Mortalitate, ubi Chriſtianos adhortatur, ut ad cæleſtem patriam anhelarent, quod illic eos *magnus carorum numerus expectet; parentum, fratrum, filiorum frequens & copioſa turba deſideret, jam de ſua immortalitate ſecura & adhuc de noſtra ſalute ſollicita* *... *Illic Apoſtolorum glorioſus chorus .... illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis & paſſionis victoriam coronatus* &c.

* *Nota.*

53. Valerianus *acerbe in Chriſtianos ſævit; quæ Perſecutio* Nona *numeratur.*

53. Tertia ex perſecutionibus, quæ vivente Cypriano excitatæ fuerunt, auctorem habuit VALERIANUM. Is initio quidem erga Chriſtianos optime affectus, ſed poſtea inſtigante Macriano archiſynagogo magorum Ægypti, tam acerbe eos perſecutus, eſt, ut locum inter ſæviores Eccleſiæ hoſtes habuerit. Hunc *multum, quamvis brevi tempore, juſti ſanguinis effudiſſe* refert Lactantius lib. de Morte perſecutorum cap. 5. quibus verbis perſecutionis brevitatem infert Dodvvellus: *Tenemus itaque*, inquit, *brevitatem confeſſum*, ſed inde etiam Martyrum multitudinem impugnat: nos vero utrumque, & temporis brevitatem, & martyrum multitudinem propugnamus. Hanc ab initio graviorem fuiſſe probatur ex Cypriani epiſtola 76. alias 77. quam ad Martyres in metallis conſtitutos ſcripſit, eoſque laudat, quod fuſtibus cæſi & graviter afflicti, per ejuſmodi pœnas confeſſionis ſue primordia initiaſſent. quorum *pars*, inquit, *jam martyrii conſummatione* præceſſerat; *pars in carcerum clauſtris, ſive in metallis & vinculis* demorabatur, *ad meritorum titulos ampliore tormentorum tarditate proficiens*. Nec in ea ſoli Epiſcopi aut clerici patiebantur, ut contendit Dodvvellus; ſic enim proſequitur Cyprianus: *Exemplum veſtrum*, id eſt

Epiſco-

Epiſcoporum, *ſecuta multiplex plebis portio, confeſſa eſt vobiſcum pariter, & pariter coronata eſt* &c. immo & cum iis pueros & virgines fuiſſe aſſeverat, *ut martyrii beatum gregem & ſexus, & ætas omnis ornaret*. Hæc Cyprianus initio perſecutionis, anno ſcilicet 257. ſcribebat; ſed quæ anno ſequenti multum aucta fuit novo Imperatoris reſcripto. Tunc *Sixtus* papa Romæ occiſus eſt, &, ut ait Cyprianus epiſtola 80. alias 82. *perſecutioni* inſtiterunt *quotidie præfecti in Urbe, ut ſi qui ſibi oblati fuerint, animadverterentur*. Paullo poſt ipſe etiam *Cyprianus* capite plexus eſt. Quantum vero hæc tempeſtas poſtea in Africa & Numidia efferbuerit, diſcimus ex Actis ſanctorum *Jacobi & Mariani* Numidarum, & ex paſſione *S. Montani*, aliorumque beati Cypriani diſcipulorum, quæ in noſtra collectione exhibentur. In his *Montanus* hæreticorum ſuperbiam retudiſſe dicitur, *conteſtatus eos, ut vel de copia Martyrum Eccleſiæ veritatem intelligerent*. In ea perſecutione Dionyſius Alexandrinus cum aliis comprehenſus eſt, ut ipſemet ſcribit in epiſtola contra Germanum apud Euſebium libro 7. capite 1. quam in noſtra Collectione reperies inferius. De iis qui in aliis provinciis paſſi ſunt agimus infra. Porro nonnullos etiam tunc temporis in Gallia Martyres floruiſſe narrat Gregorius Turonenſis, ſed qui in barbarorum irruptione cæſi ſunt. Ex quibus recenſet lib. 1. Hiſtoriæ cap. 31. *Caſſium & Victorinum* apud Arvernos: quibus adjungit *Antolianum & Limianum*, de quibus etiam in aliis libris agit. Sæculo ſequenti auctor vitæ ſancti *Præjecti* ejuſdem urbis Epiſcopi & martyris, laudat *legionem ſanctorum*, quæ ſub *principibus paganis* ibidem pro fide occubuerat, ejuſque *principes* recenſet *Caſſium, Victorinum & Anatholianum*. Alter ejuſdem Sancti vitæ auctor, etiam æqualis, Præjectum laudat ob ſcriptas ab eo *paſſiones Martyrum Caſſii & Victorini, Anatholiani & Aſtremonii*, ſeu, ut alia lectio habet, *Aſtrebundii, ac ceterorum Sanctorum, qui in eadem urbe ſanguinem fuderunt pro Domino*. Aſtremonius, ut nemo neſcit, primus fuit Arvenorum Epiſcopus, quem Gregorius Turonenſis Martyrem fuiſſe negat. Porro eodem, quo Arvernenſes Martyres, tempore paſſus dicitur *Privatus* Gabalorum Epiſcopus, cujus martyrium idem Gregorius cap. ſequenti laudat.

Capto a Perſis Valeriano, apud quos, ut refert Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum cap. 5. ob vexatos fideles tam male habitus fuit, Gallienus ejus filius pacem reſtituit, quam nemo, ſi Aurelianum excipias, uſque ad Diocletiani perſecutionem edictis violavit. Nam alias Martyres antiquarum legum auctoritate pro Præſidum beneplacito interimebantur.

54. Nullos omnino Martyres ſub AURELIANO admittit Dodvvellus, quod, inquit, perſecutio ab eo *intentata tantum fuerit, non exſecutioni mandata*. Id probare conatur ex Euſebio & Lactan- *54 Sub Aureliano, uti & ſub Caro, Martyres quoque fuiſſe.*

Lactantio, ad quos qui poſtea ſecuti auctores revocari debere non inficiamur. Euſebius autem lib.7. cap. 30. memorat, Aurelianum erga Chriſtianos bene affectum, proceſſu temporis aliter ſentientem, a conſiliariis nonnullis impulſum fuiſſe ut adverſus Chriſtianos perſecutionem commoveret. *Jam*, inquit, *ea de re multus ubique rumor ſpargebatur. ſed eum paratum jam, & compoſitis contra nos edictis, ut ita dixerim, ſubſcribentem, ulta eſt divina juſtitia, quaſi conſtricto cubito conatum ejus reprimens &c.* Lactantium etiam opinioni ſuæ favere contendit Dodvvellus, quod ipſe dicat Aureliano non licuiſſe quæ cogitaverat perficere; ſed protinus inter ſui furoris initia eſſe exſtinctum &c. *Si*, inquit Dodvvellus, *non licuit Aureliano perficere quæ cogitaverat, nullos ejus decreto factos fuiſſe Martyres neceſſe eſt*. Verum licet ex his locis perſecutionem Aureliani breviſſimam fuiſſe colligi poſſit, male tamen ex his infertur, nullos omnino martyres ſuſtuliſſe. Rumor enim qui de promulgandis edictis circumferebatur, Aureliani, viri ſæviſſimi, animum a Chriſtianis jam alieniſſimum fuiſſe probat. quin & cum conſiliarii ejus perſecutionis incentores fuiſſe dicantur, hæc abſque martyriis vix fieri potuerunt. unde in Chronico Euſebiano Aurelianus, *cum adverſus nos perſecutionem moviſſet*, occiſus memoratur. Jam vero ſi Lactantium conſulamus, edictum quidem, cum Aurelianus occiſus eſt, *ad ulteriores imperii provincias* nondum pertigerat; ſed quidni poſt mortem pertigerit? Tantumdem nempe temporis neceſſarium fuit ad mortem Imperatoris nuntiandam, quantum ad perferenda edicta expenſum fuerat. Præterea edicta ad provincias, quæ non ita diſſitæ erant, jam pervenerant. & Aurelianus *inter initia* quidem *furoris ſui exſtinctus eſt*, ut ait Lactantius, ſed qui *Deum factis* jam laceſſiverat. Unde non perfecit quæ cogitaverat. Cogitaverat quippe Religionem Chriſtianam delere: ſed nec id perfecit Nero, nec ipſemet Diocletianus, aut quivis alius tyrannus ex his, qui nemine reclamante inter ſæviores perſecutores recenſentur. Incepit tamen Aurelianus Chriſtianos perſequi, ex quibus aliquot ex ejus edictis interfecti ſunt; ideoque jure a Lactantio, Conſtantino Magno in oratione ad cœtum ſanctorum, Oroſio, ceteriſque auctoribus eccleſiaſticis, perſecutoribus Eccleſiæ annumeratus fuit. Poſt ejus obitum per ſex menſes, ut refert Vopiſcus, Romanus orbis Imperatorem non habuit, omneſque judices, quos aut Senatus aut Aurelianus elegerant, permanſerunt; adeoque qui ex illis inſenſi erant Chriſtianis, eos pro libitu pœnis afficere perſeverarunt. Denique Aureliani perſecutionem, uti viri eruditi cenſent, deſignare voluit Leo Magnus pontifex ſerm. 2. in feſto Pentecoſtes, ubi ait: *Manes.... eo tempore damnandus innotuit, quo poſt reſurrectionem Domini ducenteſimus & ſexageſimus annus impletus eſt, Probo imperatore, Paul-*

*lino-*

*linoque conſulibus, cum octava jam in Chriſtianos perſecutio ebulliret, & innumera martyrum millia ipſis ſuis victoriis probaviſſent impletum eſſe, quod Dominus promiſerat, dicens: Cum autem tradent vos &c.* Probus imperator & Paullinus conſules fuere anno vulgaris æræ 277. quo jam ſedatus erat perſecutionis æſtus, probaverantque Martyres ſuo exemplo Spiritum Patris non deeſſe iis qui Chriſtum confitentur; adeoque non ebulliebat tunc perſecutio. quare facile crediderim legendum eſſe eo loci apud S. Leonem *ebulliiſſet* pro *ebulliret*. Ut ut ſit, certum eſt novam a Probo excitatam non fuiſſe perſecutionem, neque etiam ab ejus ſucceſſoribus ad Diocletianum; etiamſi non deſint aliquot Martyres, qui dicuntur apud vulgatos Auctores, quibus nonnulla concinunt Martyrologia, horum principum temporibus paſſi fuiſſe. Immo ſcriptor Chronici Paſchalis ſub Caro perſecutionem commemorat, *in qua multi martyrio vitam finierunt*, ex hiſque recenſet *Georgium*, & *Babylam* Antiochiæ Epiſcopum. At vereor, ne auctor ille, etſi antiquus, rerum ſeriem perturbaverit. Si fides eſt Euſebio, Babylas Decii tempore *poſt confeſſionem*, *in vinculis* mortuus eſt Antiochiæ, ut habet libro 6. Hiſt. cap. 39. Hunc vero martyrii coronam ſub Numeriano aut Decio adeptum fuiſſe ſcribit Philoſtorgius libro 7. num. 8. ubi etiam martyrii ejus occaſionem refert: quod nempe pius antiſtes *Numerianum imperatorem*, *ſive ut alii*, inquit, *dicunt*, *Decium* volentem in eccleſiam Chriſtianorum ingredi, cum ad eam populus frequentiſſimus conveniſſet, conſtanti animo prohibuerit. Hinc patet quod etiam apud veteres facta quandoque certiſſima referuntur etiam cum incertis circumſtantiis.

*55. De Perſecutione Xma ac decennali ſub Diocletiano aliiſque atrociſſima. Ejus occaſiones.*

55. Attigimus tandem DIOCLETIANI infauſta, immo fauſtiſſima tempora, quæ tot Eccleſiæ Martyres pepererunt, ut etſi nullus antea coronatus fuiſſet, exinde tamen de ingenti ac propemodum infinita Martyrum multitudine Eccleſia jure merito ſibi poſſet gratulari. Non tamen imus inficias, primis Diocletiani temporibus Eccleſiam nullis edictis agitatam fuiſſe, nec tum Chriſtianos, maxime in his locis, quæ ſub ſpeciali Diocletiani cura erant, inquiſitos fuiſſe, ut ex Euſebii Hiſtoria, initio libri 8. conſtat. Unde ſi tunc martyria aliquot fuere, aut veterum legum auctoritate, aut ex præſidum genio, vel alia quavis occaſione, abſque edictis patrata ſunt. Perſecutionis initium anno 293. conſignari poſſe videtur, quo Diocletianus Decennalia imperii ſui celebraturus, ſe ut deum adorari, & gemmas veſtibus calceamentiſque ſuis inſeri juſſit, cum antea, inquit Eutropius libro 9. *Imperatores in modum judicum ſalutarentur, & chlamydem purpuream plus a privato haberent*. Eadem refert Euſebius in Chronico. Et quidem anno ſequenti paſſus eſt *Menas* martyr Ægyptius celeberrimus, ut videre eſt in Chronico Paſchali. In ejus honorem Magnus

gnus Conſtantinus eccleſiam exſtruxiſſe Conſtantinopoli, dicitur apud Nicephorum. Ea eſt quæ ſeculo ſexto ab Acoemetis inhabitata fuit, ex vita S. Alexandri &c. alia deinde augendæ perſecutionis occaſio fuit, cum nempe, ut refert Lactantius in lib. de Mortibus perſecutorum cap. 10. in Oriente Diocletianus immolaret pecudes, & in eorum jecoribus ventura quæreret, fugatis ſigno crucis, quo ſe quidam e Chriſtianis adſtantes munierant, dæmonibus, ſacra perturbata ſunt. Quare imperator non ſolum eos, qui in palatio erant, ſacrificare juſſit, *ſed* etiam *datis ad præpoſitos litteris milites cogi ad nefanda ſacrificia* præcipit, & renuentes militia ſolvi. Hæc ad annum 297. revocat doctiſſimus Pagius, probatque Veturii Magiſtri militum perſecutionem anno ſaltem ſubſequenti eſſe conſignandam. Sed iſta nonniſi leviſſima præludia fuere immaniſſimæ perſecutionis, quæ edictis promulgatis per univerſum orbem Romanum anno 303. graſſata, *per decem continuos annos plebem Dei*, ut loquitur Sulpicius Severus, *depopulata eſt*. qui poſtea de ejus acerbitate hæc ſubdit: *Nullis umquam magis bellis mundus exhauſtus eſt: neque majore umquam triumpho vicimus, qui cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus*.

58 Galerius Maximianus Cæſar Edictum contra Chriſtianos a Diocletiano exprimit. Pudendæ Dodvvelli de ſæviſſima hac Perſecutione extenuationes.

56. Hujus perſecutionis præcipuus incentor fuit GALERIUS MAXIMIANUS Cæſar; ad id a matre ſua, femina ſuperſtitioſiſſima, inſtigatus, ut teſtis eſt Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum, cap. 11. Per totam hiemem ea de re deliberatum eſt. Diocletianus quippe Maximiani furori diu repugnavit, ſive quod a tanta ſævitia abhorreret, ſive quod in alios tam immane nefas vellet refundere. Solebat enim, ut ex Eutropii lib. 9. diſcimus, *ſuam ſeveritatem aliena invidia explere*. Id ipſum obſervat Lactantius. *Erat ejus malitiæ*, inquit, *cum bonum quid facere decreviſſet, ſine conſilio faciebat, ut ipſe laudaretur: cum autem malum, quoniam id reprebendendum ſciebat, in conſilium multos advocabat, ut aliorum culpæ adſcriberetur*. Vicit tandem Galerius, & initio anni 303. edictum Nicomediæ propoſitum eſt, quo cavebatur, ut Chriſtiani *carerent omni bonore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent, ex quocumque ordine aut gradu venirent, adverſus eos omnes actio valeret*, &c. Poſtea Galerius *occultis miniſtris palatio ſubjecit incendium*, quod Chriſtianorum malevolentiæ imputatum eſt: ac tandem paullo poſt, altero rurſus excitato incendio, res ad extrema quæque perductæ ſunt, primo Nicomediæ, tum in omnibus imperii provinciis. Porro etſi omnes omnino auctores, qui de rebus eccleſiaſticis ſcripſerunt, unanimi conſenſu hanc Diocletiani perſecutionem ſæviſſimam fuiſſe, innumeroſque propemodum Martyres tuliſſe affirmaverint: utrumque tamen inficiari auſus eſt Dodvvellus, totumque decennalis hujus perſecutionis tempus percurrit, ut eam in aliquot provinciis numquam ſæviiſſe, in ceteris vero nec continuam,

nec

nec adeo acerbam fuiſſe ſuadeat. Ad amica etiam ſibi argumenta recurrit tyrannos excuſando. Diocletianum quippe ita a ſanguine alienum fuiſſe exiſtimat, ut ſi ea excipiantur, quæ Nicomediæ occaſione incendii geſta ſunt, ne cruciatus quidem prima anni parte provincialibus permiſerit. Alias vero in ſolos clericos capitali pœna animadverſum eſſe probare conatur, nec ad laicos pertinuiſſe iſtud vitæ periculum, quandiu Diocletianus rempublicam adminiſtravit. Quin & aſſerit vix in ea tota perſecutione cædibus actum fuiſſe, exceptis iis quæ a Galerio patratæ ſunt. tum ſubjungit, cædes fieri non ſolitas niſi diebus feſtivis, idque ſolum in urbibus, ut vocat, capitalibus. Hæc & alia ejuſmodi multa congerit, ac Lactantii & Euſebii loca aliqua paſſim laudat, quaſi ii auctores coæquales, qui & ut plurimum rebus geſtis interfuerunt, ſibi faveant. Sed quantum ab ea ſententia fuerint alieni, facile eſt demonſtrare.

*57. Fa falſi convincuntur. Immanitas perſecutionis, accedente duobus Perſecutoribus* Maximiano Herculio.

57. Uterque auctor hanc perſecutionem Nicomediæ primum excitatam ſcribit: ſed neuter uſquam, ſi Galliæ excipiantur, in provinciis eam mitiorem, aut in iis a cædibus abſtentum fuiſſe tradit. E contrario Lactantius in libro de Mortibus Perſecutorum poſt enarratam Nicomedienſem cladem, in qua Diocletianus ipſe *excarnificari omnes ſuos protinus* præceperat, & ipſe ſedens *innocentes igne torrebat. Item Judices univerſi, omnes denique qui erant in palatio magiſtri, data poteſtate torquebant. Erant certantes quis prior aliquid inveniret ... potentiſſimi quondam eunuchi necati... Omnis ſexus & ætatis homines ad exuſtionem rapti. Nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, ſed gregatim circumdato igni ambiebantur; domeſtici alligatis ad collum molaribus mergebantur. Nec minus in ceterum populum perſecutio violenter incubuit*, &c. poſt hæc, inquam, ſubdit Lactantius: *Jam litteræ ad* MAXIMIANUM *atque Conſtantium commeaverant, ut eadem facerent ... Et quidem ſenex Maximianum libens paruit per Italiam*, &c. Deinde capite 16. ſic exorditur. *Vexabatur ergo univerſa terra, & præter Gallias ab Oriente uſque ad occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant.*

*Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,*
*Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem,*

*quæ judices per provincias juſtis atque innocentibus intulerunt*. Euſebius vero libro 8. Hiſt. eccleſ. cap. 4. *Dici non poteſt, quot & quantos Chriſti Martyres in omnibus locis atque urbibus paſſim cernere licuit*. Sed integram Euſebii narrationem Collectioni noſtræ inſeruimus inferius quam conſulere juvabit. Porro hanc perſecutionem idem Euſebius bello civili comparat lib. 1. de vita Conſtantini M. capite

pite 13. *Illi quidem*, inquit, *Dei cultorum tam virorum, quam mulierum cædibus, tamquam civili quodam bello, provincias ſibi ſubjectas polluerunt.* At pejus habitos fuiſſe Chriſtianos quam devictos hoſtes probat Lactantius lib. 5. Inſtitutionum cap. 9. *Si adeo*, inquit, in victos victoribus *ſævire placuit, nihil plus in eos ſit, quam ut occidantur, vel in ſervitutem deducantur. Hoc vero inenarrabile eſt, quod fit adverſus eos qui male facere neſciunt... Vexant ergo, & exquiſitis pœnarum generibus excruciant, parumque habent interficere quos oderunt, niſi etiam crudelitas corporibus illudat... In eos totis carnificinæ ſuæ viribus, veluti ſanguinem ſitiant, incumbunt*, &c. Ejuſdem libri cap. 11. probat, eoſdem tyrannos belluis eſſe *ſæviores*, qui nihil hominis, *niſi lineamenta & ſummam figuram gerunt. Nam*, inquit, *quis Caucaſus, quæ India, quæ Hircania tam immanes, tam ſanguinarias umquam beſtias aluit?.. Illa eſt vera beſtia, cujus una juſſione funditur ater ubique cruor. Crudelis ubique luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago. Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem poteſt pro merito deſcribere, quæ uno loco recubans, tamen per totum Orbem dentibus ferreis ſævit, & non tantum artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres furit, ne quis exſtet ſepulturæ locus.* De Præſidibus vero provinciarum ſic proſequitur: *Quæ autem per totum orbem ſinguli geſſerint, enarrare impoſſibile eſt. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? Accepta enim poteſtate pro ſuis moribus quiſque ſæviit*, &c.

58. Galeriorum Maximiani ac Maximini *incredibilis adverſus Chriſtianos crudelitas.*

58. Anno 305. Galerius Maximianus, *expulſis ſenibus*, id eſt Diocletiano & Maximiano Herculio, *adeptus maximam poteſtatem*, inquit Lactantius de Mortibus Perſecutorum capite 21. *ad vexandum orbem, quem ſibi patefecerat, animum intendit.* & poſt aliqua de ejus crudelitate præmiſſa, ſic proſequitur. *Quid luſorium vel delicias ejus referam? Habebat urſos ferociæ* &c. *Quoties delectari libuerat, horum aliquem adferri nominatim jubebat, His homines non plane comedendi, ſed abſorbendi objectabantur: quorum artus cum diſſiparentur, ridebat ſuaviſſime.* Nec id raro fiebat, aut diebus tantummodo feſtis, ut contendit Dodvvellus. *Nec* enim *umquam ſine humano cruore cœnabat.* Et quidem *nulla pœna penes eum levis; non inſulæ, non carceres, non metalla; ſed ignis, crux, feræ in illo erant quotidiana & facilia.* Hæc erat Galerii adverſus omnes ſævitia. Modum vero Chriſtianos lentis ignibus comburendi exponit his verbis: *Cum deligati fuiſſent, ſubdebatur primo pedibus levis flamma tamdiu, donec callum ſolorum contractum igni, ab oſſibus revelleretur. Deinde incenſæ faces & extinctæ admovebantur ſingulis membris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus. Et inter hæc ſuffundebatur facies aqua frigida, & os humore abluebatur, ne areſcentibus ſiccitate faucibus, cito ſpiritus redderetur. quod poſtremo accidebat, cum per multam diem decocta omni cute, vis ignis ad intima viſcera penetraſſet. Hinc rogo facto cremabantur. Corpora jam cremata, lecta oſſa, & in pulve-*

*pulverem comminuta, jactabantur in flumine ac mari*. Haud minus ſæviebat GALERIUS MAXIMINUS, qui procurante Galerio Maximiano Cæſar factus poſtea ſeſe ipſe imperatorem dixit. *Hic*, inquit Lactantius cap. 19. *accepit Orientem calcandum & conterendum*. Supplicia quibus Chriſtianos vexabat recenſet Euſebius lib. 8. Hiſtoriæ cap. 14. *Ignem ac ferrum, clavorum ſuffixiones, beſtias, profundos maris gurgites, membrorum abſciſſiones ac peruſtiones, confixiones & effoſſiones oculorum, totius denique corporis mutilationes; ad hæc famem, metalla, vincula &c.* Aliquando tamen Maximinus *Conſtantini litteris deterritus*, inquit Lactantius cap. 37. *diſſimulavit*. *Et tamen ſi quis inciderat, mari occulte mergebantur*. Sed ejus in perſequendis Chriſtianis technas egregie deſcribit Euſebius lib. 9. Hiſtoriæ ab initio ad cap. 10. Accuſat cap. 3. Theotechnum Antiochiæ curatorem, *quod innumeris mortis cauſa exſtiterit*. Hic nempe compoſitis oraculis finxit, hanc eſſe Jovis voluntatem, ut Chriſtiani urbe, omnique territorio Antiochenſi pellerentur. Antiochenſes imitati ſunt ceterarum urbium magiſtratus cap. 4. *ipſis provinciarum præſidibus ſubmonentibus*. Quin & ipſe Maximinus *tam privatos, quam magiſtros eo pepulit, ut in ejus gratiam nihil non agerent adverſus noſtros; & pro beneficiis quæ ſe ab illo conſecuturos eſſe ſperabant, nihil gratius ſe poſſe rependere crederent, quam ſi cædes noſtrorum patrarent &c.* cap. 5. Acta Chriſti apud Pilatum falſa conficta ſunt. Mulierculæ vi tormentorum adactæ, falſo ſe conſcias eſſe dixerunt flagitiorum & obſcœnitatum, quæ in ædibus ſacris Chriſtiani perpetrare ſolebant. quæ omnia in actis publicis conſignata, *jubente Imperatore, in ſingulis urbibus ac locis* publicata ſunt. Hinc ſecutæ perſecutiones & martyria, de quibus cap. 6. Tandem edicta adverſus Chriſtianos, æreis tabulis inciſa, in mediis urbibus propoſita ſunt capite 7. quæ omnia fiebant, donec cogentibus Conſtantino & Licinio Maximinus palinodiam cecinit. Hic imperator *Maximinus furore veſano vaſtaſſe Eccleſiam* dicitur in vita S. Antonii, quod occaſionem viro ſancto præbuit Alexandriam relicta eremo adeundi, ut *futuras Chriſti victimas*, quæ in hanc urbem perducebantur, ſaltem *ſpectaret*, ſi fas ei non eſſet pariter cum eis *congrediendi*. Denique *magna cum libertate & cura ingredientes ad judicem exhortabatur.... jamque ſententia coronatos, exſultans quaſi ipſe viciſſet, uſque ad locum felicis ſanguinis proſequebatur*. Sed de his Martyribus Ægyptiis plura habes ſuo loco. Tandem ipſe Maximinus miſere periit anno 313. ſicque Eccleſia tunc primum ſub Imperatoribus Chriſtianis vera pace fruita eſt.

59. Porro hæc perſecutio, toto decennio, paucis fortaſſe intervallis exceptis, in Oriente efferbuit. At omnes pene regiones Occidentales, cum hanc tyrannidem biennio fuiſſent expertæ, poſt Imperii diviſionem anno 305. factam, pacem conſecutæ ſunt. *59. 62. De univerſalitate hujus Perſecutionis.*

i

ſunt. Sed non audiendus eſt Dodvvellus, qui non ſolum Gallias, ſed & Hiſpanias, immo & aliqua ex parte Africam ab hac perſecutione eximit. Contendit quippe ſpecialia edicta Maximiani Herculii in Africa promulgata fuiſſe ab iis omnino diverſa quæ alii perſecutores ediderant, cum, inquit, in hac regione nemo ob Chriſtiani nominis confeſſionem fuerit apprehenſus, ſed qui vel collectas celebraſſent, aut ſacros codices tradere nollent. At commune Imperatorum & Cæſarum edictum in Africa promulgatum fuiſſe ſæpius diſertis verbis exprimit auctor Actorum ſanctorum *Saturnini &c.* quem ſolum in ſui patrocinium adducit Dodvvellus. Offeruntur num. 5. *qui contra interdictum Imperatorum & Cæſarum Collectam* &c. num. 6. Proconſul ait: *Cuſtodire te oportuit juſſionem Imp. & Cæſarum*. quæ eadem verba ſæpius repetit. Conſentiunt Acta ſancti *Felicis* Epiſcopi Tibiuritani: *Exivit edictum Impp. & Cæſarum.* Et quidem parum refert, an Martyres ob ſolum Chriſtiani nomen, vel quod præterea collectis adſuerint, interficerentur. Huic enim Dodvvelli cavillationi reſponderi poſſet ipſius auctoris, quem ipſemet Dodvvellus laudat, verbis: *O ſtulta*, inquit num. 12. *& ridenda interrogatio! Chriſtianus utrum ſis tace. Si in collecta fuiſti, reſponde. Quaſi Chriſtianus ſine dominico eſſe poſſit, aut dominicum ſine Chriſtiano celebrari. An neſcis in dominico Chriſtianum, & in Chriſtiano dominicum conſtitutum, ut nec alterum ſine altero valeat eſſe?* Opponi etiam poteſt Dodvvelli ſententiæ Optatus Milevitanus Epiſcopus, qui libro 3. ad Parmenianum, hanc perſecutionem, *quæ fuit ſub Diocletiano & Maximiano in Africa*, *urſo* comparat, ita effatus: *Quo tempore fuerunt & impii judices bellum Chriſtiano nomini inferentes.... Alii cogebantur templa Dei vivi ſubvertere, alii Chriſtum negare, alii divinas leges incendere, alii thura ponere*. Et de Floro Numidiæ proconſule: *Sub perſecutore Floro Chriſtiani idolorum cogebantur ad templa... ſub Floro dicebatur, ut negaretur Chriſtus, & idola rogarentur*. Hujus perſecutionis tempus deſignat lib. 1. *Nam ferme ante annos ſexaginta, & quod excurrit, per totam Africam perſecutionis eſt devagata tempeſtas, quæ alios fecerit Martyres, alios Confeſſores, nonnullos funeſta proſtravit in morte*. Hanc vero uſque ad annum 311. quo *Severus* Cæſar interemtus eſt, perſeveraſſe ex eodem Optato conſtat, qui lib. 1. pacem Eccleſiæ in Africa a Maxentio reſtitutam fuiſſe dicit. *Tempeſtas perſecutionis peracta & definita eſt jubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio Chriſtianis libertas eſt reſtituta*. Jam antea in Italia reſtituta fuerat, ſi pax ſub *Maxentii* tyrannide appellari potuerit, de quo vide Euſebium lib. 8. Hiſtoriæ cap. 14. immo & ſub Herculio qui, eodem Maxentio invitante purpuram in Italia reſumpſit, qui & ipſe *ex Auguſto privatus*, ut ait Oroſius, *publicus perſecutor* erat. MAXENTIUM vero & Neronem ſimul jungit Lucifer Claritanus in lib. 1. pro S. Athanaſio, eoſque uno nomine *perſecutores* appellat.

60. Hi-

60. Hiſpaniam etiam a perſecutione eximit Dodvvellus, quod eam ſub Conſtantii Cæſaris ditione fuiſſe cenſeat. *Eam*, inquit, *aliis ditionibus non accenſuit Victor*. Sed nec eam Conſtantio attribuit. Hiſpaniam autem Herculio ſubjectam fuiſſe diſertis verbis tradit Lactantius libro de Mortibus Perſecutorum cap. 8. quod mirum eſt a Dodvvello aut animadverſum non fuiſſe, aut diſſimulatum. Idem Lactantius cap. 16. ait, *Vexabatur univerſa terra, & præter Gallias ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant*. Et quidem Donatiſtæ apud Optatum Gallias ſolummodo a perſecutione eximunt, unde judices ſibi dari ob hanc rationem poſtulabant. His adde Concilii Eliberitani aliquot canones de lapſis, & forte Magni Oſii confeſſionem, quæ ſane hanc perſecutionem in Hiſpania ſæviiſſe probant.

61. At ex his omnibus colligi poſſe videtur, nullum penitus Martyrem in Galliis ſub hac perſecutione claruiſſe. Contra vero, non provinciæ ſolum, ſed & omnes fere civitates & opida Galliarum reclamant, quæ ſuos Martyres ut plurimum in hac perſecutione conſummatos fuiſſe exiſtimant. Hanc difficultatem componi poſſe putant viri eruditi, ſi dicatur initio perſecutionis, Conſtantio adverſus barbaros occupato, plurimos Chriſtianos Præſidum peculiari genio & populari furore ſublatos fuiſſe. Sane inter provincias quæ biennio perſecutionem ſuſtinuerunt, Euſebius Gallias enumerat in Libro de Martyribus Palæſtinæ cap. 13. nec ullus inficiari poteſt perſecutionis edicta in Galliis publicata fuiſſe, quod ipſemet Lactantius, quantumlibet Conſtantio addictus, faſſus eſt. *Conſtantius*, inquit cap. 15. *ne diſſentire a majorum præceptis videretur, conventicula ſeu parietes dirui paſſus eſt* &c. Sed nec Auguſtus factus hæc edicta revocavit, ut patet ex eodem Lactantio cap. 24. ubi ſtatim poſt Conſtantii mortem *Conſtantinus ſuſcepto imperio nihil egiſſe prius* dicitur, *quam Chriſtianos cultui ac Deo ſuo reddere*. *Hæc*, inquit, *fuit prima ejus ſanctio ſanctæ religionis reſtitutæ*.

62. Verum etſi nullus ſub Conſtantii principatu martyr exſtiterit, non tamen, ut jam obſervavit doctiſſimus Pagius, inferendum eſſet falſam eſſe Gallicanarum eccleſiarum traditionem, quæ forte ne unum quidem Martyrem ſub Chloro Conſtantio paſſum celebrant. Omnes enim ſuos Martyres ſub Maximiano, aut ſub Diocletiano & Maximiano paſſos referunt. quod non ex Martyrologiis ſolum aut officiis eccleſiaſticis patet, ſed & ex ipſorummet Martyrum Actis, quæ licet primigenia non ſint, antiqua tamen eſſe nemo poteſt in dubium revocare, utpote quorum nonnulla in codicibus ab annis 900. exaratis habentur. Diocletiani & Maximiani perſecutionem indicant Acta ſancti *Firmini* Ambianenſis epiſcopi, *Juſtini* ſeu Juſti adoleſcentis Autiſiodorenſis, qui in agro Bellovacenſi paſſus eſt, ſanctorum *Donatiani* & *Rogatiani* Namne-

tenſium, *Macræ* virginis Remenſis, *Caprafii* & *Fidis* virginis Aginnenſium, &c. Quin & in nonnullis ejuſmodi Actis diſerte exprimitur, Maximianum tunc in Galliis verſatum fuiſſe. Sic incipiunt Acta ſanctorum *Fuſciani*, *Victorici*, & *Gentiani*; *Eodem tempore quo Maximianus truculentiſſimus Auguſtus per arva Galliæ præſidebat*, &c. *Criſpinus* & *Criſpinianus* martyres Sueſſionenſes ab ipſomet Maximiano interrogati memorantur. Acta ſancti *Piatonis* in cod. vetuſtiſſimo ſancti Theoderici prope Remos: *Diocletianus .... ad conſortium imperii vel laboris olim ſibi commilitonem Maximianum Cæſarem fecit .... Eodem tempore beatiſſimus Piatus ſanctis martyribus conſociatus eſt Quintino, &c.* Hinc in Actis ſancti *Victoris*, Maximianus *ſanctorum ſanguinem per totas Gallias fudiſſe* dicitur. Nec diſſentiunt veteres ſcriptores, qui teſtantur Maximianum Herculium ſæpius in Gallias adventaſſe, ibique multum temporis potiſſimum in Belgica, ubi frequentiora martyria fuere, tranſegiſſe. Sed cum tyranni variis in locis rebellarent; duos Cæſares ſibi Auguſti adjunxere, & Conſtantio Galliæ regendæ obtigerunt, *qui non modo amabilis*, ut ait Eutropius lib. 10. *ſed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipue, quod Diocletiani ſuſpectam prudentiam, & Maximiani ſanguinariam temeritatem ejus imperio evaſerunt.*

*63. Reliquis exceptionibus adverſus multitudinem Martyrum; reſpondetur*

63. Expenſa decennali perſecutione, quam vel ex Dodvvelli recenſione, quantumvis imminutam nihilominus cruentiſſimam fuiſſe nemo non videt, aliqua generatim idem Dodvvellus adverſus Martyrum multitudinem ſubjungit: quod ſcilicet præter „ provinciarum Romanos Præſides & Judices, illorumque adſeſſores & advocatos, nemo gauderet jure gladii: quod etiam „ pauci dies eſſent quibus rei ſuppliciis afficerentur, quos ternos „ tantum aut quaternos Euſebius commemorat; ac tandem ſi „ aliquando Martyrum multitudinem idem Euſebius verbis in„ nuerit, hæc benigne interpretanda ſint, quod vel ex ejus nar„ rationis contextu appareat. Porro etſi ea quæ a nobis paſſim dicta ſunt, ad hæc ſolvenda ſufficiant, uno tamen verbo his iterum reſpondemus. Et quidem parum refert, qua auctoritate Martyrum cædes patratæ fuerint, ſi quidem ex dictis conſtat, Chriſtianos etiam in vicis & quibuſcumque locis interemtos fuiſſe. Deinde fatemur quidem reos inſigniores ſæpius ad munerum ſeu ludorum dies in populorum oblectamenta fuiſſe reſervatos. at quis neget ceteros nocentes aliis quoque diebus punitos fuiſſe? An vero Euſebius verbis quandoque ampliaverit, quod poſtea ex ipſa narratione innuerit eſſe exiguum, ex ejus lectione quivis judicare poteſt. Locus quem in ejus rei probationem affert Dodvvellus, ex cap. 9. lib. 8. deſumtus eſt, quem videſis in noſtra Collectione inferius. Certe ibi Euſebius aſſerit *non paucis diebus, nec exiguo temporis ſpatio; ſed prolixo aliquot annorum circulo*

continue

*continue hæc omnia*, id eſt intolerabiles cruciatus &c. *perpetrata* fuiſſe, *cum nunc deni, interdum viceni & amplius, nonnumquam ad triginta uſque & ſexaginta, quandoque & centum viri ſimul ac mulieres una cum parvulis uno die interficerentur*. Aliqua etiam de JULIANI & LUCINII perſecutionibus proponit Dodvvellus, quas, ſi cum prioribus componantur, non adeo graves fuiſſe ultro fatemur. Sed de iis fuſius in noſtra Collectione. Tandem cum de iis tantummodo Martyribus, qui ſub Imperatoribus ethnicis paſſi ſunt, hic diſſeruerimus; certum eſt, ſi iis omnes adjungantur qui apud Perſas & Gotthos claruerunt, aut certe ab Arianis Imperatoribus, Wandalis, aliiſque hæreticis aut ethnicis barbaris interemti ſunt, ſummopere augendum eſſe Martyrum numerum. De iis qui in Perſide & Gotthia ſæculo quarto martyrium ſubierunt, in noſtra Collectione agimus: ad te ceteris loqui noſtri non fuit inſtituti, utpote qui in quatuor primis Eccleſiæ ſæculis conſiſtimus.

*64. Dodvvellus quo præjudicio ſcripſerit, & Martyrologiorum Scriptores appellaverit fabulatores. De his cautiones.*

64. Porro ea quæ de Martyrum multitudine protulimus, adeo certa videntur & indubitata, ut neminem fore confidamus, qui cum Henrico Dodvvello catholicæ Eccleſiæ inſultare velit, quod falſo ſibi de innumerabili Martyrum multitudine gratuletur, quaſi multos & pœne infinitos eſſe hactenus cenſuerit, quos tamen ex probis & certis monumentis pauciſſimos fuiſſe facile probari poſſit. Nihil itaque ad hanc novitatem excogitandam Dodvvellum, virum alioqui doctiſſimum & in rebus antiquis verſatiſſimum, impellere potuit, quam ea, qua laborare ſolent heterodoxi, adverſus Eccleſiam Romanam aliquid conſcribendi prurigo. Hinc præcipiti, ne plus aliquid dicam, præjudicio abreptus, martyrologiorum conſcriptores uno verbo, *fabulatores* appellando, confoſſurum ſe exiſtimavit, quaſi aniles fabulas, id eſt plures Martyres, in Eccleſiam ſua auctoritate invexerint. Etſi enim ejuſmodi libros ab omni penitus mendo immunes eſſe affirmare nemo poſſit, (hæc quippe eſt ſingularis ſacrorum codicum prærogativa,) non tamen hinc inferre licet, eos mala fide, aut temere ac leviter conſcriptos fuiſſe; immo vero certum eſt Martyrologia a viris gravibus, ex antiquioribus monumentis, & peculiarium eccleſiarum Kalendariis collecta fuiſſe; quæ cum ab Epiſcopis approbata fuiſſent, publice in eccleſiaſticis conventibus lecta fuerunt; ut ſi omnium ſanctorum feſtivitates celebrari non poſſent, eorum ſaltem aliqua commemoratio fieret, tum in teſſeram communionis, quæ inter eccleſias catholicas haberi debet; tum ut ea ratione aliquis ſaltem cultus exteris etiam Martyribus exhiberetur. Ceterum falſo confictas Martyrum hiſtorias igni tradi jubent Trullani Concilii Patres can. 63. vetantque ne in Eccleſia legantur: eos autem qui eas admitterent, anathemati ſubjiciunt.

§. IV.

## §. IV.


65. *Nonnullæ perſecutionum* cauſæ, *inter quas Ethnicorum calumniæ in Chriſtianos.*
66. Aliæ, *quod Chriſtiani abſtinerent a ſacris feſtiſque &c. Imperatorum & Reip. cauſa indictis.* Aliæ, *odia privata, Magiſtratuum avaritia, Sacerdotum zelus, Magorum (imo dæmonum) invidia.*
67. *Perſecutiones Religionem Chriſtianam dilataverunt, nedum extinxerint.*
68. *Fortitudinis ac patientiæ Martyrum rationes non unæ.*
69. *Quibus & Gentilium converſio promota ſit.*
70. *Honores quibus in Eccleſia Martyres affecti ſunt.*
71. *Cautiones adhibitæ ut veri Martyres a falſis diſcernerentur.*
72. *Concluſio* Præfationis.


*65. Nonnullæ Perſecutionum cauſæ, inter quas, Ethnicorum calumniæ in Chriſtianos.*

65. Poſt aſſertam Eccleſiæ catholicæ de Martyrum multitudine traditionem, rectus ordo poſtulat, ut aliquid de tot carnificinarum cauſis inquiramus. Prima & præcipua, poſt religionem, adverſus noſtros invidiæ cauſa ex CALUMNIIS profluxit, quod Chriſtiani quaſi homines flagitioſi, & omnium criminum rei haberentur. Hanc opinionem apud omnes jam ſub Nerone receptam fuiſſe, ex his quæ ſupra diximus conſtat. Paulo poſt infanticidiorum, ac concubituum inceſtuoſorum Chriſtiani paſſim accuſati inveniuntur, forte hæreticorum aliquot occaſione, qui ejuſmodi flagitiis, ementito Chriſtiano nomine, operam dabant; aut Judæorum calumniis, qui nihil non movebant, ut gentilibus Chriſtiani inviſi redderentur. Hinc toties in Actis Martyrum, aut veterum Patrum opuſculis Thyeſtearum epularum, & Oedipeorum concubituum mentio recurrit: a quibus licet Chriſtiani ſeſe tam egregie vindicaverint, ut teſtes ſunt Apologiæ Juſtini, Quadrati, Athenagoræ, &c. ubi ejuſmodi calumniæ confutantur; hæc tamen opinio, quæ populorum, ac magiſtratuum animos ſemel invaſerat, ita invaluit, ut ſi quæ calamitates publicæ contingerent, Chriſtianorum ſtatim ſceleribus attribuerentur, quaſi dii eorum flagitiis exaſperati, imperium Romanum variis cladibus affligere non ceſſarent. *Si*, inquit Tertullianus Apologetici cap. 40. *Tiberis aſcendit ad mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues: ſtatim Chriſtianos ad leonem.* His ſimilia habes apud Cyprianum in libro ad Demetrianum, alioſque paſſim auctores.

*66. Aliæ, quod Chriſtiani abſtinerent a Sacris, feſtiſque &c. Imperatorum vel Reip. cauſa indictis. Aliæ, odia privata, Magi-*

66. Aliud erat quod maxime gentiles in Chriſtianos commovebat, quod hi ſcilicet pro bono Reipublicæ ſtatu, aut Imperatorum vel patriæ ſalute, offerri SACRIFICIA improbarent; iiſque nec adeſſe, nec etiam ſive per publicos, ſive per privatos Imperatorum genios JURARE acquieſcerent. Ad hæc, Chriſtiani a FESTIS ſolemnibus, LUDIS publicis, aliiſque ejuſmodi ſpectaculis, quæ pro victoriis adverſus hoſtes partis, aut Imperatorum

cum natalitiis fieri conſueverant, ſeſe abhorrere teſtabantur. Hinc mirum non eſt, ſi Imperatores, etiam qui religioſiores & mitiſſimi habiti ſunt, Chriſtianos penitus exſtirpare conati fuerint, quos nempe non religioni ſolum ſuæ, ſed etiam propriæ ſaluti adverſari exiſtimabant. Hinc etiam politici, qui diviſiones & inteſtina bella ob ſacrorum varietates pertimeſcebant, e reipublicæ bono eſſe cenſebant, ut Chriſtiani omnino delerentur. Ipſum denique vulgus, cui Chriſtiani publicas lætitias & principum largitiones invidere videbantur, de illorum morte exultabat. His adjungi poſſent PRIVATA ODIA, & AVARITIA magiſtratuum & præſidum, qui ſub religionis ſpecie, Chriſtianorum facultates, vel in fiſcum, vel in proprios uſus convertebant. Quæ tandem omnia SACERDOTUM & MAGORUM, quorum auctoritas ut plurimum maxima erat, ZELO AC INVIDIA incendebantur. Videbant quippe ob Chriſtianiſmum ſacra deorum ſuorum neglecta, ipſos deos ludibrio habitos, oracula contemta, ac quandoque falſi convicta, auctoritatem minutam, ac reditus etiam pæne ad nihilum redactos. Hinc nihil non ſibi licere in damnandis, torquendis, trucidandiſque Chriſtianis Principes, Præſides, Magiſtratus, ipſique tortores exiſtimabant: & citra ullum ſæpius, maxime in extremis perſecutionibus, dignitatum, ſexuum aut ætatum diſcrimen, viri & mulieres, pueri, ſenes & anus, nobiles, & ignobiles pariter torquebantur, quæ omnia exemplis Sanctorum *Tarachi*, &c. *Soteris*, *Romani* & aliorum martyrum probari poſſunt. Sed ſufficiat huc proferre unicum *Phileæ* epiſcopi & martyris teſtimonium, qui poſt expoſita varia tormenta, quibus confeſſores, ex quorum erat numero, afficiebantur, ſic de Præſide loquitur: *Neque enim ajebat vel minimam noſtri curam habendam eſſe; ſed cunctos ſic de nobis ſentire, ſic erga nos agere debere, quaſi non amplius homines eſſemus.*

*Privatorum odia, magiſtratuum avaritia, Sacerdotum zelus, Magorum (imo Dæmonum) invidia &c.*

67. Sed erunt fortaſſis qui dicant vix fieri potuiſſe, ut Eccleſia tot procellis agitata, adeo tamen creverit, ut ſæculo tertio jam pæne per totum terrarum Orbem dilatata fuerit. Non enim, inquient, veriſimile eſt, tam multos homines reperiri potuiſſe, qui religionem amplecterentur non ſolum peregrinam & novam, ſed, quæ præter vitam auſteriorem quam præſcribit, cultores etiam ſuos exſiliis, bonorum proſcriptionibus, amicorum & parentum, totiuſque generis humani invidiæ, tormentis acerbiſſimis, ipſique morti obnoxios reddit. At licet humanæ rationi parum conſentaneus videatur iſte dilatandæ religionis modus; certum eſt tamen hunc ipſum a Chriſto Domino præ ceteris delectum fuiſſe; qui, ut exemplo ſimul & verbo ſuis ſequacibus præiret, nonniſi per varias tentationes, mortemque acerbiſſimam in gloriam Patris voluit introire. Id ſuos Apoſtolos docuerat, qui, ut refert Lactantius lib. 5. Inſtitutionum cap. 3. *non tantum pro fide mortem ſubierunt, ſed etiam morituro, ſe ſciebant & prædi-*

*67. Perſecutiones Religionem Chriſtianam dilataverunt, nedum eam extinxerint*

*prædixerant, & poſtea univerſos, qui eorum diſciplinam ſecuturi eſſent, acerba & nefanda eſſe paſſuros.* Unde Martyres nonniſi moriendo victoriam adepti ſunt, nec a tormentis ut liberarentur petebant a Deo, ſed ut ea patientiſſime tolerarent. Certe Chriſtiani, apud Cyprianum lib. de Mortalitate, tempore peſtis mori timebant, ne ſibi martyrii palma præriperetur. Dolebant Clerici in Actis ſancti Montani, quod, ſe prætermiſſis, in laicos Proconſul animadverteret. Uno verbo, ut ait Tertullianus ad Scapulam, hac conditione fiebant Chriſtiani; & magis damnati, quam abſoluti, gaudebant, unde in Apologetico cap. 5. præſides ſic alloquitur: *Cruciate, torquete, damnate, atterite nos... Plures efficimur quoties metimur a vobis. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum.*

*68. Fortitudinis ac patientiæ Martyrum rationes non unæ.*

68. Verum cum naturæ humanæ vires ad hæc perferenda prorſus impares eſſent, CHRISTUS ſuis athletis tam PRÆSENS aderat, ut ſæpius mediis in tormentis nullus, aut certe exiguus eis eſſet dolorum ſenſus; eorumque animos INTERNIS SEMPER AUXILIIS, nonnumquam externis etiam & viſibilibus ſignis confortabat. Certe *Stephanus* vidit cælos apertos, & Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei. *Polycarpo* facta eſt vox de cælo; odor e Martyribus Lugdunenſibus emanabat, &c. Ad hæc, fideles *divinis*, ut loquitur Cyprianus, *oſtenſionibus* de inſtantibus perſecutionibus admonebantur, ne imparati ad prælium accederent. Excitabantur etiam Epiſcoporum verbis & exemplis. Tum perſuaſum eis erat leve & momentaneum quod paſſuri erant, æternum gloriæ pondus in eis operaturum, ac brevi & caduca vita æternam & beatam ſe mercaturos, ad quam, quod martyrium alter eſſet baptiſmus, ſine ulla mora ſe ingreſſuros eſſe non dubitabant. Id enim eſſe ſciebant Martyrum privilegium; cum ceteris fidelibus delicta a ſe perpetrata diluere incumberet. *Aliud* enim *eſt*, inquit Cyprianus in epiſtola ad Antonianum, *pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari, & purgari diu igne; aliud peccata omnia paſſione purgaſſe.* His adde funeſtam lapſorum vicem, quorum nonnulli divinitus ante omnium oculos puniti ſunt. Ex his aliquot recenſet Cyprianus in libro de lapſis, quorum unus *poſtquam Chriſtum negavit, obmutuit.* Mulier in balneis a dæmone correpta, *ſuam laniavit dentibus linguam, quæ fuerat vel paſta impie vel locuta.* Alii aliis modis puniebantur; *nec neceſſe eſt*, inquit, *ire per exitus ſingulorum: cum per orbis multiformes ruinas, tam delictorum pœna ſit varia, quam delinquentium multitudo numeroſa.* Idem etiam quandoque perſecutoribus contigit, ut de Saturnino & Herminiano proconſulibus obſervat Tertullianus in lib. ad Scapulam. Et quidem hac de re totus eſt Lactantii liber de Mortibus perſecutorum.

*69. Quibus & Gentilium converſio promota ſit.*

69. Hæc autem omnia gentilium converſioni occaſionem præbebant, quod qua ratione, quibuſve gradibus contingeret, egregie

gie exponit Lactantius lib. 5. inſtitutionum cap. 33. Certe Auguſtinus ſermone 31. in pſalmum 118. obſervat, aliquos etiam e perſecutoribus Martyrum patientia permotos credidiſſe. Quid cum evidentia fierent miracula? Martyres mire ſanati, voces cælitus emiſſæ, beſtiæ manſuefactæ, aliaque ejuſmodi miracula palam patrabantur? Hæc autem in certis & probis monumentis occurrunt. Quam vero frequentia fuerint miracula in Eccleſia, Patres atteſtantur. Hac de re Irenæus lib. 2. adverſus hæreſes cap. 58. *Alii*, inquit, *dæmones excludunt firmiſſime, & vere, ut etiam ſæpiſſime credant ipſi qui emundati ſunt a nequiſſimis ſpiritibus, & ſint in Eccleſia: alii autem & præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones propheticas: alii autem laborantes aliqua infirmitate per manus impoſitionem curant, & ſanos reſtituunt. Jam etiam, quemadmodum diximus, & mortui reſurrexerunt, & perſeveraverunt nobiſcum annis multis. Et quid autem? Non eſt numerum dicere gratiarum, quas per univerſum mundum Eccleſia a Deo accipiens in nomine Chriſti Jeſu crucifixi ſub Pontio Pilato per dies ſingulos in opitulationem gentium perficit*. Hæc enim in Gentilium quoque favorem operabantur Chriſtiani, ut etiam ex variis aliorum Patrum teſtimoniis patet. Unde etſi nonnumquam Gentiles ejuſmodi miracula maleficiis aut incantationibus tribuerent, nemo tamen de factorum veritate, quæ Chriſti nomine patrabantur, auſus eſt inficiari. Hinc Chriſtiani pro ejus aſſerenda divinitate graviora quæque ſupplicia alacriter ſuſtinebant, cujus Martyres, id eſt teſtes, ſe eſſe gloriabantur. quod in eorum ſincerioribus Actis diſerte ſæpius exprimitur. Vide SS. *Tarachi* &c. Acta græca & alia paſſim.

*70. Honores quibus Martyres in Eccleſia affecti ſunt.*

70. Denique antequam huic Præfationi finem imponamus, paucis agendum de honore quo Martyres in Eccleſia afficiebantur. Vivi quidem multis fruebantur prærogativis, cum ad eorum preces indulgentia lapſis concederetur, Diaconi qui eorum neceſſitatibus providerent, deputarentur. Alii etiam, ſi carceres ingredi liceret, Martyrum vincula oſculabantur, & eorum medebantur vulneribus, aliaque ejuſmodi præſtabant, quæ paſſim apud Cyprianum ceteroſque Patres deſcribuntur. At longe major fuit erga conſummatos Martyres veneratio, cum, ut Clemens & Dionyſius Alexandrini ajunt, jam Chriſti aſſeſſores eſſent, & cum eo venturi judices. Hinc publici honores eis decreti; ſacræ eorum reliquiæ unguentis & aromatibus delibutæ, in eccleſiis inter pretioſiora quæque cœmelia aſſervabantur. Immo & altaria ipſa eorum tumulis impoſita erant, ita ut abſque Martyrum reliquiis altaria erigi vetet canon 83. Codicis Africani. Ad hæc geſta eorum in publicis conventibus lecta, nomina inter ſacra myſteria recitata, ſed *eo loco*, inquit Auguſtinus ſerm. 159. *ubi non pro ipſis oretur*, quamquam *pro ceteris defunctis commemoratis oratur. Injuria*

*eſt enim pro Martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari.* Nec mirum eſt, ſiquidem, teſte Ambroſio in libro de Iſaac & anima, *Martyrum paſſio* talis eſt virtutis, *ut auferat meritum delictorum*. Plura de iis Origenes, Cyprianus, & alii. Hæc autem omnia jam primis Eccleſiæ ſæculis obſervabantur. Certe Ignatii reliquias, *ſicut theſaurum inapretiabilem*, *in capſa* repoſitas ejus diſcipuli Roma Antiochiam reportarunt. Et Chriſtiani corpus Polycarpi, ut *aurum gemmamque pretioſam*, collegerunt. Videre eſt etiam apud alios Patres paſſim, potiſſimum apud Chryſoſtomum, quantis honoribus, poſt datam Eccleſiæ pacem, affectæ fuerint Martyrum reliquiæ, quantave reverentia in ſacris ædibus aſſervatæ fuerint, ad quas ſtatis diebus populorum concurſus fiebant. Dies quibus Martyres coronati fuerant, diligentiſſime etiam in mediis perſecutionibus, annotatos fuiſſe, ſupra ex Cypriano & Gregorio Neocæſarienſi obſervavimus; eos vero Conſtantinus ad Chriſtum converſus publice feſtivos haberi voluit, uti Euſebius teſtatur libro 4. ejus vitæ cap. 23. *Miſſa quoque lex eſt*, inquit, *ad præſides provinciarum, ut diem dominicum etiam ipſi venerarentur. Idem feſtos Martyrum dies juſſu principis obſervabant, & eccleſiaſticarum feſtivitatum tempora debito bonore proſequebantur*. Idem auctor lib. 13. Præpar. Evang. cap. 11. de Martyrum cultu apud Chriſtianos ſolemni hæc habet: *Eorum ſepulcra celebrare, & preces ibi votaque nuncupare, & beatas illorum animas venerari conſuevimus; idque a nobis merito fieri ſtatuimus*. Minime vero audiendi ſunt qui putant primum omnium ex Martyribus Polycarpum publico cultu honoratum fuiſſe. Hunc enim morem, ut Martyres in fidelium conventibus ipſo eorum paſſionis die celebrarentur, antiquiorem eſſe patet vel ex his ſancti Ignatii actorum verbis num. 8. *Manifeſtavimus vobis diem & tempus, ut ſecundum tempus martyrii congregati communicemus athletæ* &c. *glorificantes in ipſius venerabili & ſancta memoria Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*. De juramentis, quæ ad Martyrum ſepulcra fieri olim ſolebant, nihil hic adjicere viſum eſt. ſæculo quinto & ſequentibus celebriora fuere, ut exemplis probari indigeant.

*71. Cautiones adhibitæ ut veri Martyres a falſis diſcernerentur.*

71. Cum vero tot præclaris honoribus Martyres afficerentur, mirum non eſt ſi adeo ſtudioſe veri a falſis Martyribus diſcernerentur. Id maximopere curabant ipſi Martyres, ut ex Clemente Alexandrino obſervat Euſebius lib. 5. Hiſtoriæ cap. 17. *Quotieſcumque*, inquit, *Eccleſiæ viri ad martyrium pro vera fide ſubeundum vocati, una cum quibuſdam de Phrygum hæreſi, qui martyres dicuntur, caſu quodam coierint, ſemper ab illis diſſentiunt, & communionem eorum ſollicite vitantes, glorioſi martyrii exitum conſequuntur.* Tum ſubjungit: *Atque id verum eſſe conſtat ex iis quæ noſtra ætate in urbe Apamea, quæ ad Mæandrum ſita eſt, geſta ſunt a Caio & Alexandro martyribus,* *oriun-*

*oriundis Eumenia*. Hinc can. 9. Synodi Laodicenæ vetitum eſt ne quis hæreticorum cœmiteria vel martyria adeat orandi cauſa; & canone 34. anathemate feriuntur, qui ad hæreticorum Martyres confugiunt. Certe non licuiſſe, quemvis etiam pro fide occiſum, veluti Martyrem, niſi Eccleſiæ auctoritate accedente, venerari, patet ex Optati libro 1. ubi ſchiſma Donatiſtarum initium habuiſſe refert occaſione Lucillæ cujuſdam factioſæ feminæ, quæ quod homini cuidam mortuo, *etſi martyri, ſed necdum vindicato*, aliquos honores exhibuiſſet, *correpta....irata diſceſſit. Iraſcenti & dolenti ne diſciplinæ ſuccumberet, occurrit &c.* Et quidem antea Menſurius, Cæciliani epiſcopi Carthaginenſis deceſſor, vetuerat, ne qui ſe ultro obtuliſſent a Chriſtianis honorarentur, teſte Auguſtino in Breviculo Collationis die 3. cap. 13. De his qui ob idola effracta occiſi fuiſſent, idem ſtatuit canone 60. concilii Illiberitani. Ad hæc pertinere videtur quod Cyprianus ſcribit epiſtola 12. quæ eſt apud Pamelium 37. ut dies, quibus Martyres excedebant, annotarentur, *ut*, inquit, *eorum commemorationem inter memorias Martyrum celebrare poſſimus*. Et, ut ſupra jam obſervavimus, Gregorius Thaumaturgus, referente Gregorio Nyſſeno, exſtincta perſecutione regionem undique peragravit, apud omnes ubique ſanciens, ut nomine eorum qui pro fide decertaſſent, dies feſti celebrarentur. Porro non minus ſolliciti fuerunt epiſcopi poſt pacem Eccleſiæ datam, ne quis temere Martyrum numero adſcriberentur. qua de re editus eſt canon ſecundus concilii I. Carthaginenſis ſub Grato, tempore Julii Papæ. Et Gregorius Magnus lib. 12. epiſtola 31. ad Auguſtinum, cui reliquias *Sixti ſanctiſſimi & probatiſſimi Martyris* mittit, mandat, ut corpus quod in Anglia credebatur cujuſdam eſſe martyris, populorum venerationi ſubtraheretur, niſi aut miraculis coruſcaret, aut ſaltem ejus paſſionis aliqua indubitata notitia haberetur. Certe beatus Martinus ſuſpectum habuit martyrem, cujus & nomen, & tempus paſſionis a clericis cuſtodibus ignorabantur. Et quidem, ut narrat (*a*) Sulpicius Severus, facta oratione falſi martyris larvam detexit. (*a*) De vit. Mart. cap. VIII. Sed de Sanctorum Canonizatione plura habes apud Mabillonium, optimum magiſtrum meum, in Præfatione ad Sæculum quintum Benedictinum. Legenda etiam ejuſdem epiſtola *de cultu Sanctorum ignotorum*, quam ſub *Euſebii Romani* nomine vulgavit.

72. Tandem multa alia proferri poſſent de Martyrum cultu, *72. Concluſio Præfationis.* publica invocatione, aut aliis in eorum honorem inſtitutis, quæ ſancti Patres adverſus paganos & hæreticos propugnarunt: ſed cum de iis rebus paſſim habeantur tractatus peculiares, jamque juſtæ præfationis modum exceſſerimus; ſatis eſſe nobis viſum eſt, ſi quid ea de re ſentiat Eccleſia Catholica, ſancti Auguſtini verbis exponamus, ex lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. ubi

 huic

huic hæretico Catholicos calumnianti, quod idolis Martyres ſubſtituiſſent, ſic reſpondet. *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſollemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur; ita tamen, ut nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum, quamvis in memoriis Martyrum, conſtituamus altaria. Quis enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui Martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit; ut ex ipſorum locorum admonitione, major affectus exſurgat ad acuendam caritatem & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adjuvante poſſumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei.... ſed illos tanto devotius, quanto ſecurius poſt certamina ſuperata &c. At illo cultu, quæ græce* λατρεία *dicitur.... nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificii, unde idololatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus vel cuiquam ſanctæ animæ, vel cuiquam angelo: & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſive ut corrigatur, ſive ut caveatur*. Et paullo poſt de iis qui in memoriis Martyrum inebriabantur: *Aliud eſt quod docemus, aliud quod ſuſtinemus; aliud quod præcipere jubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donec emendemus tolerare compellimur*. Faxit Deus Optimus, Maximus, ut quæ hic & in tota noſtra collectione de ſanctis Martyribus habentur, in ejus honorem & gloriam cedant, ac totius Eccleſiæ catholicæ utilitatem; nobiſque præſtet, ut qui tam præclara de eorum agonibus retulimus, eorum quoque fidei conſtantiam, & caritatis ardorem pro modulo imitemur.

IN-

# INDEX
## ACTORUM, PASSIONUM, &c.
### QUÆ IN HAC COLLECTIONE HABENTUR.

Anno Chriſti 61. vel 62. ſub Nerone. Martyrium ſancti Jacobi primi Jeroſolymorum epiſcopi. *Ex Hegeſippo apud Euſebium lib. 2. Hiſt. eccleſ. cap. 23. edit. Valeſianæ.* pag. 1

Anno circ. 104 ſub Trajano. Martyrium ſancti Symeonis epiſcopi Jeroſolymitani. *Ex Hegeſippo apud Euſebium lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 32.* 5

Anno 107. Acta ſancti Ignatii epiſcopi Antiocheni & martyris. *Ex editione Jacobi Uſſerii Armachani.* 7

Ejuſdem ſancti Martyris Acta genuina cum ipſius epiſtola ad Romanos nunc primum græce prodeunt, cum nova verſione latina. *Ex cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ.* 13

Anno 120. ſub Hadriano. Paſſio SS Symphoroſæ & ſeptem filiorum ejus. *Ex variis edit. & 2. codd. mſſ. uno Colbertino, & altero Sorbonico.* 20

Anno 150. ſub Antonino Pio. Paſſio SS. Felicitatis & ſeptem filiorum ejus. *Ex codd. mſſ. tribus bibliothecæ Regiæ, ſeptem Colbertinis, Sorbonico 1. Abbatiæ S. Genovefæ Pariſienſis 1. S. Mauri Foſſatenſis 1. S. Cornelii Compendienſis 1. RR. PP. Fulienſium Pariſienſium 2. S. Mariani Autiſiodorenſis 1. & ſancti Germani a Pratis 4. cum edit. Surii & Ughelli collata.* 21

Anno 166. ſub Marco Aurelio. Epiſtola eccleſiæ Smyrnenſis de martyrio ſancti Polycarpi epiſcopi. *Ex 2. codd. mſſ. Colbertino 1. Carmelitarum excalceatorum Pariſiis 1. & ſancti Petri Pratellenſis, cum edit. Uſſerii Armachani, Euſebiana, &c. collata.* 24

Eadem de martyrio S. Polycarpi Eccleſiæ Smyrnenſis epiſtola græce edita cum verſione latina J. B. Cotelerii. 32

*In eandem epiſtolam* Jacobi Uſſerii & J. B. Cotelerii annotationes. 39

Anno circ. 166 Martyrium ſanctorum Ptolemæi, Lucii, & alterius Anonymi. *Ex Apologia S. Juſtini Martyris, apud Euſeb. Hiſt. eccleſ. lib. 4. cap. 17.* 43

Anno circ. 167 Acta ſancti Juſtini Philoſophi & ſociorum ejus martyrum. *Ex Surio & aliis editis.* 45

Anno 177. Epiſtola eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis, de martyrio ſancti Pothini epiſcopi & aliorum plurimorum. *Ex Euſebii Hiſt. eccleſ. lib. 5. cap. 1. & ſeqq.* 50

Anno 202. ſub Severo. De ſancto Irenæo epiſcopo Lugdunenſi & martyre. 61

Anno circ. 178 Paſſio SS. Epipodii & Alexandri martyrum Lugdunenſium. *Ex 2. codd. mſſ. uno Colbertino, altero archimonaſterii S. Remigii Remenſis, collata cum edit. Suriana & Bollandiana.* 62

Anno circ. 180 Paſſio S. Symphoriani martyris *Ex 3. codd. mſſ. uno S. Faronis Meldenſis olim Reſbacenſi, altero monaſterii S. Petri Conchenſis in diœceſi Ebroicenſi, & tertio S. Germani a Pratis; collata ad alios codd mſſ. Colbertin. 1. Cœnobii Ciſtercienſis 1. RR. PP. Fulienſium Pariſ. 1. S. Cornelii Compendienſis 1. S. Mauri Foſſatenſis 1. Sorbonicum 1. Cl. viri Boherii in ſupremo Senatu Divionenſi Præſidis duos. S. Germani a Pratis 3. & alios complures, ſed interpolatos.* 67

Anno Chriſti circ. 185. ſub Commodo. De ſancto Apollonio martyre. 71

Anno 200. ſub Severo. Acta Proconſularia Martyrum Scillitanorum. *Ex Baronio ad annum 202.* 73

Acta eorumdem Martyrum. *Ex cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ.* 76

Fragmentum de iiſdem Martyribus. *Ex cod. mſ. monaſterii Augienſis a D. J. Mabillon editum.* 77

Anno 203. vel 204. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis cum ſociis earum. *Ex 2. codd. mſſ. uno eccleſiæ Saliſburgenſis, & altero S. Cornelii Compendienſis, collata ad Excerpta ex ſchedis Mabillonianis & ad edit. Lucæ Holſtenii.* 77

Ad eandem Paſſionem Notæ L. Holſtenii & P. Poſſini. 89

Anno 202 & circ. 210. Martyrium ſanctorum Leonidis, Plutarchi & aliorum plurimorum Martyrum Alexandrinorum. *Ex Euſebio lib. 6. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 1. & ſeqq.* 99

Martyrium S. Potamianæ virginis Alexandrinæ. *Ex hiſtoria Lauſiaca Palladii cap. 3.* 102

Anno 249. & 250. ſub Philippis, tum ſub Decio. Epiſtola S. Dionyſii Alexandrini epiſcopi ad Fabium Antiochenum epiſcopum, de martyrio SS. Metræ, Apolloniæ & aliorum plurimorum Martyrum Alexandrinorum. *Apud Euſebium lib. 6. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 41. & 42.* 103

........ ſ. ſub Decio. Paſſio S. Saturnini epiſcopi Toloſani & martyris. *Ex codd. mſſ. S. Mauri Foſſatenſis 1. bibliothecæ Colbertinæ 1. Sorbonicæ 1. S. Germani a Pratis 2. Monaſterii Conchenſis 1. Monaſterii Floriacenſis 1. S. Mariani Autiſiodorenſis Ord. Præmonſtratenſis 1. RR. PP. Fulienſium Pariſ. 1. &c.* 107

Sub Decio. De S. Alexandro epiſcopo Jeroſolymitano & martyre. 112

Anno circ. 251. Paſſio SS. Pionii & ſociorum ejus Martyrum. *Ex 4. codd. mſſ. ſcilicet bibliothecæ Colbertinæ 2. Principalis monaſterii Einſidlenſis ſeu B. Mariæ de Eremo Ordinis Benedictini in Helvetia 1. & 1. illuſtriſſimi Abbatis de Noaliis, nunc Epiſcopi Catalaunenſis.* 116

Anno 251. Acta diſputationis S. Achatii epiſcopi & martyris. *Ex cod. mſ. illuſtriſſ. Abbatis de Noaliis cum Mombritio & Bollando collata.* 128

Acta S. Maximi martyris. *Ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 4. S. Germani a Pratis 3. S. Remigii Remenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſienſium 1. Monaſterii Silvæ-majoris Ord. Benedictini in diœceſi Burdigalenſi 1. Monaſterii S. Michaelis in Periculo-maris ejuſdem Ordinis 1. & editis.* 132

Acta SS. Martyrum Petri, Andreæ, Pauli & Dionyſiæ virginis. *Ex codd. mſſ. Eccleſiæ metropolitanæ Remenſis 1. Bibliothecæ Colbertinæ 3. S. Germani a Pratis 3. Illuſtriſſ. Abbatis de Noaliis 1. S. Remigii Remenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſ. 1. Archicœnobii Ciſtercienſis 1. Monaſterii Longipontis Ord. Ciſtercienſis in diœc. Sueſſionenſi 1. Monaſt. Urſicampi in diœc. Noviomenſi ejuſdem Ord. 1. & editione Bollandiana.* 134

Acta SS. Tryphonis & Reſpicii Martyrum. *Ex Octav. Cajetano de ſanctis Siculis, & uno cod. Vallis-cellæ Romæ.* 137

Acta SS. Luciani & Marciani martyrum. *Ex 2. codd. mſſ. 1. bibliothecæ Colbertinæ; & altero monaſterii Silvæ-majoris, & Mombritio.* 140

Anno Chriſti circ. 251. ſub Gallo. Hymnus Aurelii Clementis Prudentii de martyrio S. Hippolyti presbyteri Romani. *Ex editis, ad cod. mſ. S. Michaelis in Periculo-maris & unum S. Germani a Pratis collatus.* 143

De ſancto Dionyſio epiſcopo Alexandrino. 151

Anno 258. ſub Valeriano & Gallieno. Hymnus Aurelii Prudentii de martyrio S. Laurentii. *Ex editis, ad cod. mſ. S. Michaelis in Periculo-maris collatus.* 162

Excerpta ex lib. 1. Officiorum S. Ambroſii de eodem S. Laurentio. 170

Vita & Paſſio S. Cæcilii Cypriani epiſcopi Carthaginenſis & martyris, ſcripta per Pontium ejus diaconum. *Ex 2. codd. mſſ. uno S. Mauri Foſſatenſis: & altero S. Benedicti Floriacenſis, & editione Oxonienſi ad 4. codd. mſſ. exacta.* 171

Acta proconſularia ejuſdem. *Ex editis & mſſ. Bibliothecæ Regiæ 1. Colbertinæ 2. S. Mauri Foſſatenſ. 1. S. Genovefæ Pariſ. 1. Monaſterii S. Petri de Conchis 1. Monaſterii Long.pontis 1. S. Germani a Pratis 3. Illuſtriſſ. præſidis Boberii 1. & aliis multis; ſed ut plurimum interpolatis.* 188

Anno 259. Acta SS. martyrum Fructuoſi epiſcopi, Augurii, & Eulogii diaconorum. *Ex compluribus codd. mſſ. Colbertinis 3. S. Germani a Pratis 2. S. Cornelii Compendienſis 1. S. Benedicti Floriacenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſienſium 1. RR. PP. Fulienſium Pariſienſium 1. Illuſtriſſ. viri Boberii 2. S. Mariani Autiſſiodorenſis 1. & aliis, cum editis collata.* 190

Paſſio SS. Jacobi, Mariani, & aliorum plurimorum Martyrum in Numidia. *Ex cod. mſ. Archimonaſterii Remigiani apud Remos, Surio, Baronio, & Aprili Bollandiano.* 193

Paſſio SS. Montani, Lucii, & aliorum Martyrum Africanorum. *Ex cod. mſ. Illuſtriſſ. Gaſtonis Johannis Baptiſtæ, Abbatis de Noaliis, nunc Epiſcopi Comitis Catalaunenſis, cum cod. mſ. archimonaſterii Remigiani & editis collata.* 200

Anno circ. 260. Certamen ſancti magnique martyris Nicephori, & contra injuriarum memoriam, græce & latine. *Græce nunc primum prodit ex 2. codd. mſſ. uno ſcilicet bibliothecæ Regiæ, altero bibliothecæ Colbertinæ. Latine vero ex 3. item mſſ. codd. uno bibliothecæ Regiæ, altero S. Germani a pratis, & tertio ex bibliotheca Chriſtinæ Sueciæ reginæ in Appendice Februarii Bollandiani.* 108

De SS. Martyribus Priſco, Malcho, & Alexandro. 212

…… Martyrium S. Cyrilli pueri. *Ex tomo 7. Maii Bollandiani.* 213

…… Carmina duo S. Paulini epiſcopi Nolani, de vita & confeſſione S. Felicis. *Ex nova ejus operum editione poema* 15. & 16. 214

Anno circ. 262. ſub Gallieno. Martyrium ſancti Marini militis. *Ex Euſebii Hiſt. eccleſ. lib. 7. cap. 15.* 230

Anno circ. 275. ſub Aureliano. De S. Mamante martyre. 231

Anno 285. ſub Diocletiano. Acta SS. Claudii, Aſterii, &c. Martyrum. *Ex 4. codd. mſſ. ſcilicet S. Germani a pratis 1. S. Genovefæ Pariſ. 1. Monaſterii Corbeienſis 1. & RR. PP. Carmelitarum excalceatorum Pariſienſium 1.* 233

Anno 286. Paſſio ſancti Geneſii ex mimo martyris. *Ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 1. S. Germani a pratis 1. RR. PP. Carmelitarum excalceatorum Pariſ. 1. Archicœnobii Ciſterc. 1. Illuſtriſſ. Boberii 1. & RR. Fulienſium Pariſ. 1.* 236

Anno Chriſti 286. ſub Diocletiano & Maximiano Herculio. Paſſio SS. Mauricii ac ſociorum ejus Martyrum, auctore S. Eucherio epiſcopo Lugdunenſi. *Ex Paulino illuſtrato Chiffletii, & variis codd. mſſ. bibliothecæ regiæ 1. S. Mauri Foſſatenſ. 1. Sorbonæ 1. S. Germani a pratis 1. S. Benedicti Floriacenſ. 1. &c.* 237

Paſſio SS. Rogatiani & Donatiani Martyrum. *Ex codd. mſſ. S. Germani a pratis 1. S. Cornelii Compendienſis 1. Monaſterii Longipontis 1. Urſicampi 1. monaſterii Floriacenſ. 1. S. Germani Autiſſiodorenſis 1. RR. PP. Carmelitarum excalceatorum Pariſ 1. &c.* 245

Anno 290. Paſſio S. Bonifacii Martyris Rom. græce ex cod. mſ. Vaticano edidit Em. Bigotius, & cum Cod. Colbert. contulit; accedit vetus verſio latina ab L. Holſtenio vulgata. 248

Anno circ. 290. Paſſio SS. Victoris, Alexandri, Feliciani atque Longini Martyrum. *Ex codd. mſſ. S. Germani a pratis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſ. 1. monaſterii Longi-pontis 1. & Clariſſ. viri Boberii 1.* 255

Anno 295. Acta ſancti Maximiliani Martyris. *Ex cod. mſ. S. Michaelis in periculo-maris, & tomo 4. Analectorum Mabillonianorum.* 262

Anno 298. Acta S. Marcelli centurionis & Martyris. *Ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 1. & altero monaſterii Silvæ-majoris, cum editis collata.* 264

Paſſio S. Caſſiani martyris Tiogitani. *Ex cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ.* 266

Anno 303. ſub Diocletiano & Herculio Imperatoribus, Conſtantio Chloro & Galerio Maximiano, Cæſaribus. Euſebii Cæſarienſis epiſcopi deſcriptio perſecutionis a Diocletiano & Maximiano excitatæ. *Ex lib. 8. Hiſtoriæ eccleſ.* 267

Ejuſdem Euſebii libellus de Martyribus Palæſtinæ. 278

Paſſio S. Theodori Ancyrani & ſeptem Virginum martyrum. Auctore Nilo teſte oculato. *Ex tomo 4. Maii Bollandiani.* 295

Paſſio S. Procopii martyris. *Ex codd. mſſ. S. Germani a pratis 1. bibliothecæ Corbeienſ. 1. & bibliothecæ Colbertinæ 1. cum Valeſii editione collata.* 310

Acta S. Felicis epiſcopi Africani. *Ex veteri editione Suriana, collata ad editiones Mombritii, Baronii, Cotelerii, Baluzii & Acherii, atque ad mſſ. codd. Urſicampi 1. S. Cornelii Compendienſis 1. S. Victoris Pariſ. 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſ. 1. S. Mariani Autiſſiodorenſis 1. Colbert. 2. & RR. Fulienſium Pariſ. 1.* ibid.

Martyrium S. Romani. *Ex Euſebio Cæſarienſi lib. 2. de Reſurrectione, &c.* 314

Anno 304. Martyrium Infantis, qui cum S. Romano paſſus eſt. *Ex hymn. 10. περὶ στεφάνων Prudentii.* 317

Paſſio S. Vincentii Levitæ & Martyris. *Ex editis, & codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 3. S. Germani a pratis 7. Illuſtriſſ. Abbatis de Noaliis 2. Monaſterii Fiſcamnenſ. 1. S. Remigii Remenſ. 1. S. Benigni Divionenſ. 2. Monaſterii Claravallenſ. 1. Illuſtriſſ. Boberii 2. Monaſterii S. Petri Pratellenſis 1. S. Mariani Autiſſiodorenſis 1. Monaſterii B. Mariæ Calenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſ. 1. RR. PP. Carmelitarum*

excal-

*excalceatorum Pariſ. 2. B. Mariæ Regiæ de Malodumo prope Pontiſaram, nunc Fulienſium Pariſ. 1. &c.* 321

De S. Sotere virgine & martyre. 336

Acta SS. Saturnini, Dativi, & aliorum plurimorum Martyrum in Africa. *Ex codd. mſſ. S. Cornelii Compendienſis 1. Monaſterii B. Petri de Pratellis 1. S. Benedicti Floriacenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſienſium 1. RR. PP. Fulienſium Pariſienſium 1. & editionibus Baluziana & Bollandiana inter ſe collatis.* 337

Acta SS. Agapes, Chioniæ, Irenes, &c. Martyrum. *Ex Surio & Baronio.* 346

Acta SS. Didymi & Theodoræ virginis, martyrum. *Ex Aprili Bollandiano.* 352

Paſſio S. Irenæi epiſcopi Sirmienſis. *Ex codd. mſſ. S. Remigii Remenſis 1. S. Cornelii Compendienſis 1. S. Michaelis in Periculo-maris 1. bibliothecæ Colbertinæ 1. Monaſterii Urſicampi 1. & RR. PP. Fulienſium Pariſienſium 1. cum edit. Bollandiana collatis.* 356

Paſſio SS. Pollionis & aliorum Martyrum. *Ex Aprili Bollandiano.* 358

Paſſio S. Eupli diaconi. *Ex edit. Mombritii, Surii & Baronii, collata ad editionem Græcam Coteleri & mſſ. codd. bibliothecæ Colbertinæ 1. Foſſatenſem 1. & RR. PP. Oratorii Vallicellæ Romæ 1.* 360

Ejuſdem ſecunda confeſſio. *Ex 3. codd. mſſ. laudatis.* 362

Paſſio S. Philippi epiſcopi Heracleæ *Ex cod. mſ. bibliothecæ Corbeienſis, & tomo IV. Analectorum D. Johannis Mabillonii.* 363

Acta SS. Tarachi, Probi, & Andronici martyrum, græce nunc primum integra prodeunt. *Ex cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ; latine vero ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 4. S. Remigii Remenſis 1. S. Cornelii Compendienſis 1. Urſicampi 1. &c. cum editis collata.* 373

Acta S. Criſpinæ martyris. *Ex 2. codd. mſſ. S. Theoderici prope Remos.* 394

Aurelii Prudentii hymnus de Martyrio S. Eulaliæ virg. & mart. Emeritenſis. *Ex editis ad cod. mſ. S. Michaelis in Periculo-maris collatus.* 395

Paſſio S. Afræ martyris. *Ex Velſero & codd. mſſ. bibliothecæ regiæ 1. Colbertinæ 1. Sorbonicæ 1. S. Germani a pratis 1. S. Mauri Foſſatenſis 1. S. Genovefæ Pariſienſis, 1. monaſterii S. Trinitatis Fiſcamnenſis 1. Monaſterii S. Petri de Conchis 1. S. Petri Vici apud Senones 1. bibliothecæ Illuſtriſſ. Præſidis Boherii 1. RR. PP. Carmelitarum excalceatorum Pariſienſium 1. &c.* 399

Aurelii Prudentii hymnus de Martyrio S. Agnetis virginis. *Ex editis, ad cod. mſ. S. Michaelis in Periculo-maris collatus.* 402

Excerpta ex S. Ambroſio de eadem S. Agnete. 404

Paſſio ſancti Ferreoli martyris. *Ex codd. mſſ. Colbertinæ bibliothecæ 2. S. Genovefæ Pariſienſis 1. S. Mauri Foſſatenſis 1. Illuſtriſſimi Præſidis Boherii 1.* 406

De SS. Martyribus Vitali & Agricola. *Ex. S. Ambroſio lib. de exhortatione virginitatis capp. 1. & 2.* 408

Aurelii Prudentii hymnus de SS. XVIII. Martyribus Cæſarauguſtanis, ubi etiam de aliis multis Martyribus agitur. *Ex editis ad codd. mſſ. bibliothecæ Regiæ 2. unum S. Michaelis in Periculo-maris, &c. collatus.* 411

Martyrium SS. Domninæ, Bernices, & Profdoces. *Ex S. Johanne Chryſoſtomo tomo 1. homil. 51.* 414

Theodori epiſcopi Iconii epiſtola, qua declaratur martyrium S. martyris Cyrici ac ejus matris Julittæ. *Ex Combefiſio, cum antiqua verſione mſ. Colbertini collata.* 419

Oratio S. Gregorii Nyſſeni epiſcopi, de magno martyre Theodoro. 422 — Anno 306 ſub Galerio Maximiano & Maximino.

Martyrium SS. Apollonii & ſociorum ejus. *Ex libro Rufini de Vitis Patrum ad Palladii Lauſiacam collatum.* 428

Beati Aſterii Amaſeæ epiſcopi Enarratio in martyrium præclariſſimæ martyris Euphemiæ. *Ex Combefiſio, & ex ſeptima Synodo generali.* 429 — Anno 307.

Paſſio S. Sereni martyris. *Ex cod. mſ. Illuſtriſſimi Abbatis de Noaliis.* 432

Acta SS. Phileæ & Philoromi martyrum. *Ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 4. S. Germani a pratis 1. S. Remigii Remenſis 1. S. Benedicti Floriacenſis 1. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſienſium 1. RR. PP. Fulienſium Pariſienſium 2. uno ſcilicet Malodumenſi ut ſupra, & Februario Bollandiano.* 434

Paſſio S. Quirini epiſcopi & martyris. *Ex Mombritio & Surio.* 437 — Anno 309.

Aurelii Prudentii hymnus de eodem S. Quirino *ad cod. mſ. 1. S. Michaelis in Periculo-maris, & alterum S. Germani a pratis collatus.* 440

Acta S. Petri Balſami. *Ex codd. mſſ. S. Germani a pratis 2. S. Cornelii Compendienſis 1. bibliothecæ Colbertinæ 1. Urſicampi 1. S. Mariani Autiſiodorenſis 1. RR PP. Cæleſtinorum Pariſ. 1. Fulienſium item Pariſ. 1. & editis.* 441 — Anno 311.

Martyrium S. Luciani presbyteri Antiocheni. *Ex S. Johanne Chryſoſtomo.* 442 — Anno 312. ſub Maximino.

Homilia de S. Barlaamo martyre. *Ex ſancto Baſilio, ad codd. mſſ. græcos collata.* 446 — Poſt Galerii mortem.

Oratio de S. Gordio martyre. *Ex eodem ſancto Baſilio, ad codd. mſſ. græcos recognita.* 448

Martyrium S. Julittæ. *Ex ſancto Baſilio M. ad codd. mſſ. græcos recognita.* 453

Martyrium S. Pelagiæ virginis. *Ex S. Johanne Chryſoſtomo.* 455

Homilia de SS. XL. Martyribus. *Ex ſancto Baſilio, ad mſſ. græcos recognita.* 458 — Anno 320. ſub Licinio.

Paſſio S. Arcadii Martyris. *Ex Agonibus Martyrum.* 465 — Tempore incerto.

Aurelii Prudentii hymnus de S. Caſſiano martyre. *Ex editis, collatus ad cod. mſ. S. Michaelis in Periculo-maris.* 468

Acta SS. Januarii, Fauſti, & Martialis. *Ex codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ 1. S. Cornelii Compend. 1. B. Mariæ Silvæ-majoris 1. Claræ-vallis 1. RR. Fulienſium Pariſ. 1. & S. Genovefæ item Pariſ. 1.* 469

Martyrium S. Droſidis virginis. *Ex ſancto Johanne Chryſoſtomo.* 471

Paſſio S. Geneſii martyris Arelatenſis. *Ex editis, & codd. mſſ. Colbertinis 2. ſancti Mauri Foſſatenſis 1. ſancti Germani Autiſiodorenſis 1. Archicœnobii Ciſtercienſ. 1. Illuſtr. Boherii præſidis Divionenſ. 1. ſancti Germani a pratis 1. &c.* 472

Martyrium S. Juliani martyris. *Ex ſancto Johanne Chryſoſtomo.* 475

Cer-

Certamen SS. Leonis & Paregorii. *Ex cod. mſ. græco bibliothecæ Regiæ latinitate donatum in Februario Bollandiano.* 478
Acta S. Julii Martyris. *Ex cod. mſ. S. Remigii Remenſis.* 481
Acta SS. Marciani & Nicandri. *Ex edit. & 5. codd. mſſ. bibliothecæ Vaticanæ.* 483
Acta S. Patricii epiſcopi & Mart. *Ex cod. græco bibliothecæ S. Laurentii Florentiæ, latine edita in Aprili Bollandiano.* 486
Paſſio SS. XXXVII. Martyrum Ægyptiorum Pauli, Panſii, &c. *Ex cod. mſ. 1. bibliothecæ Colbertinæ, & altero Illuſtriſs. Abbatis de Noaliis.* 488
Encomium in S. Phocam Martyrem. *Ex S. Aſterio epiſcopo Amaſeno.* 490
Sermo de SS. viginti Martyribus Afris, *ex S. Auguſtino.* 494
Anno Christi 345. ſub Sapore. Martyrium S. Symeonis epiſcopi, & aliorum plurimorum Martyrum in Perſide. *Ex Sozomeno lib. 2. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 8. & ſeqq. edit. Valeſianæ.* 496
Martyrium SS. Pherbuthæ ſeu Tarbulæ virginis, &c. *Ex Aprili Bollandiano.* 502
Anno 346. Martyrium ſancti Sadoth epiſcopi, & aliorum CXXVIII. Martyrum in Perſide. *Ex Februario Bollandiano.* 504
Anno 362. ſub Juliano. De SS. Martyribus qui ſub Juliano paſſi ſunt. 506
De Cyrillo, &c. *Ex Theodorito lib. 7. Hiſt. eccleſ. cap. 7.* 507
De SS. Euſebio, &c. Martyribus Gazæis. *Ex Sozomeno lib. 5. Hiſt. eccleſ. cap. 9.* 508
De SS. Macedonio, &c. Martyribus. *Ex Socrate lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 15.* 509
Acta S. Baſilii Ancyrani. *Ex Martio Bollandiano, ad cod. mſ. græcum bibliothecæ Vaticanæ collata.* 510
De eodem Baſilio. *Ex Sozomeno lib. 5. Hiſt. eccleſ. cap. 11.* 515
De S. Theodoro Confeſſore. *Ex Rufino lib. 10. Hiſt. eccleſ. cap. 35.* ibid.
Paſſio S. Theodoriti Presb. & Martyris. *Ex codd. mſſ. Illuſtriſſimi Abbatis de Noaliis 1. Monaſterii S. Petri de Conchis 1. & tomo IV. Analectorum Mabillon. collata ad cod. mſ. 1. Colbertinum interpolatum.* 516
Acta ſanctorum Bonoſi & Maximiliani. *Ex cod. mſ. Monaſterii beatæ Mariæ Silvæ-majoris.* 519
De SS. Juventino & Maximino. *Ex Theodoriti Hiſt. eccleſ. lib. 3. cap. 15.* 523
Epiſtola eccleſiæ Gotthicæ de martyrio S. Sabæ. *Ex mſ. græco Vaticano, cum editis collata in Aprili Bollandiano.* 524 Anno 372. ſub Athenarico.
Paſſio S. Bademi Abbatis & Martyris in Perſide. *Ex Aprili Bollandiano.* 530 Anno 375 ſub Sapore.
Epiſtola S. Vigilii epiſcopi Tridentini & Martyris ad Simplicianum epiſcopum de martyrio SS. Siſinnii, Martyrii & Alexandri. *Ex Surio, Bollando, &c.* 532 Anno 397. a ruſticis paganis.
Alia ejuſdem S. Vigilii epiſtola ad Johannem epiſcopum CP. de iiſdem Martyribus. *Ex Maio Bollandiano.* 535
Kalendarium Romanum vetuſtiſſimum. *Ex Bucherio.* 541
Kalendarium Carthaginenſe. *Ex tomo 3. Analectorum.* 541
Index Oleorum Sacrorum quæ Gregorius M. miſit ad Theodelindam reginam. *Ex ipſo autographo a D. Johanne Mabillon deſcriptus.* 543
Paſſio SS. Firmi & Ruſtici. 545

*Multa habentur paſſim de aliis plurimis Martyribus, quorum nomina ex Indice generali repetenda ſunt.*



# ACTA PRIMORUM MARTYRUM SINCERA ET SELECTA.

## ADMONITIO IN MARTYRIUM SANCTI JACOBI,

*In qua nonnulla de aliis quoque Apoſtolis habentur.*

SACRÆ Sctipturæ auctoritas, conſtantiſſima Eccleſiæ Catholicæ traditio, & unanimis omnium Chriſtianorum conſenſus teſtantur à Chriſto Domino duodecim Apoſtolos electos fuiſſe, qui redemtionis humanæ Evangelium ad omnes gentes, per totum orbem terrarum diffuſas, perferrent. Hæc adoptato in Judæ prævaricatoris locnm Matthia, ab ipſis fideliter feliciterque, poſt admirabilem Sancti Spiritus adventnm, mandata exſecntioni fuiſſe docnit nos vel ipſius rei eventus. At quænam media ad id tantum opus promovendum ac perficiendum adhibuerint, quove mortis genere exceſſerint ex hac vita, planè nobis ignotum eſt, ſi nonnulla excipias, quæ vel ex Lucæ libro de Actibus Apoſtolorum, vel in probatis auctoribus, quorum ex ea ætate pauciſſimi ad nos uſque pervenerunt, referuntur. Et Lucas quidem, licet opus ſuum, *Acta Apoſtolorum*, inſeripſerit; pauca tamen de aliis Apoſtolis præter Petrum & Paulum habet; unde Jacobi oecem ab Herode patratam, obiter tantummodo, & veluti nonoiſi incarcerationis Petri occaſiooe videtur memoraſſe eap. 12. quamvis Stephani martyrium fuſius antea narraſſet capp. 6. & 7. quia fortaſſis primus omnium pro Chriſti nominis confeſſione ſanguinem effuderat. Unde *perſecutionem magnam* quæ tunc contigit Jeroſolymis, duobus ibi tantum verbis perſtringit, in qua tamen multos Sanctorum carceribus ioclusos, & occiſos fuiſſe Paulus aſſeverat cap. 26. Deoique cum hæc Apoſtolorum hiſtoria qnartum Neronis annum non excedat, nihil de beatorum Petri & Pauli morte habet.

*Apoſtolorum geſta ut plurimum ignota.*

*Jacobi majoris mors.*

*Stephani, & aliorum.*

2. Sed ne apocrypha aut dubia cum eertis & indubitatis commiſcere videamur, aliqua tantummodo ſeligemus, quæ de hia rebus primi aut ſecundi Eeclesiæ ſæculi Patres in ſuis libris ſcripta reliqueruot. Et 1°. quidem ſanctus Clemens Apoſtolorum Petri & Pauli diſcipulus, atqne in ſede Romana ſucceſſor, de ipſorum martyrio agit in epiſtola prima ad Corinthios, ubi aſſerit ingentem Electorum multitudinem eum iiſdem pariter martyrium ſubiiſſe. *Sed*, inquit, *ut vetera exempla relinquamus veniamus ad nuperos Athletas, ſumamus ætatis noſtræ generoſa exempla. Propter æmulatio-*

*Martyrium SS. Petri & Pauli.*



Digitized by Google

*nem atque invidiam qui Eccleſiæ erant fideles ac juſtiſſimæ columnæ, etiam uſque ad mortem paſſi ſunt perſecutionem. Accipiamus præ oculis noſtris bonos Apoſtolos.* PETRUS, *ob iniquam æmulationem, non unum aut alterum, ſed multos ſuſtinuit labores, atque ita martyr effectus diſceſſit ad debitum gloriæ locum. Propter æmulationem* PAULUS *patientiæ præmium obtinuit cum catenas ſepties portaſſet, vapulaſſet, lapidatus eſſet; præco factus in Oriente ac Occidente, eximium fidei ſuæ decus accepit, totum mundum docens juſtitiam; & ad Occidentis terminum veniens, & ſub Principibus martyrium paſſus ita e mundo migravit, atque in locum ſanctum abiit, patientiæ magnum exemplar factus. His viris, qui divinam vitam duxerunt, aggregata eſt ingens Electorum multitudo, qui multas contumelias multaque tormenta propter æmulationem paſſi, exemplo pulcherrimo apud nos fuerunt. Propter æmulationem vexatæ mulieres, Danaides & Dirce* (Hæc duo mulierum nomina e margine in textum irrepſiſſe, iure exiſtimat Junius: Cotelerius vero legendum cenſet, *Danais & Dirce*) *cum gravia & nefanda ſupplicia ſuſtinuiſſent, in conſtanti fidei curſu pervenerunt, & corpore debiles nobile præmium acceperunt.* Hi ſunt dubio procul martyres, in quos Tertullianus Apologet. cap. 5. *Neronem Cæſariano gladio ferociſſe* ſcribit. De quibus & Cornelius Tacitus agens Annalium lib. 15. refert, Chriſtianos à Nerone *quæſitiſſimis pœnis affectos* fuiſſe. Ex cujus verbis quam alacriter ipſos mortem oppetiiſſe, & quam indigne ab hoc tyranno habitos fuiſſe intelligitur. *Igitur*, inquit, *primo correpti qui fatebantur, deinde judicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio generis humani conjuncti ſunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis uterentur.*

*Cum iis ingens multitudo.*

*Petrus & Paulus Romæ occiſi.*

3. Quod ex his teſtimoniis colligitur, Petsum & Paulum Romæ ſub Nerone martyrium ſubiiſſe, expreſſis verbis affirmat Tertullianus pluribus in locis. Sic nempe Romanæ Eccleſiæ ea de re gratulatur libro de Præſcriptione hæreticorum cap. 36. *Iſta quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt; ubi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Johannis exitu coronatur, ubi Apoſtolus* JOHANNES *poſteaquam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.* Chriſto in cruce morienti Petrum comparat, Paulum verò Johanni Baptiſtæ, quem Herodes capite plecti juſſit. Eadem fere repetit idem auctor, tum in libro 4. adverſus Marcion. cap. 5. tum etiam in fine libri Scorpiace. Dionyſius Cotintbiorum Epiſcopus in epiſtola ad Romanos apud Euſebium lib. 2. Hiſt. cap. 25. aſſerit ambos hos Apoſtolos Petrum & Paulum *eodem tempore martyrium pertuliſſe*, quorum ſepulcra jam ſuo tempore celebria fuiſſe teſtatur Caïus Tertulliani coæqualis apud Euſebium loco laudato, his verbis: *Ego verò Apoſtolorum tropæa poſſum oſtendere. Nam ſive in Vaticanum, ſive ad Oſtienſem viam pergere libet, occurent tibi tropæa eorum, qui Eccleſiam illam fundaverunt.*

*Ibidem Johannes paſſus.*

*Apoſtolorum ſepulcra Romæ.*

*Jacobus Epiſcopus Jeroſolymæ.*

4. Verum non minori odio Judæi quam Gentiles Chriſti diſcipulos proſequebantur; cujus rei, ut ea omittamus quæ tum in Actis Apoſtolorum, tum in Pauli epiſtolis referuntur, illuſtre exemplum habemus in Jacobo primo Jeroſolymorum Epiſcopo ab Apoſtolis conſtituto, qui licet ob inſignem vitæ ſanctimoniam, egregioſque mores, ab omnibus diu in ſummo honore habitus fuiſſet, ob ſolam tamen Chriſti nominis confeſſionem crudeliter necatus fuit. Ejus martyrium ab Hegeſippo deſcriptum refert Euſebius lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite 23. ex quo loco illud deſcripſimus, cum ejus antiquiſſimi auctoris narrationem non ſolùm Euſebius ſed etiam ſanctus Hieronymus, ſanctus Epiphanius, aliique ſcriptores eccleſiaſtici qui deinceps ſubſecuti ſunt, approbarint. Unde non immeritò arguitur Joſephus Scaliger, cui nonnulli recentiores conſentiunt, quod in animadverſionibus Euſebianis iſtud fragmentum ab Euſebio relatum, pro vero quidem Hegeſippi fœtu agnoverit, at contendat ipſum rebus minùs certis atque ſeſe invicem impugnantibus reſperſum eſſe, quas iſte auctor ſine ullo delectu in ſuis opuſculis inſeruerit. Momenta quæ ad id probandum affert expenderunt Dionyſius Petavius, in notis ad Epiphanium hæreſi 78. Halloixius aliique viri eruditi, qui, ut quidem mihi videtur, oſtendunt tanta non eſſe, quæ tam antiqui & ab omnibus hactenus recepti ſcriptoris auctoritatem elevare debeant. Nos verò eadem, eum potiſſimum ex hiſtoriæ contextu deſumantur, quæque ſuo loco breviter in notulis expendemus. Interim quiſnam fuerit Hegeſippus Euſebii verbis exponendum.

*Ejus martyrium ex Hegeſippo adducitur.*

*Quis Hegeſippus?*

5. *Illis temporibus*, inquit lib 4. Hiſt. capp. 7. & 8. id eſt ſub Hadriano Imperatore, *rurſus veritas plures ſui patronos in medium produxit, qui non ſolùm viva voce, ſed etiam ſcriptis diſputationibus adverſus impias hæreſes decertarunt. Inter quos celebris fuit* HEGESIPPUS, *cujus teſtimonio in ſuperioribus libris ſæpiſſime uſi fuimus, cum res Apoſtolorum temporibus geſtas ex illius fide ac relatione traderemus.*

*remus. Hic in quinque libris ſimplici admodum ſermone conſcriptis veriſſimam apoſtolicæ prædicationis hiſtoriam complexus, tempus ipſum quo floruit, aperte deſignat, cum de his qui ſimulacra primum erigere cœperant in hunc modum ſcribit: Quibus cœnotaphia templaque exſtruxerunt, ſicut etiamnum fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous ſervus Hadriani Cæſaris &c.* Addit Hieronymus in Catalogo hunc auctorem ſermone ſemplici ſcripſiſſe, *ut quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Ejus nomen in Martyrologiis etiam antiquiſſimis invenitur, ſed nihil ex ejus operibus ſupereſt, præter ea quæ Euſebius variis hiſtoriæ ſuæ locis inſeruit.

*Joſephus cum Hegeſippo conciliatur.* 6. Ceterum Jacobi necem deſcribit quoque Joſephus lib 20. Antiquatum Judaicarum eap. 8. & quidem paullo aliter quam Hegeſippus, ut videtur oonnullis. Refert autem Anaoum magnum Pootificem poſt Feſti præſidis mortem, antequam Albinus ejns ſucceſſor adveoiſſet, oceaſionem ſumſiſſe eonſilium advocandi: eumque Jacobum alioſque nonnullos ſibi præſentari feciſſet, eos lapidibus occidendos condemnaſſe. Sed hæc non ita Hegeſippo oppoſita videntur, ut ſtatim alterutrius narratio falſa pronuotianda ſit. Quid enim impedit quominus Jacobus & concilio præſenratus, & ad templi pinnam poſtea adductus fuerit, quo e loco tumultuante populo in terram projectus, lapidibus impetitus, ac tandem fullonis ictu percuſſus, obierit? Hæc enim nec Eoſebio, qui utriuſque auctoris, Hegeſippi ſcilicet & Joſephi, verba hiſtoriæ ſuæ inſeruit, nec Hieronymo, nec aliis poſtea auctoribus qui ea tenus Euſebium legerant, ſibi adeo oppoſita viſa fuerant. Nec opponendum eſt lapidationes extra civitatis portas olim a Judæis fieri ſolitas fuiſſe: cum certum ſit alus etiam in tumultibus nonoullos intra civitatem lapidibus fuiſſe appetitos, ut ex ipſo Evangelio patet Johannis 8. v. 59. ubi Judæos in ipſo templo Chriſtum Dominum lapidibus aggreſſos fuiſſe narratur.

*Jacobi ſanctitas.* 7. Tanta autem fuit apud Judæos ſanctimoniæ Jacobi opinio, ut eodem Euſebio teſte, lib. 2. Hiſtoriæ cap. 23. prudentiſſimi Judæorum exiſtimaverint, Jacobi necem ſecutæ paullo poſt Jeroſolymorum obſidionis cauſam fuiſſe: in eujus rei teſtimonium adducit Joſephi locum, in quo is idem omnino affirmat. Ejus beati viri laodes ſancti Patres in ſuis ſcriptis, & Eccleſia in Martyrologiis ad primum Maii diem celebrarunt. Cujus eathedram adhue ſuo tempore in Eecleſia Jeroſolymitana religioſe aſſervatam fuiſſe, notat Euſebius libro 7. cap. 19.

8. Varii varie ejus mortis annom conſignant. *Tempus mortis.* Alii, ut Euſebius & Hieronymus, quos ſequitur Baronius aliique recentiores, eam ad ſeptimum Neronis annum referunt: id eſt ad annum Chriſti ſexageſimum primum aut ſecundum. Alii vero ad annum ejuſdem Imperatoris quartum, quam quidem ſententiam utpote Joſepho, cui ea in re magna fides haberi debet, & Epiphanio ut ſibi videtur magis conformem eruditiſſimus vir Henrieus Valeſius in notis ad cap. 23. libri 2. Hiſtnriæ Euſebianæ propugnavit. Baronio tamen ſavent omnes antiqui ſcriptores, immo &, ut contendit ad annom 63. ipſemet Joſephus lib. 7. de bello Judaieo cap. 12.

9. Noo minor videtur eſſe controverſia, *An e 12. Apoſtolis?* an Jacobus, de quo hie agimus, fuerit ex duodeeim Apoſtolorum numero, vel ſolummodo ex primis Chriſti diſcipulis, quos etiam ſæpius antiqui ſcriptores Apoſtolos appellare conſueverunt. Certe de noſtro Jacobo ait Paulus in Epiſt. ad Galatas cap. 1. ſe *neminem Apoſtolorum Jeroſolymis vidiſſe præter Jacobum fratrem Domini.* At cum ex utraque parte, ſacræ Scripturæ textus & plurima ſanctorum Patrum teſtimonia proferantor, quorum diſcuſſio ad noſtrum inſtiturum mioime pertinet, nec enim ejuſmodi quæſtiones hic agitare eſt animus, viſum eſt potius, eos qui plura ea de re cupinnt, ad alios remittere, inter quos certe hanc controverſiam fuſius tractatunt Bollandiani ad diem 1. Maii.

---

Anno Christi 61. vel 62.

## MARTYRIUM SANCTI JACOBI

### Primi Jeroſolymorum Epiſcopi.

*Ex Hegeſippo apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 23. Ed. Valeſii.*

*Jacobus cognominatus Juſtus.* I. ECcleſiæ adminiſtrationem una cum Apoſtolis ſuſcepit JACOBUS frater Domini, qui jam inde a Chriſti temporibus ad noſtram uſque ætatem Juſtus cognominatus eſt. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi voca-

vocabantur; ſed hic ab ipſo matris utero ſanctus fuit. Nec vinum umquam bibit, nec ſiceram: ab animantium carnibus penitus abſtinuit [1]. Coinam numquam totondit. Neque ungi, neque lavare balneo corpus umquam ſolitus. Unus ex omnibus in intimum templi ſanctuarium [2] ingrediendi jus facultatemque habebat. Neque enim laneis, ſed linea tantum veſte utebatur. In templum ſolus intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi ſupplex Deum orare conſueverat, adeo ut genua ipſius inſtar cameli occalluerint, dum aſſidue Deum venerans, & pro ſalute populi vota faciens humi ſterneretur. Hic ergo ob ſingularem juſtitiam cognominatus eſt Juſtus & Oblias [3], quod Latine munimentum populi & juſtitiam ſignificat, quemadmodum etiam Prophetæ de eo prædixerunt.

*Interrogatus Chriſtum confitetur.*

II. Quidam autem ex ſeptem ſectis [4] quæ apud Judæos erant, de quibus in ſuperioribus libris ſcripſiſſe meminimus, interrogarunt eum, quodnam eſſet oſtium Jeſu. Quibus ille *Jeſum eſſe Servatorem* reſpondit. His auditis nonnulli eorum Jeſum revera Chriſtum eſſe crediderunt. Suprascriptæ vero Sectæ nec reſurrectionem [5], nec futurum Chriſti adventum, ut unicuique pro meritis mercedem tribuat, credebant. quotquot vero ex iis crediderunt, Jacobi opera ac miniſterio utique crediderunt. Cum ergo multi ex ipſis etiam primoribus crederent, tumultuari cœperunt Judæi & Scribæ ac Phariſæi; eo jam ventum eſſe clamantes, ut prope omnis populus Jeſum quaſi Chriſtum exſpectaret. Proinde in unum congregati Jacobum adeunt, hiſque eum verbis compellant. Hortamur te, inquiunt, ut populi errorem comprimas, qui falſam de Jeſu opinionem imbibit, perinde quaſi Chriſtus eſſet. Perſuade igitur omnibus qui feſto Paſchæ die huc conveniunt, ut de Jeſu recte ſentiant. tibi enim omnes fidem habemus, & cum univerſo populo hoc tibi teſtimonium perhibemus, juſtiſſimum te virum eſſe; nec ullum apud te perſonarum diſcrimen valere. proinde plebi perſuade, ne circa Jeſum deinceps aberret. nam & univerſus populus & nos libenter tibi obtemperamus. Aſcende igitur in faſtigium [6] templi ut in ſublimi loco poſitus, ab omnibus conſpici & exaudiri facile poſſis. Nam Paſchalis ſollemnitatis gratia cunctæ Judæorum tribus, & ex Gentibus [7] non pauci convenerunt. Poſthæc ſupradicti Scribæ & Phariſæi, cum Jacobum in faſtigio templi collocaſſent, contenta voce ſic eum alloqui cœperunt: O Juſte, cui nos omnes fidem adhibere par eſt; quando quidem populus omnis errat, Jeſum ſectans crucifixum, doce nos quod ſit oſtium Jeſu ſuffixi cruci. Tunc Jacobus edita voce iis reſpondit: *Quid me*, inquit, *interrogatis de Jeſu filio hominis? ipſe ſedet in cælo a dextris ſummæ virtutis, & venturus eſt in nubibus cæli.*

III. Cum-

1 Id falſum putat Scaliger eo quod Jacobus haud dubium quin cum Chriſto Domino Agnum paſchalem comederit. At quis non videat Hegeſippi verba de communi tantum uſu intelligenda eſſe, non vero de iis quæ ex Legis præcepto obſervanda quandoque erant.

2 Id palmare Scaligeri argumentum. At in Hegeſippi textu, ut ipſe fatetur, nihil aliud eſt quam, in *Sancta* ἅγια, quotidie Jacobum fuiſſe ingreſſum. quod quidem de Sancto Sanctorum, in quod ſolus Pontifex ſemel tantum in anno poterat ingredi, intelligi non debet, ſed de ſanctuario ſolum, ubi quotidie Sacerdotes lineis induti miniſtrabant. quem locum Joſeph lib. 3. antiq. cap. 5. appellat ἅγιον. Sindone autem indutum Jacobum fuiſſe, quid mirum eſt? cum idem de adoleſcente, qui capto a Judæis Chriſto Domino, nudus aufugit, in Evangelio affertur. Uni autem ipſi licebat in eum locum ingredi, id eſt ob ejus ſanctitatem, præter ſacerdotes, quibus id juris ex officio inerat. Sic id ab antiquis intellectum fuiſſe patet ex cod. Eccleſiæ Remenſis, ubi additur, *orandi, non ſacrificandi cauſa*. Epiphanius & Rufinus videntur primi legiſſe *ſancta ſanctorum*.

3 Quidam *Ophlias* legendum putant, quod nomen hebraicè ſignificat, *Arx populi*. Joſeph. lib. 3. de bello Jud. cap. 18. &c. meminit loci qui dicebatur *Ophlas*. εἰς τὸν καλούμενον Ὀφλᾶν. Epiphanius hæreſ. 78. & Jovini monachus conſtanter *Oblias* retinuerunt. Quare religio fuit Valeſio id nomen expungere.

4 Quænam ſint iſtæ ſeptem Sectæ, exponit Hegeſippus in fragmento quod exſtat apud Euſebium lib. 4. cap. 22. cujus occaſione multa de eodem argumento obſervavit erud. Valeſius in notis ad hunc locum.

5 Id Sadducæis comperit, e quorum Secta Ananum Pontificem, qui Jacobum condemnavit, fuiſſe aſſeverat Joſephus lib. 20. Antiquitatum.

6 Mirum eſt locum iſtum quaſi validiſſimum argumentum contra hujus hiſtoriæ gravitatem a nonnullis adduci, eo quod, aiunt, ne aves quidem in faſtigio templi ſtare poſſent. Cum certum ſit in Palæſtina ædificiorum tecta plana fieri conſueviſſe, in quibus facile homines conſiſtere & ambulare poſſent; immo & Deus in Deuteronom. cap. 22. verſ. 8. ϖτεϱύγιον, quo verbo hic utitur Hegeſippus, in cujuſque domus ſummitate fieri juſſit, ne forte aliquis in præceps rueret.

7 Aliud Scaligeri argumentum. Decem, inquit, tribus jam olim in captivitatem abductæ, quomodo tunc Jeroſolymam potuerunt convenire, immo & Gentiles, quibus non licitum erat in templum ingredi? At his facile eſt ex ipſamet ſacra Scriptura reſpondere; nam certum eſt ex omnibus tribubus aliquot homines, qui inter Judæos & Benjaminitas permixti erant, in Judæa remanſiſſe. Sic Anna vidua Luc. cap. 2. erat ex tribu Aſer, & ipſemet Jacobus ſuam epiſtolam ad duodecim tribus ſcripſit. Gentes autem Jeroſolymam ad feſta conveniſſe, ex Evangelio patet Johan. cap. 12. ubi Gentiles qui ad feſtum venerant, ut adorarent, Philippum rogarunt, ut ſibi Chriſtum oſtenderet.

Digitized by Google

III. Cumque multi hoc Jacobi teſtimonio confirmati glorificarent Jeſum, dicentes, Oſanna filio David; tunc iidem Scribæ ac Phariſæi inter ſe collocuti: Male, inquiunt fecimus qui tanto teſtimonio Jeſum armaverimus. verum aſcendamus, eumque præcipitem dejiciamus, ut ceteri conterriti fidem illi habere deſinant. Conclamare deinde cœperunt ac dicere: O ô, ipſe etiam Juſtus erravit, & impleta ſunt ea quæ apud Eſaïam [8] ſcripta ſunt. Tollamus e medio Juſtum, quia moleſtus eſt nobis: propterea fructum operum ſuorum manducabunt. Mox ergo conſcendentes, eum præcipitem egerunt. & quoniam præcipitatus non ſtatim mortem obierat, ſed converſus flexis genibus orabat dicens: *Domine & Deus Pater, rogo ut ignoſcas illis, quia neſciunt quid faciunt:* illi inter ſe dixerunt: Lapidemus Jacobum Juſtum. Cœperunt igitur lapidibus eum impetere. Cumque hominem ſaxis obruerent, unus è Sacerdotibus, ex filiis Rechab [9] filii Rechabim, qui Hieremiæ ſuffragio commendati ſunt, contenta voce, Parcite, inquit, quid facitis? Juſtus orat pro vobis. Interim unus ex iis fullo, arrepto fuſte quo veſtes exprimere ſolebat, caput Juſti percuſſit, atque ita felici martyrio vitam finiit. Sepultus eſt eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus tum Judæis tum Græcis locuples fuit teſtis, Jeſum vere Chriſtum fuiſſe. Nec multo poſt obſidio Veſpaſiani, & Judæorum captivitas ſubſecuta eſt.

*Occidetur.*

8 Id non ex Iſaïa, ſed ex Sapientiæ libro deſumtum contendit Scaliger, unde Hegeſippum inſcitiæ arguendi cauſam capit. At recte Iſaiam laudatum oſtendit Valeſius. Sed ſi id aliquod faceſſit negotium, dici poteſt, hoc mendum ex Librariorum incuria irrepiſſe. nam apud Baronium & in codd. mſſ quorum tres hic aſſervantur, atque unus in regia Bibliotheca, is ſcriptura locus Sapientiæ attribuitur. In cod tamen monaſterii Conchenſis laudatur Iſaias.

9 Hunc ab Hegeſippo recte dicta fuiſſe oſtendit Valeſius, ne Rechab iſte cum aliis ejuſdem nominis viris confunderetur. Ceterum hæc verba a Symeone Cleopa dicta fuiſſe ſcribit ſanctus Epiphanius hæreſi 78.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti Symeonis.

1. JAcobo SYMEONEM, Cleopæ filium, ejus in Eccleſiæ Jeroſolymorum adminiſtratione ſucceſſorem ſubjungimus; de quo variis in locis agit Euſebius, & præcipue lib. 3. Hiſtoriæ cap. 32. At ſibi non conſtat in aſſignando tempore, quo ad hanc ſedem Symeon evectus eſt, ſiquidem lib. 3. cap. 11. ejus beati viri electionem ait factam fuiſſe poſt urbis Jeroſolymitanæ expugnationem, quam tamen in Chronico, eodem anno quo Jacobus interfectus eſt contigiſſe ſcribit. Ut ut ſit, certum eſt Symeonem tum à Judæis, tum a Romanis multa pertuliſſe, non ſolum ob impediriſſima Reipublicæ tempora, quod ſane ob Judæorum rebellionem adverſus Romanos omnibus commune erat, ſed quod Chriſti Domini cognatus & diſcipulus eſſet, & ex familia regia Davidis oriundus. Ob primam cauſam Judæis inviſus erat, qui Chriſti nomen abhorebant: ob alteram vero Romanis, veritis, ne Davidis poſteri aliquando bella Judaïca renovarent. Unde utriſque in unum concurrentibus, Symeon qui jam Veſpaſiani & Domitiani manus evaſerat, randem annos centum & viginti natus glorioſum, martyrium pertulit, anno decimo Trajani Imperatoris, ut teſtatur Euſebius in Chronico, Chriſti CVII. Alii ejus mortem ad annum circiter CIV. referunt; cujus feſtum Græci die vigeſima ſeptima Aprilis; Latini vero die decima octava Februarii celebrant.

2. Porro ejus martyrii cauſam & ſeriem narrat Euſebius ex Hegeſippi verbis lib. 3. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 32. quod totum capur huc referre viſum eſt, cum aliàs Euſebii narrationem ab Hegeſippi fragmentis ſejungere difficile eſſet.

MAR-

Anno Chriſti circ. 104.

## MARTYRIUM SANCTI SYMEONIS Epiſcopi Jeroſolymitani.

*Ex Hegeſippo apud Euſeb. lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 32. Edit. Valeſianæ.*

I. POſt Neronis ac Domitiani perſecutionem, ſub hoc, cujus nunc tempora commemoramus, Trajano, particularem quamdam per ſingulas civitates populari motu adverſus noſtros excitatam eſſe perſecutionem accepimus. In qua SYMEON Cleopæ filius, quem ſecundum Eccleſiæ Jeroſolymitanæ Epiſcopum conſtitutum eſſe docuimus [1], martyrio vitam finiiſſe memoratur. Hujus rei teſtis eſt is, cujus verba jam toties retulimus, Hegeſippus. Qui de hæreticis quibuſdam verba faciens, ab iiſdem circa hæc tempora accuſatum ſubjungit eſſe Symeonem, variiſque tormentorum generibus per dies plurimos excruciatum eo quod Chriſtianus eſſet, admirationi fuiſſe tum Judici, tum ſatellitibus ac miniſtris: tandemque eodem ſupplicii genere quod Dominus pertulit, vitam clauſiſſe. Sed ſatius eſt verba ipſius ſcriptoris hæc narrantis audire. Ex eorum, inquit, hæreticorum numero quidam Symeonem Cleopæ filium detulerunt, quod ex ſtirpe Davidis oriundus, & Chriſtianus eſſet. Atque ita Symeon cum annos centum ac viginti natus eſſet, martyrium ſubiit, principatu Trajani Auguſti, Attico Conſulari Legato [2] Syriam adminiſtrante. Idem præterea ſcribit, cos ipſos Symeonis accuſatores, cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu oriundi ſollicite inveſtigarentur, convictos eſſe, quod ex ea ſtirpe originem ducerent.

*Symeon Epiſcopus Jeroſolymitanus.*

*Variis tormentis affectus crucifigitur.*

II. Porro hunc Symeonem non abſurde quis dixerit & ſpectatorem & auditorem Domini fuiſſe: cum & diuturnitas vitæ ipſius, & Evangliorum fides id adſtruere videatur, in quibus Maria quædam commemoratur Cleopæ filia, cujus Symeonem filium fuiſſe ſupra docuimus [3]. Alios præterea nepotes unius ex Domini fratribus, cui nomen erat Judæ, ad hoc uſque Trajani imperium vitam produxiſſe idem ſcriptor refert, cum jam antea ſub Domitiano, ut diximus [4], Chriſti fidem conſtanter profeſſi fuiſſent. Sic autem ſcribit. Adſunt, inquit, illi & univerſæ Eccleſiæ præſident, utpote martyres & agnati Chriſti. Tandemque profunda pace Eccleſiæ reſtituta, ad Trajani uſque tempora ſuperſtites fuerunt: donec Symeon ſupradictus Cleopæ filius, ejus qui patruus erat Domini, accuſatus ſimiliter ab hæreticis, & ob eamdem cauſam in jus vocatus eſt coram Attico Conſulari [5] & per multos dies acerbiſſimis tormentis excruciatus, fidem Chriſti conſtantiſſime profeſſus eſt; adeo ut & Conſularis ipſe, & omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum ac viginti annos natus, tot tormenta perferre potuiſſet. tandem vero ſententia Judicis cruci ſuffixus eſt.

*Fuit ſpectator Chriſti.*

*Item & alii agnati Chriſti & martyres.*

III. Poſt hæc idem ſcriptor res illa ætate geſtis commemorans, addit Eccleſiam ad hæc uſque tempora inſtar cujuſdam virginis, integram atque incorruptam permanſiſſe, adhuc in obſcuro receſſu deliteſcentibus, quicumque rectam prædicationis evangelicæ regulam depravare niterentur. Sed poſtquam ſacer Apoſtolorum cœtus vario mortis genere exſtinctus eſt, effluxeratque jam ætas hominum illorum, qui divinam ipſam ſapientiam ſuis auribus auſcultare meruerant: tunc demum exorta eſt

*Poſt Apoſtolorum obitum multæ hæreſes obortæ.*

impii

1 Scilicet hoc Euſebii lib. 3. cap. 11.

2 Legati Cæſaris alii erant Conſulares, alii Prætorii. Syri Legatorum Conſularium nomine annos ſuos deſignare tunc ſolebant, ut hic an Joſephu obſervat, eruditus Valeſius.

3 Cap. 11. jam laudato

4 Supra cap. 19. hujus libri 3. hiſt. Euſeb.

5 Conſulares ſimpliciter dicti, qui poſtea Palæſtinam rexere, diu poſt Trajani tempora inſtituti ſunt, ut obſervat Valeſius; unde Atticus ὑπατικὸς appellatur, id eſt Legatus conſularis, ut ab iis quos Prætorios appellabant diſtingueretur.

impii erroris conſpiratio fraude & malitia falſorum doctorum. Qui utpote nullo amplius ex Apoſtolis ſuperſtite, poſthæc, nudo quod ajunt, capite adverſus prædicationem veritatis adulterinam doctrinam obtrudere aggreſſi ſunt.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſancti Ignatii Martyris.

1. EX quo tempore Nero & Domitianus ſæviſſimi Romanorum Imperatores perſecutionem in Chriſtianos concitaverunt, fuere ſemper in Eccleſia Martyres, qui vel Imperatorum edictis, vel rectorum provinciarum privato odio, aut certe Sacerdotum ac populorum ethnicorum furentium impetu, mortem pro Chriſti nominis confeſſione obierunt. Illuſtris in *Ignatius Epiſcopus Antiochiæ.* primis fuit ſanctus IGNATIUS, Antiochenæ Eccleſiæ, poſt Evodium Petri ſucceſſorem, Epiſcopus, qui ob fidem Chriſtianam comprehenſus, à Trajano Imperatore, tunc temporis Antiochiæ exſiſtente, Romam miſſus eſt, ut ibi in ludis publicis a beſtiis devoraretur. Quonam modo id peractum fuerit, ex Philone, Caio, Agathopo, aliiſque Ignatii comitibus diſcimus, qui cum ex Syria Romam euntem ſecuti fuiſſent, ea quæ coram viderant & audierant, ſcribere curarunt. Philonis Diaconi Cilicis, Gaii & Agathopi meminit ipſe Ignatius in Epiſtola ad Smyrnenſes, eoſdemque mundo renuntiaſſe, ac ad martyrium perferendum eſſe paratos in Epiſtola ad Philadelphienſes aſſeverat.

*Ejus Acta ſincera.* 2. Verum Acta ab ipſis ſcripta, nonniſi variis additionibus, quandoque etiam falſis eventibus interpolata habebantur, priuſquam à Jacobo Uſſerio Armachano ſincera & pura vulgarentur, qui ea ex mſ. cod. anno MDCXLVII. Londini typis edidit, cum variis notis & obſervationibus, ex quibus eas quæ ad textum pertinent, cum his Actis integris proferemus. His autem omnibus ſubjungere viſum eſt Epiſtolam, quam ipſemet ſanctus Martyr in itinere conſtitutus ad Romanos ſcripſit, utpote quæ maximam ejus martyrii partem continet. At ejus Epiſtolæ, aliarumque ſex, quæ vulgo ab omnibus recipiuntur, ſinceritatem probare inutile eſſet, poſt tot doctiſſimorum virorum, etiam à Romana Eccleſia alienorum, ea de re lucubrationes, quorum opera res eo proceſſit, ut ab iis tantummodo de earum auctoritate dubitetur, qui etiam ſacræ Scripturæ libros, quos ſuis erroribus contradicere animadvertunt, reſpuere non verentur.

*Mortis tempus.* 3. Porro cum in Actis ſancti Ignatii antea vulgatis characteres Chronologici vitiati ſint, variique in variis codicibus conſules, ſub quibus paſſus eſt, annotentur, non una fuit auctorum ſententia in aſſignando anno quo beatus ille vir martyrium complevit. At cum in Actis ſinceris quæ exhibemus, Ignatius à Trajano Antiochiæ tunc agente condemnatus dicatur, ac paullo poſt Romæ *ſub Syria & Senecio Conſulibus* beſtiis traditus, recte colligimus ejus martyrium ad decimum annum Trajani, id eſt, Chriſti CVII. referendum eſſe, ſiquidem hoc ſolum anno Trajani Antiochiæ commoratio cum Syriæ & Senecii conſulatu componi poteſt. Nec opponat aliquis Ignatii mortem in Euſebii Chronico ad undecimum Trajani annum referri. Patet quippe Euſebium ibi temporum ſeriem accurate non ſervaſſe, cum hoc ipſo loco, Symeonis Cleopæ filii & Ignatii martyria ſimul referat, quæ diverſis annis contigiſſe nemo poteſt inficiari. Adde, ut jam nonnulli obſervarunt, in pleriſque codd. mſſ. anno decimo utriuſque martyrium conſignari.

4. Ignatii feſtum Græci vigeſima die *Feſtum.* menſis Decembris celebrant, quo ipſum paſſum fuiſſe Acta teſtantur; Latini vero die prima Februarii, an ob aliquam ſacrarum ejus reliquiarum tranſlationem? plures enim fuiſſe conſtat. Plerique ſancti Patres eum laudant, ut Polycarpus in Epiſtola ad Philippenſes, Irenæus lib. 5. adverſus hæreſes, Origenes homil. 6. in Lucam, & in Cantica Canticorum, Euſeb. lib. 3. hiſt. capp. 22. & 36. Athanaſius lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ, Hieronymus in Catalogo, & alii multi, inter quos præcipue enituit ſanctus Johannes Chryſoſtomus, qui cum adhuc eſſet Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter, homiliam 42. ad populum Antiochenum de hoc illuſtriſſimo Martyre habuit. Hunc in Britannia celebrem fuiſſe paret ex Gilda Sapiente ad Clerum Britanniæ ſic loquente: *Quis veſtrum ut Martyr Ignatius* &c. Aliquid de ejuſdem Sancti reliquiis ſe habere gloriatur Sanctus Bernardus in Serm. 7. in Pſal. *Qui habitat*.

5. Refert Socrates Hiſt. Eccleſ. libro 6. cap. 8. cui conſentiunt aliqui è Græcis ſcriptoribus

ptoribus, ab Ignatio morem alternis vicibus cantandi, in Eccleſiam Antiochenam inductum fuiſſe, indeque promanaſſe ad ceteras omnes Eccleſias. At hæc ſententia, adverſus quam multi graviores auctores laudari poſſent, Valeſio non placet in notis ad hunc locum. Videſis ea de re Mabillonii diſquiſitionem de Curſu Gallicano parag. 1.

---

Anno Christi 107.

# ACTA SANCTI IGNATII

## Epiſcopi Antiocheni & Martyris,

*Ex Editione Uſſerii Armachani.*

I. NUper recipiente principatum Romanorum Trajano, Apoſtoli & Evangeliſtæ JOHANNIS diſcipulus IGNATIUS, vir in omnibus Apoſtolicus, gubernabat Eccleſiam Antiochenorum. Qui quondam procellas vix mitigans multarum ſub Domitiano [1] perſecutionum; quemadmodum gubernator bonus, gubernaculo orationis & jejunii, continuitate doctrinæ, robore ſpirituali, fluctuationi adverſantis ſe oppoſuit potentiæ, timens ne aliquem eorum qui puſillanimes & magis ſimplices proſterneret. Igitur lætabatur quidem de Eccleſiæ inconcuſſione, quieſcente ad paucum perſecutione: dubitavit autem ſecundum ſe ipſum, quod nondum vere in Chriſtum caritatem attigerat, neque perfectum diſcipuli ordinem. Cogitavit enim eam, quæ per martyrium confeſſionem plus ipſum adducere ad familiaritatem Domini. Unde annis paucis adhuc permanens Eccleſiæ, & ad lucernæ modum divinæ, cujuſque illuminans cor per Scripturarum enarrationem, ſortitus eſt iis quæ ſecundum votum.

*Ignatius gregis sui curam habet.*

II. Trajano enim poſt quartum [2] annum imperii ſui, elato de victoria illa quæ adverſus Schytas & Thraces, & alteras multas & diverſas gentes; & æſtimante adhuc deficere ipſi ad omnem ſubjectionem Chriſtianorum Deum venerantem congregationem, niſi dæmoniacam cogeret culturam cum omnibus ſubintrare gentibus: perſecutionem comminans, omnes ipſos Dei cultores exſiſtentes, vel ſacrificare, vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro Antiochenorum Eccleſia virilis Chriſti miles, voluntarie ductus eſt ad Trajanum, agentem quidem ſecundum illud tempus apud Antiochiam, feſtinantem autem ad Armeniam & Parthos [3]. Ut autem coram facie ſtetit Imperatoris Trajani, Trajanus dixit. Quis eſt cacodæmon, noſtras feſtinans præceptiones tranſcendere; cum & alteros perſuadere ut perdantur male? Ignatius dixit: *Nullus Theophorum* [4] *vocat cacodæmonem. Receſſerunt enim longe a ſervis Dei dæmonia; ſi autem quoniam iis gravis ſum, malum me adverſus dæmones vocas, confiteor. Chriſtum enim habens ſupercæleſtem Regem, diſſolvo horum inſidias.* Trajanus dixit: Et quis eſt Theophorus? Ignatius reſpondit: *Qui Chriſtum habet in pectore.* Trajanus dixit: Nos igitur tibi videmur non habere ſecundum intellectum deos, quibus utimur compugnatoribus adverſus adverſarios? Ignatius dixit: *Dæmonia gentium Deos appellas errans. Unus enim eſt Deus qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in ipſis, & unus Chriſtus Jeſus Filius ipſius unigenitus: cujus amicitia fruar.* Trajanus dixit; Crucifixum dicis ſub Pontio Pilato? Ignatius

*Coram Trajano ſiſtitur.*

*Chriſtus Deus in pectore.*

[1] De perſecutione Domitiani in Præfatione egimus.

[2] Ex Librariorum incuria IX. mutatum eſt in IV. & vox Dacos in *Thraces*, quod non conjectando ſolum dicitur; ſiquidem aliæ vetuſtiſſimæ interpretationes habent IX. Et quidem Michael Syncellus, aliique auctores, ut Uſſerius obſervat, ex hoc loco non recte intellecto, incauto Ignatii mortem ad annum Trajani IX. retulerunt.

[3] Parthos & Perſas eoſdem eſſe aſſerit Plinius lib. 6 capp. 23 & 25. Hinc nonnulli codd. habent hic *Perſas*.

[4] Eum quidam ſic appellatum fuiſſe volunt, quod fuerit parvulus ille, de quo in medio Diſcipulorum conſtituto Chriſtus Matth. 18. dixit, *Niſi efficiamini ſicut parvulus iſte*, &c. At huic ſententiæ non ſolum refragatur veterum ſilentium, ſed & ipſe Chryſoſtomus, qui aſſerit numquam ab Ignatio Chriſtum Dominum viſum fuiſſe.

Ignatius dixit: *Crucifigentem peccatum cum ipſius inventore; & omnem condemnantem dæmoniacam malitiam ſub pedibus eorum, qui ipſum in corde ferunt.*

*Idem Deus in nobis.* Trajanus dixit: Tu igitur in te ipſo Chriſtum circumfers? Ignatius dixit:

2. Cor. 6. 16. *Etiam. Scriptum eſt enim, Inhabitabo in ipſis, & inambulabo.*

*Romam mittitur.* III. Trajanus ſententiavit [5]: Ignatium præcipimus in ſe ipſo dicentem circumferre Crucifixum, vinctum a militibus duci in magnam Romam, cibum beſtiarum, in ſpectaculum plebis futurum. Hanc audiens ſanctus Martyr ſententiam, cum gaudio exclamavit: *Gratias ago tibi, Domine, quia me perfecta ad te caritate honorare dignatus es, cum Apoſtolo tuo Paulo vinculis collocari ferreis.* Hæc dicens, & cum gaudio circumponens vincula, oranſque prius pro Eccleſia, & hanc cum lacrymis commendans Domino; velut aries inſignis boni gregis dux, a beſtiali militari duritia raptus eſt, beſtiis cruda vorantibus ad Romam ad cibum adducendus.

*Smyrnam tranſit.* IV. Cum multa igitur promtitudine & gaudio ex deſiderio paſſionis deſcendens ab Antiochia in Seleuciam, illinc habebat navigationem: & applicans poſt multum laborem Smyrnæorum civitati, cum multo gaudio deſcendens de navi, feſtinabat ſanctum POLYCARPUM Epiſcopum coauditorem videre; fuerant enim quondam diſcipuli Johannis. Apud quem adductus, & ſpiritualibus cum ipſo communicans chariſmatibus, & vinculis glorians, deprecabatur concertare ipſius propoſito, maxime quidem communiter omnem Eccleſiam (honorabant enim ſanctum per Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos, Aſiæ civitates & Eccleſiæ; omnibus feſtinantibus ad ipſum, in quo aliquam partem chariſmatis accipiant ſpiritualis) præcipue autem ſanctum Polycarpum, ut velocius per beſtias diſparens mundo factus, appareat faciei Chriſti.

V. Et [6] hoc ſic dixit, ſic teſtificatus eſt: tamen extendens eam quæ circa Chriſtum caritatem, ut cælum quidem apprehendere per bonam confeſſionem, & per coorantium pro certamine ſtudium, reddi autem mercedem Eccleſiis obviantibus Chriſti per præcedentes literas gratias agens, appoſitas ad ipſas; ſpiritualem cum orationibus & admonitionibus amplexantis gratiam. Igitur omnes videns amicabiliter diſpoſitos ad ipſum, timens ne forte fraternitatis dilectio ad Dominum ipſius feſtinationem abſcindat, bona aperta ipſi porta martyrii, talia ad Eccleſiam mittit Romanorum ut ſubordinata ſunt [7].

VI. Perficiens igitur, ut volebat, eos qui in Roma, fratrum abſentes per Epiſtolam ſic ductus a Smyrna (urgebatur enim a militibus Chriſtophorus occupare honores in magna civitate, ut in conſpectu plebis Romanorum beſtiis feris projectus, corona juſtitiæ per tale certamen potiatur) * attigit ad Troadem; deinde illinc ductus ad Neapolim per Philippenſes, pertranſivit Macedoniam pedes, & terram quæ ad Epidamnium [8]. Cujus in terra juxta marinis nave potitus, navigavit Adriaticum pelagus & illinc aſcendens Tyrannicum *, *Tyrrhenicum.*
& tranſiens inſulas & civitates, oſtenſis ſancto Potiolis *, ipſe quidem exire feſtinavit, ſecundum veſtigia ambulare *Puteolis.*
volens [9] Apoſtoli Pauli. Ut autem incidens violentus non conceſſit ventus, nave a prora repulſa; beatificans eam, quæ in illo loco fratrum caritatem, ſic tranſnavigavit. Igitur in una die & nocte eadem proſperis ventis utentes, nos quidem nolentes abducimur [10], gementes de ea quæ a nobis futura ſeparatione:

5 Hinc ſolvi debet Scaligeri ſcrupulus, animadverſione 2123. mirantis, cur Ignatius Romam miſſus fuerit: cum judicium tam gentilium quam Chriſtianorum ad provinciarum Rectores pertineret, niſi forte civium Romanorum, qui provocare poterant ad Cæſarem, qualis non fuit Ignatius, cum cives beſtiis non objicerentur. Id, inquam, dubium facile ſolvitur, quod Ignatius ab ipſomet Imperatore Romam fuerit miſſus, ut in ludis publicis populo Romano ſpectaculum præberet, quod de inſignioribus reis ſæpius fiebat. Ceterum ex his patet, Trajanum Romæ tunc non fuiſſe, quando Ignatius paſſus eſt.

6 Quæ ſequuntur uſque ad, *attigit ad Troadem*, non eſſe primarii auctoris putat Uſſerius.

7 Hic inſerta erat Epiſtola Sancti ad Romanos, quam his Actis ſubjungere potius viſum eſt.

8 Epidamnium jam Dyrrachium appellatur, urbs Archiepiſcopalis in Macedonia.

9 Act. Apoſtol. cap. 28. 13.

10 Vel ex eo loco patet hæc Acta ab Ignatii ſociis ſcripta eſſe.

ratiooe: Juſto autem fieri ipſi ſecundum votum accidit[*]: feſtinanti citius recedere de mundo, ut attingat ad quem dilexit Dominum. Navigantes igitur in Portum Romanorum, debente finem habere mundi inani gloria, milites quidem pro tarditate offendebantur; Epiſcopus autem gaudens feſtioantibus obediebat.

*Romam advenit.* VII. Illiuc igitur expulſi a vocato Portu, diffamabantur eoim jam quæ ſecundum ſanctum Martyrem, obviamus fratribus, timore & gaudio repletis: gaudentibus quidem in quibus dignificabantur, eo qood Theophori conſortio; timentibus autem quod ad mortem talis ducebatur. Quibuſdam autem & annuntiavit ſilere, ferventibus & dicentibus quietare plebem ad oon expetere perdere Juſtum. Quos confeſtim ſpiritu cogooſcens, & omoes ſalutaos, petenſque ab ipſis veram caritatem, pluraque iis quæ in Epiſtola diſputans, & ſuadens non iovidere feſtinanti ad Domioum: ſic cum genuflexione omnium Fratrum deprecans Filium Dei pro Eccleſiis, pro perſecutioois quietatiooe, pro Fratrum adiovicem caritate, ſubductus eſt cum feſtioatione in amphitheatrum; deinde confeſtim projectus, ſecuodum quondam præceptum Cæſaris, debentibus quieſcere gloriationibos. Erat eoim ſollemois, ut putabaot, dicta Romana voce *tertia-decima* [11]; ſecuodum quam ſtudioſe convenerant. Sic beſtiis crudelibus ab impiis appooebatur; ut confeſtim ſancti Martyris Ignatii compleretur deſiderium, ſecundum quod ſcriptum eſt, *Prov. 10. 24.* *Deſiderium juſti acceptabile*, ut ſit nulli Fratrum gravis per collectionem Reliquiarum; ſecuodum quod præoccupans in Epiſtola [12] propriam concupiſcit fieri fruitionem. Sola enim aſperiora ſanctorum oſſium [13] derelicta ſunt: quæ in Antiochiam reportata ſunt, & io capſa repoſita [14], ſicut theſaurus inappretiabilis, ab ea quæ io Martyris gratia ſanctæ Eccleſiæ relicta.

*Martyrii annus & dies.* VIII. Facta autem ſuot hæc die ante XIII. Kalendas Januarias, præſidentibus apud Romanos Syria & Senecio ſecundo. Horum ipſimet conſpectores effecti cnm lacrymis, & domi per totam ooctem vigilantes, & multum cum genuflexione & oratione deprecantes Dominum certificare infirmos oos de prius factis: parum obdormitantes, hi quidem repente adſtantem & amplexantem oos videbant: hi autem rurſus ſuperorantem nobis videbaot beatuto Ignatium, quemadmodum ex labore multo veoientem, & adſtantem Domioo in multa coofidentia & ineffabili gloria. Impleti autem gaudio hæc videntes, & glorificaotes Deum datorem bonorum, & beatificaotes Sanctum, maoifeſtavimus vobis diem & tempus, ut ſecundum tempus martyrii congregati, communicemus athletæ & virili Chriſti Martyri, qui conculcavit diabolum, & hujus inſidias in finem proſtravit; glorificantes in ipſius venerabili & ſancta memoria Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem & cum quo Patri gloria & poteutia, cum Spiritu ſancto, in ſancta Eccleſia in ſæcula ſæculorum. Amen.

11 Tertia-decima ſcilicet Kalendas Januarias, quando Sigillaria feſta agebantur, de quibus Macrobius lib. 1. Saturnalium capp. 10. & 11.

12 Vide Epiſtolam ejus ad Romanos infra.

13 Sic omnes Græci ſcriptores; Latini vero, præſertim recentiores, paullo aliter rem narrarunt, ex veteris interpretis errore, qui aſſeruit, Ignatium a leonibus duobus præfocatum fuiſſe, a quibus tamen carnes ejus intactæ remanſerint. Actis noſtris conſentit Evagrius lib. 1. cap. 16 *robuſtiora oſſa... beſtias tumulum habuit*.

14 Ejus reliquias in cœmeterio ad portam Daphniticam ſepultas fuiſſe aſſerit Hieronymus in Catalogo ſcript. Eccleſiaſt. Eas poſtea Theodoſius junior in Eccleſiam intra civitatem transferri cum magna pompa curavit, qua de re vide Evagrii hiſtoriam lib. 1. cap. 16.

EJUSDEM

## EJUSDEM SANCTI IGNATII
### Epiſtola ad Romanos.

*Ex eodem Uſſerio.*

I. IGNATIUS, qui & THEOPHORUS, babenti propitiationem in magnitudine Patris altiſſimi, & Jeſu Chriſti ſolius Filii ipſius, Eeeleſiæ dilectæ & illuminatæ, in voluntate volentis omnia quæ ſunt ſeeundum dilectionem Jeſu Cbriſti Dei noſtri (quæ & præſidet in loeo cbori Romanorum, digna Deo, digna deeentia, digna beatitudine, digna laude, digne ordinata, digne eaſta, & præſidens in earitate, Cbriſti habens legem, Patris nomen, quam & ſaluto in nomine Jeſu Chriſti Filii Patris) ſecundnm carnem & ſpiritum unitis, in omni mandato ipſius, impletis gratia Dei indiviſim, & abſtractis ab omni alieno colore; plurimum in Domino Jeſu Chriſto Deo noſtro immaculato gaudere.

*Chriſtus Deus noſter.*

*Ingens martyrii deſiderium.*

II. Deprecans Deum attigi videre veſtras dignas viſione faeies; ut & amplius petebam aeeipere. Ligatus enim Cbriſto Jeſu ſpero vos ſalutare; ſiquidem voluntas ſit, ut dignificer in finem eſſe. Principium quidem enim bene diſpenſatum eſt. Siquidem gratia (mea) potiar, ad bereditatem meam ſine impedimento lucrari. Timeo enim caritatem veſtram, ne ipſa me lædat [1]. Vobis enim faeile eſt quod vultis facere: mihi autem difficile eſt Deo potiri, ſiquidem vos non pareitis mibi. Non enim volo vos hominibus placere, ſed Deo placere, quemadmodum & placetis. Neqne enim ego babeo aliquando tempus tale Deo potiendi: neque vos, ſi taceatis, meliori operi habetis. inſcribi. Si enim taceatis a me, ego ero Dei; ſi autem deſideretis carnem meam, rurſus factus ſum vox.* Plus autem mibi non tribuetis quam ſacrificari Deo, dum adbuc ſacrificatorium paratum eſt: ut in earitate chorus effecti, cantetis Patri in Jeſu Cbriſto, quoniam Epiſeopum Syriæ dignifieavit Deus inveniri in oeeidente, ab oriente tranſmittens bonum oceidere a mundo in Deum, ut in ipſo oriar. Numquam invidiſtis in aliquo: alios edocuiſtis. Ego autem volo ut & illa firma ſint, quæ docentes præcepiſtis. Solnm mihi potentiam petatis ab intra & ab extra, ut non ſolum dicam, ſed & velim; non ut ſolum dicar Cbriſtianus, ſed & inveniar. Si enim inveniar & diei poſſum, & tunc fidelis eſſe, quando utique mundo non appareo. Nihil apparentia bonum eſt. (Deus enim noſter Jeſus Cbriſtus in Patre exſiſtens magis apparet.) Non ſuaſionis opus, ſed magnitudinis eſt Cbriſtianus; quando utique oditur a mundo.

* velox.

III. Scribo Eecleſiis, & præcipio omnibus, quoniam volens pro Deo morior; ſiquidem vos non prohibeatis. Depreeor vos, non concordia intempeſtiva fiatis mibi. Dimittite me beſtiarum eſſe eibnm, per qnas eſt Deo potiri. Frumentum [2] ſum Dei: & per dentes beſtiarum molar, ut mundus panis inveniar Chriſti. Magis blandite beſtiis [3], ut mibi ſepulcrum fiant, & nihil derelinquant eorum quæ corporis mei; ut non dormiens gravis alicui inveniar. Tune ero diſeipulus verus Jeſu Chriſti, quando neque corpus meum mundns videbit. Orate Chriſtum pro me, ut per organa iſta Dei ſacrificium inveniar. Non ut Petrus aut Paulus præcipio vobis. Illi Apoſtoli, ego condemnatus; illi liberi, ego uſque nunc ſervus. Sed ſi patiar, manumiſſus fiam Jeſn Cbriſti, ut reſurgam liber. (Et) nunc diſco vinctus, nihil concupiſcere.

IV. A

1 Timebat ne pecunia aut amicis ſuam paſſionem impedirent.

2 Irenæus lib. 5 adverſus hæreſes cap. 28. hanc Ignatii ſententiam laudat, & poſt eum Hieronymus & alii.

3 Mirum eſt ea Ignatii verba ab aliquibus reprehendi, quaſi mortem pro Chriſto deſiderare non licuiſſet, ſed quam injuſte, ex Actis Martyrum, ſanctorum Patrum ſententiis & Hiſtoriæ Eccleſiæ multis locis, egregie probat Johannes Baptiſta Cotelerius in notis ad hunc locum pag. 453.

IV. A Syria uſque Romam cum beſtiis pugno, per terram & per mare, nocte & die, vinctus decem Lenpardis, qund eſt militaris ordo: qui & heneficiati deteriores fiunt. Iu injuſtificatinnibus autem eorum magis erudinr: ſed nnn propter bnc juſtificatus ſum. Sortiar beſtiis mihi eſſe paratis; & nrn promtas mibi Inveniri, quibus & blandiar citn me devorare, nnn quemadmodnm qunſdam timentes nou tetigeruut. Sed & ſi ipſæ volentem non velint, egn vim faciam. Veniam mihi habete; quid mihi cnnfert ego cognnſco. Nunc incipin diſcipulus eſſe; nihil me zelare viſibilium & inviſibilium, ut Jeſu Chriſto fruar. Ignis & crux, beſtiarumque congregatinnes, diſperſiones nſſium, conciſin membrorum, mnlitinnes totius cnrpnris, malæ punitinnes diaboli in me veniant, ſnlum ut Jeſu Chriſtn fruar. Nihil mihi proderunt termini muudi, neqne regna ſæculi bujus. Bouum mihi mori propter Jeſum Chriſtum, quam regnare ſuper terminos terræ. Illum quæro qui pro nobis mnrtuus eſt; illum vnln qui prnpter nns reſurrexit. (Ille lucrum mihi adjacet. Ignnſcite mibi, fratres: nou impediatis me vivere, non velitis me mnri. Dei volentem eſſe, per mundum nnn ſeparetis me, (neque per materiam ſeducatis.) Dimittite me purum lumeu accipere: illuc adveuiens hnmn ero. Sinite me imitatorem eſſe paſſionis Dei mei. Si quis ipſum in ſe ipſo habet, intelligat quod volo; & compatiatur mihi, ſciens quæ continent me.

V. Princeps ſæculi hujus rapere me vnlt; & eam quæ iu Deum meum ſeuteutiam cnrrumpere. Nullus igitur præſentium de vohis adjuvet: ipſi autem magis mei fiatis, hoc eſt Dei (mei.) Nnn Inquimiui Jeſum Chriſtuin, & mundum concupiſcatis. Invidia iu vobis nou inhabitet, neque utique ego vos præſens deprecnr credere mihi. His autem magis credite quæ ſcribo vnhis, Vivens enim ſcribo vohis, deſiderans mori. Meum deſideriuin crucifixum eſt; & non eſt in me ignis amans aliquam aquam: ſed vivens & Inquens eſt iu me, intus me dicit: Veni ad Patrem. Non delector cibo cnrruptiouis, neque delectationihus vitæ bujus. Panem Dei volo [4], quod eſt caro Jeſu Cbriſti, ejus qui ex genere David: & potum vnlo ſanguinem ipſius, quod eſt caritas incnrruptibilis. Non amplius vnln ſecundum homines vivere: bnc autem erit ſi vos velitis. (Velite autem, ut & vos acceptemini.) Per paucas litteras deprecur vns, credite mibi. Jeſus autem Cbriſtus vobis manifeſtabit hæc, quoniam vere dicn; (unn mendax os, in quo Pater vere Incutus eſt.) Petite pro me, ut attingam. Nnn ſecundum carnem vnhis ſcripſi; ſed ſecundum ſententiam Dei. Si patiar, vnluiſtis; ſi reprnhus efficiar, odiviſtis.

VI. Mementnte in oratinne veſtra *Eccleſiam Syriæ commendat.* ejus quæ in Syria Eccleſiæ, quæ pro me Paſtore Deo utitur. Solus ipſe (Jeſus Cbriſtus) vice Epiſcnpi ſit, & veſtra caritas. Egn autem erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus; exiſtens extremus ipſnrum, & abnrtivum: ſed miſericnrdiam cnnſecntus ſum aliquis eſſe, ſi Deo fruar. Salutat vos meus ſpiritus, & caritas Eccleſiarum, quæ receperunt me in nomine Jeſu Chriſti, ut non tranſeuntem. Eteuim nou advenientes mihi in via (quæ ſecundum carnem) ſecundum civitatem me præceſſerunt.

VII. Scribn autem vnhis hæc a Smyrna per Epheſins digne beatos. Eſt autem & ſimul mecum cum aliis multis & CROCUS, deſideratum mihi nomen, de advenientihus (mecum) a Syria iu Romam, ad gloriam Dei. Credo vos cnguoviſſe (quihus & manifeſtatis) prope me exſiſtentem. Omnes enim ſunt digni Deo & vobis, quos decens eſt vos ſecundum omnia quietare. Scripſi autem vnbis bæc, iu ea qnæ aute IX. Kalendas Septembris. Valete iu finem, in ſuſtinentia Jeſn Cbriſti.

4 Hunc locum de Euchariſtia intelligit Cardinalis Baronius ad annum 34. & 109. Halloixius vero ad Ignatii vitam cap. 10. de fruitione Dei poſt martyrii conſummationem.

AD.

## ADMONITIO in eadem ACTA S. IGNATII, nunc primum ex genuino textu Græce edita, cum nova verſione Latina.

*Ex MS. Codice Bibliothecæ Colbertinæ.*

1. ACta ſancti Ignatii ex veteri interpretatione Latina Collectioni noſtræ ſupra protulimus, qualia ex codice mſ. ab Uſſerio Armachano vulgata ſunt, cum græce tunc reperiri non potuiſſent, nec alia antea haberentur, niſi ea quæ Simeon Metaphraſtes refert, id eſt interpolata, quorum proinde fere nulla erat auctoritas. Verum cum codices mſſ. bibliothecæ Colbertinæ ex Cl. viri Stephani Baluzii beneficio evolvere mihi licuiſſet, ipſamet Acta genuina in veteri cod. mſ. Græco optimæ notæ, numero 460. occurerunt, cum ejuſdem ſancti Martyris epiſtola ad Romanos, quæ etiam nondum ex ullo cod. mſ. ſincera græce prodierat. Aberat enim e cod. mſ. Florentino, ex quo ceteræ Ignatii epiſtolæ editæ ſunt ab Iſaaco Voſſio, Uſſerio & Cotelerio: nec alias græce habebatur, niſi ex Metaphraſte vitiata. Et quamvis antiquæ verſionis ope ab Uſſerio & Voſſio variis interpolationibus defecata fuerat, exſpectabant tamen viri eruditi alicujus exemplaris ſubſidium, quo græci textus reſtitutio ab ipſis facta confirmaretur. Sic ea de re loquitur Voſſius: *Utinam hanc etiam dare potuiſſem, quam ad Romanos ſcripſit ſanctiſſimus Martyr. Obtinet quidem illa locum poſtremum; ſed ſive zelum, ſive dignitatem adtendas, locum merebatur vel primum. Mihi non licuit eſſe tam felici, ut græce invenirem; alii forſan fortunatiores me, & diligentiores in perſcrutandis Bibliothecis illud præſtabunt.* Viverent nunc viri illi de literis benemeriti, & nobiſcum, non ſolum de epiſtolæ, ſed etiam de ipſorum Actorum genuino textu, quod ſperare vix auſi fuiſſent, haud dubie congratularentur.

2. Porro ſuperfluum eſſet de *αὐθεντίᾳ* tam Actorum quam epiſtolæ ſuſius differere. Cum enim manifeſtum ſit, ea ipſa eſſe, quæ ab Uſſerio e veteri verſione vulgata, omnium eruditorum calculo comprobata ſunt; novis non indigent ad auctoritatem ſibi conciliandam argumentis. At cum antiquam verſionem, uti jam diximus, vulgaverimus, viſum eſt hic novam exhibere, ne ſi eadem verſio recuderetur, inutilis eſſet repetitio. ſi autem græcus textus daretur ſine ulla verſione, id nonnullis videretur incommodum. His itaque fruere amice lector, & illuſtriſſimi Colberti memoriæ, qui dum viveret, tot præclaros codices Eccleſiæ & reipublicæ litterariæ comparavit, gratiam habeto.

### *Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.*

1. Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητής, ἀνὴρ ἐν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικός, καὶ ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελῶς, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθός, τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ * τῷ πνεύματι, πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικὼς μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ· ἤσχαλλεν δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. ἐνενόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλέον αὐτὸν προσοικειοῦσαν τῷ κυρίῳ. ὅθεν ἔτεσιν ὀλίγοις ἔτι παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λύχνου δίκην θεϊκοῦ τὴν ἑκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ

* forte τῷ φρονήματος vel τῷ πνευματικῷ.

### Martyrium ſancti & ſacri Martyris Ignatii Theophori.

I. CUm nuper Romanorum imperium excepiſſet Traianus, Ignatius Apoſtoli Joannis diſcipulus, vir erat in omnibus apoſtolicus, ſummaque cura Antiochenam Eccleſiam gubernabat. qui cum præteritas multarum Domitiani perſecutionum procellas vix tranſiiſſet, tanquam gubernator bonus, clavo orationis & jejunii, docendi aſſiduitate, contentione ſpiritus, adverſanti tempeſtati reſtitit, veritus, ne quem puſilli animi & ſimpliciorem illa dejiceret. Itaque delectabatur quidem Eccleſiæ tranquillitate, quieſcente ad breve tempus perſecutione; animo tamen perturbabatur, quod nondum veram erga Deum caritatem, neque perfectum diſcipuli ordinem eſſet aſſecutus. Siquidem ſecum cogitabat confeſſionem, quæ fit per martyrium, ipſum Domino poſſe proximiorem reddere. Unde paucis annis in Eccleſia adhuc permanens, & divinæ inſtar lucernæ ſingulorum mentes ſacrarum

crarum

inarum ſcripturarum expoſitione illuminans, ea quæ optabat, tandem conſecutus eſt.

II. Namque poſthæc Traiano, nono ſui imperii anno, inſoleſcente ob victoriam, quam adverſus Scythas & Dacos & alias multas gentes reportaverat, & exiſtimante ad univerſam ſubiectionem ſibi adhuc deeſſe religioſum Chriſtianorum cœtum, atque comminante, niſi dæmonum cultum cum omnibus gentibus amplecterentur, perſecutionem paſſuros; timor omnes pie viventes vel ſacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur pro Antiochena Eccleſia pertimeſcens generoſus Chriſti miles, ſponte ductus eſt ad Trajanum, qui tunc temporis circum Antiochiam agebat, atque in Armeniam & ad Parthos properabat. Ut vero in conſpectu Trajani Imperatoris adſtitit: Quis es, inquit, o cacodæmon, qui noſtra mandata tranſgredi eniteris? Quin etiam aliis ut idem agant ſuades, quo nempe miſere pereant. Ignatius dixit: *Nemo Theophorum cacodæmonem appellat. Abſcedunt enim dæmones a ſervis Dei. Si vero quod gravis illis ſum, & me malum adverſus dæmones appellas: illud tecum fateor. Chriſtum enim, qui cæleſtis Rex eſt, habens, illorum inſidias diſſolvo.* Trajanus dixit: Et quis eſt Theophorus? Ignatius

*Deus Chriſtus in pectore.*

reſpondit: *Qui Chriſtum habet in pectore.* Trajanus dixit: An igitur tibi videmur deos in mente non habere, quibus etiam propugnatoribus adverſus hoſtes utimur? Ignatius dixit: *Gentium dæmones deos errans appellas. Unus enim eſt Deus, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in ipſis continentur, atque unus eſt Chriſtus Jeſus, filius Dei unigenitus, cujus regno utinam potiar.* Trajanus dixit: Illum dicis, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt? Ignatius dixit: *Illum dico, qui meum peccatum cum ſuo inventore crucifixit, omnemque dæmonicum errorem & malitiam illorum pedibus ſua ſententia ſubjecit, qui ipſum in corde gerunt.* Trajanus dixit: Tu ergo in teipſo crucifixum ge-

*Chriſtus Deus in nobis.*

ris? Ignatius dixit: *Etiam. Scriptum eſt enim: Inhabitabo in ipſis & inambulabo.* Trajanus ſententiam pronuntiavit: Ignatium, qui in ſeipſo crucifixum ferre dicit, præcipimus vinctum à militibus duci in magnam Romam, cibum beſtiarum ad populi delectationem futurum. Qua ſententia audita, ſanctus Martyr cum gaudio exclamavit: *Tibi gratias ago, Domine, quia me perfecta erga te caritate honorare dignatus es, qui me cum Apoſtolo tuo Paulo ferreis vinculis vinciri permiſiſti.* His dictis, vinculiſque cum gaudio acceptis, poſtquam pro Eccleſia oraſſet, ac eam cum lacrymis Domino commendaſſet, velut inſignis aries dux præclari gregis a fero-

*2. Cor. 6. 16.*

cibus & ſævis militibus raptus eſt, feris ſanguivoris in cibum Romam adducendus.

III. Itaque cum magna alacritate & gaudio, patiendi ardore, Antiochia Seleuciam

τῆς τῶν θείων γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπιτυγχάνει τῶν κατ' εὐχήν.

2. Τραϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἕλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑποστῆναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, ὁ φόβος πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾷν κατηνάγκαζεν. τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· τίς εἶ, κακόδαιμον, τὰς ἡμετέρας σπουδάζων διατάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ τὸ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, ἵνα κακῶς ἀπολοῦνται. Ἰγνάτιος εἶπεν· οὐδεὶς Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. εἰ δὲ ὅτι τούτοις ἐπαχθής εἰμι, καὶ κακόν με πρὸς τοὺς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ. Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλάς. Τραϊανὸς εἶπεν· καὶ τίς ἐστιν Θεοφόρος; Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις. Τραϊανὸς εἶπεν· ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος. εἷς γάρ ἐστιν Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς, οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην. Τραϊανὸς εἶπεν· τὸν σταυρωθέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὑρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φορούντων. Τραϊανὸς εἶπεν· σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; Ἰγνάτιος εἶπεν· ναί. γέγραπται γὰρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον προσετάξαμεν τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. ταύτης ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρὸς σὲ ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. ταῦτα εἰπὼν καὶ μετ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμὰ, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτι-
„κῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἱμοβόροις
„ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βοράν.

3. Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας

τιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν εἴχετο τοῦ πλοός· καὶ προσχὼν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρναίων * πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηός, ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον τὸν συνακροατὴν θεάσασθαι· (ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἰωάννου·) παρ' ᾧ καταχθείς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐτοῦ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν ἐκκλησίαν· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτόν, εἴπως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

*Σμυρναίων

Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν, καὶ οὕτως διεμαρτύρατο, τοσοῦτον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ μέλλειν ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας, καὶ τῆς τῶν συνευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτάς, πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀποσταζόντων χάριν. τοιγαροῦν τοὺς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτόν, φοβηθεὶς μή ποτε ἡ τῆς ἀδελφότητος στοργὴ τὴν πρὸς κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνοιχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου, οἵα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων, ὑποτέτακται.

ἸΓΝΆΤΙΟΣ Ὁ ΚΑῚ ΘΕΟΦΌΡΟΣ τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξιόαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, Χριστώνυμος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ πατρός, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιυλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀμώμως χαίρειν.

Ἐπεὶ εὐξάμενος Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν, δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάν περ θέλημα τοῦ Θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάν περ χάριτος ἐπιτύχω εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑ-

deſcendit. Inde navem conſcendit, multumque poſt laborem ad Smyrnam urbem applicuit, ubi multa eum lætitia e nave deſcendit, & ad videndum ſanctum Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum, ſuum condiſcipulum, properavit (fuerant enim olim diſcipuli ſancti Johannis Apoſtoli.) Apud quem diverſatus, ſpiritualium chariſmatum ipſum participem fecit, ſuiſque vinculis gloriatus illum hortabatur, ut ſe in ſuo propoſito adjuvaret. Et vero univerſam quidem Eccleſiam idem communiter orabat, (namque omnes Aſiæ urbes & eccleſiæ per epiſcopos, presbyteros, & diaconos ſanctum ſalutabant, cunctis ad ipſum feſtinantibus, ut aliquam partem ſpiritalis chariſmatis perciperent.) præcipue autem ſanctum Polycarpum, ut citius per feras e mundo ſublatus, in conſpectum Chriſti prodiret.

Atque hæc ita loquebatur, & ita conteſtabatur, ſuam in Chriſtum caritatem tantum extendens, ut pulcra confeſſione & eorum fervore, qui pro ejus certamine ſimul Deum orabant, cælum obtenturus eſſet, & eccleſiis, quæ ipſi per ſuos præfectos occurrerant, mercedem rependeret, miſſis ad illas literis gratias agens, quæ ſpiritalem cum oratione & exhortatione gratiam ſtillabant. Cum ergo omnes erga ſe benevole affectos cerneret, timens ne forte fraterna caritas ſuam ad Dominum ſuum feſtinationem exſcinderet, pulcra martyrii janua ipſi aperta, quæ ad Eccleſiam Romanam ſcripſerit, ſubjecimus.

IGNATIUS, QUI ET THEOPHORUS, miſericordiam conſecutæ in magnificentia Patris altiſſimi & Jeſu Chriſti filii ejus unici Eccleſiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate ejus qui vult omnia, quæ ſunt ſecundum caritatem Jeſu Chriſti Dei noſtri; quæ etiam præſidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quæ beata prædicetur, digna laude, digna quæ voti compos fiat, digne caſta, caritate præcellens, Chriſti & Patris nomine inſignita, quam & amplector in nomine Jeſu Chriſti filii Patris; ſecundum carnem & ſpiritum conjunctis omni ipſius præcepto, gratia Dei indiviſim repletis, & ab omni alieno colore expurgatis, plurimum in Jeſu Chriſto Deo noſtro intaminate gaudete.

*Ignatii epiſtola ad Romanos.*

*J. Chriſtus Deus noſter.*

*J. Chriſtus Deus noſter.*

QUandoquidem precatus Deum obtinui, ut Deo dignos vultus veſtros cernerem, & pluſquam petebam acciperem; vinctus in Chriſto Jeſu ſpero me vos amplexaturum, ſi quidem voluntas Dei ſit, ut dignus habear qui ad finem perveniam. Recte enim diſpoſitum eſt principium, ſi gratiam conſequar ſortem meam ſine impedimento accipiendi.

Nam-

Namque veſtram earitatem timeo, ne mihi ipſa noceat. Vobis enim faeile eſt quod vultis facere: mihi vero diffieile eſt Deum aſſequi, ſi quidem vos mibi parcatis. Nolo enim vobis tamquam hominibus plaeere, ſed Deo placere, quemadmodum & vos placetis. Nam ego numquam tale tempus attingam quo Deum aſſequar; neque vos, ſi ſilueritis, meliori operi ioſeribi poteritis. Si enim de me ſilueritis, ego Dei fiam: ſi autem carnem meam amaveritis, denuo currendum erit mihi. Plus mihi non præbueritis, quam ut immoler Deo, dum adhue altare paratum eſt, ut in caritate chorus effecti canatis Patri io Chriſto Jeſu, quod epiſcopum Syriæ dignum Deus judicaverit, qui in Occidentem ab Oriente aeeerſitus inveniretur. Bonum eſt à mundo ad Deom occidere, ut in ipſo oriar. Nulli umquam invidiſtis, alios doeuiſtis: ego vero volo ut & illa firma ſint quæ docendo præeipitis. Vim tantum mihi ioternam & externam petite, ut oon ſolum dicam, ſed & velim: ut non ſolum dicar Chriſtianus, ſed & ioveniar. Si eoim inventus ſuero, & talis diei potero, & tunc fidelis eſſe valebo, eum mundo amplius non apparebo. Nihil quod apparet,
2. Cor. 4. 18. æternum eſt. *Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ vero non videntur, æterna ſunt.* Nam-
J. Chriſtus Deus noſter. que ipſe Deus noſter Jeſus Chriſtus in Patre exiſtens magis apparet. Non ſilentii tantum, ſed magnitudinis opus eſt Chriſtiaoiſmus.

Ego eccleſiis ſcribo, omnibuſque mando, quod pro Deo ultro & libens morior, ſi quidem vos non impediatis. Obſeero vos ne intempeſtivam mihi benevolentiam exbibeatis. Sinite me ferarum cibum eſſe, per quas Deum conſequi lieet. Frumentum ſum Dei, & per ferarum dentes molor, ut purus paois Chriſti inveoiar. Feris potius blandimini, ut mihi ſepulcrum fiaot, nihilque mei corporis relinquant, oe poſtquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc vere Chriſti diſcipulus ero, cum oeque corpus meum mundus videbit. Chriſto pro me ſupplicate, ut per bæc inſtrumenta hoſtia ioveniar. Non ut Petrus & Paulus vobis præcipio. Illi Apoſtoli: ego condemnatus. Illi liberi: ego autem uſque ad hoc tempus ſervus: ſed ſi patiar, libertus Chriſti ero, & in ipſo liber reſurgam. Nunc vinctus diſco nihil mundanum vel vaoum concupiſcere.

A Syria Romam uſque terra marique, noctu & interdiu cum beſtiis pugno, deeem leopardis vinctus, quæ eſt militum turma, qui etiam beneficio accepto pejores fiunt. Verum
1. Cor. 4. 4. illorum injuriis magis erudior: *ſed non propter hoc juſtificatus ſum.* Utinam fruar beſtiis mihi præparatis, quas & opto mihi promptas inveoiri, quibus, & blaodiar ut cito me devorent, non ut quoſdam veritæ oon tetigerunt.

μῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ. ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς φείσησθέ μου. οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. οὐ γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. ἐὰν γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεόν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω. οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδένα, ἄλλους ἐδιδάξατε· ἐγὼ δὲ θέλω ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. μόνον μοι δύναμιν αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανός, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. ἐὰν γὰρ καὶ εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. οὐδὲν φαινόμενον, αἰώνιον. τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται. οὐ σιωπῆς μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός.

Ἐγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. παρακαλῶ ὑμᾶς μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βοράν, δι' ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτός εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία εὑρεθῶ. οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. ἐκεῖνοι ἀπόστολοι· ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι· ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον.

Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστιν στρατιωτῶν τάγμα, οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. ἐν δὲ τοῖς „ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι, ἀλλ' οὐ „παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα

οὐχ

οὐχ ἥψαντο. κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει ἐγὼ γινώσκω. νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. μηδέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. οὐδέν με ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. μᾶλλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. ἐκεῖνον θέλω τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. ὅδε τοκετός μοι ἐπίκειται. συγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι· μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι· κόσμῳ μὴ χαρίσησθε· ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν. ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε, τουτέστιν τοῦ Θεοῦ. μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείθεσθε οἷς γράφω ὑμῖν. ζῶν γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγον· δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέναος ζωή. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς· πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, ὅτι ἀληθῶς λέγω· τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς. αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται. μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι, ὢν ἔσχατος αὐτῶν καὶ ἔκτρω-

Si autem illæ repugnantes noluerint, ego vi impellam. Veniam mihi date: quid mihi prodeſt ego novi. Nunc incipio diſcipulus eſſe. Nihil viſibilium & inviſibilium mihi æmuletur, ut Jeſum Chriſtum conſequar. Ignis & crux, ferarum catervæ, lacerationes, diſtractiones, disjunctiones, concisio membrorum, totius corporis contuſiones, diræ diaboli tormenta in me veniant: ſolummodo ut Jeſum Chriſtum conſequar. Nihil mihi proderunt mundi voluptates, neque hujus ſæculi regna. Præſtat mihi in Chriſto Jeſu mori, quam finibus terræ imperare. *Quid enim prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Matth. 16.26. Illum quæro qui pro nobis mortuus eſt. Illum volo qui propter nos reſurrexit. Hoc mihi lucrum & fœnus impendet. Ignoſcite mihi, fratres. Ne me vivere impediatis Ne velitis me mori, qui Dei volo eſſe. Mundo ne gaudeatis. Sinite me purum lumen percipere. Ubi illuc advenero, homo Dei ero. Concedite mihi imitatorem eſſe paſſionis DEI mei. Chriſti Dei Paſſio. Si quis illum in ſeipſo habet, cogitet quod volo, & conſcius eorum quæ me coarctant, mei commiſereatur.

Princeps hujus ſæculi rapere me vult, meamque erga Deum voluntatem corrumpere. Nemo ergo veſtrum qui adeſtis, illum adjuvet. Mei potius, hoc eſt Dei, efficiamini. Non loquimini Jeſum Chriſtum, & mundum concupiſcite. Invidia in vobis non habitet. Neque, ſi ego præſens vos oro, credite mihi; his potius quæ vobis ſcribo, credite. Vivens ſcribo vobis, mori deſiderans. Meus amor crucifixus eſt, nec eſt in me ignis materiæ amans: ſed vivens & loquens aqua in me eſt, mihi interius dicens: VENI AD PATREM. Non delector corruptionis alimento, neque hujus vitæ voluptatibus. Panem Dei volo, panem cæleſtem, panem vitæ, quæ eſt caro Jeſu Chriſti filii Dei, qui poſteriori tempore ex ſemine David & Abraham factus eſt: Chriſtus Deus. & potum DEI volo ſanguinem ipſius, quæ eſt caritas incorrupta, & perennis vita. Nolo amplius ſecundum homines vivere. Quod quidem futurum eſt, ſi vos volueritis. Id ergo vobis placeat, ut & vos placeatis. Brevibus litteris peto a vobis, credite mihi. Jeſus Chriſtus vobis hæc patefaciet, quod vere dico. Verax os eſt, in quo Pater vere locutus eſt. Pro me petite ut conſequar. Non ſecundum carnem, ſed ſecundum Dei mentem ſcripſi vobis. Si patiar, voluiſtis: ſin rejiciar, odiſtis.

Memores eſtote in veſtris precibus Eccleſiæ Syriæ, quæ mei loco Deo paſtore utitur. Solus Jeſus Chriſtus illam vice epiſcopi reget, atque veſtra caritas. Ego autem erubeſco ex eorum numero dici. neque enim dignus ſum, utpote qui ſim ultimus eorum &

abortivus. Verum miſericordiam conſecutus ſum, ut eſſem aliquis, ſi Deum conſequar. Salutat vos meus ſpiritus, & caritas eccleſiarum quæ me exceperunt in nomine Jeſu Chriſti, non ut tranſeuntem. etenim quæ nihil ad me pertinebant via quæ ſecundum carnem eſt, me per civitates deduxerunt.

Porro hæc è Smyrna per Epheſios laude dignos ſcribo vobis. Mecum etiam eſt cum aliis multis Crocus, deſideratum mihi nomen. De his qui me à Syria ad Romam uſque ad Dei gloriam præceſſerunt, credo vos cognoviſſe, quibus etiam ſignificate me prope eſſe. Siquidem omnes Dei & veſtrum digni ſunt, quos in omnibus recreare vos decet. Hæc ſcripſi vobis ante diem IX. Kalendas Septembris, hoc eſt, Auguſti vigeſima tertia*. Valete in finem in patientia Jeſu Chriſti. Amen. * l. quarta.

IV. Poſtquam ergo repugnantes fratres qui Romæ erant, per epiſtolam, ut voluit, præparaſſet, ſic a Smyrna ſolvens, (urgebatur enim a militibus Chriſtophorus, ut ad publica ſpectacula magnæ Romæ properaret: nempe ut in conſpectu populi Romani belluis ferocibus traditus, coronam certaminis conſequeretur) Troadem appulit. Inde poſtea Neapolim ductus, Philippis tranſiens, Macedoniam præterivit, & ad eam Epyri partem quæ ad Epidamnum ſita eſt, in maritimis locis nave inventa, Adriaticum pelagus navigavit, indeque Tyrrhenicum ingreſſus, inſulas & civitates percucurrit, oſtenſiſque ſancto viro Puteolis, ipſe quidem exire feſtinabat, Apoſtoli Pauli veſtigiis incedere cupiens. Verum ut per vehementem ventum irruentem non licuit, nave e puppi impulſa, laudibus prædicans fratrum illius loci caritatem, ſic ultra navigavit. Itaque uno die & nocte eadem, ſecundis ventis uſi, nos quidem inviti ducebamur, gementes ob futuram ſeparationem Juſti illius a nobis: at illi juxta votum accidebat, quippe qui e mundo citius diſcedere properaret, ut ad Dominum quem amabat perveniret. Cum ergo Portus Romanorum navigando attigiſſet, finiſque immundi ſpectaculi immineret, milites moram ægre ferebant; at Epiſcopus gaudens urgentibus parebat.

V. Inde igitur Portu, ita dicto, profecti ſunt: (Jam enim fama ſancti Martyris percrebuerat) timore & gaudio fratribus, qui cum ipſo erant, repletis, lætantibus quidem quod Theophori congreſſu dignarentur; timentibus vero quod ad mortem ille duceretur. Aliquibus etiam in ſilentio & receſſu degentibus (ſuum adventum) nuntiavit, qui

μα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ ἐπιτύχω. ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα. καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα κατὰ πόλιν με προῆγον.

Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις Κρόκος τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ δηλώσατε ἐγγύς με ὄντα. πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν, οὓς πρέπον ὑμῖν ἐστιν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα Καλανδῶν Σεπτεμβρίων, τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ*. ἔρρωσθε εἰς τέλος ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν. * l. τετάρτῃ.

4. Καταρτίσας τοίνυν ὡς ἠβούλετο τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς, οὕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τῆς Σμύρνης (κατεπείγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ Χριστοφόρος φθάσαι τῆς φιλοτιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις παραδοθεὶς, τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως ἐπιτύχῃ) προσέσχε τῇ Τρωάδι. εἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν διὰ Φιλίππων παρώδευσεν Μακεδονίαν, περὶ δὲ τὴν Ἤπειρον τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον, ἐν τοῖς παραθαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχὼν, ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τοῦ Τυρρηνικοῦ, καὶ παραμείβων νήσους τε καὶ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποτιόλων, αὐτὸς μὲν ἐξελθεῖν ἔσπευδεν, κατ' ἴχνος βαδίζειν ἐθέλων τοῦ Ἀποστόλου Παύλου. ὡς δὲ ἐπιπεσὸν βίαιον πνεῦμα οὐ συνεχώρει, τῆς νηὸς ἐκ πρύμνης ἐπειγομένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην, οὕτω παρέπλει. τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ οὐρίοις ἀνέμοις προσχρησάμενοι, ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι· τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαινεν σπεύδοντι θᾶττον ἀναχωρῆσαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν κύριον. καταπλεύσας γοῦν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων, μελλούσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδύτητος ἤχαλλον· ὁ δὲ Ἐπίσκοπος χαίρων κατεπείγουσιν ὑπήκουσεν.

5. Ἐκεῖθεν γοῦν ἐώθησαν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρτου. (διεπεφήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα·) σὺν αὐτῷ μὲν τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἠξιοῦντο τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας, φοβουμένοις δὲ διότι περ ἐπὶ θάνατον, ὁ τοιοῦτος ἤγετο. τισὶ δὲ καὶ παρήγγελλεν ἡσυχάζουσιν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν

* Hic tamen videtur deſignari ipſe dies IX. Kalendarum Septembrium, id eſt, 24. Auguſti, cum hæc verba *ante diem IX. Kalend.* nihil aliud indicent. uti videre eſt apud Noriſium in Cenotaph. Piſanis diſſert. 2. pag. 345. & Toinard. in notis ad Lactantii lib. de mort. perſec. quos conſule.

Digitized by Google

τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον, ὅς εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεὶς, καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν κύριον, οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, παρακαλέσας τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. εἶτα εὐθὺς ἐμβληθεὶς κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος, μελλουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν (ἦν γὰρ ἐπιφανὴς, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ τρισκαιδεκάτη, καθ' ἣν σπουδαίως συνήεσαν.) οὕτως θηρσὶν ὠμοῖς παρὰ τῷ ναῷ παρεβάλλετο, ὡς παρ' αὐτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦσθαι τὴν ἐπιθυμίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐπιθυμία δικαίου δεκτή· ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθὴς διὰ τῆς συλλογῆς τοῦ λειψάνου γένηται, καθὼς φθάσας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὴν ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν λίνῳ κατετέθη, θησαυρὸς ἀτίμητος ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα.

6. Ἐγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἰαννουαρίων, τουτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ὑπατευόντων παρὰ Ῥωμαίοις Σύρα καὶ * Σεδεκίου τὸ δεύτερον. τούτων αὐτόπται γενόμενοι, μετὰ δακρύων, κατ' οἶκόν τε παννυχίσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ γονυκλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν κύριον πληροφορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν, μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπτυσσόμενον ἡμᾶς ἐβλέπομεν, οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἑωρῶμεν τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος, ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ παραγενόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ κυρίῳ. μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων, ὑμνήσαντες τὸν Θεὸν τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερώσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου συναγόμενοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, καὶ τὸν τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

* Σ. Σενεκίω.

(oratione) fervebant, & aiebant, ſe compeſcere populum, ne virum juſtum ad necem quæreret, qoi ſtatim ea re ſpiritu cognita, omnibus ſalutatis, veram caritatem ab illis petiit, pluraque his, quæ epiſtola ſcripſerat, diſſeruit, & ſuadere conatus eſt, ne ſibi ad Dominum feſtinanti inviderent; ſicque genuflexis omnibus fratribus, Filium Dei obſecravit pro eccleſiis, pro perſecutionis ceſſatione, pro mutua fratrum in ſe invicem caritate, quo facto ad amphitheatrum cum feſtinatione ductus eſt. Deinde confeſtim immiſſus juxta pridem datum Cæſaris mandatum, fine ſpectaculorum imminente, (ſolemnis enim erat, ut putabant, Romana voce dicta tertia decima, qua ſtudioſe conveniebant) ita feris crudelibus juxta templum expoſitus eſt, ut illico ſancti martyris Ignatii deſiderium impleretur, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Deſiderium juſti acceptabile*, ut nempe nulli fratrum gravis fieret ob ſuarum reliquiarum collectionem, quomodo propriam conſummationem fieri prius in epiſtola optaverat. Solæ enim duriores ſanctarum ejus reliquiarum partes relictæ ſunt, quæ Antiochiam delatæ ſunt, & in ſudario depoſitæ, theſaurus ſane inæſtimabilis ob Martyris gratiam Eccleſiæ relictus. Prov. 10. 24.

VI. Hæc autem acta ſunt ante diem XIII. Kalendas Junuarias, hoc eſt, vigeſima die menſis Decembris, apud Romanos conſulibus Sura & * Sedecio ſecundum. Horum nos ipſi ſpectatores facti, cum lacrymis domi vigilem noctem duximus, & genibus flexis multis precibus Dominum orabamus, ut nos infirmos de iis quæ facta fuerant certos faceret. Poſtea cum paululum obdormiſſemus, alii quidem illum ſubito adſtantem noſque complectentem videbamus: alii rurſus nobis orantem beatum Ignatium cernebamus: alii vero ſudore ſtillantem, tamquam ex multo labore advenientem, & Domino aſſiſtentem intuebamur. Cum ergo multo cum gaudio iſta vidiſſemus & ſomniorum viſa contuliſſemus, Deum datorem bonorum laudavimus, & Sanctum beatum diximus, vobiſque diem & tempus indicavimus: ut tempore ejus martyrii convenientes, athletæ & generoſo Chriſti Martyri communicemus, qui diabolum conculcavit, & pii ſui deſiderii curſum perfecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per quem, & cum quo Patri gloria & potentia cum ſancto Spiritu in ſæcola. Amen.

* l. Senecio, ſeu Senecione.



Digitized by Google

## ADMONITIO

### In Paſſionem SS. Symphoroſæ &c.

*Acta Africano attributa.* 1. BEatæ Symphoroſæ filiorumque ejus martyrii Acta, quæ hic exhibemus, in manuſcriptis codicibus Julio Africano celeberrimo ſcriptori attribuuntur. Et quidem fieri potuit, ut in ejus libris de Chronographia, quos accuratiſſime ſcriptos fuiſſe teſtatur Euſebius lib. 6. Hiſtoriæ cap. 31. inſerta fuerint, cum in iis præcipuos eventus, qui ab orbe condito uſque ad Heliogabali Imperatoris tempora contigerant, retulerit. Verum cum id opus jamdudum perierit, an revera hæc Acta Africano ſint adſcribenda aſſerere non auſim, quamvis de eorum ſinceritate nullus videatur dubitandi locus. Ea vero proferimus ex Mombritii, Surii & Carduli editionibus cum duobus mſſ. codicibus Colbertinis, & uno Sorbonicæ bibliothecæ collatis.

*Martyrii occaſio.* 2. Horum ſanctorum neci occaſionem præbuit vicinia celeberrimi illius palatii, quod in villa Tiburtina ab Hadriano ædificatum fuiſſe teſtis eſt Spartianus. Cum enim Imperator hanc regiam domum, quam ſibi ad delicias conſtruxerat, neſcio quibus piacularibus ceremoniis luſtrari juſſiſſet, hanc occaſionem arripuere ſacerdotes Symphoroſam incuſandi, nihil omnino diis placitorum eſſe, niſi prius Symphoroſa aut iis ſacrificaret, aut ipſa ſacrificaretur. Quod ultimum Hadrianus, quem ſuperſtitioſiorem ex aliis ejus pluribus factis fuiſſe conſtat, exſecutus eſt circiter annum Chriſti CXX. id eſt, ſub Imperii ſui primordia: quo ſcilicet tempore, ut notat Dio Caſſius, iſte Imperator plurimas cædes fecit.

3. Ceterum horum Martyrum memoria in antiquiſſimis quibuſque Martyrologiis celebratur, quamvis diverſis diebus. Romanum quippe cum Notkero eos recolit die 18. Julii, Rabanus die 21. ejuſdem menſis, Uſuardus & Ado die 21. menſis Junii. In via Tiburtina ſuperſunt adhuc rudera veteris Eccleſiæ, ut Aringhus notat lib. 4. Romæ ſubterraneæ cap. 17. quæ olim ſub eorum nomine Deo conſecrata fuerat, hactenuſque *ad ſeptem fratres* vocabulum retinet. Eam autem in eo loco conſtructam fuiſſe non dubito, quem Pontifices in Actis infra num. 4. *ad ſeptem Biothanatos*, id eſt violenta morte peremtos, ut notat Baronius ad annum 138. appellarunt. *Memoria.*

---

*Anno Chriſti circ. 120.*

## PASSIO SANCTÆ SYMPHOROSÆ,

### & ſeptem filiorum ejus.

*Ex editis & tribus codicibus mſſ.*

I. CUm fabricaſſet Hadrianus palatium, & id dedicare vellet ritu illo nefario, cœpiſſetque ſacrificiis idolorum ac dæmonum qui in idolis habitant, flagitare reſponſa; responderunt & [1] dixerunt: SYMPHOROSA vidua cum ſeptem filiis ſuis laniat nos quotidie invocando Deum ſuum. Iſta itaque ſi cum filiis ſuis ſacrificaverit, promittimus nos omnia præſtare, quæ petitis. Tunc Hadrianus juſſit eam teneri cum filiis, & blandis eos ſermonibus hortabatur, ut ad ſacrificandum idolis conſentirent. Cui beata Symphoroſa dixit: *Vir meus GETULIUS* [2], *cum fratre ſuo AMANTIO, tribuni tui cum eſſent, pro Chriſti nomine paſſi ſunt diverſa ſupplicia, ne idolis conſentirent ad immolandum, & quaſi boni athletæ dæmones tuos moriendo vicerunt. Elegerunt enim magis decollari quam vinci, paſſi mortem, quæ pro nomine Chriſti ſuſcepta, inter homines terrenos quidem ignominiam eis peperit temporalem, inter Angelos vero decus & gloriam ſempiternam: inter quos nunc gradientes, & tropæa* *Symphoroſæ vir & ipſius frater Martyres.*

paſſio-

1 Confer Euſeb. lib. 4. vitæ Conſtantin. cap. 40.
2 Eorum memoriam celebrant Martyrologia ad diem 18. Julii, quo etiam die Surius & Bollandiani eorum Acta exhibent. In mſ. Colbertino, *Vir meus Zoticus cum fratre ſuo Amantio tribuno tuo cum eſſent ambo ...*

*paſſionum ſuarum dantes* [3], *cum æterno Rege vita æterna fruuntur in cælis*.

*Ejus conſtantia.*

II. Hadrianus Imperator dixit ad ſanctam Symphoroſam: Aut cum filiis tuis ſacrifica diis omnipotentibus, aut te ipſam cum filiis tuis ſacrificari faciam. Beata Symphoroſa [4] reſpondit: *Et unde mihi tantum boni, ut ego merear cum filiis meis offerri hoſtia Deo?* Hadrianus Imperator dixit: Ego te diis meis ſacrificari faciam. Beata Symphoroſa reſpondit: *Dii tui me in ſacrificium accipere non poſſunt: ſed ſi pro nomine CHRISTI DEI mei incenſa fuero, illos dæmones tuos magis exuro.* Hadrianus Imperator dixit: Elige tibi unum ex duobus; aut ſacrifica diis meis, aut malo interitu finieris. Beata Symphoroſa reſpondit: *Tu exiſtimas quod poſſit animus meus aliquo terrore mutari, cum ego deſiderem cum viro meo GETULIO* [5], *quem pro Chriſti nomine interfeciſti, requieſcere.* Tunc Hadrianus Imperator juſſit eam duci ad fanum Herculis, & ibi primo alapis cædi, & poſt hæc capillis ſuſpendi. Sed cum nulla ratione nulloque timore poſſet eam a bono propoſito revocare; juſſit eam alligato ad collum ingenti ſaxo in flumen præcipitari. Cujus corpus colligens frater ejus Eugenius, principalis curiæ Tiburtinæ, in ſuburbana ejuſdem civitatis ſepelivit.

*Chriſtus Deus noſter.*

*Præcipitatur in flumen.*

*Septem fratres variis modis interficiuntur.*

III. Alia vero die juſſit Hadrianus Imperator, ſimul omnes ſeptem filios ejus ſibi præſentari. quos cum ad ſacrificandum idolis provocaret, & nullo pacto eos videret ſuis minis atque terroribus conſentire, juſſit circa Herculis templum ſeptem ſtipites figi, & ibi eos ad trochleas extendi. Et primum CRESCENTEM præcepit in gutture transfigi; ſecundum JULIANUM in pectore pungi; tertium NEMESIUM in corde percuti; quartum PRIMITIVUM in umbilico vulnerari; quintum JUSTINUM averſum per dorſum perforari gladio; ſextum STRACTEUM [6] in latere vulnerari; ſeptimum vero EUGENIUM a ſummo uſque deorſum findi.

IV. Altera vero die veniens Hadrianus Imperator ad fanum Herculis, juſſit corpora eorum ſimul auferri, & projici in ſoveam altam, & impoſuerunt Pontifices nomen loco illi, Ad ſeptem Biothanatos [7]. Poſt hæc quievit perſecutio anno uno, & menſibus ſex; in quo ſpatio omnium Martyrum honorata ſunt ſancta corpora, & conſtructis tumulis condita cum omni diligentia, quorum nomina deſcripta ſunt in libro vitæ. Natalis vero ſanctorum Martyrum Chriſti beatæ Symphoroſæ & ſeptem filiorum ejus Creſcentis, Juliani, Nemeſii, Primitivi, Juſtini, Stractei & Eugenii, celebratur ſub die XV. Kalendas Auguſti. Eorum corpora requieſcunt in via Tiburtina milliario ab urbe octavo *, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Dies feſtus.*

* *al. nono.*

3 Cod. Colbert. *tropæa paſſionum ſuarum laudantes*.
4 Hæc reſponſio cum ſequenti interrogatione deeſt in cod. Colbertino.
5 Sur. Cardulus & cod. Colbertin. *Zotico*.
6 Cod. Colbertin *Eſtaſteum*. Edit. Carduli *Staſteum*, quo nomine ab omnibus infra deſignatur.
7 In uno cod. Colbertin. & alio ex Sorbona, hic aliqua inſerta ſunt de morte Hadriani, quam paullo poſt horum Martyrum necem contigiſſe ibi refertur.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem SS. Felicitatis &c.

*Acta a S. Greg. M. laudata.*

I. ECce alterum matrum Chriſtianarum exemplar, ſancta ſcilicet Felicitas, quæ per martyrium ſeptem filios genuit Chriſto, quos prius carne mundo pepererat. Eorum Acta ex pluribus codd. mſſ. cum Surio & Ughello collata proferimus, quæ ſane eadem eſſe cum *Geſtis emendatioribus*, quæ Gregorius Magnus laudat in Homilia 3. ſuper Evangelia, nemo inficiabitur qui ea ſimul inter ſe contulerit. Quod ut evidenter pateat, ſufficiet hic loca inſigniora ſancti Gregorii proferre. *Adeſt*, inquit, *beata Felicitas, cujus hodie natalitia celebramus, quæ credendo extitit ancilla Chri-*

*na Chriſti, & prædicando facta eſt mater Chriſti. Septem quippe filios, ſicut in geſtis ejus emendatioribus legitur, ſic poſt ſe timuit vivos in carne relinquere, ſicut carnales parentes ſolent metuere ne mortuos præmittant.* Hæc poſtea ex ejus geſtis ſic probat. *In perſecutionis enim labore deprehenſa, filiorum corda in amore ſupernæ patriæ prædicando roboravit... ſeptem pignoribus ad regnum præmiſſis, toties ante ſe mortua: ad pœnas prima venit, ſed pervenit octava.* Quæ quidem omnia fuſius in his Actis enarrantur.

Ejus laudes.

2. Hanc autem beatæ Felicitatis conſtantiam multis laudibus extollit in eadem Homilia beatus Pontifex, ubi eam non modo martyrem, ſed *pluſquam martyrem* & *ultra martyrem* appellari debere probat, utpote quæ in filiis ſuis multiplex martyrium ſuſtinuerit. Eadem fere antea dixerat ſanctus Petrus, cognomento Chryſologus, Epiſcopus Ravennas ſerm. 134. *Diſcurrebat*, inquit, *lætior inter confoſſa cadavera, quam inter cunabula cara filiorum, quia internis oculis tot cernebat bravia, quot vulnera; quot tormenta tot præmia; quot victimas tot coronas.*

Memoria ejus celebris.

3. Ex his facile eſt judicare, celebrem olim fuiſſe beatæ Felicitatis memoriam, in cujus die feſto Homiliam ſupra laudatam habuit ſanctus Gregorius, in baſilica ſub ejuſdem ſanctæ mulieris nomine Deo dicata. Olim etiam ſub ipſius titulo cœmeterium Romæ exſtitiſſe notat Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum. Ejus feſtum tum antiqua Martyrologia, tum etiam beati Gregorii Sacramentarium ab ejus filiorum feſto diſtinguunt; quæ matris memoriam ad diem vigeſimum tertium Novembris, filiorum vero ad Julii decimum referunt: quo die eorumdem memoria in antiquiſſimo Martyrologio Bucheriano annotatur. Ejus verba, cum loca ubi ſinguli celebrantur deſignent, huc referre viſum eſt. *Sexto idus* Julii*: Felicis & Philippi in Priſcillæ: & in Jordanorum Martialis, Vitalis, Alexandri; & in Maximi, Silani, (hunc Silanum martyrem Novati furati ſunt) & in Prætextati Januarii.* Sanctus Anno Colonienſis Archiepiſcopus monaſterium in honorem Sancti Alexandri ejuſque fratrum condidit in Weſtphalia, ſæculo undecimo, ut in ejus vita narratur apud Surium die 4. Decemb. Paſſi ſunt hi Martyres circa annum CL. ſub Publio Urbis Præfecto, & Antonino Pio Imperatore; ſub quo etſi placidiſſimo principe martyria non defuerunt. Certe primo ejus anni imperio paſſus eſt Theleſphorus Romanus Pontifex, quem *glorioſiſſime martyrium feciſſe* non ſolum Euſebius in Chronico & libro 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 6. ſed etiam ſanctus Irenæus ipſi fere coæqualis lib. 3. adverſus hæreſ. cap. 3. atteſtantur.

---

Anno Christi circ. 150.

## PASSIO SANCTÆ FELICITATIS
## & ſeptem Filiorum ejus.

*Ex compluribus codd. mſſ. & editis.*

I. TEmporibus Antonini Imperatoris orta eſt ſeditio Pontificum, & FELICITAS illuſtris femina cum ſeptem filiis ſuis Chriſtianiſſimis tenta eſt. Quæ in viduitate permanens, Deo ſuam voverat caſtitatem, die noctuque orationibus vacans, magnam de ſe ædificationem caſtis mentibus dabat. Videntes autem Pontifices præconia Chriſtiani nominis per eam proſeciſſe, ſuggeſſerunt de ea Antonino Auguſto, dicentes: Contra ſalutem veſtram mulier hæc vidua cum filiis ſuis diis noſtris inſultat: quæ ſi non venerata fuerit deos, ſciat pietas veſtra deos noſtros ſic iraſci, ut penitus placari non poſſint. Tunc Imperator Antoninus injunxit Præfecto Urbis Publio, ut eam compelleret cum filiis ſuis deorum ſuorum iras ſacrificiis mitigare. Publius itaque Præfectus Urbis juſſit eam privatim adduci: & blando colloquio ad ſacrificium eam provocans, minabatur pœnarum interitum. Cui Felicitas dixit: *Nec blandimentis tuis reſolvi potero, nec terroribus tuis frangi. Habeo enim* SPIRITUM SANCTUM, *qui me non permittit vinci a diabolo; & ideo ſecura ſum, quia viva te ſuperabo* [a]; *& ſi interfecta fuero, melius te vincam occiſa.* Publius dixit, Miſera ſi tibi ſuave eſt mori, vel filios tuos fac vivere. Felicitas reſpondit: *Vivent filii mei, ſi non ſacri-*

Felicitas a Pontificibus delata.

[a] Cod. Colbert. vivens non ſuperabo.

*ſacrificaverint idolis: ſi vero hoc tantum ſcelus admiſerint, in æternum ibunt interitum.*

II. Poſtera namque [2] die Publius ſedit in foro Martis, & juſſit eam adduci cum filiis ſuis, cui & dixit: Miſerere filiis tuis, juvenibus bonis, & flore primo juventutis florentibus. Reſpondit Felicitas: *Miſericordia tua impietas eſt; & exhortatio tua crudelitas eſt*. Et conversa ad filios ſuos dixit: *Videte, filii, cælum, & ſurſum adſpicite, ibi vos exſpectat Chriſtus cum ſanctis ſuis. Pugnate pro animabus veſtris, & fideles vos in amore Chriſti exhibete*. Audiens hæc Publius, juſſit eam alapis cædi, dicens: Auſa es, me præſente, iſta monita dare, ut dominorum noſtrorum juſſa contemnant?

*Coram Præfecto filios hortatur.*

III. Tunc vocavit primum filium ejus, nomine JANUARIUM: & infinita illi promittens bona præſentia, ſimul etiam verbera minabatur, ſi ſacrificare idolis contemſiſſet. Januarius reſpondit: *Stulta ſuades: nam ſapientia Domini mei me conſervat* [3], *& faciet hæc omnia ſuperare*. Statim judex juſſit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Secundum vero ejus filium, FELICEM nomine, admoveri præcepit. Quem cum hortaretur Publius ad immolandum idolis, conſtanter dixit: *Unus eſt Deus quem colimus, cui ſacrificium piæ devotionis offerimus. Vide ne tu credas, me, aut aliquem fratrum meorum, a Domini Jeſu Chriſti amore recedere. Immineant verbera, ſtent* [4] *cruenta conſilia; fides noſtra nec vinci poteſt, nec mutari*. Et iſto amoto, juſſit tertium filium, nomine PHILIPPUM, applicari. Cui cum diceret: Dominus noſter Imperator Antoninus juſſit ut diis omnipotentibus immoletis. Reſpondit Philippus: *Iſti nec dii ſunt, nec omnipotentes; ſed ſunt ſimulacra vana & miſera & inſenſibilia: & qui eis ſacrificare voluerint, in æterno erunt periculo*. Et amoto Philippo juſſit ad ſe adduci quartum, SILVANUM [5] nomine, cui ſic ait: Ut video convenit vobis cum peſſima matre veſtra hoc conſilium, ut præcepta Principum contemnentes, omnis ſimul curratis in interitum [6]. Reſpondit Silvanus: *Nos ſi tranſitorium timuerimus interitum, æternum incurremus ſupplicium. Sed quia vere novimus quæ præmia ſint parata juſtis, & quæ ſit pœna conſtituta peccatoribus, idcirco ſecuri contemnimus legem humanam* [7], *ut juſſa divina ſervemus. Idola enim contemnentes, Deo omnipotenti famulantes, vitam æternam invenient; adorantes autem dæmonia, cum ipſis in interitu erunt, & in incendio ſempiterno*. Amoto Silvano juſſit quintum præſto eſſe ALEXANDRUM, cui dixit: Miſereberis ætati tuæ, & vitæ in infantia poſitæ, ſi non fueris rebellis, & ſecutus fueris ea, quæ ſunt regi noſtro Antonino gratiſſima. Unde ſacrifica diis, ut poſſis amicus Auguſtorum fieri, & vitam habere & gratiam. Reſpondit Alexander: *Ego ſervus Chriſti ſum. Hunc ore confiteor, corde teneo, inceſſanter adoro. Infirma autem ætas quam cernis, canam habet prudentiam, ſi UNUM DEUM colat. Dii autem tui cum cultoribus ſuis erunt in interitu ſempiterno*. Iſto amoto, juſſit ſextum VITALEM applicari, cui & dixit: Forte vel tu optas vivere, & non abire in interitum. Reſpondit Vitalis: *Quis eſt qui optat melius vivere? qui verum Deum colit, an qui dæmonem cupit habere propitium*? Publius dixit: Et quis eſt dæmon? Vitalis reſpondit: *Omnes dii gentium dæmones ſunt, & quicumque* [8] *eos colunt*. Hoc quoque amoto, juſſit ſeptimum MARTIALEM ingredi, eique dixit: Crudelitatis veſtræ factores [*] effecti, Auguſtorum inſtituta contemnitis, & in veſtra pernicie permanetis. Reſpondit Martialis: *O ſi noſſes quæ pœnæ idolorum cultoribus parata ſunt!* Sed

*Qui Chriſtum confitentur.*

*Deus colitur Chriſtus.*

*Chriſtus adoratur Deus.*

[*] *Colb. 1. fautores.*

2 Sic codd. 3. Colbert. cum Ughello; ceteri, *Alia die*.
3 Ughell. *confortat*.
4 Hunc locum in aliis mſſ. & editis mendoſum ſic ex 1. cod. Colbert reſtituimus. Alter Colb. habet: *Ecce imminent verbera & injuſta conſilia*.
5 Hunc Surius cum Ughello & 2. cod. Colbert. *Silanum* appellant, cod. Foſſat. *Sillanum*. Ceteri vero *Silvanum*.
6 Sic cod. Fulienſ cum uno Colbert. & 1. German. Alii habent, *horrorvatis interitum*. Surius vero, *incurratis*.
7 Sic, & optime, 1. Colbert. Alii tam editi quam mſſ *Romanam*. Et paullo poſt Colb. unus habet: *Idola contemnentes, ut Deo omnipotenti famulantes vitam æternam inveniamus*.
8 In 1. Colbert. deeſt *& quicumque eos colunt*.

*Sed adhuc differt Deus iram ſuam in* [9] *vos & Idola veſtra demonſtrare. Omnes enim qui non confitentur CHRISTUM, VERUM eſſe DEUM, in ignem æternum mittentur.* Tunc Publius juſſit & hunc ſeptimum amoveri, & geſta omnia ſcripta per ordinem Imperatori ſuggeſſit.

*Chriſtus Deus verus.*

IV. Antoninus vero miſit eos ad diverſos judices, ut variis ſuppliciis afficerentur. E quibus unus judex primum fratrem plumbatis occidit: alter ſecundum & tertium fuſtibus mactavit: alius quartum præcipitio interemit; alius in quintum ſextum & ſeptimum capitalem fecit ſubire ſententiam; alius [10] matrem illorum capite truncari juſſit. Et ita diverſis ſuppliciis interemti, omnes effecti ſunt victores & Martyres Chriſti, & cum matre triumphantes, ad præmia in cælis percipienda convolarunt, qui pro Dei amore minas hominum, pœnas & verbera contemnentes, Chriſti amici facti ſunt in regno cælorum: qui cum Patre & Spiritu ſancto, vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

*SS. Trinitatis.*

9 Codd. Colbert. quinque, Conchenſ. & 3. German. habent, *Vobis & Idolis veſtris*. Et infra Colb. unus habet, *ſuggeſſit Regi Antonino*.
10 Sic in 3 German. cui Ughelli lectio conſentit. *Et paulo poſt ab alio juſſa eſt decollari*. quod habet etiam codex S. Mariani Autiſiodor. In uno cod. Colbert. dicitur *primo ab uno Judice occiſo, deinde primus filius ab alio* &c. At in aliis edit. & mſſ. jungitur cum tribus ultimis filiis.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti Polycarpi.

*Epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis.*

I. INter præcipua ſacræ antiquitatis monumenta, quæ ex primis Eccleſiæ temporibus ad noſtram uſque ætatem pervenerunt, jure merito computatur illa egregia epiſtola, quam de beati POLYCARPI martyrio Eccleſia Smyrnenſis, cui præfuerat, conſcripſit. Hanc tanti fecit Euſebius Cæſarienſis, ut maximam ejus partem hiſtoriæ ſuæ inſerendi *neceſſarium putaverit*, lib. 4. cap. 15. ut ſi ejus exemplaria, quæ tunc circumferebantur, aliquando perirent, præcipua ſaltem capita Paſſionis tanti viri ex ſuis libris haberentur. At divina providentia factum eſt, ut eam Epiſtolam integram haberemus, quam aliquot abhinc annis e mſſ. codd. erutam viri eruditiſſimi Uſſerius Armachanus Londini, & Johannes Baptiſta Cotelerius Pariſiis, græce & latine ediderunt, ut nihil de ipſius ſupplementis dicam, quæ Henricus Valeſius in notis ad Euſebii hiſtoriam evulgavit. Verum præ aliis Latinis verſionibus id habet Uſſeriana, quod omnium omnino aliarum longe antiquiſſima ſit, utpote quæ non multo poſt Euſebii tempora facta fuerit, quamque exiſtimat Uſſerius ipſam eamdem eſſe, quæ olim in Eccleſia Gallicana, ut refert Gregorius Turonenſis Epiſcopus, lib. 1. de gloria Martyrum cap. 86. legebatur; quam idem cum duobus codd. mſſ. uno ſcilicet Colbertino, altero monaſterii Pratellenſis collatam, cuicumque alteri præferre non dubitavimus.

2. Cum vero in hac Epiſtola ea ſolummodo habeantur quæ ad beati Polycarpi martyrium pertinent, operæ pretium viſum eſt aliqua de ejus vita & geſtis proferre, quæ ex certis & probaris auctoribus colligemus, præcipueque ex Irenæo Lugdunenſium antiſtite, qui priuſquam in Gallias veniret, ejus ſancti viri diſcipulus fuerat. Hæc autem refert apud Euſebium lib. 5. Hiſt. cap. 20. de ſummo ſtudio, quo tenebatur vir ille apoſtolicus, ut inſtitutiones & fidei dogmata ab Apoſtolis Eccleſiæ tradita retinerentur, ſcribens ad Florinum quemdam, qui ad Valentini partes tranſierat. *Vidi te*, inquit, *cum adhuc puer eſſem in inferiore Aſia apud Polycarpum ſplendide agentem in palatio, & magnopere laborantem, ut te illi approbares. Etenim ea quæ tunc temporis geſta ſunt, melius memoria teneo, quam illa quæ nuper acciderunt. (Quippe ea quæ pueri didicimus, ſimul cum animo ipſo coaleſcunt, eique penitus inhærent.) Adeo ut & locum ipſum poſſim dicere, in quo beatiſſimus Polycarpus ſedens diſſerebat; proceſſus quoque ejus & ingreſſus, vitæque totius formam, & corporis ſpeciem, ſermones denique quos ad populos habebat, & familiarem conſuetudinem, quæ illi cum Johanne, ut narrabat, & cum reliquis qui Dominum vidiſſent, interceſſerat; & qualiter illorum dicta commemorabat, & quæcumque de Domino ab iiſdem audierat. De miraculis quoque illius atque doctrina, prout ab iis qui Verbum vitæ ipſi conſpexerant, Polycarpus acceperat, eodem prorſus modo referebat, in omnibus cum Scriptura ſacra conſen-*

*Polycarpum Irenæus vidit.*

*ſentiens. Hæc ego, divina mihi largiente clementia, tunc ſtudioſius audiebam, non in charta, ſed in corde meo audita deſcribens; eademque per Dei gratiam aſſidue repeto ac revolvo. Et in conſpectu Dei affirmare poſſum, beatum illum & apoſtolicum Presbyterum, ſi quid ejuſmodi umquam audiiſſet, exclamaturum continuo, & obturatis auribus ſuis dicturum fuiſſe, prout ipſi moris erat:* Deus bone, quæ me in tempora reſervaſti, *ut hæc ſuſtinerem? atque ex loco ipſo aufugiturum, in quo ſeu ſtans, ſed ſedens, ejuſmodi ſermones audiiſſet.* Idem lib. 3. adverſus hæreſes cap. 3. teſtatur hunc eumdem beatum virum, *non ſolum ab Apoſtolis edoctum, & converſatum cum multis ex iis qui Dominum noſtrum viderunt; ſed etiam ab Apoſtolis in Aſia, in ea quæ eſt Smyrnis Eccleſia conſtitutum fuiſſe Epiſcopum.* quem ſummum veritatis catholicæ aſſertorem fuiſſe aſſerit his verbis: *Hic docuit ſemper quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſiæ tradidit, & ſola ſunt vera; & teſtimonium his perhibent quæ ſunt in Aſia Eccleſiæ omnes, & qui uſque adhuc ſucceſſerunt Polycarpo.* Nihil vero magis ejus adverſus hæreſes odium probat quam celebre illud reſponſum, quod Marcioni hæreſiarchæ dedit Romæ, quærenti ab ipſo an eum cognoſceret, aſſerens ſe quidem cognoſcere *primogenitum ſatanæ.* Quem agendi cum hæreticis modum exemplo Johannis Evangeliſtæ comprobare ſolebat, qui cum Cerinthum in balneo ſe lavantem reperiſſet, protinus aufugit, *ne,* inquiens, *balneum concidat, cum intus ſit Cerinthus inimicus veritatis.* Hæc ibi Irenæus.

*Apoſtolorum diſcipulus.*

*Marcionitas Romæ convertit.*

3. Nemo tamen inde ita Polycarpum adverſus hæreticos affectum fuiſſe ſibi perſuadeat, ut eos ad Eccleſiam revertentes aliquando repulerit: cum e contrario totus incumberet, ut quos audierat a fide deſeciſſe, ii ad veritatem revocarentur. Id Romæ contigiſſe ſcribit Irenæus cap. 3. jam laudato. nam cum Marcion ea in urbe multos e Chriſtianis ſuis fallacibus prophetiis decepiſſet, eoſdem Polycarpus ad Eccleſiam reduxit, conſtanter affirmando, hanc doctrinam, quam *Eccleſiæ tradebat,* ſe ab Apoſtolis accepiſſe. Hinc ibi tanto in honore habitus eſt, ut Anicetus Urbis Pontifex, teſte eodem Irenæo apud Euſebium lib. 5. cap. 24. ei *in Eccleſia conſecrandi munus, honoris cauſa, conceſſerit,* ideſt, in publico omnium fidelium conventu ſui loco pontificalia munia obeundi. Nec controverſia, quæ inter eos intercedebat, de Paſchatis celebrandi die, communionem diſrupit, aut aliquatenus imminuit caritatem. Nam cum neuter alterum in ſuam ſententiam pertrahere potuiſſet, *cum pace a ſe invicem diſceſſerunt.*

*Ibi honoratur.*

4. Ex his liquet, Polycarpum non immerito Eccleſiarum *totius Aſiæ principem* ab Hieronymo appellatum fuiſſe in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, quo ſimili titulo, adhuc in vivis agentem tam ab ethnicis, quam a Chriſtianis vulgo donatum fuiſſe, teſtatur epiſtola, quam infra ſumus edituri. Sed & Ignatius martyr, quem Polycarpus Romam adeuntem ſuſceperat, cuique morti proximus Eccleſiæ ſuæ Antiochenæ curam commiſit, eum *dignum Deo Epiſcopum* appellat in epiſtola ad Smyrnenſes. Unde mirum videri non debet, quod Polycrates Epheſiorum Epiſcopus in epiſtola, quam ad Victorem Papam Romanum ſcripſit, primum poſt Apoſtolum Johannem locum inter illuſtriores Aſiæ viros Polycarpo conceſſerit. *Etenim,* inquit apud Euſebium Hiſtoriæ lib. 5. cap. 24. *in Aſia magna quædam lumina exſtincta ſunt.* PHILIPPUS *unus e duodecim Apoſtolis* ... JONANNES *qui in ſinu Domini recubuit* ... POLYCARPUS *quoque qui apud Smyrnam Epiſcopus & martyr fuit, itemque* THRASEAS *Eumeniæ Epiſcopus & martyr, qui Smyrnæ requieſcit. Quid* SAGARIM *Epiſcopum eumdemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ eſt mortuus? Quid beatum* PAPYRIUM? *quid* MELITONEM *&c.* Porro Thraſeæ & Sagaris vetera Martyrologia meminerunt, Thraſeæ quidem die quinta Octobris, Sagaris vero die ſequenti, cujus martyrium Melito hic memoratus Sardenſium Epiſcopus, in Apologia apud Euſebium lib. 4. cap 26. contigiſſe refert ſub Servilio Paulo Aſiæ Proconſule, tempore Antonini Imp. ſcilicet M. Aurelii. Ad quod etiam tempus referendum eſſe Thraſeæ martyrium patet ex Apollonii libro contra Montaniſtas apud Euſebium lib. 5. Hiſt. cap. 18.

*Polycarpi laudes ex SS. Patribus.*

*Thraſeas & Sagaris martyres.*

5. Non verbis tantum, ſed etiam ſcriptis aliquot Eccleſiam illuſtravit Polycarpus. At ex variis epiſtolis quas Irenæus epiſtola ſuperius laudata affirmat ab eo ad vicinas Eccleſias, aut quoſdam ex fratribus ſcriptas fuiſſe, unica tantummodo ſupereſt, de cujus ſinceritate dubitare non liceat. Ea eſt quæ ad Philippenſes inſcribitur, cujus hoc elogium Irenæus libro 3. cap. 3. laudato & apud Euſebium libro 4. hiſt. cap. 14. ita ſcribit. *Exſtat epiſtola Polycarpi ad Philippenſes luculentiſſima, ex qua quicumque ſalutis ſuæ curam gerunt, poterunt, ſi volent, & formam fidei illius, & prædicationem veritatis cognoſcere.* Eamdem epiſtolam in Aſiæ conventibus ſuo tempore legi ſolitam fuiſſe teſtatur Hieronymus in Catalogo. Tota ſacræ Scripturæ textibus referta eſt, ac viri plane apoſtolici genium ſpirat,

*Ejus ſcripta.*

D in

in qua fideles ad varias virtutes adhortatot. Viros quoſdam ſanctos, qui apud eos celebres fuerant, in memoriam revocat, quos paſſionibus Chriſti communicaſſe dicit, ut eorum exemplo ad patientiam amplectendam permoveantur. Inter alios recenſet RUFUM ac ZOZIMUM, de quibus Martyrologium Romanum agit die 18. menſis Decembris. Sed beati viri verba ex ejus epiſtolæ fragmento, quod apud Euſebium libro 3. cap. 36. habetur, reſerenda ſunt, quibus innuit, hos ſanctos viros cum aliis Philippenſibus civibus martyrio coronatos fuiſſe, aut ſaltem multa toleraſſe. *Obſecro*, inquit, *vos omnes, ut pareatis præpoſitis veſtris, omnemque patientiam exerceatis, quam ſpectaſtis, non ſolum in Ignatio, Rufo, ac Zozimo viris beatiſſimis, ſed etiam in aliis civibus atque inquilinis veſtris, & in ipſo præcipue Paulo, ceteriſque Apoſtolis, pro certo habentes, quod hi omnes non fruſtra cucurrerunt, ſed in fide ac juſtitia ingreſſi ad locum ſibi a Deo debitum pervenerunt, quandoquidem & paſſionum ejus participes exſtiterant.*

*Rufus, Zozimus, & alii Mart.*

6. De Polycarpi paſſionis die & anno, tam diverſe inter ſe ſentiunt omnes, cum veteres, tum recentiores hiſtorici, ut vix ea de re aliquid certi ſtatui poſſit. Græci ejus feſtum recolunt die vigeſima-tertia Februarii; Latini vero die Januarii vigeſima-ſexta. Utrobique ambages; cum neutra dies cohæreat aliis chronologicis notis, quæ etiam variæ a variis aſſignantur. Sane ſi compertum nobis eſſet quid *Magni ſabbati nomine* intellexerint Smyrnenſis epiſtolæ ſcriptores, quo die omnes Polycarpum paſſum volunt; aliqua fortaſſis lux inde nobis affulgeret: at cum de ejus nominis interpretatione eruditi inter ſe non conveniant, ſingulæque ſententiæ ſuas patiantur difficultates, res novis ambagibus involvitur. Incertus dies annum quoque reddit incertum. Alii annum CLXIX. aſſignant, alii vero, & quidem, ut mihi videtur, probabilius, CLXVI. Henricus Valeſius annum ſeptimum M. Aurelii Imperatoris. Quam ſententiam probat non ſolum ex Euſebii Chronico, verum etiam ex Ariſtidis Polycarpo coæqualis orationibus ſacris 1. & 4. ex quibus nititur oſtendere vir eruditus, Quadratum, ſub quo Polycarpus paſſus eſt, eo anno Aſiæ proconſulatum geſſiſſe. Qui plura de his videre cupit, ipſum Valeſium adeat in notis ad cap. 15. lib. 4. Euſebianæ hiſtoriæ, Uſſerium in notis ad Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtolam, Halloixium in cap. 12. vitæ ſancti Polycarpi, Pearſonium Diſſert. 2. de Epiſcopis Romanis cap. 18. ac demum Johannem Bollandum ad diem 26. Januarii, ubi de his difficultatibus fuſius agitur.

*Quo die & anno paſſus ſit.*

7. Smyrnenſium epiſtolæ PIONII martyrium ſubjunxit Euſebius. Unde aliqui aſſeruerunt, Pionum & Polycarpum eodem tempore apud Smyrnam paſſos fuiſſe, maxime cum id expreſſis verbis habeatur in Chronico Euſebiano Latinarum editionum. At Henricus Valeſius, & cum eo viri eruditi, Pionii mortem ad Decii tempus eſſe referendam contendunt, ſub quo certum eſt Pionium presbyterum Smyrnæ glorioſum martyrium conſummaſſe. Mihi vero ſuſpicio aliquando nata eſt, duos fuiſſe Pionios martyres Smyrnenſes, quorum unus, de quo hic Euſebius, ſub Antonino paſſus fuerit; alter vero, ut ex actis ejus ſinceris certum eſt, ſub Decio. At cum deprehendiſſem ea quæ in Actis poſterioribus hujus Pionii referuntur, priori Pionio ab Euſebio attributa fuiſſe; facile inducor in Valeſii ſententiam, unicum ſolummodo Pionium fuiſſe, cujus cum acta Polycarpi martyrio ſubjuncta fuerint, quidam incaute eos uno eodemque tempore paſſos fuiſſe exiſtimarunt; idque mendum poſtea in Euſebii Chronicon irrepſit.

*Alii Martyres Polycarpo adjuncti.*

8. Idem judicium Godefridi Henſchenii ad diem XIII. Martii Bollandiani, de ſanctis Carpo & aliis martyribus Pergamenſibus, quos pariter ſub Antonini temporibus paſſos fuiſſe affirmare videtur Euſebius, ſæpius laudato cap. 15. lib. 4. hiſtoriæ, his verbis: *Aliorum præterea qui in urbe Aſiæ Pergamo ſub id tempus martyrium paſſi ſunt, Acta etiamnum circumferuntur*, CARPI *videlicet*, PAPULI, *& mulieris cujuſdem* AGATHONICÆ, *qui poſt multas atque illuſtres fidei noſtræ confeſſiones glorioſo exitu conſummati ſunt*. Si hæc Acta quæ laudat Euſebius haberentur, brevi ſolveretur tota difficultas: ſed cum ea quæ Henſchenius profert, etiam ipſius judicio certa non ſint; res in dubio manet, maxime cum vetera Martyrologia iſtos Martyres ſub Antonino Vero & Aurelio Commodo paſſos fuiſſe teſtentur; immo & fortaſſe quis temere non exiſtimaret, Papulum illum, quem Diaconum fuiſſe dicit Nicephorus lib. 3. hiſtoriæ cap. 36. eumdem eſſe qui a Polycrate in epiſtola ad Victorem laudata *Papyrius* dicitur. Quem enim Papulum hic Euſebius; poſt Rufinum lib. 4. Hiſt. Eccleſiaſticæ capite 15. Ado, Notkerus & alii appellant *Papyrium*. Ex cujus etiam Rufini verbis multas mulieres cum Agathonica paſſas fuiſſe memorant.

EPISTO-

Digitized by Google

Anno Chriſti 166.

## EPISTOLA ECCLESIÆ SMYRNENSIS,

### De Martyrio ſancti Polycarpi Epiſcopi & ſociorum ejus.

*Ex codd. mſſ. cum editione Uſſeriana collatis.*

I. Eccleſia Dei quæ eſt apud Smyrnam, Eccleſiæ Dei conſtitutæ apud Philomelium [1] & omnibus quæ ubique ſunt ſanctis Eccleſiis Catholicis, miſericordia & pax & caritas Dei Patris ac Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis multiplicetur. Scripſimus vobis fratres de MARTYRIBUS, & de beato POLYCARPO, qui per [2] ſignaculum fidei, perſecutionem ſedavit inimici. Omnia enim quæ tranſacta ſunt, Domino auctore prædicta ſunt ſecundum Evangelium ſuum, in quo quid ſequi debeamus oſtendit. In quo ſe & tradi paſſus eſt, & cruci, per quam nos liberaremur, affigi. Æmulos nos ergo ſibi eſſe voluit; ac primus virtute cæleſti, injuſtorum juſtus obtemperavit arbitrio [3]; dans ſcilicet ſecuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis ſe præbendo, ne oneroſus præceptor a quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quæ aliis perferenda mandavit: qui omnes ita formavit & docuit, ut non ſolum nos ipſos, ſed etiam per nos fratres ſingulos ſalvaremus.

Chriſtus Martyrum exemplar.

II. Beatæ enim paſſiones cæleſtia tolerantibus regna parturiunt, & poſt contemta hæc omnia, opes, honores, parentes, coronæ conſummatio plena, martyrium eſt. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddi obſequium, ſi majora conſtat pro ſervis Dominum, quam ſervos pertuliſſe pro Domino? Unde oportet doctiores nos redditos omnia cum timore narrare, & ſingulorum militum Chriſti fidelia devotionum tropæa, ut geſta conſtat, exponere: quo amore circa Deum fuerint, qua patientia cuncta pertulerint. Quis enim non tanta admiratione teneatur, dulcia fuiſſe ſingulis dirorum verbera flagellorum, gratas [4] eculei flammas, ferientis amabilem gladium, & mitia crepitantia tormenta flammarum? cum fluente utriuſque lateris cruore, patefactis vitalibus omnia apparerent interna membrorum: ut ipſa etiam corona popularis viſo fleret tantæ crudelitatis horrore, nec ſine lacrymis poſſet aſpicere, quod fieri ipſa [5] voluiſſet. Nullus tamen erat patientium Martyrum gemitus, aut ejulatio aliqua vi doloris extorta: ſed ut libenter ſuſcipiebantur ſingula, ita fortiter tolerabantur accepta. Præſens enim Dominus ſuſcepta tam fideli oblatione ſervorum, non ſolum æternæ vitæ amore ſuccenderat ipſos, & illis quæ ſolet devotis præſtare [6], ſed etiam doloris illius violentiam temperabat: ſcilicet ne potentiam [7] animi cruciatus corporis frangerent. Loquebatur enim cum illis Dominus, & exſpectator [8] ac probator [9] animorum & præſentia moderabatur [9] mala, & coronæ illis cæleſtis, ſi perduraſſent, promittebat imperia. Inde Judicis ille contemtus, inde glorioſa patientia. Exuienim ſe hac luce cupiebant, ut ad illa clara atque æterna ſalutis habitacula, Domino jubente tranſirent. Præponebant vera falſis, terrenis cæleſtia, ſempiterna morituris. Parabatur enim unius horæ exitio gaudium nulla vetuſtate periturum.

Martyrum mira patientia.

ſpectator

III. Dia-

1 Textus Græcus, tum apud Uſſerium, tum apud Cotelerium habet ἐν Φιλαδελφίᾳ. Euſebius, cum hac antiqua verſione apud Uſſerium & in cod. mſ. Colbertino, *Philomelio*. In cod tamen Pratellenſi, ubi hæc eadem verſio habetur, legitur *Philadelphia*. Eſt autem Philomelium urbs in majori Phrygia; Philadelphia vero in Lydia. Quamquam & aliæ ſunt urbes utriuſque ejus nominis. Porro hæc varietas inde orta eſt, quod Smyrnenſes eamdem epiſtolam ad diverſas Eccleſias miſerint; unde & Euſebius alias eit eam ad Ponti Eccleſias miſſam fuiſſe. Titulus epiſtolæ apud Uſſerium, cui præter Philomelii nomen fere conformis eſt cod. mſ. Pratellenſis, is eſt. *Eccleſia ... Eccleſiæ Dei ſolatum Philomelio & quæ univerſis locis ſunt Catholicis civitatibus, miſericordia & pax & amor Dei ... omnibus abundet in ſæculo.*

2 Uſſer. *velut*.

3 Uſſer. *imperio*.

4 Uſſer. *Craticulas, eculei ... amabile gaudium, & lubia*.

5 Uſſer. *ipſe*

6 Hunc locum ope cod. Pratellenſis reſtituimus, in quo tamen deſunt hæc verba: *Et illis quæ ſolet devotis præſtare*.

7 Boll. *patientiam*.

8 Uſſer. *roborator*.

9 Sic cod. Pratell. *moderabatur*.

III. Diabolus tamen multa machinatus eſt. Sed gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti contra omnes fida ſervorum ſuorum defenſatrix adſtitit. Nam fortiſſimus GERMANICUS [10], & omni Deo mente devotus, incredulorum animos potentia ſuæ virtutis exſtinxit. Hic feris traditus, cum Proconſulis in ſe miſerationem cerneret, & ab eo perſuaderetur, ut ſaltem vel ætatem ſuam cogitaret, ſi alia forte in ſe contemneret omnia; dolentem pro ſe inimicum aſpernatus eſt, & dedignatus eſt veniam, quam perſuaderet injuſtus. Quare ipſe ad ſe feram beſtiam vocabat: feſtinans mature mundi hujus labe exui, vel iniquitate privari. His viſis vulgus univerſum, ſtupore confectum, Chriſtianorum animum mirabatur intentius, & clamatum eſt: Torqueantur nocentes; quæratur Polycarpus.

*Quintus ultro ſe offerens cadit.*

IV. Tunc unus Cointus [11] nomine, Phrygius, ſuperveniens forte de patria, pronus ad patiendum voluntate feſtinans, cruento judici ſe ſecurus objecit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Miſſis namque ad ſe feris, & ipſo aſpectu timore perculſus, cœpit nolle quod voluit, & converſus ad diaboli voluntatem, probare illud ad quod venerat deſtruendum. Huic itaque Proconſul multis pellectionibus ſacrificare perſuaſit: ideo non eos fratres laudare debemus qui ſe ultro offerunt, ſed eos qui inventi latentes in paſſione potius perſeverant. Sic nos namque evangelicus ſermo confirmat, & hoc hortatur exemplo, quo videmus ceſſiſſe ultroneum, & viciſſe compulſum.

*Polycarpus ſecedit.*

V. Unde POLYCARPUS, vir eximiæ prudentiæ robuſtique conſilii, his auditis latebram petiit. Nec tamen turbatus fugiebat hæc ſed potius differebat. Qui per ſingulas civitates ambulans, hortantes ut celerius exiret, ac ſe quærentibus aliqua ratione ſubtraheret, aſpernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum civitati proximum ſecedendum putavit. Ibi diebus ac noctibus ſine intermiſſione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quo fortior eſſet in pœna. Signum tamen, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis [12] accepit. Intuebatur cervical capitis ſui flamma ambiente circumdari. Expergefactus itaque ſanctiſſimus Senex, vix adhuc ſtratis gravia membra ſubtraxerat, ait his qui cum eo erant [13] ignibus ſe cremandum.

*Suam paſſionem prævidet.*

VI. Ecce in alium agrum forte ſeceſſerat; ſtatimque quærentes eum adfuerunt. Sed cum ab his ille inveſtigari non poſſet; comprehenſis duobus infantulis, uno ex his etiam verberato, latebra confeſſione infantis aperitur. Nec enim ipſe celari poterat, quem paſſio ipſa poſcebat. Proditores ejus domeſtici, Irenarcha & Herodes [14], feſtinabant in arenam eum citius exhibere: ut & ille Chriſti finita paſſione ſit ſocius; & proditores exemplo Judæ pœnam quam merentur accipiant. Habentes itaque infantulum, ante ſabbatum hora ipſius cœnæ egreſſi ſunt Polycarpum perquirentes, cum equitum [15] magna copia armatorum, quaſi non ſervum Chriſti comprehenderent, ſed latronem. Invenerunt eum nocte in tegulis ſe prementem. Fuerat quidem tranſgrediendi in alium agrum facultas: ſed jam feſſus oſtendere ſe maluit quam celare, dicens: *Compleatur voluntas Dei, quamdiu voluit ille diſtuli; & quando juſſit optavi*. Viſis itaque illis deſcendit: habuitque ſermonem, qualem, aut illa [16] ætas poterat, aut Spiritus gratiæ * cæleſtis infuderat.

* gratia

VII. Cum mirarentur in his annis tantam velocitatem pedum, & tantam habitudinem eſſe membrorum, ad cujus inveſtigationem vix ſumma celeritate pervenerint; nihil ſtupentibus ille reſpon-

10 Ejus feſtum Latini recolunt die 19. Januarii.

11 Sic cod. Colb. Euſeb. & uterque græcus textus. *Quintum* vertit Valeſius, a Rufino vocatur *Chriſtubus*; ab Uſſerio dicitur *Incognitus*, & in cod. Pratel. *Cognitus*.

12 In cod. Pratel. deeſt *revelationis*.

13 Sic Uſſer. Alii, *qui convenerant*.

14 Ipſemet Herodes erat Irenarcha, qui magiſtratus capiendis latronibus incumbebat, quales fere, inquit Valeſius, apud nos ſunt præpoſiti mareſcalorum.

15 Sic cod. Pratel. Colbert. autem cum editis, *cum equitum magna copia vel armorum*.

16 Cod. Colb. *nulla ætas*.

*Satellites convivio excipit.* ſpondit, ſed ſtatim his alimenta cibi præbuit, & menſam juſſit adponi. *Rom. 12. 20.* Nec hoc ſine divini magiſterii mandato faciens: cum ſcriptum ſit, inimicos noſtros potu & cibo debere ſatiari. Tunc deprecatus eſt, ut ei horam concederent qua poſſet orare, & omnipotenti Deo debita precum vota perſolvere. Præbita facultate, inſtanter * petebat donum Dei præceptumque compleri. Jugiter autem per duas ferme boras oratio illa duravit, ſtupefactis audientibus, & quod majoris palmæ videtur [17], inimicis.

** al. ſtans*

VIII. Orationis poſtmodum voce completa; facta in precibus omnium mentione notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, & Catholicorum omnium qui per ſingula loca Eccleſiæ colliguntur: tandem bora illius ac tempus advenit, qua cuſtoditæ acciperet coronam juſtitiæ. Impoſitus itaque aſino, cum appropinquaret civitati majori Sabbato, obvios habuit Irenarcham Herodem & patrem ejus Nicetam; vebiculoque ſuſceptus, ut vel obſequio vinceretur, qui vinci pœnæ dolore non poterat. Cum ergo ſubdolo crebroqne ſermone profanum aliquid ab illo exigerent adſidentes, dicerentqne: Quid mali eſt dicere, Domine & ſacrificare? & reliqua quæ ſolent diabolo inſtigante narrari: frenato paulliſper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus enuntiat: *ad hoc ſe numquam poſſe perduci, non igne, non ferro, non artorum doloribus vinculorum, non fame, non exſilio, non flagellis.* Commoti tunc illi, vehiculo ſumma velocitate currente, Polycarpum perturbarunt; ita ut ſuras aliqua ex parte quaſſaret. Tanta tamen per arenam velocitate currebat, ut nulla corporis damna ſentiret.

*In urbem perducitur.*

IX. Sed cum arenam fuiſſet ingreſſus, e cælo ſtatim miſſa vox ſonuit, clamans: POLYCARPE, HABETO VIRTUTEM. Hanc vocem qui in arena erant audierunt; ex aliis autem nullus audivit. Cum igitur Proconſuli fuiſſet oblatus, Deum toto corde confeſſus, imperia judicis cruenta contemſit. Cumque ab eo ad blaſphemum quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconſul: Vel ætatem hanc cogita, ſi alia in te forte contemnis. Non poterit hæc ſenectus [18], juvenibus etiam expaveſcenda ſufferre. Debes jurare per Cæſarem, Cæſariſque fortunam: præterea habere pœnitentiam & dicere: Tolle impios. Tunc Polycarpus ore ſemicluſo, & quaſi non ſuo, ſed alieno ſermone loqueretur, clauſis pæne faucibus, populum qui in arena erat reſpexit univerſum, impium vel profanum: tractoque ex intimo corde ſuſpirio, majeſtatem cæli intnens ait: Tolle impios. Et cum aſſiduus præceptor aſſiſteret, enuntians: Jura fortunam Cæſaris [19], & poteris relaxari, Chriſtumque contemne, tunc ait Polycarpus: *Octogeſimum jam & ſextum annum ætatis ingredior, nomini ejus ſemper probatus & ſerviens, numquam ab eo læſus, ſemperque ſervatus quomodo poſſum eum odiſſe quem colui, quem probavi, quem ſemper fautorem optavi, Imperatorem meum, Salvatorem ſalutis & gloriæ, perſecutorem malorum, ultoremque juſtorum?*

*Offertur Proconſuli.*

X. Cum ille diceret per Cæſaris jurandum eſſe fortunam, ait: *Quid me cogis jurare per Cæſarem? Aut profeſſionem meam fortaſſe non noſti? Palam me Chriſtianum dico, & quo magis iraſceris, ego gaudeo. Tu ſi vis Legis hujus ſcire rationem; diem da a quo incipies audire vel diſcere.* Reſpondit ei Proconſul: Satisfac populo. Polycarpus ait: *Tibi digniſſimum reor ſatisfacere probatos & obaudientes eſſe quæ juſſeris; tantum ne injuſte ſeceris. Docti enim ſumus poteſtatibus quæ Deo ordinante procedunt morem*

17 Uſſer. videretur

18 *Valde ſenem glorioſiſſime & nobiliſſime martyrium conſummaſſe Polycarpum* aſſerit Irenæus lib. 3. adv. hæc. cap. 3.

19 Non licebat Chriſtianis per fortunam aut genium Cæſaris jurare, quod hæc a gentilibus pro diis haberentur: bene autem per Cæſaris ſalutem, ut ait Tertullian. Apologet. cap. 32. quod aliquando a Chriſtianis factum in nonnullis Actis infra videbimus.

Digitized by Google

*rem* [20] *gerere, mandatiſque ſervire. Illos vero indignos judico, nec ad ſatisfactionem idoneos puto, proinde judici me æquum eſt parere, non populo.* Reſpondit Proconſul: Feras atroces habeo: his te tradam per fruſta lacerandum; ſi pœnitentiam habere contemſeris. Reſpondit ille: *In me leonum rabies cruenta deſæviat, & quidquid gravius judex durus invenerit; gloriabor in pœna, tripudiabo lætus* * *in vulnere, merita mea doloris æſtimatione penſabo. Quanto graviora pertulero, tanto præmia majora percipiam. Eſt mihi paratus ad inferiora animus. Ex humilioribus enim ad ſumma procedimus.* Reſpondit Proconſul: Si ferarum morſus nova præſumtione contemnis, Ignibus te cremabo. Tunc Polycarpus: *Ignem mihi minaris*, inquit, *qui unius horæ ſpatio æſtuat, & poſt frigeſcit; ignorans futuri judicii, & æterni ignis in impios tormenta perpetua. Sed quid voluntatem tuam longa oratione ſuſpendimus? Fac ex me quæque cogitas, & quodcumque aliud pœnæ genus caſus obtulerit, aucupare* [21].

Tormenta contemnit.

* al. levis.

XI. Hæc forte dum loquitur Polycarpus, vultum ejus ac ſenſum gratiæ cæleſtis ſplendor intravit: ut ipſe etiam Proconſul terreretur. Tunc voce præconis in arena media ter clamatum eſt: Polycarpus Chriſtianum ſe ſemper eſſe confeſſus eſt. Univerſus itaque populus Judæorum & gentium, qui Smyrnam incolebat, ira commotus exclamat: Hic eſt Aſiæ magiſter, Chriſtianorum pater, noſtrorum deorum deſtructor pertinax, violatorque templorum; qui docebat non ſacrificandum, nec deorum adoranda eſſe ſimulacra: tandem quod precatus eſt invenit. Petebant Aſiarcham [22] Philippum, ut ei leonem iratus immitteret. qui ſibi non licere reſpondit, tempore jam muneris exſoluto [23]. Tunc placuit illis omnium æquo unoque conſenſu, ut vivum Polycarpum ignis exureret. Oportuerat enim id fieri quod ille ante prædixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem ad ſuos vultum retorquens ait: *Videtis eam eſſe quam prophetaveram paſſionem.*

Ad ignem condemnatur.

XII. Tunc populus ad balneum, & argeſteria [24] convolavit, ligna & malleola perquirentes, præcipue Judæi. Per hæc igitur miniſteria cum flamma fuiſſet illata, Polycarpus cingulum ſolvit, veſtemque depoſuit; vincula etiam pedum parabat exuere, quod facere non ſolebat; quia ſinguli fideles viri nuda ejus tangere vel oſculari membra cupiebant [25]. Plenitudine enim bonæ conſcientiæ redundabat, etiam antequam ad martyrii certamen accederet. Potius * ergo in medium his quæ ex more parabantur arſuro; cum (ergo) eum vincire cuperent, conſuetudinem legemque ſervantes; *Permittite me ſic*, inquit. *Qui enim mihi dedit velle, largietur & poſſe, atque ipſum tolerabilem faciet voluntati ignem ardentem.* Itaque ferro illum nemo vinxit, ſed poſt tergum ligatis manibus, ut [26] devotus (ad) altaria præſentis paſſionis limen ingreſſus eſt. Tunc ſidera cælumque reſpiciens dixit: *Deus Angelorum, Deus Archangelorum, reſurrectio noſtra, ſolutioque peccati, rector elementorum omnium & totius habitaculi, omnium juſtorum genus qui in conſpectu tuo vivunt protegens; te benedico tibi ſerviens, qui me dignum hac paſſione duxiſti, ut percipiam partem coronamque martyrii, initium calicis, per Jeſum Chriſtum in unitate Spi-*

ſ. Poſitus.

20 Cod. Pratell. *honorem gerere.*
21 Uſſer. *accelera.*
22 Aſiarchæ erant Sacerdotes Communis Aſiæ. Singulæ quippe Aſiæ civitates initio anni unum e ſuis civibus eligebant Aſiarcham; eorumque nomina ad communem Provinciæ conventum mittebantur, ut ex iis decem eligerentur, qui templis, feſtis & aliis ejuſmodi rebus ſacris præeſſent. Lege Valeſii notas in hunc locum.
23 In alia verſione, in codd. RR. PP. Carmelit. Excal. Paris. nec non in Pratellenſi: *quia venationes ſeu gladiatoria ſpectacula jam expleverat.*
24 Uſſer. *ad artiſteria.* Rectius ex mſſ. *ergaſteria*, quæ vox hoc loco ſignificat artificum officinas; aliis *ergiſteria*. Codex Carmelit. Excalc. habet *Ergaſteria*.
25 Hic deſinit cod. Colbert. Cod. autem Pratellenſis ea quæ ſequuntur compendioſius refert.
26 Cod. Pratel. *velut electus aries, & ex magno grege aſſumtus, acceptabile holocauſtum omnipotenti oblatus eſt Deo.*

SS. Trinitas. *Spiritus Sancti; ut completo ſacrificio iſtius diei, promiſſa tuæ veritatis accipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus, & glorior, per æternum Pontificem omnipotentem Jeſum Chriſtum: per quem* SS. Trinitas. *tibi, & cum ipſo, & cum ſpiritu Sancto gloria nunc & in futurum in ſæcula ſæculorum. Amen.*

XIII. Completa itaque oratione, flammaque ſuppoſita, cum uſque ad cælum tolleretur incendium, miraculi novitas repentina proceſſit: illis videntibus quos videre juſſerat cæleſte mandatum, ut poſſint ceteris oſtenſa narrare. Curvus namque in littora arcus apparuit, in aliquantam latitudinem cornua utraque flectendo, velum navis imitatus; qui Martyris corpus molli velabat amplexu, ne aliquid ex ſanctis artubus flamma vaſtaret. Ipſum autem corpus, ut panis grata decoctio vel argenti & auri, qui conflato pulcro colore reſplendens ſingulorum juvabat aſpectum. Odor etiam thuris aut myrrhæ, aut pretioſi alicujus unguenti, tractum nidorem totius fugabat incendii. Cum hoc itaque peccatoribus fuiſſet oſtenſum, ut intelligerent eum non poſſe comburi: præceperunt congeſtorem ignis accingi, gladiunculum ſancto corpori injicere, illis etiam ſancto probato. Cumque hoc ita fuiſſet effectum, ecce ſubito fluente ſanguinis copia, columba [27] proceſſit de corpore; ſtatim ſopitum cruore ceſſit incendium. Tunc populus totus obſtupuit; atque omnibus inter juſtos & injuſtos quanta eſſet probata diſcretio eſt; & quid eſſet præcipuum: etiamſi non eſt ſecutum vulgus, quod certum tamen conſtat, agnovit. Tali itaque Polycarpus, ſanctæ Smyrnenſium magiſter Eccleſiæ, paſſionis munus implevit: ſemper quæcumque ei revelata fuiſſe conſtat, impleta ſunt.

*Gladio confoditur.*

XIV. Diabolus tamen qui juſtorum ſemper inimicus eſt, cum perſpexiſſet & vim martyrii, & magnitudinem paſſionis impletam, irreprehenſibilem omnem vitam & meritum majus in morte, hoc excogitavit, ut corpus ejus a noſtris non poſſit auferri; quamvis multi eſſent qui ſancti ejus optarent communicare generibus *. Summiſit namque Nicetem patrem Herodis, fratrem vero Alces [28], interpellare Rectorem, ut reliquiæ ejus negarentur omnibus Chriſtianis; adſerens quod relictis omnibus, huic fundenda eſſet oratio ſingulorum. Itaque ſummittentibus Judæis, cum voluiſſent auferre eum de flamma, ignorantes quia numquam Chriſtum relinquere poſſumus Chriſtiani, qui pro peccatis noſtris pati tanta dignatus eſt, neque alteri cuiquam precem orationis impendere. Hunc namque Dei Filium adoramus & colimus; ejus tamen Martyres, & diſcipulos fideles & devotos milites honorifice ac libenter amplexamur; oramus etiam ut nos ſocii ipſorum & condiſcipuli eſſe mereamur. Contentione itaque noſtra & Judæorum viſa, Centurio poſuit corpus in medium. Nos collegimus ut aurum gemmamque pretioſam, & ſepulturæ oſſa mandavimus. Conventus itaque alacriter factus, ut præcepit Dominus, ad diem natalemque martyrii.

* *l.* cineribus.

*Ejus reliquiæ honorantur.*

*Ejus ſepultura.*

XV. Talia circa beatum Polycarpum acta ſunt, cum his qui ex Philadelphia fuerunt duodecim, martyrium in Smyrna videtur impleſſe; ſolus tamen inter ceteros culturæ meruit principatum. Martyrium ergo excelſum ſuſtinet, & MAGISTER adhuc vocatur a populo. Hunc omnes optemus ſecundum exemplum Domini noſtri Jeſu Chriſti; qui perſecutionem vicit Rectoris injuſti, & incorruptionis coronam fugata peccatorum noſtrorum morte ſuſcepit. Cum Apoſtolis & omnibus juſtis alacriter benedicamus Deum & Patrem omnipotentem, & Dominum noſtrum Jeſum SS. Trinitas. Chriſtum, Salvatorem animæ noſtræ, gubernatorem corporum & paſtorem catholicæ totius Eccleſiæ, & Spiritum Sanctum, per quem cuncta cognoſcimus

*Duodecim cum eo Martyres.*

[27] De hac columba nihil in cod. Pratellenſi, ſicut nec apud Euſebium, nec apud Rufinum aut Nicephorum. Eam tamen viſam fuiſſe non ſolum Uſſeriana editio teſtatur; ſed & Bollandiana ad 3. codd. mſſ. exacta.

[28] Euſeb. & Rufin. *Dalces.*

mus. Vos frequenter petieratis, ut quæ geſta fuerant nuntiarem de beato Polycarpo, quæ omnia nuntiavit * per fratrem Martianum [29]. Vos jam quia ſcitis, omnibus per epiſtolas nuntiate; ut ubique benedicatur Dominus bonorum electione ſervorum. Potens eſt enim & nos ſalvare per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Salvatorem: per quem ipſe eſt, & cum ipſo gloria, honor, potentia, magnitudo, in ſæcula ſæculorum, Amen. Salutate omnes ſanctos; hi qui nobiſcum ſunt omnes ſalutant; Evariſtus qui ſcripſit, cum omni domo ſua.

* nunciavi.

XVI. Martyrium ſancti Polycarpi menſe Aprilio VII. Kalend. Maii, majore Sabbato, hora octava. Captus eſt ab Herode, Pontifice Philippo Trajano [30], Proconſule Statii Quadrati. Gratias Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui gloria honor, magnitudo, thronus ſempiternus, a generatione in generationem, Amen.

Martyrii tempus.

XVII. Exemplaria hæc ex Irenæi diſcipuli Polycarpi doctrina ſcripſit CAJUS, qui converſatus eſt una cum Irenæo. Ego autem hæc Socrates [31] ex Gaii exemplaribus ſcripſi. Ego Pionius memorata exemplaria inveſtigavi & ſcripſi, ex revelatione quæ mihi pateſacta eſt de beato Polycarpo; ſicut enuntiavi in conventu reliquis ex tempore quo laboravit cum Electis, & ut me colligat Dominus Jeſus Chriſtus in regno cælorum, cum Patre, & Filio, & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

SS. Trinitas.

29 Utrique græca editio Μάρκου.
30 Legendum Τραλλιανοῦ. Ex Trallianorum civitate aliquos ſemper fuiſſe Aſiarchas notat Strabo lib. 14.
31 In Græcis edit. dicitur Σωκράτης Κορίνθιος.

## Eadem de MARTYRIO S. POLYCARPI

## ECCLESIÆ SMYRNENSIS EPISTOLA

### Græce edita cum verſione Latina J. B. COTELERII.

*Eccleſia Dei, quæ habitat Smyrnam, Eccleſiæ Dei, quæ apud Philadelphiam diverſatur, & omnibus ubique terrarum ſanctæ & catholicæ Eccleſiæ Parœciis, miſericordia, pax & caritas a Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto multiplicetur.*

Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

I. SCripſimus vobis, fratres, de Martyribus; & de beato Polycarpo, qui velut ſignaculo poſito, martyrio ſuo, perſecutioni finem impoſuit. Fere namque cuncta quæ præceſſerunt, ideo geſta ſunt, ut nobis Dominus deſuper oſtenderet Evangelicum Martyrium. Exſpectavit enim, dum traderetur, ſicut & Dominus, ut nos etiam ipſius eſſemus imitatores; non ſolum noſtra conſiderantes, ſed & ea, quæ ad proximos pertinent. Caritatis quippe veræ ac ſolidæ eſt, non modo ſeipſum velle ſalvari, ſed etiam omnes fratres.

1. Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, (τὰ) κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον· περιέμενε γὰρ ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ Κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα· μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ᾽ ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας. ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

II. Beata quidem & generoſa fuerunt cuncta Martyria, ut pote quæ juxta voluntatem Dei facta fuerint. Nos enim, qui religioſi ſumus, oportet Deo rerum omnium poteſtatem committere. Nam eorum ſtrenuitatem, ac tolerantiam, & erga Dominum caritatem quis non admiretur? qui flagris quidem adeo lace-

2. Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα· * καὶ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν † ἀνατ-θῆναι· τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν; οἳ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω

* χρή.
† ἀνατιθέναι vel ἀναθεῖναι.

φλεβῶν

φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι· τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε βρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ ἐκ αὐτῶν· ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι, τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστὼς ὁ Κύριος ὡμίλει αὐτοῖς· καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθά, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου· οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ᾽ ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες * χρόνον δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

* Locus mutilus.

3. Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ᾽ αὐτῶν ὁ διάβολος, ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπερρώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν· βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν καὶ λέγειν τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος * θαυμάσας τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους, ζητείσθω Πολύκαρπος.

* θαυμάσαν.

4. Εἷς δὲ ὀνόματι Κόϊντος, Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καί τινας προσελθεῖν ἑκόντας. τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

5. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ᾽ ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ διέτριβε μετ᾽ ὀλίγων, νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν συνηθὲς αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν. καὶ εἶδε τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον· καὶ στραφεὶς εἶπε πρὸς τοὺς

rati, ut ad intimas uſque venas ac arterias corporis compago ſpectaretur, tamen ſuſtinuerunt: ita ut etiam qui aderant, miſerarentur ac plangerent: ipſi vero eo fortitudinis venerant, ut nemo illorum vel ſtrideret vel ingemiſceret; omnibus oſtendentes, Martyres Chriſti, ſe tunc dum torquerentur, a carne peregrinatos fuiſſe; aut potius Dominum ipſis adſtitiſſe & cum ipſis eſſe verſatum. Atque ad Chriſti gratiam attendentes, mundana tormenta ſpernebant; unius horæ ſpatio, ſe ab æterna pœna redimentes. Frigidus ipſis videbatur immanium carnificum ignis. Ob oculos quippe habebant, illum effugere qui æternus eſt, nunquamque exſtinguetur: ac oculis cordis reſpiciebant ad ea bona, quæ tolerantibus reſervantur; *quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcenderunt*; ipſis autem a Domino monſtrabantur, utpote qui non homines amplius, ſed jam Angeli eſſent. Simili etiam modo qui ad beſtias erant condemnati, graves cruciatus diu pertulerunt, ſuper murices proſtrati, variiſque aliis tormentis excruciati; ut, ſi fieri poſſet, Tyrannus aſſiduitate ſuppliciorum eos ad negationem adduceret. 1. Cor. 2. 9.

III Multa ſiquidem adverſus illos machinatus eſt Diabolus. Sed gratia Deo: nam contra omnes non prævaluit. Fortiſſimus enim Germanicus eorum timiditatem tolerantia ſua corroboravit: qui quidem ſplendide pugnavit adverſus beſtias. Nam cum Proconſul flectere eum vellet, diceretque ut ſuam ipſe ætatem miſeraretur; ille beſtiam ultro ad ſe attraxit, eique vim intulit, cupiens velocius ex injuſta & iniqua eorum hominum vita effugere. Exinde igitur univerſa multitudo, admirata fortitudinem pii ac religioſi generis Chriſtianorum, exclamavit: *Tolle impios; Polycarpus requiratur.*

IV. Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidiſſet beſtias, timore perculſus eſt. Hic porro erat qui ſeipſum & alios quoſdam impulerat, ut ultro accederent. Huic Proconſul multis obſecrationibus perſuaſit jurare ac ſacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non probamus eos, qui ſponte ſeſe offerunt. Quandoquidem non ita docet Evangelium.

V. Polycarpus autem vir maxime admirabilis, primum quidem, re audita, turbatus non eſt; ſed volebat in urbe permanere. Plures tamen ei perſuaſerunt, ut ſecederet. Et ſeceſſit in agellum non multum diſſitum a civitate; ubi cum paucis manſit, diu noctuque nihil aliud agens, niſi quod orabat pro univerſis & pro omnibus per orbem Eccleſiis: quod ipſi erat ſolemne. Et cum oraret, triduo ante quam comprehenderetur, viſio ei oblata eſt; viditque cervical ſuum incendio conflagrare. Tum converſus ad comites

ſuus, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi*.

VI. Inſtantibus autem qui quærebant eum, migravit in aliam villam: quo ſtatim ſupervenerunt inquiſitores: cumque illum non repeiſſent, duos ſervulos comprehenderunt; quorum alter tormentis ſubditus, confeſſus eſt. Impoſſibile ſiquidem erat latere ipſum, quandoquidem qui prodiderunt illum domeſtici erant. Irenarcha vero, qui & Cleronomus ipſo nomine, dictus Herodes, properabat in ſtadium eum introducere: quo hic quidem propriam ſortem impleret, conſors Chriſti factus; proditores autem illius, Judæ ipſius pœnas ſubirent.

VII. Habentes ergo puerulum, feria ſexta ſub horam cœnæ egreſſi ſunt Diogmitæ & E-
1. Matth. 26. 55. quites, cum conſuetis armis, tanquam ad latronem currentes. Et ſub veſpertinum tempus ſupervenientes, ipſum repererunt in quodam ſuperiore cubiculo diſcumbentem. Unde poterat quidem in aliud prædium abire; ſed noluit, dicens: *Fiat voluntas Domini*. Cum ergo adſtantes audiviſſet, & deſcendiſſet, collocutus eſt cum eis. Mirantibus autem illis ipſius ætatem atque conſtantiam, quidam ex eis dicebant: *Tantumne adhibendum erat ſtudium, ut hujuſmodi vir ſenex comprehenderetur?* Statim igitur juſſit ipſis tunc apponi cibum ac potum, quantum vellent. Petiit autem ab illis, uti darent ei horæ ſpatium, quo libere precaretur. Quod cum conceſſiſſent, ſtans orabat plenus gratia Dei, adeo ut per duas horas tacere non poſſet, ac obſtupeſcerent auditores, multique eorum pœnitentia ducerentur, quod adverſus tam divinum ſenem veniſſent.

VIII. Ut vero precationem finiit, in qua mentionem fecerat omnium, qui aliquando cum ipſo congreſſi fuerant, parvorum juxta & magnorum, clarorum, & obſcurorum, totiuſque quæ per orbem terrarum Catholicæ Eccleſiæ; cum hora proficiſcendi veniſſet, aſino eum imponentes in civitatem duxerunt, die magni Sabbati. Et occurrit ei Irenarcha Herodes, ac pater ejus Nicetes. Qui & cum in vehiculum ſuum tranſtulerunt, aſſidenteſque hortabantur illum his verbis & aliis ſimilibus: *Quid enim mali eſt, dicere*: Domine Cæſar, & *ſacrificare; atque ita ſalvum evadere?* Ille autem primum quidem eis non reſpondit. Sed cum inſtarent; *Non ſum*, inquit, *facturus quod ſuadetis mihi*. Tum illi, fruſtrati ſpe flectendi eum, contumelioſa ei verba dixerunt; & cum impetu deturbarunt illum, adeo, ut e vehiculo deſcendens tibiam diſtraheret. Verum nequaquam commotus, ac ſi nihil mali paſſus eſſet, alacriter & propere pergebat, ductus ad ſtadium. Tantus vero erat tumultus in ſtadio, ut nemo poſſet audiri.

IX. Porro Polycarpo intranti in ſtadium,
ſ. Deut. 31. 7. 23. vox e cœlo facta eſt: *Fortis eſto & viriliter age*,

σκωόντες αὐτῷ προφητικῶς· Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

6. Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ Εἰρήναρχος, ὁ καὶ Κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν, ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

7. Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δείπνου ὥραν, ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, ὡς ἐπὶ λῃστὴν τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας συνεπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν ἐδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας, καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς. Θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· * ἦ
* Euſeb. ε τοσαύτη σπουδὴ, ἵνα συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν; Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ τὸ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

8. Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν ποτὲ * συμβεβηκότων
* 1. συμβεβληκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν ἦγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος Σαββάτου μεγάλου. καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ Εἰρήναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης (ἐπὶ τὸ ὄχημα) οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν *
* Varia lectio extra locum. ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι, καὶ λέγοντες· Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, Κύριε Καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, καὶ διασώζεσθαι; Ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· Οὐ μέλλω ποιεῖν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν αὐτὸν, * ἀπὸ
* Item melior lectio lin. ſeq. τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσῦραι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον· θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

9. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου,

Πολύ-

Digitized by Google

Πολύκαρπε. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδε, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν. Καὶ προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. Λοιπὸν προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος; τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν· καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ὡς ἔθος αὐτοῖς, * λέγων· Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἰπὲ, Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος· Ὄμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· Ὁ Πολύκαρπος ἔφη· Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

* Euſeb. λέγων.

10. Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος· Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ἀπεκρίνατο· Εἰ κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις, προσποιεῖς δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι, μετὰ παῤῥησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν, καὶ ἄκουσον. Ὁ ἀνθύπατος ἔφη· Πεῖσον τὸν δῆμον. Ὁ Πολύκαρπος εἶπεν· Σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα· δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐχ ἡγοῦμαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.

11. Ὁ δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ εἶπεν· κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. καλὸν μεταθέσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· πυρί σε ποιῶ δαπανηθῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ Πολύκαρπος· Πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καιόμενον καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον· ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. ἀλλὰ τί βραδύνεις; φέρε ὃ βούλει.

12. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίτον· Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· Οὗτός ἐστιν, ὁ τῆς * ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων Θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς. Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν

* Ἀσίας

*Polycarpe*. Et eum quidem qui vocem emiſit, vidit nemo, vocem autem qui ex noſtris præſentes erant audierunt. Introducto autem illo, magnus erat tumultus audientium comprehenſum eſſe Polycarpum. De cetero adductum eum interrogavit Proconſul, an ipſe eſſet Polycarpus? Cumque fateretur, hortabatur ille, ut negaret; dicens: *Reverere ætatem tuam*; aliaque his ſimilia, ut illi ſolent, proferens: *Jura per Genium Cæſaris: Reſipiſce: Dic:* Tolle impios. Tunc Polycarpus gravi ac ſevero vultu turbam omnem ſceleratorum, qui in ſtadio erant, Gentilium contuens, manumque in eos intentans, ſimulque gemens ac cælum ſuſpiciens, dixit: *Tolle impios*. Inſiſtente vero Proconſule, atque aiente: *Jura, & dimitto te; convicium fac Chriſto*: Polycarpus reſpondit: *Octoginta & ſex anni ſunt ex quo ſervio ei, nec me ulla affecit injuria: & quo modo poſſum convicia dicere adverſus regem meum, qui ſalvum me fecit?*

X. Urgente rurſus illo, ac inquiente: *Jura per Genium Cæſaris*; reſpondit: *Si ambitioſe contendis, ut jurem per Cæſaris, ut tu vocas, Genium; ſimulas autem te ignorare quis ſim; palam audi: Chriſtianus ſum. Si vero cupis Chriſtianæ religionis rationem diſcere; da diei ſpatium, & audi.* Proconſul dixit: *Perſuade populo.* Polycarpus reſpondit: *Te quidem ſermone ac ratione dignatus ſum. Edocti namque ſumus, principibus &* Rom. 13:1. *poteſtatibus a Deo ordinatis honorem, prout de-* Tit. 3:1. *cet, qui nobis non officiat, dare. Illos vero indignos cenſeo, quibus rationem reddam.*

XI. At Proconſul ad ipſum dixit: *Beſtias habeo, his te objiciam, niſi reſipueris.* Ipſe vero: *Eas*, inquit, *arceſſe. Neque enim reſipiſcere ſolemus ea reſipiſcentia, qua a melioribus ad deteriora mutatio fit. Bonum autem eſt, me a malis ad juſta tranſire.* Rurſus ad Polycarpum Proconſul: *Quandoquidem beſtias ſpernis, efficiam ut igne conſumaris, niſi ſententiam mutes.* Cui Polycarpus: *Ignem minaris qui ad horæ ſpatium ardet, ac paullo poſt extinguitur. Ignoras enim illum futuri judicii & æternæ pœnæ ignem, qui impiis reſervatur. Verum quid moraris? profer quodcunque volueris.*

XII. Hæc vero atque alia plura cum diceret, fiducia & gaudio replebatur, illiuſque vultus plenus gratiæ erat: adeo ut non ſolum iis, quæ ipſi dicebantur, turbatus non concideret; ſed contra Proconſul ſtuperet, ſuumque mitteret præconem, ter in medio ſtadio proclamaturum. *Polycarpus confeſſus eſt Chriſtianum ſe eſſe.* Quod ubi pronunciaſſet præco, univerſa multitudo Gentilium ac Judæorum, qui Smyrnam incolebant, effrænata ira & magna voce conclamabat: *Hic eſt Aſiæ magiſter; pater Chriſtianorum; noſtrorum Deorum everſor; qui multos docet ne ſacrificent, neve Deos adorent.* Iſta inquientes, acclamabant, rogabantque Aſiarcham Philippum, ut leonem

adverſus Polycarpum emitteret. At Philippus negavit id ſibi licere, quia venationes ſeu gladiatoria ſpectacula jam expleverat. Tunc placuit illis uno conſenſu inclamare, ut Polycarpus vivus combureretur. Neceſſe enim erat ut viſio illa de cervicali, quæ ei oſtenſa fuerat, impleretur; quando inter orandum videns illud ardere, converſus ad fideles, qui cum eo erant, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi.*

XIII. Hæc igitur citius peracta ſunt, quam pronunciata: cuncta plebe confeſtim ex officinis ac balneis ligna & ſarmenta congregante, præcipue Judæis alacri animo, ut ſolent, ad iſta juvantibus. Quando autem rogus apparatus eſt, Polycarpus ſibi detractis omnibus veſtimentis, & cingulo ſoluto, conabatur etiam ſe excalceare: qood prius non faciebat, quoniam ſemper ſinguli fidelium cnotendebant, quiſnam celerius corpus ejus tangeret. Omni ſiquidem bono propter ſanctos mores, etiam ante martyrium honeſtabatur. Illico igitur ei circumpoſita ſunt, quæ ad rogum coagmentata fuerant inſtrumenta. Cum vero etiam clavis ab illis affigendus eſſet, dixit: *Sinite me ſic. Qui enim mihi dat ignem pati: dabit & ſine veſtra ex clavis cautione immotum pyra permanere.*

XIV. Illi ergo non quidem clavis defixerunt, ſed ligaverunt eum. Hic vero manibus poſt tergum poſitis, ac revinctus, tanquam aries inſignis ex magno grege ad oblationem, holocauſtum acceptabile Deo præparatum, cælum contuitus, dixit: *Domine Deus omnipotens, Pater dilecti ac benedicti Filii tui Jeſu Chriſti, per quem tui notitiam accepimus, Deus Angelorum & Virtutum, ac univerſæ creaturæ, totiuſque juſtorum generis qui vivunt in conſpectu tuo: benedico te, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut partem caperem in numero Martyrum tuorum, in calice Chriſti tui, ad reſurrectionem vitæ æternæ, animæ & corporis, in incorruptione Spiritus ſancti: inter quos utinam ſuſcipiar hodie coram te, in ſacrificio pingui & accepto, quemadmodum præparaſti & præmonſtraſti & implevisti, mendacii neſcius ac verax Deus. Quapropter de omnibus laudo te, benedico te, glorifico te, cum ſempiterno & cæleſti Jeſu Chriſto, dilecto tuo Filio; cum quo tibi & Spiritui ſancto gloria, & nunc & in futura ſæcula. Amen.*

XV. Et poſtquam *Amen* emiſiſſet, precationemque compleſſet, homines ſeu miniſtri ignis ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma emicaſſet; grande miraculum vidimus, quibus ſpectare conceſſum fuit; qui & ideo reſervati ſumus, ut aliis quæ contigerunt annunciaremus. Ignis enim fornicis ſpeciem præbens, tanquam navis velum a vento repletum atqoe ſinuatum, undique circumdedit Martyris corpus; qood quidem in me-

Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε * τὸν Πολύκαρπον κατακαυθῆναι. * ζῶντα τὸν
ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς· Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

13. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι· τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα, μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· ἐν παντὶ γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς * μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν, εἶπεν· Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ δοὺς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. * Euſeb. πολιτείας.

14. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθεὶς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν, ὁλοκάρπωμα δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου, εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων σου, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί· μεθ' οὗ σοι καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.

15. Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, καὶ πληρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα μέγα εἴδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ ἐτηρήθημεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ'

ὡς ἄρτος

ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος. καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

16. Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἐξαφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη, καὶ τελειωθήσεται.

17. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ, καὶ βραβεῖον ἀναντίρρητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν ὡς μηδὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν ληφθείη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. Ὑπέβαλε γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῇ· μὴ, φησὶν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι. Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, οὔτε ἕτερόν τινα σέβεσθαι. τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ κυρίου ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

18. Ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατόνταρχος, κεντυρίων, τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν ἠθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

19. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφείας * δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων † μνημονεύεται, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι. οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος

* Euſeb. δωδεκα. & ita Rufin. ac Niceph.
† μᾶλλον μνημονεύεται. Euſeb.

dio poſitum, non ut caro aſſa videbatur, ſed veluti panis coctus, vel ſicut aurum & argentum in fornace candens. Tantam quippe fragrantiam odorabamur, ac ſi thus aut aliud quoddam pretioſorum aromatum oluiſſet.

XVI. Tandem igitur cernentes improbi, corpus ipſius ab igne non poſſe conſumi, juſſerunt confectorem propius accedere, pugionemque capulo tenus abdere. Quod cum ille feciſſet, egreſſa eſt columba, item tanta vis ſanguinis, ut ignem exſtingueret, utque univerſa plebs miraretur tantum eſſe diſcrimen inter infideles ac electos. Quorum unus hic fuit, maxime admirandus Martyr Polycarpus, qui noſtris temporibus Apoſtolicus & Propheticus doctor exſtitit, atque Catholicæ Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Omne ſiquidem verbum quod ore ſuo emiſit, aut impletum eſt, aut implebitur.

XVII. Sed cum æmulus ille ac invidus & malus, juſtorumque generi adverſus, cerneret inſigne illius martyrium, moreſque ab ineunte ætate irreprehenſos, & illum immortalitatis corona redimitum, præmiumque controverſiæ expers reportaſſe; operam dedit ne reliquiæ ejus a nobis auferrentur; quamvis multi id facere cuperent, & ſancto illius corpori communicare. Suggeſſit ergo Nicetæ Herodis patri, fratri autem Alces, adire Proconſulem, ne corpus illius ad ſepeliendum, traderet; ne, inquit, relicto Crucifixo hunc colere incipiant. Atque hæc aiebant, ſuggerentibus & inſtantibus Judæis, qui etiam nos obſervaverant, eum ex igne extracturos. Ignari quod nec Chriſtum unquam derelinquere poterimus, qui pro ſalute omnium, qui in toto mundo ſalvi fiunt, paſſus eſt, inculpatus, pro peccatoribus; nec alium quemquam colere. Illum ſiquidem, utpote Filium Dei, adoramus; Martyres vero tanquam Domini diſcipulos & imitatores, merito diligimus, propter illorum erga ſuum regem ac magiſtrum benevolentiam eximiam: quorum utinam & nos fiamus conſortes ac condiſcipuli.

XVIII. Videns autem Centurio a Judæis ortam contentionem, corpus in medio ignis poſitum exuſſit. Atque ita nos poſtea oſſa illius gemmis pretioſiſſimis exquiſitiora, & ſuper aurum probatiora, tollentes, ubi decebat depoſuimus. Quo etiam loci nobis ut fieri poterit congregatis, in exultatione ac gaudio, præbebit Dominus natalem martyrii ejus diem celebrare, tum in memoriam eorum, qui certamina pertulerunt, tum in venturorum hominum exercitationem & alacritatem.

XIX. Hæc de beato Polycarpo; qui cum iis qui ex Philadelpia, duodecimus, Smyrnæ Martyrium paſſus, ſolus ab omnibus præcipue celebratur, ita ut a Gentilibus quoque in omni loco memoretur. Qui non ſolum doctor inſignis

gnis exſtitit, verum etiam Martyr eximius: cujus martyrium, quod ſcilicet peractum eſt juxta Evangelium Chriſti, omnes imitari deſiderant. Nam per tolerantiam devictn injuſto præſide, ſicque immortalitatis cotona tecepta, cum Apoſtulis omnibuſque juſtis exſultans, Deum ac Patrem glorificat, atque benedicit Dominum noſtrum, gubernatotem animurum & corporum noſtrorum, nec non paſtorem Oecumenicæ & Catholicæ Eccleſiæ.

XX. Ac vos quidem petieratis, ut cuncta quæ geſta ſunt, fuſius vobis exponerentur. Nos vero in præſentiarum ſummatim indicavimus per fratrem noſtrum Marcum. Quæ quidem cum didiceritis, Epiſtolam fratribus ulterius poſitis tranſmittite: ut & illi glorificent Dominum, qui ex ſuis famulis delectum facit, poteſtque umnes nns gratia atque indulgentia ſua in regnum ſuum æternum inducere, per Filium ſuum unigenitum Jeſum Chriſtum: cui gloria, honor, imperium, majeſtas in ſæcula. Amen. Salutate omnes ſanctos. Vos qui nobiſcum ſunt ſalutant, & qui ſcripſit Evareſtus, cum omni domo ſua.

XXI. Martyrium autem paſſus eſt beatus Polycarpus Xanthici menſis ineuntis die ſecundo, ante ſeptimum Kalendas Majas, magno Sabbato, hora octava. Ceptus eſt ab Herode, ſub Pontifice Philippo Tralliano; Proconſule Statio Quadrato; regnante vero in ſæcula Jeſu Chriſto: cui gloria, honor, majeſtas, thronus ſempiternus, a generatione in generationem. Amen.

XXII. Valere vos optamus, fratres, ac incedere in evangelico ſermone Jeſu Chriſti; cum quo gloria Den & Patri, & Spiritui ſancto, ob ſanctorum electorum ſalutem; quemadmodum martyrium pertulit beatus Polycarpus: ad cujus veſtigia contingat ut in regno Jeſu Chriſti inveniamur.

XXIII. Atque hæc ex codice Irenæi, diſcipuli Polycarpi, diſcripſit Cajus, qui etiam cum Irenæo verſatus eſt. Ego vero Socrates Corinthi ex Caii exemplari ſcripſi. Gratia ſit cum omnibus.

XXIV. Et poſthæc ego Pionius ex ſupraſcripto exaravi; cum exemplaria perquiſiviſſem, & illa mihi pet revelationem manifeſtaſſet Polycarpus, ut in ſequentibus declarabo; eaque jam propemodum ex temporis diuturnitate fatiſcentia collegiſſem; ut me quoque cum electis ſuis colligat Dominus Jeſus Chriſtus: cui gloria, cum Patre & ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum. Amen.

ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος· οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς Ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην * τῶν σωμάτων ἡμῶν, * ſ. deeſt τῶν ψυχῶν ἡμῶν
καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.

20. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν * ἵνα καὶ * Deeſt διαπέμψατε
ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων, † τῷ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ † ſ. τὸν δυνάμενον
δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη, εἰς αἰῶνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους. Ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν, καὶ Εὐάρεστος ὁ γράψας, πανοικί.

21. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν * Μαΐων, σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρᾳ * Chron. Alex. Ἀπριλίων
ὀγδόῃ. Συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος † Στρατίου Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς † l. Στατίου
αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.

22. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν· καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς.

23. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

24. Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

In

## In præcedentem de S. POLYCARPI Martyrio Epiſtolam Jac. Usserii & J. B. Cotelerii annotationes.

*Uſſerianæ * aſteriſco, Coteleriana † cruce notantur.*

* Inſcript. lin. 2. De hiſce Polycarpi Actis, & ejus generis aliis vetuſtiſſimis Eccleſiæ martyriis, in animadverſionibus ſuis Euſebianis num. 2183. ſententiam ſuam ita aperuit illuſtriſſ. Scaliger: *Eorum lectione piorum animus ita afficitur, ut nunquam ſatur inde recedat: quod quidem ita eſſe unuſquiſque pro captu ſuo & conſcientiæ modo ſentire poteſt. Certe ego nihil unquam in hiſtoria eccleſiaſtica vidi a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus eſſe videar.*

* *Ibid. l.* 2. Ἐν Φιλαδελφίᾳ) Apud Euſeb. lib. 4. hiſt. eccl. cap. 15. legitur ἐν Φιλομηλίῳ, ſicut & in vetere Latino epiſtolæ hujus interprete, *Philomelio*. Eſt autem Phrygiæ majoris Urbs *Philomelium*, ſicut *Philadelphia* Lydiæ. Eodem enim exemplo ad omnes Eccleſias hæc a Smyrnæis miſſa eſt Epiſtola: uti ejus generis ἐγκύκλιοι omnes, de quibus videndus P. Halloixius, Notat. in Vit. Polycarpi c. 23. ubi & hujus Epiſtolæ inſcriptioni ſimillimam eſſe illam obſervat, quæ ab Eccleſia Gothiæ (apud Sim. Metaphraſt.) de martyrio S. Sabæ inſcripta eſt his verbis: *Eccleſia Dei quæ eſt in Gothia, Eccleſiæ Dei quæ eſt in Cappadocia, & omnibus Eccleſiæ Catholicæ Chriſtianis ubique gentium habitantibus, miſericordia, pax, & charitas Dei Patris & Domini noſtri Jeſu Chriſti impleatur.*

† §. 1. l. 3. Ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν.) De Silvano Epiſcopo Euſebius, ὡς ἂν ὅρον γενέσθαι πᾶσι τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ἀγῶσιν ἐπισφράγισμα. In Actis Petri Martyris; καὶ γενέσθαι τὸ ἱερὸν αἷμα σφραγὶς, καὶ τέλος τοῦ διωγμοῦ τῆς κατὰ Χριστιανοὺς τολμηθέντος. ad quem locum vide Anaſtaſii Collectanea ſub finem. Nec præteribo elegantia verba Gregorii Nazianzeni ſub perſona Maccabæorum fratrum; καὶ ὁ πρῶτος ἔστω τοῖς ἄλλοις ὁδὸς, καὶ τελευταῖος σφραγὶς ἀθλήσεως.

* §. 2. l. 4. Τῇ μεγαλειότητι) Euſeb. διὰ τῆς μεγαλειότητος.

* §. 2. l. 4. Ἀναπαῦσαι) Δεῖ, aut ſimile quid, addendum hic, ut ſenſus conſtet, D. Langbainus noſter monuit.

* §. 2. l. 28. Κρόσσο) Pro hac voce, ἔπαθον hic Patricius Junius.

* *Ibid.* Κήρυκας μὲν ὑποστρωννυμένους.) Τοὺς ὑπὸ θαλάττης κήρυκας, καί τινας ὀξεῖς ὀβελίσκους ὑποστρωννυμένους, habet Euſebius. ubi Latinus ejus interpres Rufinus: *marinas conchas, quæ conchilia vocant, & acuta quoque fragmenta in dorſum ſupinatis martyribus ſubſternebant.*

* §. 3. l. 3. Γερμανικός) Ejus memoriam Januarii die 19. Latinorum celebrant Martyrologia.

* 3. l. 9. Λέγων) P. Junius λέγοντος.

† §. 3. l. 9. Τυχεῖν, &c.) Hinc forte ſumſit illud Baſilii Hom. in XL Martyres, ἂν δὲ θᾶττον παραχωρήσῃ (τοῦτο) αἴτησιν ἀπαλλαγῆς διαιτῶν ἦν βίαιον.

* §. 3. l. 12. Τὸ πλῆθος θαυμάσαν) Euſeb. τὸ πᾶν πλῆθος ἀποθαυμάσαν, rectius.

† §. 4. l. 7. Οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς.) In his enarrandis, paullo liberius, nec ſatis fideliter verſatus eſt Euſebius: metuens, opinor, ne Martyribus plurimis qui ſe Judicibus Deo inſtigante obtulerunt, præjudicium fieret.

* *Ibid.* Οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς) Pro ἑαυτοῖς, D. Langbainus ἑκόντας legendum cenſet, ex præcedentibus illis τινὰς προσελθεῖν ἑκόντας.

† §. 5. l. 3. Ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν) Recte ſcribas in Euſebio, βουλόμενον τε αὐτὸν κατὰ τὴν πόλιν περιμένειν.

† §. 5. l. 4. Ὑπεξελθεῖν) Habuiſſe in codice ſuo Rufini *ſecedit* non *ſecedit* videtur Ado.

* §. 5. l. 6. Καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων.) Forte apud διέτριβε μετ' ὀλίγων, vel μετ' ὀλίγων ut apud Euſebium: διατρίβων ἐν τοῖς ἀγροῖς ἑσπέρᾳ.

† §. 5. l. 9. Ἐν ὀπτασίᾳ γέγονεν) Recte in Nicephoro reprehenſus cernitur Euſebius, quod viſionem hanc dormienti Polycarpo oblatam fuiſſe putaverit.

* §. 6. l. 3. Ἐπιμενόντων) Euſeb. ἐπικειμένων, rectius.

* §. 6. l. 7. Ὁ εἰρήναρχος) *Irenarchæ dicuntur, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur;* ut habet Arcadius Chariſius, in D. de muneri. & honor. l. ult. *Irenarchæ, qui ad provinciarum tutelam, quietis ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, e decurionibus judicio Præſidum provinciarum idonei nominentur:* inquit Theodoſius Auguſtus, in Cod. lib. 10. tit. *de Irenarchis*. Apud *Aſianos* vero, & hiſce ipſis de quibus nunc agimus temporibus, Irenarchas deligendi quis mos fuerit, in ſacra oratione 4. ita explicat, qui tum apud eos vixit, Ariſtides. Ἐπέμποντο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐνιαυτὸν αἱ πόλεις ἑκάστης, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων· τούτων ἔδει ἐπισκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα, ἕνα ὃν προαιρεῖται ἐξ ἁπάντων, καθεστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. *Mittebantur quotannis illis temporibus ad præſides ex urbibus ſingulis virorum primariorum nomina decem. Ea conſiderantem Præſidem, unum aliquem deligere oportebat ex omnibus, quem pacis cuſtodem conſtitueret.* Ubi notandum, I. totius provinciæ propriæ dictæ Aſiæ Proconſulem tunc fuiſſe Præſidem, licet ſub eo alius quoque liberis Aſiæ civitatibus præfuerit, ut paulo poſt ex Philoſtrato audiemus. II. In unaquaque Aſiæ civitate conſtitutum fuiſſe unum, cujus munus erat προεστάναι τῆς εἰρήνης (ut paulo poſt Ariſtides loquitur) paci præeſſe, eumque annuum creatum fuiſſe: quem magiſtratum in urbe *Smyrnenſi* hoc anno *Herodes* geſſerit.

* *Ibid.* Ὁ καὶ κληρόνομος τὸ αὐτὸ ὄνομα) De altero hoc *Herodis* nomine nihil alibi legimus. Generaliter vero κληρόνομος dicitur, cui forte aliquid obtingit: & κληρωταὶ dicuntur magiſtratus, qui ſorte creantur. In Philoxeni Gloſſario, Latinorum *Heres*, Græcorum Κύριος & κληρόνομος eſſe dicitur. Apud veteres enim Latinos, *heres* & *herus* idem denotabant. Ita Feſtus: *Heres apud antiquos pro Domino ponebatur.* & Juſtinianus, §. ultim. Inſtitution. de hered. qualit. & different. *Pro herede gerere, eſt pro domino gerere: veteres enim heredes pro dominis appellabant.* Apud Heſychium, ut κλήραρχος eſt ὁ δεσπότης, & κληραρχία, δεσποτεία: ita κληρονομῶ quoque & κρατῶ idem eſſe dicitur. quod cum κληρουχία & κληρονομία nominibus, quatenus *dominium* & *dominatum* ea ſignificant, aliquanto propiorem habet convenientiam. Sed & apud eundem Ἐπίνομοι, κληρονόμοι exponuntur.

* §. 6. l. 8. Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος) Suſpicionem movet hic Baronius, *num fortaſſe hic ille Herodes Atticus fuerit, qui his temporibus ſub M. Aurelio floruit inter Græcos clariſſimus orator; cujus meminerunt Julius Capitolinus*, in Marco, *& Gellius*, lib. 1. cap. 2. qui M. Aurelii præceptor fuit, & ſub patre ejus Antonino Pio Romæ ordinarium geſſit conſulatum. Cui favere videatur, quod in vita ejuſdem apud Philoſtratum legitur, ἦρχε δὲ καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ ἐλευθέρων πόλεων ὁ Ἡρώδης. *Liberis Aſiæ civitatibus Herodes præfuit.* & in vita Polemonis, de eodem: Τὸν Πολέμωνα δὲ οὔπω γεγονότα, ἧκεν μὲν ἐς τὴν Σμύρναν (ὡς τῆς ἐξουσίας τοῦ πατρὸς) κατὰ χρόνους, ὃς τὰς ἐλευθέρας δὲ πόλεις αὐτῆς διῳκεῖτο. *Cum Polemonem nondum cognoſceret* Herodes, *Smyrnam venit (ob authoritatem, vel in dictionem, viri) iis temporibus, quibus liberas Aſiæ civitates moderabatur.* Sed, præterquam quod hoc aliud & magis amplum fuerit, quam Irenarchæ officium, illud præcipue obſtat, quod hujus Herodis pater fuerit *Atticus*, (eodem teſtante Philoſtrato) noſtri vero *Nicetes*, ut hæc Epiſtola non ſemel indicat.

* §. 7. l. 2. Δείπνου ὥραν) Ὥρα, vel, κατὰ τὴν τοῦ δείπνου ὥραν.

* §. 7. l. 4. Συμπαρελθόντες) F. συμπαρελθόντες. Euſeb. ἐπελθόντες habet.

* §. 7. l. 11. Ἢ κοπιᾶν αὐτὸν, ὡς τὸ) F. ὡς κοπιᾶν αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ, vel τὸ κάμνειν αὐτὸν τὸ &c.

* §. 7. l. 20. Ἐπὶ τὸ ἐληλυθέναι) Euſeb. ἐπὶ τῷ τοιοῦτον κινεῖσθαι μᾶλλον σπουδὴν καὶ θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

* §. 8. l. 3. Πῶλον) Euſeb. ὄνον.

* §. 8. l. 7. Ὄντος σαββάτου μεγάλου) Ut Hebdomada Paſſionis appellata eſt *Hebdomada magna*; ita in ea Sabbatum (quo ſolo, ex omnibus totius anni Sabbatis, Orientalibus jejunare eſt permiſſum) *Sabbatum magnum* dicebatur. Conſtit. Apoſtol. lib. 8. cap. 33. Τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν, ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι, ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως. *Servi per totam magnam hebdomadam, & ſequentem, quieſcunt: quoniam illa paſſionis eſt, hæc reſurrectionis.* Vide cap. antepenult. libri V. Conſtitut. cui titulus Διάταξις περὶ τῆς μεγάλης τοῦ πάσχα ἑβδομάδος, *Conſtitutio de magna Paſchæ hebdomada:* (hæc enim propriè *Paſchalis* hebdomada fuit habita, inter τεσσαρακοστὴν & πεντηκοστὴν interjecta, & tum ab illius 40. tum ab hujus 50 diebus diſtincta:) & penult. Περὶ τῆς παννυχίδος τοῦ μεγάλου σαββάτου, καὶ περὶ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας. *De magni Sabbati pervigilio, & de die Reſurrectionis.*

* §. 8. l. 8. Ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης) *Nicetæ Smyrnæi* vita habetur apud Philoſtratum; ſed noſtro hoc aliquanto ſenioris, quippe qui Nerva imperante maxime inclaruit.

* §. 8. l. 9. Ἐπὶ τὸ ὄχημα, καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν) Euſeb. οἱ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ ὄχημα. Sic & paulo poſt, ubi hic legitur, ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας, apud Euſebium tantum habetur: ὡς κατιέναι ἀπὸ τοῦ ὀχήματος. Ut utrobique καρούχας ſequioribus ſeculis magis notum vocabulum hic ſubſtitutum fuiſſe videatur, vetere illo τοῦ ὀχήματος ad marginem annotato; quod ipſum quoque in textum, licet loco non ſuo, admiſſum fuerit. In Cyrilli vero Græco-latino Gloſſario, καῤῥόν & καρούχιον, *Rheda* exponitur: & in Heſychii lexico vice verſa, ῥέδιον, καρούχιον· apud quem etiam ἅρμα eſt ὄχημα, καροῦχα, δίφρος. Latinis ſcriptoribus, *Plinio, Martiali, Suetonio*, & ſequentibus Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus, *Carruca* vox uſitatiſſima eſt. Indeque tum poſteriorum Græcorum καρούχα illa, tum vulgatum noſtrum *Coache*, ſuam traxit originem.

† §. 8.

Digitized by Google

† §. 8. l. 23. Καὶ οἱ τόποις κατέλαβεν] Videtur legiſſe in Euſebiana Hiſtoria Rufinus, ut perperam vertiſſe, *& de cetero*. Finem autem expetis hujus cum initio ſequentis Euſebius connectit. Apud Nicephorum reponi volo συστελλόμενος. lib. 3. cap. 35.

* *Ibid.* Καὶ οἱ τόποις κατέλαβεν] In Euſebio parentheſis iſta non habetur: quam vetus noſter Interpres ita expreſſit, *& reliqua quæ ſolent Diabolo inſtigante narrari.*

* §. 8. l. 13. Διασώζεσθαι] Ita etiam habetur in Euſebio MS. Savilliano: ubi in vulgatis legitur ſimplex σώζεσθαι. pro quo Rufinus habet; *de vetere eluere ſecuram.*

* §. 8. l. 20. Προθύμως] Ita etiam eſt in Euſebio Savilliano, non πρόθυμος, ut in editis.

* §. 8. l. 20. Ἀναδῦναι τινα ἐφεῖσθαι] Euſeb. ἀναδῦναι θυμοῦσθαι.

* §. 9. l. 4. Οἱ παρόντες] Euſeb. πολλοί, Rufin. *plurimi*.

* §. 9. l. 6. Λοιπὸν προσαχθέντα] Euſeb. λοιπὸν οὖν προσαχθέντα.

* §. 9. l. 10. Ὡς ἔθος αὐτοῖς λέγειν.] Vel λέγειν potius. Euſeb. ὡς σύνηθες αὐτοῖς ἐστι λέγειν.

† *Ibid.* Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην] Poſtea juratum per pietatem & victoriam Chriſtianorum Imperatorum. In Concilio Epheſino. Ζήνων χωρεπίσκοπος τῆς τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν αἱρέσεως, ἐπιγνοὺς τὴν ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας (al. τῆς ὀρθοδόξου) καὶ παρακαλέσας τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Θεοφάνιον, καὶ τὸν εὐλαβέστατον χωρεπίσκοπον (al. ἐπίσκοπον) Ἰάκωβον, καὶ τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον καὶ οἰκονόμον Χαρίσιον, προσῆλθον τῇ ἁγιωτάτῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν ἐν ᾗ πρότερον ἐπλανώμην, καὶ συντίθεμαι τῇ προγεγραμμένῃ ἐκθέσει τῆς ὀρθοδοξίας. (al. ὀρθοδοξίας) ἀναθεματίζων καὶ τοὺς μὴ ποιοῦντας τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα, καθὼς ἡ ἁγία καθολικὴ ποιεῖ ἐκκλησία· ὀμνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης Φλαυΐου Θεοδοσίου, καὶ Φλαυΐου (al. Φλαβίου) Οὐαλεντινιανοῦ τῶν αἰωνίων Αὐγούστων· εἰ δέ τι τούτων παραβαίνοιμι, ὑποκεῖσθαί με τῇ τῶν νόμων ἀκριβείᾳ. τῇ δὲ χειρὶ ἐμῇ ὑπὲρ αὐτοῦ Φλαύιος Παλλάδιος, διὰ τὸ αὐτὸν φάσκειν γράμματα μὴ εἰδέναι. *Zenon Chorepiſcopus Quartodecimanorum Hæreſeos, cognoſcens veram fidem Catholicorum, & obſecrans ſanctiſſimum Epiſcopum Theophanium, & reverendiſſimum ſanctum Chorepiſcopum & reverendiſſimum Presbyterum & Oeconomum Chariſium, acceſſi ad ſanctam Dei & Catholicam Eccleſiam. & anathematizo omnem Hæreſim, præcipue Quartodecimanorum, in qua prius erraveram, & conſentio præſcriptæ expoſitioni orthodoxæ fidei, anathematizans & eos qui non celebrant ſanctum diem Paſcha, ſicut ſancta Catholica Eccleſia celebrat: jurans per ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem, & per pietatem & victoriam dominorum orbis terræ, Flavii Theodoſii, & Flavii Valentiniani ſemper Auguſtorum: ſi vero de his aliquid prævaricatus fuero unquam, ſubjacere me legum ſeveritati. Manum vero accommodavi pro eo ego Flavius Palladius, eo quod profeſſus diceret, litteras ſe ignorare.* Græca ſumpſi e Bibliotheca Regia, Latina vero ex impreſſis libris.

† §. 9. l. 23. Εἶπε. Αἶρε τοὺς ἀθέους.] His quoque ſupplendus Ado deſcriptor Rufini, iſto modo: *Conclama, Tolle ſacrilegos.* Ad VII. Cal. Febr. De loquendi formula præter ceteros conſule S. Chryſoſtomum Hom. 46. in Acta Apoſtolorum.

* §. 9. l. 34. Τοὺς ἐν τῷ σταδίῳ ἀνόμους ἔθνη] Euſebius tantum habet, τὸν ἐν τῷ σταδίῳ.

† §. 9. l. 38. Καὶ ἀπόλυσόν σε] Lectio quoque Rufini.

* §. 9. l. 19. Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ] Euſeb. Ὀγδ. καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ. Videnda hic præfatio noſtra: in qua anno æræ Chriſtianæ LXXXIII. Chriſto primum ſervire cœpiſſe Polycarpum oſtendimus, indeque jam Apoſtolis (qui tum ſuperfuerant) converſatum, & Smyrnæ Epiſcopum conſtitutum ab eis fuiſſe; ut ex Irenæo, diſcipulo ipſius, confirmat Euſebius (lib. 5 hiſt. κεφ. κγ'. & lib. 4. κεφ. ιδ'. cum lib. 3. κεφ. λϛ'.) Neque enim D. Petavio (in Epiphanianas Animadverſionib. pag. 461.) tam facile concedimus, *cum uno duntaxat Apoſtolo Joanne Polycarpum verſari potuiſſe*: ut neque ſanum illi communem quæ apud antiquos obtinuit fidem, abſque juſta aliqua ratione, audemus detrahere, qua poſt Hieroſolymitanæ urbis excidium, ad Eccleſiæ illius præfecturam Simeoni filio Cleophæ committendam, τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν Κυρίου μαθητῶν τοὺς εἰσέτι τῷ βίῳ λειπομένους ἐπὶ ταὐτὸν πανταχόθεν συνελθεῖν, *Apoſtolos & diſcipulos Domini, qui adhuc in vivis ſuperſtites fuerant, ex omnibus locis in unum convenisse*, traditum refert idem Euſebius (lib. 3. κεφ. ια'.) Ab eo vero excidio ad Polycarpi noſtri converſionem, anni tantum elapſi ſunt XIII. poſt quam anno deinceps XVII. vita functus eſt Johannes; a quo Smyrnæ Epiſcopum conſtitutum fuiſſe Polycarpum, apud Tertullianum, de Præſcript. cap. 32. & Hieronymum, in Catalogo, legimus. Et cum LXX. demum poſt ipſius Johannis obitum anno Polycarpus martyrium ſubierit; in Smyrnæorum Eccleſia adminiſtranda plures eum annos exegiſſe conſequitur, quam præceſſores ſimul omnes. quorum tres primi (ſi Pſeudo-Clementem, lib VII. Conſtit. Apoſtolic. cap. 47. audire libeat) *Ariſto*, *Stratæus* Loidis filius, & alter *Ariſto*, fuerunt. In Hippolyti inedito de LXX. diſcipulis libello quartus *Apelles* nominatus reperitur: cujus etiam Apoſtolum, in Epiſtola ad Romanos (cap. XVI. 10.) mentionem feciſſe, & Epiſcopum Smyrnæ ante S. Polycarpum factum fuiſſe, in Synopſi ſua refert Dorotheus. quemquem immediatum Polycarpi anteceſſorem fuiſſe *Bucolum*, in Polycarpi Actis Pionio adſcriptis, Græcorum Menæis (Febr.) 6. & 23. & Nicephori Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 14. traditum habemus: quem & primum illius ſedis Epiſcopum fuiſſe Suidas affirmat; de Polycarpo noſtro ita ſcribens. Πολύκαρπος Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Θεολόγου ἀκροατής, διάδοχος δὲ Βουκόλου τοῦ πρώτου ἐπισκοπεύσαντος τῆς Σμυρναίων ἐκκλησίας· ὃς καὶ μετ' αὐτὸν δεύτερος τὸ ἐπισκοπῆς ἐκράτησε. *Polycarpus Johannis Evangeliſtæ & Theologi auditor, ſucceſſor vero Bucoli qui primus Smyrnæorum Eccleſiæ præfuit: poſt quem ipſe ſecundus Epiſcopatum obtinuit.* Sed ſive unum ſive plures in eo Epiſcopatu anteceſſores ille habuerit: illud conſtat, & a Chriſti paſſione ad Johannis obitum minus quam LXX. annorum ſpatium interceſſiſſe, & ultra LXX. annum Epiſcopatum Smyrnenſem obtinuiſſe Polycarpum. Quod ſi cuiquam minus credibile videatur, revocandus illi in memoriam eſt ex poſterioribus ſeculis, *Remigius Rhemenſis urbis Epiſcopus; qui, ut ferunt, ſeptuaginta aut eo amplius in Epiſcopatu annos explevit*: ut apud Gregorium Turonenſem, de gloria Confeſſorum, cap. 79. legimus. quatuor nimirum ſupra ſeptuaginta. ſi, ut Chronicon habet Sigeberti, anno cccclxxi. creatus Epiſcopus, anno demum dxlv. ex vita hac exceſſerit.

* §. 10. l. 1. Εἰ κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην (ὡς σὺ λέγεις)] Quare per *fortunam* ſive *genium* Cæſaris jurare noluerint veteres Chriſtiani, rationem reddit Tertullianus, in capite 32. Apologetici. *Sed & juramus, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis. Neſcitis genios dæmones dici, & inde diminutiva voce dæmonia. Nos judicium Dei ſuſpicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id enim in eis ſcimus eſſe, quod Deus voluit: ideoque & ſalvum volumus eſſe quod Deus voluit, & pro magno id juramento habemus.* Unde & ſacramenti militaris formulam, ſub Chriſtianis Imperatoribus ita immutatam, proponit Vegetius, de re Militari, lib. 2. cap. 5. *Jurant per Deum, & per Chriſtum, & per Spiritum ſanctum, & per Majeſtatem Imperatoris quæ, ſecundum Deum, generi humano diligenda eſt & colenda.*

* §. 10. l. 4. Προσποιῇ δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι] Euſeb. προσποιούμενος δὲ τίς εἰμι reſtius.

* §. 10 l. 9. Ὑπὸ τοῦ Θεοῦ] Id. ἀπὸ Θεοῦ.

* §. 10. l. 5. Μεταθέσθαι με ἀπὸ] Id. μετανοεῖσθαι ἀπό.

† §. 10 l. 7. Δαπανηθῆναι] Ita etiam in codice Euſebiano Rufini Interpretis. Notandus porro eſt locus iſte, ut oſtendatur gravius exiſtiſſe ſupplicium igni tradi, quam objici beſtiis. Quæ de re multi dixerunt.

* *Ibid.* Δαπανηθῆναι] Id δαπανηθήσῃ. Rufin. *conſumi*.

† §. 11. l. 12. Τί βραδύνεις, φέρε ὃ βούλει.] *Stantes autem Martyres in medio populi, aiunt ad Principem, Cur moras patiendi? fac citius quod facturi eſtis.* In Paſſione XL. Martyrum. c. Maccab. VII. 30. Joan. XIII. 27.

* §. 12. l. 3. Οὐ μόνον μή] Euſeb. μὴ μόνον μή. Sic enim habet MS. Savillianus, repetito μή.

* §. 12. l. 6. Ἐκπέμψαι κήρυκα] Vox ἐκπέμψαι neque in Euſebio, neque in vetere Latino hujus Epiſtolæ Interprete habetur. Per præconem vero ſolitum interloqui judicem, *ex l. ſuſtibus C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* notat hic Baronius. Κήρυκα autem *Curionem* Rufinus reddidit: quam vocem hic etiam pro *præcone* uſurpavit in Gallieno Trebellius Pollio.

* §. 12. l. 7. Κηρύξαι τρίτον] Euſeb. κηρύξαι τρίς, & vetus hujus Epiſtolæ Interpres, *ter clamatum eſt*. quod Rufinus ad ipſum Polycarpum perperam retulit: loco hunc in modum reddito. *Miſſo igitur curione ad populum, jubet voce maxima prœfari, Polycarpum tertio confeſſum Chriſtianum ſe eſſe.*

* §. 12. l. 9. Ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων] Rufinus: *Univerſa multitudo tam Gentilium quam Judæorum Smyrnenſium civitatis.* Noſter interpres: *Univerſus populus Judæorum & Gentium qui Smyrnam colebat.* Seldenus: *Communis Gentium & Judæorum quod Smyrnæ tunc agebat.* ut referatur ad τὸ Κοινὸν τῆς Ἀσίας, quod eo tempore *Smyrnam* ad communia ſpectacula celebranda commigraverit. *Smyrnæ* enim univerſitatis Aſiæ conventus aliquando fuit habitus, ut ex tertio marmore Arundelliano conſtat, in quo Septimius Publius *Smyrnæ* Κοινὰ Ἀσίας viciſſe dicitur; aliquando *Epheſi*. ut ex Edicto M. Aurelii Antonini liquet, quod propoſitum fuit, ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ Κοινῷ τῆς Ἀσίας (ut apud Euſebium videre licet, lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. κεφ. ιγ'.) aliquando in Aſiæ urbe aliqua alia; propriæ nimirum dictæ Aſiæ, vel Aſiæ ſaltem Lydiacæ, quæ præter mediterraneam, etiam maritimam Lydiam, ab Æolibus & Ionibus habitatam, comprehendebat: ut in libello noſtro de variis *Aſiæ* acceptionibus declaravimus.

* §. 12. l. 13. Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος] Pro ἀσεβείας reſtituendum eſſe Ἀσίας, Euſebii, Rufini, & veteris noſtri Interpretis conſentiens hic evincit authoritas. In Hieronymi Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo, totius Aſiæ princeps appellatur Polycarpus: & in hac Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſtola, διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικός, & διδάσκαλος ἐπίσημος pro quo, in vetere Interprete poſitum legimus: *Magiſter adhuc vocatus a populo.*

* §. 12. l. 14. Μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς] Mutilatus locus iſte legitur in vulgatis Euſebii exemplaribus: qui tamen a Rufino integre habetur converſus. *ut immolent, nec adorent Deos.*

* §. 12. l. 15. Τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον] *Philippum munerarium*, Rufinus & Chriſtophorſonus reddiderunt: quas ideirco ἀγωνοθέτην hic legiſſe P. Halloixius exiſtimat, addens, *cum nomen hoc huic congruere, ubi populus petit immitti leones in Polycarpum. Petere autem non a Præſide Aſiæ qui non alius erat quam Proconſul, & Tatius Quadratus appellabatur, ſed ab alio, cui erat Philippo nomen, qui reſpondit jam completiſſe ſe munera certaminum ſive venationum.* qui a doctiſſimo Salmaſio (in Plinian. exercit. pag. 805.) diſcere potuiſſet, fuiſſe

fuiſſe Ἀσιάρχας *ſacerdotum principes, & ἱεράρχας potius quam rectores provinciarum; qui non mittebantur ex provinciis Romanis, ad regendam Aſiam, ſed ex ipſiſmet primoribus Aſiæ & opulentiſſimis civibus eligebantur ad munera edenda*. vel a Gabriele Albaſpinæo (Obſervat. lib. 1. cap. 22.) Ἀσιάρχην *non Præſidem aut Principem, ſed Sacerdotem Aſiæ & Munerarium ſignificare, eundemque qui ludos præſtat ſolemnibus*. quamquam & magiſtratum geſſiſſe eum, non ſacerdotium ſolum, doceat in loco citato Salmaſius: de quo etiam, in annotationibus ad quartum marmor Arundellianum conſulendus eſt Seldenus noſter; & Interpretes Act. 19. 31.

* §. 12. *l.* 18. Ἐπειδὴ πεπλήρωκει τὰ κυνηγέσια] Vel πεπληρώκει, potius. Rufin. *quia jam editionis ſuæ munus expleſſet*. Noſter Interpres: *compleret jam muneris exhibitio*. Albaſpin. lib. 2. Obſervat. cap. 22. reſponſi ſententiam refert: *munus ſe dediſſe quod apparare debuerat, eoque ſe penitus liberum ſolutumque munere videri*. Cujuſmodi vero κυνηγέσια ſint hic intelligenda partim ex Actis Pionii intelligere poſſumus; in quibus *Terentius, qui tunc venationes curabat, ad Aſclepiadem: Te, inquit, accuſabo, ut beſtiis damnatum in munere gladiatorio filii mei*. partim ex Gloſſarii Baſilicorum, a Carolo Labbæo editi, explicatione illa. Κυνηγὸς καλεῖ ὁ τῷ νόμῳ τὰς θηριομαχίας. De quibus venatoribus accipienda ſunt illa Auguſtini Pſalm. CII. *Qui venatoribus donant, quare donant? dicant mihi quare donant venatori? Hoc in illo amat, in quo nequiſſimus eſt, hoc in illo paſcit, hoc in illo veſtit: ipſam nequitiam publicam ſpectaculis omnium*. & in Pſalm. 147. *Vident homines venatorem, & delectantur: ut miſeris, ſi non ſe converterint. Qui enim vident venatorem & delectantur, videbunt Salvatorem & contriſtabuntur. Quid illis miſerius, quibus Salvator ſalutis non erit? Non ergo mirum, quia illis quibus voluptati eſt homo pugnans, non erit ſalvus Deus liberans*. Vide Tertullian. de Spectaculis, cap. 12. & 19. & P. Fabr. Semeſtr. lib. 2. cap. 7.

* §. 12. *l.* 19. Ὥστε τὸν Πολύκαρπον) Ex Euſebio, Rufino, & noſtro Interprete legendum; ὥστε ζῶντα τὸν Πολύκαρπον.

* §. 12. *l.* 20. Κατακαυθῆναι] Euſeb. καῆναι, vel, ut eſt in MS. Saviliano, κατακαῆναι.

† *Ibid.* Ἔδει γάρ) A manu Nicephori fuit, ἔδει γὰρ αὐτῷ φανερωθὲν ὄντι ἀνδρί, μὴ τὸ ὁραθὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀποπεσεῖν. At ediderunt, ὥσπερ.

* §. 13. *l.* 1. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο) Hinc expreſſa ſunt illa in Actis Theodori Tironis, apud Metaphraſt. Februar. 17. *Dicto citius res mandata fuit executioni*: (θᾶττον ἢ λόγος, καὶ τὸ ἔργον ἐγένετο) *illicoque ex officinis & balneis ligna repente colligentibus*. & apud Vincentium, lib. 11. Speculi hiſtorial. cap. 94. *Omnes populi civitatis cum feſtinatione ligna a balneis rapientes, conſtruxerunt rogum*.

* §. 13. *l.* 4. Ξύλα καὶ φρύγανα) Sic & apud Euſebium in MS. Saviliano: nam in editis conjunctio deſideratur. Φρύγανα vero Rufinus *ſarmenta*, noſter Interpres *malleola*, vel *malleolos* potius, reddidit. qua utraque voce etiam Cicero eſt uſus: illa in oratione pro Milone: *plena omnium malleolorum, ad urbis incendia comparatorum*. ac libro 5. in Verrem. *ligna & ſarmenta circumdare, ignemque ſubjicere cœperunt*. Tertullian. ſub finem ſui pro Chriſtianis Apologetici: *Licet nunc ſarmenticios & ſemaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti, ſarmentorum ambitu exurimur: hic eſt habitus victoriæ noſtræ, hæc palmata veſtis; tali curru triumphamus*.

† §. 13. *l.* 5. Συνεργοῦντες) In Rufino forſan ſcribendum, *fomentibus*, non *ferventibus*, quamvis Ado hoc cum libris impreſſis, & ſcriptis tribus quos vidi retineat.

* §. 13. *l.* 6. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊά) Euſeb. ἀλλ' ὅτε ἡ πυρά.

* §. 13. *l.* 10. Ἅψαντες) Euſeb. ἐφάψαντες.

* *Ibid.* (Ἐν) παντὶ γὰρ καλῷ) Ἐν additum eſt ex Euſebio; a quo etiam vox καλῷ abeſt.

* §. 13. *l.* 12. Πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο) Euſeb. πρὸς τῆς πολιᾶς κεκόσμητο, vel, ut eſt in MS. Saviliano, ἐκεκόσμητο.

‖ §. 13. *l.* 15. Προσηλοῦν) Ad firmitatem, non ad ſupplicium. Moneo, ne abripiaris auctoritate hominis eximii Juſti Lipſii, qui III. de Cruce 10. interpretatus, *erant ſuffixere*, intolerando errore.

* *Ibid.* Προσηλοῦν) Αὐτόν, additur in Euſebio.

* §. 13. *l.* 19. Ὁ γὰρ δούς μοι) Euſeb. Ὁ γὰρ διδούς. Rufin. *Qui enim dedit mihi*. Similia his quoque habentur in Actis Græcis MSS. Theodori. Μελλόντων δὲ καὶ προσηλοῦν, οὐκ ἠνέσχετο. Ἄφετέ με λέγων. Ὁ γὰρ δοὺς ἐμοὶ ὑπομένειν τὴν τοῦ πυρὸς ὑπομονήν, αὐτὸς δώσει πάντως καὶ τὴν ἐπὶ ὅλον ἑαυτὸν ἀσφάλειαν, τὴν τοῦ πυρὸς ὑποφέρειν καύσιν. quod in Actis ejus Latinis, apud Vincentium ita habetur expreſſum. Quæſtionarii cogitaverunt, ut eum clavis configerent. Quibus ille dixit: ſinite me. Qui enim mihi dedit tolerantiam in omnibus, dabit etiam, ut ſine confixione clavorum ignis impetum cum lætitia poſſim ſufferre.

* §. 13. *l.* 17. Ἀσκύλτως) Euſeb. ἀσαλεύτως, Rufin. *immobiliter*.

* §. 14. *l.* 3. Ἐπίσημος) Ἀναφερόμενος in Euſebio, *aſſumptus* in Rufino, additur, pro quo, ἡτοιμασμένον, hic poſtea ſubjicitur.

* §. 14. *l.* 6. Εἰς προσφοράν, ὁλοκαύτωμα) Euſeb. ὁλοκαύτωμα. A Græcis vero interpretibus, Hebræum עולה non per ὁλοκαύτωμα ſolum redditur, ſed interdum etiam per ὁλοκάρπωμα: ut Levit. 1. 14. & 16. 24. Deeſt vero in Euſebio illud, εἰς προσφοράν.

* §. 14. *l.* 4. Τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν) Pro his, in Euſebio tantum habetur, Θεῷ παντοκράτορι.

* §. 14. *l.* 5. Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ) Deſunt iſta in Euſebio & Rufino.

* §. 14. *l.* 7. Περὶ σοῦ) Sic & apud Nicephorum. Euſebius περὶ σέ.

* §. 14. *l.* 11. Με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων σου) Pronomina με & σου, in Euſebio non habentur.

* §. 14. *l.* 13. Τοῦ Χριστοῦ σου) Sic & in Euſebio Saviliano & Rufino: nam in Græcis editis σου deſideratur.

† §. 14. *l.* 17. Καὶ προετοιμάσας καὶ ἐπλήρωσας) Sic etiam Rufinus.

* *Ibid.* Καὶ προφανερώσας καὶ ἐπλήρωσας) Euſeb. προφανερώσας καὶ πληρώσας.

* §. 14. *l.* 20. Σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί· μεθ' οὗ σοὶ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα) Præpoſitiones in hac Doxologia apud Euſebium immutatæ leguntur. διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ quod in Arianorum favorem factum ſuſpicari quis poſſet: niſi & a noſtro Interprete ita locus fuiſſet redditus. *per æternum Pontificem omnipotentem Jeſum Chriſtum: per quem tibi & cum ipſo & cum Spiritu Sancto, gloria*. & a Rufino: *per æternum Deum & Pontificem Jeſum Chriſtum, dilectum filium tuum: per quem, & cum quo, tibi cum Spiritu Sancto, gloria*.

* §. 14. *l.* 22. Αἰῶνας) Τῶν αἰώνων, in editis Euſebii exemplaribus additur: licet in MS Saviliano, & Rufino, non legatur. Noſter tamen Interpres *ſecula* habet *ſeculorum*.

* §. 15. *l.* 4. Μέγα) In Euſebio vox hæc non habetur.

* §. 15. *l.* 5. Ἐτηρήθημεν) Euſeb. ἐτηρήθησαν.

* §. 15. *l.* 7. Ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη) Euſeb. in genitivo habet, ὀθόνης & πληρουμένης. Rufinus: *ſpecie quaſi veli navis vento ſinuati*.

* §. 15. *l.* 11. Ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς) Non habentur iſta in Euſebio, nec Rufino.

* §. 15. *l.* 12. Ἀντελαβόμεθα) Sic & Euſebius Savilianus: ubi editi, ἀντελαμβανόμεθα.

* §. 16. *l.* 3. Οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι) In Martyrologio quoque Romano, Januar. 26. ab igne minime læſus fuiſſe Polycarpus dicitur. Indeque Romæ in Eccleſia S. Stephani in Cœlio adſcripta illi cernitur Siracidæ iſta ſententia, Eccleſiaſtic. 51. 6. *In medio ignis non ſum æſtuatus*: ſubjecto etiam, in eam ſententiam, hoc epigrammate.

*Phœnicem ſi quis medio ſubjectus in igne*
*Emori, & extraſſe ſe reparare vogo;*
*Obſtupeat, Polycarpe, avidas tibi parcere flammas,*
*Nec auſas ſacra te violare face.*
*Mille alunt tædæ, rutilantque hinc inde favillæ,*
*Atque in te Dominum, quem colis ipſe, colunt.*
*Præmia nunc majora tibi ſed reddit Olympus,*
*Ignem qui pedibus ſubjicit aſtra tuis.*

* §. 16. *l.* 3. Κομφέκτορα) Latinum hoc *confectoris* vocabulum retinuit quoque Euſebius, & ex Rufino etiam Ado & Notkerus in ſuis Martyrologiis. Noſter Interpres *confectorem ignis* reddidit. In Gloſſis Baſilicorum a Labbæo editis Κομφέκτωρ, κατασφάκτης expunitur.

* §. 16. *l.* 4. Ξιφίδιον) Euſeb. τὸ ξίφος.

* §. 16. *l.* 5. Περιστερὰ καί) De columba hac altum eſt apud Euſebium & Rufinum ſilentium.

* §. 16. *l.* 8. Ὁ θαυμασιώτατος) Habetur in Euſebio Saviliano: ſed non in libris editis, a quibus, & Saviliano quoque, ſequentes duæ voces abſunt, μάρτυς Πολύκαρπος.

* §. 16. *l.* 13. Ἐξαρνῆσαι) Euſeb. ἀρνεῖσθαι.

* §. 16. *l.* 13. Ἐτελειώθη) Ita & Euſebius Savilianus: ubi editi habent, ἐτελέσθη.

* §. 17. *l.* 6. Τὸ λείψανον) Euſeb. τὸ σωμάτιον. pro quo *reliquias* Rufinus, *corpus* noſter poſuit Interpres.

* §. 17. *l.* 9. Ὑπέβαλε γοῦν) Euſeb. ὑπέβαλον γοῦν τινες.

* §. 17. *l.* 10. Δὲ Ἄλκης) Euſeb. δὲ Δάλκης, vel, ut MS Savilianus habet, δ' Ἄλκης. In Rufino eſt *Dalco*; in noſtro Interprete *Alces*, multo rectius. *Alces* enim notum ſatis eſt mulieris inter Smyrnæos nomen; vel ex illa Ignatii ſalutatione, in Epiſtola ad eoſdem. Ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. *Saluto Alcen, deſiderabile mihi nomen*.

* §. 17. *l.* 11. Τῷ ἄρχοντι) Euſeb. τῷ ἡγεμόνι, id eſt Proconſuli.

† §. 17. *l.* 11. Ταφῇ) Vox Euſebio reddenda ex Rufini verſione. Paucis verbis ante, ἀπαχθῇ eſt addita ad petendum.

* *Ibid.* Ταφῇ) Non habetur vox iſta in Euſebio.

* §. 17. *l.* 13. Εἴπω) Ita Euſebius: ſed ὑπέβαλλε, quod præceſſit, requirit hic εἰπεῖν.

* §. 17. *l.* 15. Λαμβάνειν) Euſeb. αὐτὸν λαμβάνειν.

* §. 17. *l.* 18. (Ἀμώμητον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν)) Parentheſis iſta neque in Euſebio habetur, neque in Rufino, neque in vetere noſtro Interprete.

* §. 17. *l.* 23. Σέβεσθαι] Euſeb. σέβειν. Cum Smyrnenſis vero Eccleſiæ doctrina hic tradita, convenit & illa Auguſtini, in lib. de vera Religione, cap. LV. *Non ſit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia ſi pie vixerunt, non ſic habentur ut tales quærant honores; ſed illum a nobis coli volunt, quo illuminante lætantur meriti ſui nos eſſe conſortes. Honorandi ergo ſunt propter imitationem, non adorandi propter religionem*.

* §. 17. *l.* 24. Κοινωνούς τε καὶ συμμαθητάς] Euſebius συγκοινωνούς τε καὶ μαθητάς. rectius συγκοινωνούς τε καὶ συμμαθητάς.

§. 18. l. 2. Ὁ ἑκατοντάρχης (κεντυρίων)] Apud Euſebium tantum eſt ὁ ἑκατοντάρχης: pro quo recentius vocabulum poſterioribus temporibus videtur ſubſtitutum, antiquiore illo ad marginem appoſito, quod in contextum poſtea receptum fuerit; ut in ἀσιάρχης voce factum, jam ante annotavimus. Faſti Siculi Κεντυρίωνος vocem retinent; periocham hanc ita exprimentes. ὁ Κεντυρίωνος τὴν τῶν ἐπισυναχθέντων Ἰουδαίων, καὶ Ἐθνικῶν φιλονεικίαν θεασάμενος, τεθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐν μέσῳ, ἐκαύσεν. *Centurione congregatorum Judæorum Ethnicorumque concitationem animorum cernente poſitus ab ipſis in medio, ubi igni traditus eſt.*

§. 18. l. 3. Τῶν Ἰουδ.) Euſeb. & Faſti Siculi, τὴν τῶν Ἰουδ. recte.

§. 18. l. 7. Τὸ πυρός.] Pro hoc, apud Euſebium legitur, ὡς ἔθος αὐτοῖς. In Rufino, & Faſtis Siculis contrum habetur.

*Ibid.* Οὕτω) Euſeb. Οὕτως.

§. 18. l. 8. Τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον) Maximinus, vel quicunque author fuit libri 3. Commentariorum in Job, Origeni perperam adſcriptorum: *Nos non nativitatis diem celebramus, cum ſit dolorum atque omnium tentationum introitus: ſed mortis diem celebramus, utpote omnium dolorum depoſitionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori videntur.* Petrus Chryſologus, Serm. CXXIX. in S. Cyprianum martyrem: *Natales ſanctorum cum auditis, chariſſimi, nolite putare illum dici, quo naſcuntur in terram de carne, ſed de terra in cælum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, ſed fortes & ſtabiles & æternas, de mundanis riſibus ad coronam & gloriam. Tales natales digne Martyrum celebrantur.* de quibus & ipſe Cyprianus Epiſt. XXXVII. ad Presbyteros & Diaconos Eccleſiæ Carthaginenſis: *Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus.*

§. 18. l. 9. Εἴς τε τὴν τῶν ἀθληκότων μνήμην) Euſeb. ὡς ἐν τῇ τῶν προηθληκότων μνήμῃ. Rufinus: *Sed & eum ex eorum memorias qui prius paſſi fuerant celebramus, ut ſequentium animi ad profectum viam (vel vitam) exemplo invigilibus ſuſcitentur.* Paulo poſt. Σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφείας δωδέκατος) Pro δωδέκατος, Euſebius habet ἕνδεκα: conſentientibus etiam Rufino, Nicephoro, vetere noſtro Interprete, & Latinorum omnibus Martyrologiis ad 26. Januarii diem.

† §. 19. l. 3. Ἐν Σμύρνῃ) Martyrologium S. Hieronymi dictum, Spicilegii Acheriani Tom. 4. *VII. Kal. Febr. In Nicæa Smyrna, Paſſio ſancti Polycarpi Epiſcopi.* Corrupte. Debet emendari; *In Aſia, Smyrna;* vel *In Lydia, Smyrna.* Nam Smyrna urbs Ioniæ in Aſia eſt. Perperam autem Lyciæ tribuitur a Pſeudo-Hieronymo de locis ex Actis Apoſtolorum.

§. 19. l. 5. Οὐ μόνον.) Quæ ſequuntur, uſque ad finem in Euſebio non habentur.

§. 19. l. 10. Τὸν Κύριον ἡμῶν] Ἰησοῦν Χριστὸν, σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ex vetere Latino Interprete, & *corporum* quæ ſequitur antitheſis, videtur addendum.

§. 19. l. 14. Ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας) Filium Dei hic celebrat Smyrnenſis Eccleſia, ut Oecumenicum Eccleſiæ Pontificem ſimul cum *Spiritu Sancto, per quem cuncta cognoſcimus.* ut in Latino habetur additum.

§. 20. l. 3. Μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου) Vetus Interpres *nunciavit*, vel *nunciavi* potius, per fratrem Marcum. Singulariter enim iſta enunciat, quæ pluraliter in Græco referuntur, utpote non a ſingulari aliqua perſona, ſed a tota Smyrnenſi Eccleſia profecta.

*Ibid.* Διαπέμψασθε.) Vet. Interpres *nunciate*. Ex quo reſtituendum, quod in Græco deſiderabatur: διαπέμψατε, vel ἀναδείξατε, vel quid ſimile.

§. 20. l. 7. Τῷ δυναμένῳ.) Leg. τῷ δὲ δυναμένῳ.

† §. 21. l. 3. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος.) Quando contigerit B. Polycarpi Martyrium, Chronologicæ diſciplinæ conſulti certant: nec noſtrarum virium eſt componere tantas lites. Atque ego jam longæ navigationis tædio, moleſtiis, labore fractus & confectus plane, ad optatum portum omnibus velis remiſque contendo. Itaque Notarum finis eſto hic. Tu Lector, de paucis bonis Illuminatori omnis hominis gratias mecum age. Errores vero, ambos dubio procul, pervelim condonet ingenii mei tenuitati. Deum optimum maximum deprecemur, ut det nobis in ſacris diſciplinis quotidie proficere, non ad vanam mentis curioſitatem, aut fallacem ſæculi pompam, ſed ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ noſtramque in Chriſto Jeſu ſalutem.

*Ibid.* Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου] *Secundum menſis Aprilis* perperam interpretatus eſt P. Halloixius, in ſuo Notationum ad Vitam Polycarpi, cap. 31. indeque temere concluſit, *hæc ab ignaro quopiam ad calcem Epiſtolæ martyrii adjecta cenſeri debere*, quum Julianis *Syro-Macedonum* menſes non fuerint hic accipiendi (ut ille putavit:) ſed *Smyrnæorum*, apud quos Polycarpus paſſus eſt. Hos vero a XXV. die Martii *Xanthicum* ſuum inchoaſſe, in mox edenda de anno Solari Macedonum & Aſianorum Diſſertatione, declaraturi ſumus.

§. 21. l. 2. Πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων] Sic habet & vetus Interpres: ſed longe meliore codice uſus eſt Conſtantinopolitanus Chronographus, Sæculorum Faſtorum author, qui πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Ἀπριλίων, τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ὥρᾳ η. *ſeptimo Kalendas Aprilis, magno Sabbato, hora octava,* Polycarpum igni traditum fuiſſe, retulit. Verum enim Polycarpi Natalem in XXVI. die Martii eſſe ſtatuendum, & Aſiani anni ratio, & magni Sabbati character evincit: licet apud Latinos XXVI. Januarii, apud Græcos Februarii XXIII. (die eodem quo apud Latinos Polycarpi Presbyteri, ſocii S. Sebaſtiani) ejus celebretur memoria. Ex quibus etiam characteribus manifeſte deprehenditur, anno vulgaris æræ Chriſtianæ CLXIX. & imperii M. Aurelii Antonini nono paſſionem ejus contigiſſe: quæ in Faſtis Siculis ad *quartum*, in vulgaris Euſebii Chronicis ad *ſeptimum*, in MSS. quibuſdam ad *ſextum*, in Pſeudo-Dextri vero Chronico ad *nonum* ejuſdem Imperatoris annum habetur appoſita. Nam quod Socratem (lib 5. cap. λβ'. & Hiſtor. Tripartit. lib. 9. cap. 38.) ad *Gordiani*, & in Græcorum Menæo (Febr. 23.) ad Decii tempora illa relata legitur; adeo ab omni veritatis ſpecie alienum eſt, ut refutatione nulla indigeat.

§. 21. l. 4. Ἐπὶ Ἡρώδου] Εἰρηνάρχου, ἐπὶ ἄντος Ναυσών, in Faſtis Siculis additur, ex præcedenti hiſtoria.

*Ibid.* Ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου.] Qui prius Ἀσιάρχας, nunc Ἀρχιερεῖς appellant. Nam Ἀσιαρχία, Βιθυνιαρχία & Καππαδοκαρχία, inter ἔθνας ἱερωσύνας recenſentur a Modeſtino l. 6. §. 14. D. *de excuſationib.* ſicut Phœniciarcha & Syriarcha inter ſpecies *Sacerdotii*, in Conſtantini M. Reſcripto, l. 1. C. *de naturalib. liberis.* Cum enim ſacra haberentur iſta certamina, & feſtivis diebus in Deorum honorem exhiberi ſolita: qui eis præerant in Sacerdotum ordinem prius cooptabantur. Quo ſpectat illa Alexandri Imp. Conſtitutio l. unic. C. *de proxim. ſucceſſor. patent. Si de proprio ſuo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit, idemque etiam Sacerdotium te creari impetravit: onus congaticulis communte omnium hæredum eſſe Præſes provinciæ non ignorabit.* Ita ex Baſilicis, Cujacius in l. 8. C. *de muner. patrimon.* οἱ ἱερωσύνην, ὑπηρετοῦσιν τῷ ἐπιτελέσαι τὰ κυνηγέσια. Atque ut *Alytarchæ & Syriarchæ muneris ac ludorum* meminit Leo Imp. in l. unic. C. *de Offic. Comit. Orient.* Ita *Alytarcharum, Syriarcharum, Agonothetarum, itemque Aſiarcharum, & cæterorum quorum nomen votivæ feſtivitatis ſolemnitas dicabit,* in Honorii & Theodoſii Conſtitutione fit mentio, lib. 15. Cod. Theodoſ. tit. 9. *de expenſ. ludor.* l. 2.

§. 21. l. 5. Τραλλιανοῦ] Si quæratur, unde contigerit, ut homo Trallianus munus *Smyrnæ* ediderit: in memoriam eſt revocandum, alios fuiſſe ſingularum Aſiæ urbium ἀρχιερεῖς, alios totius provinciæ. Ita *Pergami*, exempli gratia, unoque anno duo electi ſunt ἀρχιερεῖς, qui ſpectaculis & agonibus publicis præeſſent; circa æquinoctium autumnale, ſive anni Aſianorum initium, & poſt ſeptem menſes vigente vere, alter: ut ex Galeno, de compoſit. medicam. per genera, lib. 3. cap. 2. intelligimus. Sed habebant præterea Aſiani κοινὰ τὰ βουλευτήρια, κοινοὺς ναοὺς καὶ τοὺς ἀγῶνας, *communes curias, communia templa, communes ludos;* ut in oratione de concordia ad Aſianas civitates, docet Ariſtides qui & argumentum inde ducit, ad diſſidia, ſi quæ eſſent inter eas orta, componenda. Θαυμάζομαι δὲ, ὅτι κοινωνεῖτε μὲν ἀρχιερέων τοῖς ναοῖς καὶ τοῖς ἀγῶσιν, ὡς αὐτοὺς νομίζετε, ὑπὲρ δὲ αὐτῶν τούτων διεστήκατε. ἀλλ' ὅταν εἰς τοὺς αὐτοὺς ἀγῶνας ἥκητε, ὑπὲρ τούτων ἐρίζητε, ὑπὲρ τοῦ λοιποῦ ταὐτὰ φρονοῦντες: *Miror autem vos, cum de templis ac certaminibus, quæ communia ducitis, non leviter ſubratis glorieri, cum de iiſdem inter vos diſſidere. Atqui cum de iis rebus, quibus tanquam communibus gauderis, inter vos contenditis; de quo re tandem conſentietis?* Communia vero templa & certamina requirebant etiam τὴν ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ἀσίας, *commune totius Aſiæ Sacerdotium*: quod ſibi aliquando fuiſſe delatum, in 4. ἱερῶν λόγῳ narrat idem Ariſtides. De quo illud Papiani capiendum, in l. 8. D. *de vacat. & excuſat. muner. In Aſia Sacerdotium provinciæ ſuſcipere non coguntur numero liberorum quinque ſubnixi.* Atque hi ἀρχιερεῖς illi erant, qui Ἀσιάρχαι vocabantur: quos ut, plures fuiſſe, ex Act. 19. 31. ita eorum aliquot ex *Trallianorum* numero ſemper deligi ſuiſſe ſolitos, ex verbis illis Strabonis liquet, lib. 14. Καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῶν εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσι. *Atque ex iis* (Trallianis) *ſemper ſunt primarii provinciæ, quos Aſiarchas vocant.* Ut mirum videri non debeat, Philippum Trallianum Smyrnæ, ἐν τῇ κοινῇ τῆς Ἀσίας ſeu ob conventus frequentiam & celebritatem, totius Aſiaticæ provinciæ Proconſul interfuit) κυνηγέσια, pro muneris ſui ratione, exhibuiſſe.

§. 21. l. 3. Ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου] *Statii Quadrati*, in vetere noſtro Latino Interprete legitur: ἐπὶ ἀνθυπάτου Τατίου Κοδράτου, in Faſtis Siculis. Eſt autem *Quadratus* hic, quem ſuo tempore Aſiæ proconſulatum ſuſcepiſſe, in 4. ἱερῶν λόγῳ, memorat Ariſtides. Ἀγωνισάμενος Κοδράτου τὰ ἀνθυπατεύοντι τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν: idemque, ut videtur, qui ante biennium cum M. Aurelio Vero Aug. Romæ ordinarium geſſerat Conſulatum.

§. 22. l. 2. Ταῦτα μετεγράψατο Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου] Vitam Polycarpi *primum Græce conſcripſiſſe Caium, S. Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi diſcipulum*, non recte hinc colligit P. Halloixius (Præfat. in Eccl. Orient. ſcript. tom. 2.) Nam aliud nihil hinc deduci poteſt, quam ex Irenæi exemplaribus *Caium*, ut ex Caii exemplaribus Socratem Corinthium, præſentem hanc Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſtolam tranſcripſiſſe.

§. 23. l. 2. Ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ.] Si cum Irenæo converſatus eſt hic *Caius*, vel idem fuit, vel eodem ſaltem tempore vixit cum *Caio* Presbytero, qui Romæ ſub Victore & Zephyrino Epiſcopo claruit, qui & contra Proclum Montaniſtam conſcripſit, & Labyrinthum, & commentarium περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας vel οὐσίας qui a quibuſdam Fl. Joſepho, a nonnullis Juſtino Martyri, a quibuſdam etiam ipſi Irenæo perperam eſt adſcriptus. Cujus, in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria, Euſebius ſæpius, in Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo Hieronymus, & in Bibliotheca ſua (cod. XLVIII.) meminit Photius. Ibid.

§. 24. l. 2. Ἀναζητήσας αὐτὰ κατὰ ἀποκάλυψιν φανερωθεῖσαν.

παντες

Digitized by Google

[illegible]) Cum Smyrnenſis Eccleſiæ, de Polycarpi martyrio, Epiſtolæ que P. Halloixius uſus eſt exemplari, integra quoque Polycarpi Vita conjuncta legebatur: quam *Pionium* (hic commemoratum) *hominem Græcum, admonitu divino, perquiſiviſſe & perſcripſiſſe*, ille aſſerit. (Præfat. in tom. 1. Eccleſ. Oriental. ſcriptor.) quam vere judicare illi rectius poterunt, quibus manuſcriptum illum codicem percurrere licuit. Ibid.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. Ptolemæi &c.

*Acta an S. Juſtini.*

1. INutile eſſet de iſtius narrationis ſinceritate vel auctoritate fuſius diſſerere, cum Lectorem monoiſſe ſufficiat eam deſumtam eſſe ex ſancti Juſtini Martyris Apologia prima, quam ſecundam debere appellari eruditi conſentiunt, utpote quæ poſt alteram, & paullo ante ipſius Joſtini paſſionem conſcripta eſt.

*Cui apologia II cui Imp. oblata?*

2. Porro banc Apologiam Antonino Pio Imperatori, oon vero ejus ſucceſſori Marco Aurelio, ut ſentit Euſebius, oblatam fuiſſe contendit Heoricus Valeſius io notis ad cap. 17. lib. 4. hiſtoriæ Euſebianæ, ac proiode Ptolemæi ac ejus ſociorum martyriom ad ejuſdem Antonini Pii tempora debere referri. Tria potiſſima ejus argumeota ſunt ad id probandum: quorum ſolutio cum ad recte ſtatuendum tum Ptolemæi ae ſociorom ejus, tum etiam ſancti Juſtini paſſionis tempus neceſſaria ſit, ea paucis expendere operæ pretium eſt. *Primo* itaque objicit Valeſius, quod in hac Apologia Libellus dicatur a muliere *Imperatori* oblatus. *Non* ergo, inquit, *Antonini Pii ſucceſſoribus; alias Juſtinus in plurali numero Imperatoribus dixiſſet: Marcus enim & Verus ambo ſimul erant Augusti*. *Secundo* contendit vir eruditus, bæc Lucii verba judicem compellantis, *non bæc decent Imperatorem Pium, non Philoſophi Cæſaris filium*, quæ optime Antonino Pio congruunt, de Marco intelligi non poſſe. *Tandem*, probat Urbicium ſeu Urbicum præfectum, cujus in ea Apologia meminit Juſtinus, ſub Pio vixiſſe, quem eumdem eſſe ait, qui apud Capitolinum in Pio, Apoleium io Apologia, & Gruterum pag 38. *Quintus Lollius Urbicus* appellatur. Hæc ſunt momeota qoæ Valeſium ab Euſebii ceteroromque ſeriptorum, quos laudat, ſententia, amplectenda abduxere; ſed quæ tamen aliis viris doctis non adeo valida eſſe creduotur, ut Euſebii auctoritatem, quæ a ſancto Hieronymo in Catalogo, Chronici Alexandrini auctore, aliiſque ſeriptoribus propugnatur, elevare debeant; maxime cum difficile non ſit omoibus bis argumentis facere ſatis. *Primo* eoim mulier *Imperatori* Libellum dicitur obtoliſſe, quod tunc Lucius Verus, Marci collega, ab urbe Roma abeſſet. Teſtes ſuot Julius Capitolinos & Dio Xiphilioi in Marco, Lucium Verum a Marco in imperii conſortium aſſumtum, ſtatim adverſus Partbos, quorum Rex Vologæſus bellum Romanis indixerat, profectom fuiſſe, qua occaſione Verum in Syria quatuor ſaltem annos tranſegiſſe ex eodem Capitolino io vita Veri patet. Quod vero Mareus a Lucio martyre *Pius* appellatus fuerit, nil mirum eſt, quaodoquidem Imperatores præeeſſorum ſuorum nomine ſæpius donabaotor; idque ſexceotis exemplis confirmari poſſet, niſi res eſſet evidentior, quam ut probari debeat. Adde Marcum a Juſtino *Pium* dictum tunc fuiſſe, non quod proprium ejus nomen fuerit, ſed ut ipſum, qui leniſſimi Principis nomen affectabat, ab innocentium Cbriſtianorum perſecotione avocaret. Qui vero Philoſophi Cæſaris filius bic appellatur, ipſe eſt Commodus Marei filius. Nam, ut refert Capitolinus in Marei vita, Lueius e Syria redux *petiit, ut Marci filii Cæſares appellarentur*. Ad *poſtremum* tandem Valeſii argumentum reponi poteſt uno verbo, quod ſi Urbicius a Juſtino memoratus, is fuerit qui ſub Antonino Pio præfecturam Urbis geſſit, potuerit etiam eamdem digoitatem ſub ejus Imperatoris ſucceſſoribus obtinare; ſicque ruent omnia Valeſii argumenta, quæ in ſuæ opinionis præſidium attulit. De bis conſulendus R. P. Antonius Pagios ad aooom CLXII. ubi invicte probat banc Apologiam Marco oblatam fuiſſe.

3. Stante itaque Euſebii ſenteotia, cum Apologiam haoc Joſtinus occaſiooe mortis Ptolemæi ac ſociorum ejus conſeripſerit, inferendum eſt eos Martyres ſub M. Aurelii prineipatu paſſos fuiſſe. Nec opponat aliquis, quorumdam Martyrologiorum auctoritatem, in quibus ii Martyres *ſub Antonino Pio & ejus filio* mortem ſubiiſſe dicuntur. Horum enim Martyrologiorum ſcriptores Juſtioi Apologiam accurate non legiſſe, vel ex eo convincunrur, quod eorum martyriom Alexandriæ contigiſſe putaverint, quod tamen Romæ fuiſſe conſummatom Joſtious diſertis verbis aſſerit, ſic Apologiam incipiens: *Quæ beri, & proximis diebus in urbe veſtra, o Romani, ſub Ur-* *Ptolemæi &c. tempus martyrii.*

*ficio accidere &c.* Id vero Chriſti anno circiter CLXVI. Marci aurem Imperatoris V. contigiſſe colligimus ex ſancti Juſtini morte, quæ anno ſequenti conſignatur. Certum eſt eoim Juſtinum paullo poſt hos Martyres paſſum fuiſſe: ſiquidem in laudata Apologia prædicit ſe brevi Creſcentis cynici Philoſophi inſidiis interiturum. *Ego*, inquit, *exſpecto, ut ab aliquo eorum, qui Philoſophi appellantur, inſidiis appetar, & in nervum compingar; ab ipſo forſitan Creſcente &c.* Quod re vera contigiſſe, Euſebius hiſt. eccleſ. lib. 4. cap. 16. aliique poſt eum auctores, ex Tatiano ejuſdem beati Juſtini diſcipulo referunt.

4. Ptolemæi ac ejus ſociorum memoriam celebrant vulgata Martyrologia Uſuardi, Adonis & Notkeri cum Romano duplici, Roſvveidi ſeilicet & Barooii, ad diem 19. Octobris, quo die eorumdem Martyrum paſſionis breve compendium ex Juſtioi verbis exhibent.

Anno Chriſti circ. 166.

## MARTYRIUM SANCTORUM
### Ptolemæi, Lucii, & alterius anonymi.

*Ex Apologia S. Juſtini Martyris apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 17. Edit. Valeſianæ.*

I. MUlier quædam virum habebat intemperantem. Ipſa quoque prius laſcive admodum ſe geſſerat: ſed poſtquam ſalutarem Chriſti doctrinam aecepiſſet, ſtatim modeſtior facta, viro etiam perſuadere ſtuduit ut caſtius viveret: Chriſtiana præcepta illi ſuggerens, & ignis æterni ſupplicinm paratum iis, qui obſcœne & ſine recta ratione vixiſſent. Verum ille in eadem ſemper laſcivia perſeverans, ea agebat quæ uxoris animum penitus ab ipſo alienarent. Mulier enim neſas eſſe exiſtimans cum eo viro, qni contra naturæ leges præterque jus, undecnmque vias libidinis exquireret, thori conſortio jungi; diſcedere ab illo conſtituit. Verum propinquis mulieris conſulentibus, ut in conjugio adbuc permaneret, ſpemque ei facientibus virum ad meliorem frugem tandem reverſurum; conſiliis eorum obtemperans mulier, ae ſibi ipſa vim faciens, manſit cum viro. Sed poſteaquam vir ipſius Alexandriam [1] profectus gravioribus adhuc flagitiis ſeſe inquinare nuntiatus eſt: illa verita ne ſcelerum atque impietatis particeps fieret, ſi in conjugio ejuſdem permaneret, victuſque & thori conſors exſiſteret; miſſo ei repudio diſceſſit.

Caſtitas apud Chriſtianos.

II. At bonus ille vir, qui gratulari ſibi debuerat quod uxor ſua nihil jam eorum ageret quæ prius eum miniſtris ac mercenariis in vinum atque omne vitiorum genus effuſa licenter perpetrare conſueverat; nec ſolum nihil eorum ageret, verum etiam maritum ab ejuſmodi flagitiis abducere ſtuderet: mulierem quæ ab eo ideireo diſceſſerat, quod recta ſuadenti ipſe obtemperare nollet, accuſavit, & Chriſtianam eſſe detulit. Et illa quidem libello tibi oblato, ſacratiſſime Imperator, poſtulavit, ut prius rei familiaris procurandæ atque adminiſtrandæ ſibi facultas daretur, deinde rebus domeſticis recte conſtitutis, accuſationi reſponſuram ſe eſſe pollicita eſt: idque tu mulieri permiſiſti.

Mulier Chriſtiana delata.

III. At maritus, qui tum quidem nihil adverſus illam dicere poterat, in PTOLEMÆUM [a] quemdam, qui mulierem Chriſtianæ religionis præceptis imbuerat, impetum ſuum vertit hoc modo. Centurioni cuidam amico ſuo perſuaſit, ut Ptolemæum comprehenderet, eumque in vincula conjiciens, hoc unum interrogaret, eſſetne Chriſtianus. Cumque Ptolemæus utpote amantiſſimus veri, & ab omni fraude ac mendacio alienus, Chriſtianum ſe confeſſus

Tum Ptolemæus.

[1] Ex hoc loco male intellecto, aliqui hos Martyres Alexandriæ paſſos fuiſſe exiſtimarunt. quod forte hanc hiſtoriam apud Euſebium aut Ruffinum ſolummodo legiſſent. Nam alias ut diximus, Juſtinus eam Romæ contigiſſe diſertis verbis refert.

[a] Hunc *Tholomæum* Ruffinus lib. 4. Hiſt. cap. 17. & Notkerus in Martyrologio appellant.

*Qui coram Judice ſiſtitur.* feſſus eſſet, eum Centurio cuſtodiæ mancipavit, diuque in carcere afflixit. Oblatus tandem Urbicio judici Ptolemæus, id unum ſimiliter interrogatus eſt, utrum eſſet Chriſtianus. Ille vero qui per Chriſti doctrinam cuncta ſe bona conſecutum eſſe intelligeret, illam cæleſtis ac divinæ virtutis inſtitutionem iterum confeſſus eſt. Qui enim negat ſe eſſe Chriſtianum, vel idcirco negat quod religionem illam improbet, vel certe eo quod ſe indignum & alienum ab ejus inſtituto eſſe cognoſcit. Quorum neutrum cadere poteſt in eum, qui vere Chriſtianus ſit.

*Et damnato ſe Lucius adjungit.* IV. Cum vero Urbicius Ptolemæum ad ſupplicium duci juſſiſſet, LUCIUS quidam, qui & ipſe Chriſtianus erat, adeo injuſtam audiens ſententiam, ſic Urbicium allocutus eſt: *Quid cauſæ eſt,* inquit, *ut hominem neque adulterii, neque ſtupri convictum, nec homicidam, nec furem, nec raptorem, nec ullius denique ſceleris reum, nominis dumtaxat Chriſtiani vocabulum confitentem condemnaveris? hujusmodi forma judicii non convenit temporibus Imperatoris Pii, nec Philoſophi Cæſaris filii, nec Senatui Romano*. Tum Urbicius nullo alio reſponſo hominem dignatus, ſic eum alloquitur: Tu quoque, inquit, Chriſtianus eſſe mihi videris. Cumque Lucius *ita eſſe* reſpondiſſet, juſſus eſt itidem ad ſupplicium duci. Statimque *magnam ſe gratiam Urbicio debere*, profeſſus eſt, *quippe qui hujuſmodi malis dominis liberatus*, ut ajebat, *ad optimum patrem Regemque eſſet migraturus*, *Idem & alius.* Sed & tertius quidam cum acceſſiſſet, eodem ſupplicio condemnatus eſt.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſancti Juſtini Martyris.

*Juſtinus Martyr dictus.* 1. JUre merito MARTYRIS titulus JUSTINO, quaſi ſpecialis quædam prærogativa tribuitur, quippe qui non ſanguine ſolum, quod ſane ipſi cum aliis plurimis commune eſt, ſed etiam verbis & ſcriptis Chriſtianæ fidei veritati teſtimonium præbuit, eamque contra Gentilium Judæorum & hæreticorum calumnias acerrime propugnavit, & vindicavit. Hinc Tertullianus in libro adverſus Valentinianos cap. 6. laudans *viros ſanctitate, & præſtantia inſignes*, qui ante ipſum adverſus hæreticos decertarant, primo loco recenſet *Juſtinum Philoſophum & martyrem*. Eumdem Euſebius lib. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 11. *præ ceteris omnibus floruiſſe* ſub Antonini principatu dicit; eumque Tatiani verbis cap. 16. ſequenti *virum omnium admiratione digniſſimum* appellat, quem præterea variis in aliis locis, & plerique poſtea auctores, qui in Eccleſia floruere, multis laudibus exornarunt.

*Ejus Acta,* 2. Ejus vitæ primordia, ac vocationem ad religionem Chriſtianam, ex ipſiuſmet ſcriptis; mortem vero ac totam ejus paſſionis ſeriem, ex ejus martyrii Actis quæ ſuperſunt, ediſcimus. quæ quidem Acta, licet a R. P. Daniele Papebrochio, quod Surius ſub dubio propoſuerat, dicantur eſſe alterius Juſtini, non ſolum ut ſincera, qua de re nulla eſt cum Papebrochio controverſia, ſed etiam legitima & germana Juſtini Philoſophi & Martyris eſſe, cum Cardinali Baronio propugnamus. quod ut ex ordine fiat, momenta quæ a Papebrochio proferuntur ad diem 13. Aprilis Bollandiani, ubi hanc quæſtionem fuſius agitat, ſingillatim diſcutienda ſunt.

3. Contendit itaque vir doctiſſimus, *Alteri attributa,* duos fuiſſe Juſtinos, quorum alter Philoſophus & celebris eſt ſub *Juſtini Martyris* nomine, qui poſt multos ob Eccleſiæ defenſionem ſuſceptos labores, clam tandem veneno ſublatus ſit: alter vero qui paullo poſt ſuum in urbem Romam e Græcia adventum, a Ruſtico Urbis præfecto tentus, cum aliis ob fidei Chriſtianæ confeſſionem, mortem ſubierit: cujus quidem poſterioris Acta martyrii, poſtea Philoſopho attributa ſint. Juſtini genus mortis probat ex Græcorum Menæis, ubi ſanctus ille *cicuta* necatus dicitur, quod clam factum fuiſſe infert, quod nulla in antiquis Eccleſiæ faſtis ejus memoria habeatur, nullus dies feſtus ipſi conſecratus, nullaque tandem reliquiarum ejus ſit veneratio, quæ nuſquam comparent. Ad alia deinde argumenta progreditur vir eruditus, nititurque probare ex ipſorum Actorum contextu, ea Juſtino Philoſopho com-

competeie non poſſe: primo quod Juſtinus ille, de quo in Actis agitut, ita ignorus Roſtico præfecto fuerit, ot ipſum intetrogaverit, *in cujuſnam eruditionis ac diſciplinæ genere verſaretur*. quod de Juſtino Philoſopho Romæ notiſſimo iotelligi non poſſe atbitratur vir eruditos. *Cur igitur*, inqnit, *credamus Juſtini philoſophi eſſe ea Acta, in quibus nihil legitur de libellis Imperatori oblatis, neque de diſputationibus contra philoſophos, neque de Creſcentis cynici machinationibus?* Hæc ille: quibus facilis eſt ut quidem mihi videtur, reſpooſio.

Vindicatur. 4. Primo enim, quod ad Græcorum Menæa ſpectat, de quorum auctoritate nihil juvat hic diſputare, Papebrochio favere non videntur, cum, ipſomet referente, *Græci in Menæis, Synaxariiſque excuſis, ac manu exaratis, & ex his Maximus Cytheræus invidia Creſcentis philoſophi, multis prius toleratis tormentis enecatum fuiſſe Juſtinum philoſophum* referant. Quæ verba de occulto martyrio qua ratione intelligi poſſint, non capio. Sed unde hæc hauſerunt Menæorum & Synaxariorum ſcriptores, ſi Acta quæ in Græciam relata ſunt, alterius Juſtini fueriot; ſi adeo ignota fuerit Juſtini philoſophi paſſio, ut ne quidem Romæ, ubi morabatur, nota eſſet; ſi denique nulla Acta, cum abſque omni juris forma clam necatus fuerit, de ejus martyrio conſcripta fuerint? Sane longe aliter quam Papebrochius ea de re ſentiebant veteres, ut Tarianus ipſius Juſtini diſcipulus apud Euſebium lib. 4. Hiſt. cap. 16. Irenæus lib. 1. contra hæreſes cap. 31. Tertullianus libro adverſus Valentinianos, ipſemet Euſebius, tum io hiſtoria loco laudato, tum in Chronici lib. priore, Epiphanius hæreſi 46. Hieronymus in Catalogo, Photius in Bibliotheca, qui omnes Juſtini martyrium celebrarunt. Quod vero objicit Papebrochius, Juſtini nomen in antiquis faſtis non haberi: hoc ipſi cum omnibus fere primi ac ſecundi ſæculi Martyribus, & ipſis etiam Apoſtolis, & apoſtolicis viris commune eſt; quorum nulli, aut certe pauci, io Kalendariis vetuſtioribus inſcripti ſunt, quos tamen omnes clam occiſos nemo dixerit. Idem fere dicendum de ejuſdem ſancti Martyris mortis die aut etiam anno, cum a multis in dubium revocetur, an Apoſtolorum principes Petrus & Paulus ſimul 29. die Junii, quo eorum feſta recoluntur, paſſi fuerint, quamvis eos celebri & omnibus notiſſimo martyrio defunctos fuiſſe, nemo ſanæ mentis inficiari audeat. Denique negant Romani Juſtini corpus ignotum deliteſcere, cum ipſum in eccleſia ſancti Laurentii extra muros Urbis aſſervari affirment, quod etſi verum non eſſet, nihil tameo inde Juſtini glorioſo martyrio detraheretur. Tandem *Martyris* titulus, quem veluti cognomen ſortitus eſt Juſtinus, hunc beatum virum revera illuſtrem martyrem fuiſſe innuit.

5. Jam videamus argumenta quæ ex Actis ipſis deſumit Papebrochius, ut ea Juſtino philoſopho abjudicet. Primo nihil adverſum nos facit, quod Ruſticus præfectus Juſtinum de ipſius *eruditione ac diſciplinarum genere* interrogaverit. Hæc enim eſt juris formula, ut judex accuſatum, quamvis ſibi alias notiſſimum, de nomine, patria, conditione ac religione interroget. Unde ipſi etiam qui ſæpius confeſſionem Chriſti nominis ediderant, rurſus oblati judicibus, de nomine ac religione interrogabantur. Deinde etſi id ex præſcripta formula non dixiſſet Ruſticus, ac Juſtinum optime noſſet ut philoſophum, neſciebat tamen quam philoſophorum ſectam profiteretur. Nec mirum id cuiquam debet videri, com tot eorum hominum ſectæ tunc temporis, quo Marcus Aurelius philoſophus imperabat, Romæ fuerint. Quin & ex hoc ipſo loco inferri poteſt, hæc Acta vere Juſtini philoſophi eſſe: cum certum ſit Juſtinum ibi memoratum, ſingulari eruditione præditum fuiſſe, qui Romæ publice docebat, qood Ruſticus vel ex communi fama, vel ex Juſtini habitu noſſe potuerat. Nulla autem io his Actis mentio habetur de Apologiis, quas in Chriſtianorum defenſionem ſcripſerat Juſtinus, quod illæ Imperatoribus aut certe Senatui oblatæ fuiſſent: quarum proinde diſcuſſio ad Præfectum Urbis, ſine ſpeciali mandato non pertinebat. Sicut nec eum decebat Creſcentis cynici calumnias palam proferre, ne invidentia potius quam juſtitiæ aut religionis ſtudio hunc Martyrem damnaſſe diceretur; ſufficiebatque ad id Chriſtiani nominis confeſſio. Certe in Actis ſanctorum Ptolemæi & ſociorum ſuperius ex noſtri Juſtini Apologia relatis, mulieris Chriſtianæ vir ethnicus, qui Ptolemæo inſidiabatur, Centurioni perſuaſit, ut *Ptolemæum comprehenderet .... & hoc unum interrogaret, Eſſetne Chriſtianus.* Et re vera Ptolemæus cum ſociis, ob ſolam Chriſti nominis confeſſionem, nulla viri inſidiantis facta mentione, capite damnatus eſt, quod idem ſane Juſtino contingere potuit.

6. Non itaque adeo culpandus eſt Baronius, ut Papebrochius vult numero 7. Commentarii ſui ad diem 13. Aprilis, quod hæc Acta tum io Annalibus, tum

in

in notis ad Martyrologium Rumanum, pro veris & certis ſaucti Juſtini philoſuphi Actis admiſerit. Suam ſententiam confirmat illuſtriſſimus Cardinalis auctoritate ſancti Epiphanii, qui bæreſi 46. aſſerit Juſtinum, de quu hic ſermo eſt, Creſcentis cynici inſidiis Rumæ ſub *Ruſtics præfectis* martyrium pertuliſſe. Nec juvat upponere hunc Epiphanii locum menduſum eſſe, cum ibi Juſtinus ſub Hadriano Imperatore martyrium ſubiiſſe dicatur, quem tamen adhuc Antonini temporibus vivum exſtitiſſe certiſſimum eſt. Licet enim Epipbanius in deſignandu Imperatoris nomine lapſus ſit; nemu inferre poteſt, ipſum quoque in deſignandu Præfecti Urbis nomine pariter erraſſe; cum in ejuſmodi Martyrum geſtis, rarius Imperaturum, ſæpius vero judicum numina exhiberentur; & quidem in Juſtini Actis, de quibus agimus, Imperatoris nomen reticetur. De Juſtini morte bæc habet Phutius in Biblioth. c. 125. *Creſcentem quemdam ex iis qui Cynici vocitantur adverſarium babuit, cum ipſi, tum vitæ, cultuique ac religioni ejus obuitentem; a qus tandem invidioſe accuſatus, ita ut toto ipſius vitæ inſtituto dignum erat, inſidias iſtas pertulit. Martyrii namque bac anſa captata, ſplendide lætoque animo pro Chriſto mortem appetiit.* Sed de bis ſatis. Haud tamen diſſimulare licet in bac iſta Acturum ſecunda editiune, retractatiunem burum quæ vir eruditus ſcripſerat, in tumo 1. Junii Bollandiani inſertam pag. 16. & ſeqq. ubi ſuam ea de re mentem clarius exponit, quem ſi lubet cunſule. Interim pauca de reliqua hujus beati viri vita ex ejus potiſſimum ſcriptis prælibanda ſunt.

7. Juſtinus in Apologia ſecunda, quam priorem eſſe exiſtimamus, ſic de ſuo patre ac patria loquitur. *Juſtinus Priſci Bacchii filius, Flaviæ, quæ nova civitas eſt Syriæ Palæſtinæ, ortus.* Hieronymus in Catalogu idem habet. At Valeſius ex Euſebii verbis libro 4. Hiſt. cap. 12. in notis contendit, Priſcum Juſtini patrem, Bacchium vero ejus avum fuiſſe, quod etiam affirmat Suidas apud Lipomanum part. 2. Epiphanius vero hæreſi 46. eumdem *Juſtinum genere Samaritanum* fuiſſe ſcribit, quod a veru non eſt alienum, ſi de patria, non autem de religione intelligatur: nam ipſemet in Dialogo cum Tryphone *Samaritanos ſuos populares appellat*; & quidem Flavia, ſeu Neapolis, quæ apud veteres *Sichem* dicebatur, in Samaria, quæ eſt Palæſtinæ regiu, ſita eſt.

Religio. 8. Idem ipſe *Græcorum ritus* ſe ſecutum fuiſſe, antequam Chriſti fidem ſuſcepiſſet, teſtatur initiu urationis ad Græcos: quod ſe ſumma cum animi deliberatione feciſſe aſſeverat. *Ne exiſtimate*, inquit, *nulla me cum ratione aut nullo judicio me a ritibus veſtris deſciviſſe.* Qua autem id ratione cuntigerit, fuſius expouit in Dialogu cum Converſionis cauſa.
Tryphone: ubi refert ſe e Stoicorum ſecta, quam primum amplexus fuerat, ad Peripateticos; ex Peripateticis ad Pythaguricos; & ex his poſtea tranſiiſſe in Platunicorum partes: quurum doctrina cum valde delectaretur, & quadam die circa maris littora ſulus ambularet, occurrit ei vir ſenex, a quu mira de Chriſtiana religiune eductus, eam paullo poſt amplexatus eſt. *Revolvens*, inquit, *ipſe mecum diſputationem illius, banc ipſam ſolam comperi eſſe certam atque utilem philoſophiam; atque ad hunc modum, & per bæc ipſa, ego Philoſophus prodii.* Alteram converſiunis ſuæ cauſam affert in Apologia prima, occaſione ſcilicet conſtantiæ Martyrum, quos cum videret nullis turmentis a fide Chriſtiana demuveri poſſe, eos in vera religione eſſe nun dubitavit. Ejua verba referenda ſunt ex Valeſiana Euſebii verſione lib. 4. cap. 8. *Nam & ego*, inquit, *qui Platonis doctrinam amplexus fueram, cum Chriſtianos calumniis appeti audirem, eoſque adverſus mortem, & cetera quæ formidabilia babentur, fortes atque intrepidos viderem, ſic apud me reputabam, fieri non poſſe, ut iidem vitiis ac voluptatibus dediti eſſent. Quis enim voluptatibus deditus, aut intemperans, & bumanis carnibus veſci pro deliciis babens, mortem ipſam poſſit libenter amplecti, quæ ſuas ipſi cupiditates erepturα ſit? &c.*

9. Juſtinus igitur Chriſtianus factus, nu- Eccleſiæ profecit.
vam, ſed ſublimiorem Philuſuphiam profeſſus eſt, quam vita, verbis & ſcriptis promuvere, ac contra iufidelium calumnias vindicare quavis occaſione ſtuduit. De ejus vitæ ſanctitate hoc teſtimonium reddit Epipbanius loco ſæpius laudato bæc inquiens. *Juſtinus ..... cum in Chriſtum credidiſſet, multa virtutum exercitatione perpolitus, vitaque ad omnem honeſtatem inſtituta, tandem pro Chriſto martyrii perfectiſſimam coronam adeptus eſt Romæ.* Ipſemet autem quantu ardure Chriſtianæ fidei inbæreret, exponit in Apologia 1. ubi aſſerit ſe *votis omnibus optaſſe & omni contentione decertaſſe, ut Chriſtianus* inveniretur; indeque in ipſo inerat tam ingens deſiderium hanc veritatem aliis impertiendi, ut nulla umnino pericula, nec murtem ipſam timeret, cum de religiune nuſtra aut in fidelium mentibua confirmanda, aut adverſus ejus huſtes propugnanda ageretur; quod ipſemet affirmat in Dialogu cum Tryphone ubi dicit, ſe *nihil omnino curare, niſi ut vera loquatur; neminem prorſus veriturum, quamvis in partes diſcerperetur.* Quod quidem re ipſa contigit,

git; nam, ut ait Euſebius lib. 4. hiſtoriæ cap. 16. *Cum alterum librum pro fidei noſtræ defenſione Imperatoribus obtuliſſet, ſacro martyrio exornatus eſt fraude ac machinationibus Creſcentis philoſophi, qui vivendi rationem prorſus convenientem ac reſpondentem cynicæ appellationi æmulabatur. Quem cum ille diſputans audientibus plurimis conviciſſet, tandem veritatis illius quam prædicaverat præmium martyrio conſecutus eſt.* Id ſibi eventurum paullo ante prædixerat Juſtinus in Apologia ad Senatum, ab aliquo eorum qui Philoſophi appellantur, ut ad Acta ſanctorum Ptolemæi & ſociorum ejus vidimus.

*Multa ſcripſit.* 10. Quantum etiam ſcriptis ſuis Eccleſiæ profuerit, patet ex iis quæ ad noſtram uſque ætatem pervenere. Ex iis quippe præcipuorum ſacræ Religionis noſtræ myſteriorum veritas confirmatur, Sacramentorum ritus, præcipueque Liturgiæ ſacræ partes exponuntur, ac tandem primitivæ Eccleſiæ morum ſanctitas propugnatur. Quod de Eucbariſtiæ veritate apertius dici poteſt, quam id quod aſſerit, fideles edoctos eſſe ab Apoſtolis, ipſam *incarnati Jeſu carnem & ſanguinem eſſe*. Chriſti divinitatem & incarnationem adverſus Judæos in Dialogo cum Tryphone probat, & Dei unitatem in libro de Monarchia Dei. In utraque vero Apologia gentilium calumnias, qui Chriſtianos carnibus humanis veſci, magicis artibus, omnimodiſque ſacrilegiorum & criminum generibus vacare accuſabant, egregie refellit ac confutat. Tandem multa in iis de Chriſtianorum conſtantia refert, qui a Judæis & Gentilibus varie agitati, nec minis, nec ſuppliciis, nec ipſa morte a vera fide revocari poterant, qua occaſione refert Barchochebam, Judæorum rebellium Ducem, tempore Hadriani, Chriſtianos variis ſuppliciis affeciſſe, quod Chriſtum negare abnuerent, quam perſecutionem Euſebius in Chronico commemorans ad annum 134. aſſerit Chriſtianos diris cruciatibus necatos fuiſſe, quod Judæis adverſus Hadrianum opem ferre noluerint: unde commendari poteſt antiquorum Chriſtianorum erga Principes, quantumvis ſibi adverſarentur, religio & obſervantia.

11. Juſtinum uſque ad Marci Aurelii tempora pertigiſſe certum eſt, ex ejus Apologia 2. quam huic Imperatori oblatam fuiſſe, adverſus Valeſium, in admonitione ad Acta ſanctorum Ptolemæi &c. propugnavimus. *Martyrii tempus.* Et quidem Papebrochius ita perſuaſum habet, Juſtinum revera M. Aurelio Apologiam unam obtuliſſe, ut cum ſe Valeſii rationibus convictum ſentiret, aſſerentis Apologiam, quam nos ſecundam vocamus, Imperatori Antonino Pio oblatam fuiſſe, maluerit poſt Scaligerum aſſerere, veram Apologiam ſecundam Juſtini, quæ M. Aurelio inſcripta erat, excidiſſe, quam Euſebii cæterorumque ſcriptorum auctoritati detrahere, qui unam Juſtini Apologiam ad M. Aurelium directam agnoverunt; quam ne quis tertiam appellet, ait Apologias duas quæ ſuperſunt, unicam tantum eſſe, quarum prima pars quæ ſub Apologiæ ſecundæ nomine edita eſt, alterius erat *præfatio ad Imperatoris*, ut ipſe loquitur, *ſenatus, populique animos præparandos &c.* Hæc an vera ſint, alii judicabunt.

12. Quod vero ad annum ſpectat quo Juſtinus martyrium complevit, variant inter ſe auctores. Ejus mortem uſque ad *Annus.* annum CLXX. differt Papebrochius, Baronius in Annalibus annum CLXV. aſſignat: ſed cum annos duos anteverterit, cum iis conſentit, qui hanc ad annum CLXVII. referunt, quibus facile aſſentimus, cum eo ipſo anno, nempe M. Aurelii Imperatoris VI. in Chronico Alexandrino conſignetur. Favent etiam alii, ut Euſebius qui in Hiſt. lib. 4. cap. 16. Juſtini mortem, proxime ſancti Polycarpi martyrio conjungit. *Iiſdem*, inquit, *temporibus & Juſtinus* &c. *Ant.* Polycarpi autem martyrium ſuperius ad annum CLXVI. retulimus. Ceterum Juſtini memoriam Græci die 1. Junii, Latini 13. Aprilis recolunt.

---

*Anno Chriſti circ. 167.*

## ACTA SANCTI JUSTINI

### Philoſophi, & ſociorum ejus,

*Ex Surio, & aliis.*

Quo tempore nefarii ſuperſtitionis idolorum repugnatores impia contra pietatem ac religionem ſervantes Chriſtianos per ſingulas urbes ac regiones edicta propoſuerunt, ut quicumque Chriſtiani deprehenſi eſ-

eſſent, idolis ſacrificare cogerentur: [1] comprehenſi JUSTINUS, & qui cum illo erant, adducti ſunt ad Romæ Præfidem [2], Ruſticum nomine. Quibus ante tribunal conſtitutis, Ruſticus Præſes dixit Juſtino: Age, eſto diis ipſis obediens, & Imperatoris edictis. Illi autem Juſtinus reſpondit: *Nemo umquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti præceptis obedierit*. Tum Ruſticus præfectus; in cujuſnam, inquit, eruditionis ac diſciplinarum genere verſaris? Cui Juſtinus: *Omnium diſciplinarum genus diſcere conatus ſum, omnemque eruditionem expertus* [3]. *Poſtremo vero Chriſtianorum diſciplinæ adhæſi, quamvis illa non placeat his, qui falſæ opinionis errore ducuntur*. Tum Ruſticus dixit: Illane, miſerrime, eruditione delectaris? *Maxime*, inquit Juſtinus, *quoniam recto cum dogmate Chriſtianos ipſos ſequor*. At Præfectus: Qualenam eſt iſtud dogma? Reſpondit Juſtinus: *Rectum dogma quod Chriſtiani homines cum pietate ſervamus, hoc eſt ut Deum unum exiſtimemus, factorem atque Creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur; & Dominum Jeſum Chriſtum, Dei filium confiteamur olim a Prophetis prænuntiatum, qui & humani generis judex venturus eſt, ſalutis præco, & magiſter iis qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis ſum & longe minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere poſſim; Prophetarum munus hoc eſſe fateor. Illi enim hujus ipſius, quem Dei Filium eſſe dixi, in orbem terrarum adventum, multis antea ſæculis divinitus prædixerunt*.

*Juſtinus comprehenſus.*

*Chriſtum confitetur.*

*Chriſti Dei infinita Divinitas.*

II. Quæſivit Præfectus, quem in locum Chriſtiani convenirent. Cui reſpondit Juſtinus, *eo unumquemque convenire quo vellet ac poſſet. An*, inquit, *exiſtimas omnes nos in eumdem locum convenire ſolitos? Minime res ita ſe habet; quoniam Chriſtianorum Deus loco non circumſcribitur; ſed, cum inviſibilis ſit, cælum & terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, & ejus gloria collaudatur*. Tunc Præfectus; Age, inquit, dicas, quem in locum conveniatis, & diſcipulos tuos [4] congreges. Reſpondit Juſtinus: *Ego prope domum Martini cujuſdam, ad balneum, cognomento Timiotinum* [5], *hactenus manſi. Veni autem in urbem Romam ſecundo, neque alium quempiam locum, niſi quem dixi, cognoſco. Ac ſi quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam*: Ergo Chriſtianus es tu, inquit Ruſticus. At Juſtinus: *Maxime, Chriſtianus ego ſum*.

III. Tunc Præfectus dixit CHARITONI; An & tu Chriſtianus es? Cui Chariton: *Chriſtianus ego ſum, Deo ipſo adjuvante*. Quæſivit Ruſticus a CHARITANA muliere, num & ipſa Chriſti fidem ſequeretur, cui reſpondit illa, *ſe quoque, Deo dante, Chriſtianam eſſe*. Tunc Ruſticus dixit EVELPISTO: Tu vero quiſnam es? Qui reſpondit: *Servus quidem Cæſaris ſum; ſed Chriſtianus a Chriſto ipſo libertate donatus, & illius beneficio atque gratia, ejuſdem ſpei, cujus & iſti ſunt, quos vides, particeps factus*. Poſt hæc Præfectus quæſivit ab HIERACE, num & ipſe Chriſtianus eſſet: cui Hierax dixit: *certe Chriſtianus & ego ſum, eumdem enim Deum colo atque adoro*. An, inquit Præfectus, Chriſtianos, vos fecit Juſtinus? *Ego*, inquit Hierax, *& fui, & ero Chriſtianus*. Stans autem & PÆON dixit: *Ego quoque ſum Chriſtianus*. Et quiſnam, inquit Præfectus, te docuit. Reſpondit ille: *A parentibus bonam hanc confeſſionem ego accepi*. Poſt hunc EVELPISTUS dixit: *Et ego Juſtini quidem ſermones magna cum voluptate audiebam; ſed a parentibus*

*Item & alii plures [illegible].*

1 Hic incipiunt Acta apud Baronium, unde quæ præcedunt, videntur a Collectore per modum præfatiunculæ Actis præmiſſa, ut alias ſupra factum eſt.

2 Baronius, *ad Urbis Præfectum*.

3 Idipſum fuſius exponit ipſe Juſtinus initio Dialogi cum Tryphone Judæo. Unde maxime confirmatur horum Actorum ſinceritas.

4 Hinc collige hæc Acta non convenire Juſtino cuidam, qui recens Romam advenerat, ut vult Papebrochius, nam alias quid eum Præfectus de loco quo Chriſtiani conveniebant interrogaret. Nota etiam Juſtinum hic memoratum non ita ignotum Præfecto fuiſſe, quandoquidem ſciebat eum Romæ diſcipulos habere. Certe eum Romæ docuiſſe patet ex Evelpiſti reſponſione infra.

5 Apud Baronium legitur *Balneum Timothinum*, de quo vide ejus illuſtriſſ. Card. obſervationes, ad annum ſcilicet 165. numero 3.

*bus tamen & ipſe Chriſtianus eſſe didici.* Tunc Præſectus: Et ubinam parentes tui ſunt? *In Cappadocia*, inquit Evelpiſtus. Quæſivit Præfectus & ab Hierace, ubinam gentium eſſent ejus parentes. Cui reſpondit Hierax: *Verus pater noſter Chriſtus eſt, & mater fides, qua in ipſum credimus: terreni vero parentes mei mortui ſunt. Ceterum ego ab Iconio Phrygia* [6] *abſtractus, huc veni.* Quæſivit Præfectus a LIBERIANO, quidnam & ipſe diceret, num & Chriſtianus eſſet, atque in deos impius. *Et ego*, inquit, *Chriſtianus ſum. Colo enim & adoro ſolum Deum verum.*

IV. Tunc Præfectus converſus ad Juſtinum dixit: Audi tu, qui eloquens eſſe diceris, & putas te veram diſciplinam tenere: ſi a capite per totum corpus flagellis cæſus fueris, perſuaſum ne habes, fore ut in cælum aſcendas? Cui Juſtinus, *ſpero*, inquit, *me habiturum quod habent qui Chriſti dogmata ſervaverint, ſi hæc ipſa, quæ dicis, perpeſſus fuero. Scio enim omnibus qui ſic vixerint divinam gratiam conſervari, quoad totus mundus conſummetur.* Ad hæc Præfectus Ruſticus: Ergo futurum opinaris, ut in cælos aſcendas, mercedem aliquam recepturus? *Non opinor*, inquit Juſtinus, *ſed ſcio, & hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem.* Ruſticus dixit: Veniamus deinceps ad id quod propoſitum eſt, & nos urget. Convenite ſimul, & uno eodemque animo diis ſacrificate. Ad hæc Juſtinus: *Nemo*, inquit, *qui recta ſentiat, pietatem deſerit, ut in errorem atque impietatem delabatur.* Præfectus Ruſticus dixit: Niſi juſſis noſtris parere volueritis, cruciatus ſine ulla miſericordia patiemini. Juſtinus autem: *Maxime nos in votis habemus, propter Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cruciatus perpeti, ac ſalvari. Hoc enim nobis ſalutem & fiduciam conciliabit ante ejuſdem Domini & Salvatoris noſtri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino juſſo aſſiſtet.* Idem & reliqui omnes Martyres dixerunt, hoc addentes: *Fac cito quod vis. nos enim Chriſtiani ſumus, & idolis non ſacrificamus.*

*Juſtini fides & conſtantia.*

V. Hæc audiens Præfectus, talem ſententiam pronuntiavit: Qui diis ſacrificare, & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæſi ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt. Itaque ſancti Martyres Deum collaudantes, ad conſuetum locum perducti, poſt verbera ſecuri percuſſi ſunt, & in Salvatoris confeſſione martyrium conſummarunt. Poſt hæc quidam fideles clam illorum corpora ſuſtulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt [7], cooperante gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Capite truncari damnantur.*

[6] In alio cod. habetur *Iconii Piſidiæ*. Iconium urbs eſt celebris Lycaoniæ metropolitana, ſed nec in Piſidia nec in Phrygia exſtat. Fortaſſis pro *Iconii* legendum eſt *Lyconio* quæ urbs eſt Phrygiæ minoris, teſte Hieronymo de locis Hebraicis.

[7] Et tamen Papebrochius Juſtinum ſuum in Græciam ſtatim reportatum fuiſſe ait.

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. Martyrum Lugdunenſium.

*Acta ab iis qui aderant præſentes ſcripta.*

1. CUm Acta Martyrum Lugdunenſium ab iis ipſis conſcripta ſint, qui rebus geſtis præſentes adfuerunt, his nihil certius aut luculentius haberi poteſt. Tam pretioſum antiquitatis eccleſiaſticæ monumentum Euſebio Cæſarienſi acceptum referre debemus, qui ut aliquod ſpecimen graviſſimæ perſecutionis, qua ſub Marco Aurelio imperatore agitata eſt Eccleſia, poſteris relinqueret: epiſtolam Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis, in qua hæc Acta continentur, hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ lib. 5. capp. 1. & ſequentibus inſeruit; aſſerens in ejuſdem libri proemio, *innumerabiles prope martyres* tunc *per univerſum orbem enituiſſe*, cum non minus in aliis provinciis, quam in Gallia perſecutio ſureret.

2. Id anno decimo-ſeptimo Marci Aurelii imperatoris contigiſſe tradit Euſebius diſertis verbis in proemio jam laudato, ubi

*Martyrii tempus.* eodem anno Eleutherium Romanum Pontificem in Soteris mortui locum electum fuiſſe affirmat. Is eſt annus Chriſti CLXXVII. quem idem Euſebius in Chronico cum M. Aurelii aono decimo ſexto conjungit. Hunc numerandi modum amplexus eſt Chronici Alexandrini auctor, qui ad eumdem ſextum-decimum Marci annum, Pothini ceterorumque Martyrum Lugdunenſium paſſionem refert. Aliam tamen viam iniit Henricus Dodvvellus tum in Diſſertatione XI. Cyprianica, tum in Diſſertatione ſingulari de Romanorum pontificum ſucceſſione cap. 14. ubi hanc perſecutionem ad VII. Marci Aurelii annum, Chriſti CLXVII. refert, ne, ſi eam cum aliis veteribus & recentioribus ſcriptoribus ad annum ejus Imperatoris XVI. aut ſequentem prorogaret, fateri cogeretur perſecutionem, quæ ſub M. Aurelii principatu ſæviit, vel diuturniorem, vel ſaltem poſt aliquod tempus renovatam fuiſſe; cum inficiari non auderet, perſecutionem ſub ejus Imperatoris initiis, in Orientalibus ſaltem provinciis fuiſſe commotam. Nec objiciendum eſt quod Euſebius in Chronico, Martyrum Gallicanorum necem ad M. Aurelii annum ſeptimum videatur referre. Certum eſt enim Euſebium, in Chronico, ſæpius temporum ſeriem accurate non obſervaſſe, præſertim cum de Martyribus egit, quos potius ad aliquam e perſecutionibus, quas decem enumerat, quam ad annum quo paſſi fuerunt referre curavit. Unde ſub tertiæ perſecutionis titulo, Symeonem Cleopæ filium ſimul cum ſancto Ignatio & iis qui a Plinio Secundo interfecti ſunt, conjungit. Ceterum favet nobis Euſebius etiam in Chronico, qui Eleutherii Papæ initium ad annum CLXXVII. refert, ſub cujus pontificatus initio Martyres Lugdunenſes paſſos fuiſſe certum eſt, non ex Euſebii ſolum verbis, ſed ex ipſorummet Martyrum Lugdunenſium epiſtola, quam per ſanctum Irenæum ad eum Pontificem direxerunt, *Te per omnia*, inquiunt, *ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere.*

*Martyrum nomina.* 3. Horum omnium Martyrum nomina in eadem epiſtola recenſita erant. Sed excidit pretioſum illud antiquitatis monumentum, præter unum breve fragmentum, quod Euſebius lib. 5. cap. 4. hiſt. refert: cui ille hæc ſubjungit: *Quid opus eſt expreſſum in ſupradicta epiſtola Catalogum Martyrum hic recenſere, quorum alii ſecuri percuſſi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati ſunt.* Hos Martyres in totidem claſſes diſtribuunt Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Mart. cap. 49. Ado, & Notkerus in Martyrologiis ad diem 2. Junii: quos quadraginta & octo fuiſſe aiunt, eorumque nomina recenſent, quæ ex iſtis auctoribus huc proferre viſum eſt, uſque dum antiquiora inveniantur monumenta. Hoc ordine a Gregorio Turon. referuntur: *Vettius Epagathus*, *Zacharias*, hunc Presbyterum fuiſſe ceteri referunt, *Macarius*, *Alcibiades*, iſtum alio nomine, *Aſclepiadem* vocari obſervat Notkerus, & re ipſa ſic nominatur in Martyrologio quod ſancto Hieronymo tribuitur; *Silvius*, *Primus*, *Ulpius*, *Vitalis*, *Comminius*, *October*, *Philominus*, *Geminus*, *Julia*, *Albina*, *Grata*, *Rogata*; hanc Gregorius Turon. cum Martyrol. Hieronymiano omiſit; *Æmilia*, *Poſthumiana*, ſic Gregorius, alii *Potamiam* appellant; *Pompeia*, *Rodone*, ſeu *Rhodana*, *Biblis*, *Quarta*, *Materna*, *Elpenipſa*, *Stamas*; ſic Gregor. Ado autem & Notkerus, *Helpes*, *quæ & Amnas. Hi quidem diverſiſſimis mortibus interemti ſunt. Hi autem beſtiis traditi ſunt*: *Sanctus*, *Maturus*, *Attalus*, a Gregorio omiſſus, *Alexander*, *Ponticus*, *Blandina. Hi ſunt qui in carcere ſpiritum reddiderunt*: *Areſcius*, Ado & Notkerus *Ariſtæus*, *Fotinus*, *Cornelius*, *Zotimus*, *Titus*, *Zoticus*, *Julius*, *Apollonius*, *Geminianus*, *Julia*, *Auſonia*; quatuor ſupradictos non habet Gregorius; *Æmilia*, *Gamnite*, ſic Gregor. alii *Jamnica*; *Pompeia*, *Alumna*, *Mamilia*. Hæ duæ deſunt in Adone & Notkero, ſed habent *Domnam*, quæ in Gregorio deſideratur: *Juſta*, *Triſime*, Ado & Notkerus *Trophima*; *& Antonia*, *& beatus Fotinus epiſcopus*. In fragmento vitæ Sancti Bernardi Archiepiſcopi Viennenſis, quod refertur Sæculo IV. Benedictino parte 2. *Severinus*, *Exſuperius & Felicianus* ex horum Martyrum numero laudantur. Eorumdem Martyrum, ſed abſque nominum recenſione, *Memoria.* meminerunt etiam alia Martyrologia Bedæ ſinceri, Uſuardi, Rabani cum duplici Romano, Florentinii ſcilicet & Baronii, ad eumdem diem; quamvis diverſis diebus, idque potiſſimum circa finem Julii & initium Auguſti, ut ex Actis patet, paſſi ſint. *Locus.* De his Martyribus homiliam habuit Eucherius Lugdunenſis, quæ *de ſancta Blandina*, inſcribitur; exſtatque inter eas quæ ſub Euſebii Gallicani nomine vulgatæ ſunt in part. 1. tom. 5. Bibliothecæ Patrum, edit. Colonienſis. Hos *populum Martyrum* ibi appellat Eucherius, unde plures fuiſſe conjicimus, quam a Gregorio enumerantur. Certe in Actis ſanctorum Alexandri & Epidonii quæ inferius exhibemus, habetur num. 2. *plurimos* quidem ex his Martyribus, *diſtinctis paſſionibus atque nominibus ad ſuccedentium memorias perveniſſe; innumeros vero, qui vel indiſcreta cæde concisi ſunt, vel vincti in ergaſtulo defecerunt, inſcriptos in*

*cæleſti tantum vitæ libro contineri*. Celebris eſt etiam nunc locus Athanacum appellatus, ubi paſſi dicuntur ii Martyres, a quo, ut ait Gregorius Turon. loco laudato, vocantur a nonnullis *Martyres Athanacenſes*. Ibi conſtructum poſtea fuit nobile Ordinis noſtri Benedictini monaſterium, quod ad noſtram uſque ætatem ſub regulari diſciplina perſeveravit, nunc primum ſæculari toga donatum.

4. Horum Martyrum Acta ex Valeſiana Euſebii verſione proferimus, in quibus aliquando nonnulla ipſius Euſebii verba intermixta reliquimus, altero tamen charactere expreſſa, quæ, cum ad epiſtolæ ſenſum capiendum, cujus aliquot quandoque partes omittit Euſebius, neceſſaria viderentur, rejicere noluimus. Ea porro Acta inter alia recenſet Scaliger in animadverſionibus Euſebianis num. MMCLXXXIII. *quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut numquam ſatur inde recedat*.

---

Anno Christi 177.

# EPISTOLA ECCLESIARUM VIENNENSIS & Lugdunenſis de Martyrio ſancti Pothini Epiſcopi, & aliorum plurimorum.

*Ex Euſebii Hiſt. Eccleſ. libro 5. capite 1. & ſeqq. Editionis Valeſianæ.*

I. SErvi Chriſti, qui apud Viennam & Lugdunum Galliæ degunt, fratribus per Aſiam & Phrygiam conſtitutis, qui eamdem nobiſcum fidem & ſpem habent redemtionis, pax & gratia & gloria a Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro. *(Poſt hæc deinde quædam alia præfati, narrationem ipſam ordiuntur his verbis.)* Et gravitatem quidem ipſam ærumnarum, & gentilium adverſus Sanctos furorem ac rabiem: quæque & quanta beati Martyres perpeſſi ſunt, nec nos exprimere dicendo, nec quiſquam ſcribendo complecti accurate poſſit. Omni ſiquidem virium impetu in nos irruit adverſarius adventus ſui, in quo cum omni licentia graſſaturus eſt, jam tum nobis initia ac primordia exhibens. Nihil quippe intentatum reliquit, dum miniſtros ſuos aſſuefacit, & quibuſdam quaſi proludiis exercet adverſus ſervos Dei. Adeo ut non ſolum ab ædibus, a balneis, a foro arceremur; verumetiam interdictum fuerit ne quis noſtrum quocumque demum in loco appareret.

Christiani ab omni loco prohibiti.

II. Sed gratia Dei pro nobis adverſus diabolum depugnavit: & infirmiores quidem ſervavit, viros autem illi oppoſuit columnarum inſtar firmos ac ſtabiles qui fortitudine ſua univerſum dæmonis impetum in ſemetipſos pertrahere valerent. Hi ergo cominus congreſſi, omne genus opprobrii ſuſtinuerunt; & quæ alii diuturna & gravia exiſtimant, ipſi levia ducentes, ad Chriſtum ire properabant; exemplo ſuo oſtendentes, non eſſe dignas paſſiones hujus ſæculi quæ conferantur cum gloria quæ in nobis revelanda eſt. Ac primum quidem quæcumque a populo univerſo acervatim ingerebantur, conſtantiſſime tolerarunt: acclamationes ſcilicet, plagas, raptationes, ſpoliationes bonorum, lapidum jactus, carceres, cuncta denique quæ vulgus furore & rabie concitatum adverſus hoſtes & inimicos comminiſci ſolet. Perducti deinde in forum a Tribuno militum & a magiſtratibus civitatis, coram univerſo populo interrogati confeſſique, uſque ad Præſidis [1] adventum conjecti ſunt in carcerem.

Eorum constantia.

III. Poſt hæc cum ad Præſidem deducti eſſent, atque ille omni genere ſævitiæ

1 Notat hic Valeſius τὸ ἡγεμόνος nomen, cuicumque provinciarum Rectori competere poſſe, ſive Procuratores, ſive Proconſules, ſive Legati Cæſaris fuerint. Provinciam autem Lugdunenſem per Legatos regi ſolitam probat ex variis auctorum teſtimoniis.

vitiæ ferretur adverſus noſtros, VETTIUS EPAGATHUS [2], unus ex fratrum numero, immenſa quadam caritatis copia erga Deum ſimul & proximum exuberans, qui adeo diſtrictam ac ſeveram vivendi rationem inſtituerat, ut quamvis adhuc juvenis, Zachariæ [3] tamen ſenioris elogio æquaretur: (Inceſſerat quippe in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela: ad omne genus obſequii ac miniſterii proximo exhibendum promptiſſimus, zelo Dei ac fervore ſpiritus plenus.) Hic, inquam, cum eſſet hujuſmodi, adeo injuſtum adverſus nos judicium pati non potuit: ſed indignatione commotus poſtulavit, ut ſibi quoque liceret pro fratribus cauſam dicere, palamque oſtendere, nihil apud nos impium aut irreligioſum reperiri. Verum cum illi qui circum tribunal adſtabant, adverſus eum inclamaſſent, (erat quippe inter ſuos clarus:) & Præſes ipſe petitionem alioqui juſtiſſimam ægre ferret, idque unum ex eo quæreret, eſſetne Chriſtianus: ille Chriſtianum ſe eſſe clariſſima voce profeſſus, in Martyrum numerum relatus eſt, Advocatus quidem Chriſtianorum judicis elogio appellatus; habens autem in ſe ipſo advocatum Spiritum ſanctum multo abundantius quam Zacharias. Quem quidem caritatis exuberantia declaravit; quippe qui ſuſtinuerit pro fratrum defenſione morti ſemet objicere. Fuit enim & eſt germanus Chriſti diſcipulus, ſequens Agnum quocumque ierit.

*Vettius ſe ipſum offert ad tuendam Chriſtianorum cauſam.*

IV. Exinde etiam reliqui dignoſci ac diſtingui cœpere. Et prompti quidem ac parati erant protomartyres, qui ſumma animorum alacritate ſolemnem illam Martyrum confeſſionem ediderunt. Qui vero imparati & inexercitati, nec firmis adhuc erant viribus ad impetum tanti certaminis ſuſtinendum, tunc manifeſte patuerunt. Ex quibus decem circiter collapſi, maximum nobis dolorem & incredibilem luctum attulerunt; & aliorum alacritatem fregerunt, qui nondum comprehenſi, licet graviſſima paterentur incommoda, tamen Martyribus præſto aderant, nec ab eorum conſpectu diſcedebant. Omnes tunc temporis graviſſimo metu perculſi hærebamus ob incertum confeſſionis eventum: non quod tormenta, quæ inferebantur, magnopere timeremus; ſed quoniam exitum rei animo proſpicientes, ne quis corrueret verebamur. Comprehendebantur quotidie qui digni erant, ut numerum illorum ſupplerent: adeo ut ex utraque Eccleſia [4] præſtantiſſimi quique, & quorum maxime labore atque induſtria res hic conſtitutæ fuerant, ſimul omnes tenerentur. Capti ſunt etiam quidam noſtrorum ſervi, qui gentiles erant: quandoquidem Præſes nos omnes requiri palam juſſerat. Qui dæmonis impulſu, cum tormenta reformidarent quæ Sanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipſum eos incitantibus, Thyeſteas [5] quaſdam cœnas & inceſtos Oedipi [6] concubitus, & alia, quæ nec proloqui nobis, nec cogitare fas eſt, ac ne credere quidem ſuſtinemus apud homines umquam geſta fuiſſe, adverſus nos ementiti ſunt. His in vulgus ſparſis, omnes continuo in nos adeo efferati ſunt, ut ſi qui forte cognationis cauſa moderati erga nos hactenus exſti-

*Decem lapſi.*

2 Rufinus eum *Vettium Pagathum* appellat.

3 Adonem, Uſuardum & Notkerum arguit hic Valeſius, quod ex Rufini verſione hunc Zachariam, quo nomine manifeſte Johannis Baptiſtæ pater deſignatur, incaute, quaſi unum ex Lugdunenſibus Martyribus, ſuis Martyrologiis inſeruerint. Zachariam Presbyterum inter alios Martyres Lugdunenſes non ſolum hi auctores recenſent; ſed etiam Gregorius Turonenſis, & Martyrologium S. Hieronymo attributum, locis in Admonitione prævia laudatis.

4 Græce *τῶν δύο ἐκκλησιῶν*, ex quo recte concludit Valeſius, utramque urbem, Viennam ſcilicet ac Lugdunum, ſuum quamque proprium Epiſcopum habuiſſe, cum id nomen ſoli illi eccleſiæ, cui Epiſcopus præeſſet, tribueretur.

5 Accuſabantur Chriſtiani a Gentilibus, quaſi carne humana veſcerentur, ut ex antiquis Patribus patet, quæ Thyeſteæ cœnæ hic vocantur, a convivio Thyeſti a fratre Atreo præparato, in quo ipſius Thyeſtis filii in cibum appoſiti ſunt, qua de re Seneca tragœdiam edidit.

6 Oedipus matrem ſuam uxorem duxiſſe dicitur. Suſpicabantur autem gentiles ejuſmodi ſpurcitiis Chriſtianos deditos eſſe, ob quorumdam hæreticorum impudicitias, qui Chriſtianorum tamen nomen ſibi arrogabant, ut notat Juſtinus, aliique ſancti Patres. Unde Blandina infra tormentis effecta clamabat: *Chriſtiana ſum. Nihil mali apud nos geritur*, ut ejuſmodi calumnias a Chriſtianis averteret.

exſtitiſſent, tunc acerbiſſima indignatione commoti adverſus noſtros infremerent. Complebatur itaque id quod a Domino prædictum fuerat his verbis: Veniet tempus, cum quicumque vos occiderit, cultum offerre videbitur Deo. Exinde ſanctiſſimi Martyres ejuſmodi tormenta ſuſtinuerunt quæ nulla umquam oratione exprimi poſſint, ſatana ambitioſe contendente, ut ab illis quoque aliquid impie diceretur.

*Johan. 16: 2.*

*Sanctus, & alii martyres.*

V. Præcipue tamen vulgi ac Præſidis & militum furor univerſus incubuit in SANCTUM diaconum Viennenſem [γ], & in MATURUM neophytum quidem illum, ſed generoſiſſimum nihilominus pugilem Chriſti: in ATTALUM quoque, patria Pergamenum [δ], qui columna & firmamentum Eccleſiæ noſtræ ſemper fuit: in BLANDINAM denique, per quam Chriſtus oſtendit, quæ vilia, deformia, contemtaque hominibus videntur, ea maximo honore affici a Deo propter excellentem erga ipſum caritatem, quæ in virtute potentiaque oſtenditur, non ſpecie inani gloriatur. Nam cum univerſi trepidaremus, ipſaque illius temporalis domina, quæ & ipſa una cum reliquis Martyribus ſtrenue pugnabat, formidaret in primis ne illa ob tenuitatem corporis, liberam confeſſionem edere non valeret: tanto animi robore firmata eſt Blandina, ut tortores qui invicem ſibi ſuccedentes a prima luce uſque ad veſperam omni tormentorum genere eam excruciaverant, reſoluta nervorum compage deficerent; ſeque victos confeſſi, cum nullum tormenti genus quod ipſi inferri poſſet, reliquum haberent, mirarentur adhuc illam ſpiritum ducere, toto corpore lacerato atque perfoſſo; teſtarenturque unicum tormenti genus ad illam enecandam ſuffeciſſe, nedum tot ac tanta tormenta. Verum beata illa, inſtar generoſi cujuſdam athletæ, in ipſa confeſſione vires atque animos reſumebat; eratque ei refectio & quies, ſenſumque omnem præſentis doloris adimebat prolatio horum verborum: *Chriſtiana ſum, & nihil apud nos mali geritur.*

*Blandina conſtantia.*

VI. Sanctus vero, cum & ipſe ſupra humanum modum cuncta quæ ab hominibus excogitari potuerant tormenta fortiter ſuſtineret, ſperantibus jam impiis aliquid ſe indecorum atque illicitum ex eo audituros ob nimiam vim & magnitudinem cruciatuum; tanta firmitate eis reſtitit, ut nec ſuum, nec gentis, aut civitatis ex qua eſſet oriundus nomen, nec utrum ſervus eſſet, an ingenuus prolocutus ſit: ſed ad omnes interrogationes, Romana lingua reſponderit: *Chriſtianus ſum*. Hoc ſibi nomen, patriam, genus, omnia denique eſſe ſubinde profitebatur: neque aliam vocem ab eo gentiles extorquere valuerunt. Quam etiam ob cauſam maxima adverſus illum, & Præſidis, & tortorum pertinacia furoris exarſit. Adeo ut cum nihil amplius ipſis ſupereſſet quo illum torquerent, candentes æris laminas mollioribus ejus membris affigerent. Et membra quidem adurebantur: ipſe vero rectus atque inconcuſſus firmis veſtigiis in confeſſione perſtitit; utpote cæleſti fonte aquæ vivæ, quæ ex ventre Chriſti profluit, perfuſus, firmatuſque. Porro corpus ipſum abunde teſtabatur ea quæ acciderant: quippe quod nihil aliud eſſet præter vulnera atque vibices, totum contractum atque contortum, nec jam externam hominis ſpeciem retinens, in quo Chriſtus ipſe perpetiens magna miracula patrabat, adverſarium funditus delens, & illuſtri exemplo ceteris oſtendens, nihil eſſe metuendum, ubi caritas Patris adſit; nullum dolorem, ubi gloria vertitur Chriſti. Quippe cum impii illi, paucis poſt diebus, iterum torquere Martyrem cœpiſſent; crederentque, ſi turgeſcentibus adhuc & inflammatis vulneribus eadem tormenta de integro adhiberent, fore ut illo ſuperiores evaderent; quippe qui

*Sancti fortitudo.*

γ 'Aπὸ Βιέννης, quod ortus Viennæ, non autem quod Diaconus Viennenſis Eccleſiæ fuerit, ut obſervat Valeſius.

δ Pergamus, urbs Aſiæ notiſſima; magnam autem conſuetudinem inter Aſiaticos & Lugdunenſes tunc fuiſſe nemo neſcit. Ex Aſia etiam Irenæus Lugdunum advenit.

qui ne manuum quidem contractionem poſſet ſuſtinere, vel id certe eventurum, ut ille tormentis immortuus terrorem iojiceret reliquis: non modo nihil ejuſmodi illi contigit, ſed præter omnium opinionem, corpus ejus ſubito relevatum erectumque conſtitit in tormentis poſterioribus, & priſtinam ſpeciem, uſumque membrorum recuperavit; prorſus ut ſecunda illa excarnificatio, divina opitulante gratia medelam potius quam pœnam ei attuliſſe videretur.

*Biblias prius lapſa, Chriſti fidem confitetur.*

VII. Sed & BIBLIADEM quamdam ex eorum numero, qui Chriſti fidem abnegaverant, cum jam diabolus a ſe abſorptam crederet, velletque inſuper damnationem illius cumulare blaſphemia, ad ſupplicium duxit adigens eam, utpote fragilem jam & ignavam, impia de oobis proloqui. Verum illa reſipuit ioter cruciatus, ac veluti ex altiſſimo ſomno excitata eſt, præſente ſupplicio de æternæ gehennæ cruciatibus ipſam ſubmonente. Et contradicens impiis: *Qui fieri poſſet*, inquit, *ut infantes comederent*, *quibus ne ſanguinem quidem animantium deguſtare*[9] *licet*; Abhinc Chriſtianam ſe eſſe confeſſa, in conſortium Martyrum relata eſt.

VIII. Porro cum univerſa tyraooorum tormenta per Martyrum conſtaotiam a Chriſto eſſeot hebetata ac retuſa, alias machinas diabolus excogitavit: nt ſcilicet in obſcuriſſimum ac moleſtiſſimum carceris locum conjicerentur, utque pedes in nervo [10] ad quintum uſque foramen diſtenſos haberent, ac reliqua hujuſmodi cruciatuum genera perferrent, quibus miniſtri, ut pote inſenſi & a dæmone incitati, vexare incluſos conſueveruot: adeo ut ex eorum numero quam plurimi in carcere ſuffocati interierint, quos ſcilicet Deus, qui ſuam in omnibus gloriam

*Novis tormentis Martyres cruciati.*

oſtendit, hoc mortis genere defungi voluerat. Alii ſiquidem, qui acerbiſſime cruciati fuerant, ita ut ne vivere quidem diutius poſſe crederentur, quamvis omni curationis genere refocillati fuiſſent, permanſerunt in cuſtodia, hominum quidem auxilio deſtituti, verum roborati ab Deo, & tam animi quam corporis vigore firmati: qui quidem accendebant ceteros, & conſolabantur. Alii vero novelli, qui recens comprehenſi fuerunt, quorum corpora cruciatibus perferendis nondum aſſueverant, cum gravitatem carceris pati non poſſent, io ipſa cuſtodia exſpirarunt.

*Plures necantur in carcere.*

IX. Beatiſſimus autem POTHINUS[11], qui epiſcopatum Lugdunenſis Eccleſiæ adminiſtrabat, nonagenario major, & corpore admodum infirmo ob præſentem quidem corporis imbecillitatem ægre ſpiritum trahens, ceterum præ eupiditate imminentis martyrii mirabili alaeritate animi firmatus, etiam ipſe ad tribunal ferebatur: corpore quidem partim ob ſenectutem, partim vi morbi penitus exhauſto ac ſoluto; animum vero adhuc retinens, ut per eam Chriſtus triumpharet. Perlatus igitur a militibus ad tribunal, proſequentibus ipſum magiſtratibus civitatis, & univerſa plebe variis eum acclamationibus impetente, tamquam ipſe Chriſtus eſſet, egregium edidit teſtimonium. Interrogatus vero a Præſide, quiſnam eſſet Chriſtianorum Deus, reſpondit: *Si dignus fueris, cognoſces.* Poſt hæc abſque ullo humanitatis reſpectu raptatus, atque innumeris plagis affectus eſt: cum ii quidem, qui propius adſtabant, calcibus & pugnis illum contumelioſe appeterent, nec ullam ejus ætati reverentiam exhiberent; qui vero longius diſtabant, quidquid ad manum erat, in ipſum conjicereot: omoes denique graviſſimi delicti ac piaculi reos ſe exiſti-

*Pothinus Epiſcopus Lugdunenſis.*

*Nonagenarius martyrio coronatur.*

9 Aliquamdiu viguit lex illa ab Apoſtolis Actor. cap. 15. lata in aliquod tempus. Videſis R. P. Natalis Alexandri diſſert. IX. ſæculi I.

10 Nervus hic inſtrumenti genus ſignificat, quo pedes Chriſtianorum & crura in carceribus alligabantur, qualem Valeſius deſcribit in notis ad hunc locum: *Truncus ligneus quinis hinc & inde foraminibus certo ſpatio diviſis excavatus, in quæ foramina, tamquam in arcus quaſdam, pedes inſerebantur reorum, & vinculis ſeu nervis adſtringebantur.* Porro grave id ſupplicium fuiſſe ex eo colligitur, quod in eo Martyres plures occubuerint. De omnibus ejuſmodi inſtrumentis videndus liber Antonii Gallonii *de Martyrum cruciatibus*.

11 A Rufino aliiſque vulgo *Photinus*, ſeu *Fotinus* dicitur.

exiſtimarent, niſi pro ſua quiſque parte ei petulanter inſultare ſtuduiſſent. Quippe hoc modo injuriam deorum ſuorum ulturos ſe arbitrabantur. Exinde vix adhuc ſpirans in carcerem projectus eſt, tandemque poſt biduum animam exhalavit.

*Plures apoſtatæ [illegible].*

X. Hic vero ſingularis quædam Dei diſpenſatio, & immenſa Jeſu Chriſti miſericordia apparuit: raro quidem inter fratres exemplo, ſed a dexteritate ingenioque Jeſu Chriſti minime alieno. Omnes ſiquidem qui a prima ſtatim comprehenſione fidem negaverunt, ipſi quoque in carcerem conjecti, eadem quæ ceteri Martyres perferebant. Neque enim illis quidquam tunc profuit fidei ſuæ negatio. Verum illi quidem qui ſeſe, id quod revera erant, eſſe profitebantur, tamquam Chriſtiani conjiciebantur in vincula, nullo alio crimine ipſis objecto. Hi vero, perinde ac homicidæ & ſcelerati homines, deinceps detinebantur, duplo gravius, quam reliqui ſupplicium perferentes. Illos enim gaudium martyrii, ſpeſque promiſſæ beatitudinis, & caritas erga Chriſtum, & Dei Patris Spiritus recreabat: hos vero graviter torquebat conſcientia; ita ut dum traducerentur, ipſo vultu atque aſpectu facile diſcernerentur a ceteris. Quippe illi quidem hilares accedebant, majeſtatem quamdam venuſtati intermixtam vultibus præferentes, adeo ut vincula præcipuum ipſis ornatum addidiſſe viderentur, inſtar ſponſæ fimbriis aureis variegatis ornatæ: ad hæc ſuavem Chriſti odorem ſpirantes, ita ut nonnulli terreno eos unguento delibutos putarent. Hi vero demiſſo vultu, abjecti & ſqualidi ac ſordidi, omnique deformitatis genere cooperti, ab ipſis quin etiam gentilibus probro affecti, utpote ignavi atque imbelles, qui homicidarum quidem ſibi ipſis crimen impoſuiſſent, Chriſtianorum autem venerandum & glorioſum ac ſalutare nomen amiſiſſent. Quæ cum ceteri viderent, magnopere confirmabantur. & ſi quem poſtea comprehendi contigerat, is ſtatim abſque ulla cunctatione confitebatur, ne cogitatione quidem tenus conſilium ac ſuggeſtionem dæmonis admittens.

*Odor ſuavis Chriſti Martyribus exhalat.*

XI. *Paucis deinde interjectis, iterum hæc ſubjiciunt.* His ita geſtis, *inquiunt,* deinceps ipſorum martyria in varias mortis ſpecies diviſa ſunt. Ex omni quippe florum genere, diverſiſque coloribus unicam texentes coronam beatiſſimi Martyres Deo Patri obtulerunt. Æquum ſane erat ut fortiſſimi athletæ, qui multiplex certamen ſubierant, atque inſignem victoriam retulerant, inſignem immortalitatis coronam acciperent. Maturus igitur & Sanctus cum Blandina & Attalo ducti ſunt ad beſtias in amphitheatrum, ad publicum ſpectaculum inhumanitatis Gentilium: præbito de induſtria munerum die [11] propter noſtros. Et Maturus quidem ac Sanctus ruſus omnia tormentorum genera in amphitheatro ſubierunt, quaſi nihil antea perpeſſi eſſent; aut potius quaſi athletæ, qui multis jam vicibus adverſarium ſuperaſſent, & de corona ipſa jam decertarent, rurſus conſueta illic flagrorum verbera pertulerunt, & beſtiarum ipſos trahentium morſus, & quæcumque alia vulgus inſanum pro ſuo quiſque arbitrio variis acclamationibus imperabat; ipſam poſtremo ferream cathedram, cui ſuperpoſita Martyrum membra cum torrerentur, illorum nares moleſtiſſimus nidor implebat. Verum illi ne ſic quidem finem ſæviendi fecerunt: ſed contra eo vehementius accendebatur eorum furor, cum expugnare Martyrum conſtantiam contenderent. Nullam tamen ab ipſo Sancto vocem elicere potuerunt, præter illam quam ab initio proferre conſueverat confeſſionis ſuæ vocem. Hi ergo maximo certamine perfuncti, cum vitalem ſpiritum diu protraxiſſent, tandem jugulati ſunt: eo die ſpectaculum facti mundo, loco multiplicis illius varietatis, quæ in gladiatorum ſpectaculis

*Martyres variis modis interficiuntur.*

*Maturus & Sanctus.*

[11] Id eſt ſpectaculum præbendo extraordinarium, nam alias ſtatis tantummodo diebus fiebant.

*Blandina rurſus torquetur.* lis cernitur. Blandina vero ad palum ſuſpenſa, beſtiis objecta eſt; quæ cum in crucis ſpeciem ſuſpenſa cerneretur, Deoque contentiſſime ſupplicaret, maximam alacritatem addebat certantibus: quippe qui in ipſo certamine, ſub ſororis perſona, corporeis oculis cernerent illum, qui pro ipſorum ſalute crucifixus ideo fuerat, ut credentibus in ipſum perſuaderet, quicumque pro Chriſti gloria pateretur, hunc Dei viventis conſortem futurum. Cumque nulla tunc beſtia corpus illius attigiſſet, depoſita ex ſtipite, rurſus in carcerem conjicitur, in aliud certamen reſervata: ut pluribus proluſionibus adverſario ſuperato, tortuoſi quidem ſerpentis condemnationem certam atque inevitabilem redderet, fratres vero exemplo ſuo accenderet. Quippe quæ, tametſi puſilla infirmaque & contemta, Chriſti tamen, magni illius invictique athletæ, robore induta, & adverſarium multis vicibus ſuperaſſet, & glorioſo certamine coronam immortalitatis reportaſſet. *Attalus.* Attalus quoque vehementer a populo poſtulatus ad ſupplicium, utpote vir valde celebris, paratus ad certamen acceſſit, fretus conſcientia recte factorum. Quippe in Chriſtianorum diſciplina ſolide exercitatus, teſtiſque apud nos veritatis ſemper extiterat. Cumque per amphitheatrum circumduceretur, præcedente ipſum tabella, in qua Latino ſermone inſcriptum erat: HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS: populo adverſus illum vehementius incitato, Præſes poſtquam civem Romanum eum eſſe comperit, reduci in cuſtodiam cum ceteris jubet. Inde litteris ad Cæſarem datis, de his omnibus qui incluſi tenebantur ſententiam [13] ejus exſpectabat.

XII. Enimvero hujus temporis mora nequaquam inutilis neque infructuoſa illis fuit: ſed per ipſorum tolerantiam immenſa Chriſti miſericordia tandem illuxit. *Qui lapſi fuerant reſipiſcunt.* Quippe mortua jam Eccleſiæ membra, viventium ope atque auxilio ad vitam revocata ſunt: & Martyres gratificati [14] ſunt iis qui fidem negaverant, ingentique gaudio mater eademque virgo Eccleſia cumulata eſt; cum eos quos tamquam extinctos abortu ejecerat, vivos jam ac ſpirantes recuperaret. Etenim per illos ſanctiſſimos Martyres, hi qui fidem negaverant, rurſus in utero delineabantur, rurſus concipiebantur, & vitali calore reparato rurſus fidem confiteri diſcebant. Cumque jam ad vitam revocati, roboratique eſſent, Deo, qui non vult mortem peccatoris, ſed pro ſua benignitate ad pœnitentiam potius invitat, mitiorem eis ſuccum infundente, ad tribunal acceſſere, quo iterum a Præſide interrogarentur. Quippe reſcriptum fuerat a Cæſare [15], ut confitentes quidem gladio cæderentur: hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes. Ineunte igitur ſollemni apud nos mercatu [16], qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo convenienre virorum multitudine, Præſes beatiſſimos Martyres ad tribunal adduci juſſit tanquam in theatrali pompa eos populo oſtentans. *Alii capite plexi, alii beſtiis traditi.* Cumque illos denuo interrogaſſet, quicumque cives Romani reperti ſunt, capite truncati, reliqui traditi ſunt beſtiis.

XIII. Ceterum ingens gloria acceſſit Chriſto per eos qui prius quidem negaverant, tunc vero confitebantur fidem Chriſti præter ſpem atque expectationem gentilium. Hi ſiquidem ſeorſum inter-

13 Inde collige hanc perſecutionem ſine novis Imperatorum edictis motam fuiſſe, in qua tamen innumerabiles Martyres per totum terrarum orbem occiſos fuiſſe affeverat Euſebius. Non itaque recte infert Dodvvellus paucos fuiſſe Martyres, eo quod pauci Romani Imperatores edicta adverſus Chriſtianos tulerint. Verum de his fuſius in Præfatione generali.

14 Aut pacem eis concedendo, qua de re plura apud Cyprianum: aut ſuis exhortationibus eos ad fidem revocando, aut ſua apud Deum interceſſione ipſis converſionis gratiam obtinendo, aut tandem his omnibus modis ſimul, eos Eccleſiæ unitati reſtituerunt.

15 Marco ſcilicet Aurelio; jam enim Lucius ejus collega obierat. Hunc autem Antoninum Verum appellat Euſebius, quod primarium ejus erat nomen, ſed quod ad Lucium, cum in imperii conſortium aſſumtus eſt, tranſtulit; qua de re conſule Capitolinum in utriuſque Vita.

16 Cum hic mercatus celebrari ſoleret Kalendis Auguſti, qua die ara Auguſto fuerat dicata Lugduni, ut ſcribit Svetonius in Claudio, horum ſanctorum martyrium ad menſem Auguſti referendum eſt quamvis Ado, Uſuardus, Beda & Notkerus eorum feſtum IV. Nonas Junii celebrent, forte quod ii qui ex his ſanctis Martyribus priores mortui ſunt, vel Pothinus Epiſcopus, hac die obiiſſe putentur.

interrogati ſunt quaſi mox abſolvendi, qui cum ſe Chriſtianos confeſſi eſſent, reliquorum Martyrum numero adſcripti ſunt. Foras autem manſerunt ii quorum animis nec veſtigium ullum fidei, nec reverentia veſtis nuptialis, nec ſenſus timoris Dei impreſſus umquam inſederat; filii ſcilicet perditionis, qui ſua ipſorum converſatione religionem quam profitebantur infamaverant. Verum ceteri omnes aggregati ſunt Eccleſiæ; de quibus cum quæſtio haberetur, ALEXANDER quidam natione Phryx [17], profeſſione medicus, qui plures jam annos moratus fuerat in Galliis: vir omnibus notiſſimus ob amorem Dei & eximiam in prædicanda fide libertatem, (quippe Apoſtolicæ gratiæ minime expers erat) tribunali adſiſtens, cum illos ad fidei confeſſionem nutibus hortaretur, cunctis qui tribunal circumdabant, tamquam parturiens videbatur. At vulgus moleſte ferens, quod qui antea fidem negaverant, eamdem de integro confiterentur; adverſus Alexandrum tamquam hujus facinoris auctorem conclamare cœpit. Inſtans illico Præſes, interrogavit hominem, quiſnam eſſet. Qui cum *Chriſtianum ſe eſſe*, dixiſſet, iratus Judex eum ad beſtias damnavit. Poſtridie igitur una cum Attalo ingreſſus eſt. nam & hunc Præſes, gratificari populo ſtudens, beſtiis rurſum tradiderat. Ambo itaque cum omnia tormentorum genera quæ adverſus ipſos excogitata fuerant, in amphitheatro percucurriſſent, maximoque certamine perfuncti eſſent, tandem gladio percuſſi ſunt. Et Alexander quidem nec ingemuit umquam, nec vocem ullam protulit; ſed interius mente in ſe collecta colloquebatur cum Deo. Attalus vero cum in ferrea cathedra collocatus undique torreretur, & ambuſtum corpus nidorem graviſſimum exhalaret; Latino ſermone populum allocutus: *En*, inquit, *hoc demum eſt homines vorare quod agitis. Nos vero neque homines voramus, neque omnino quidquam mali facimus.* Interrogatus etiam quod nomen Dei eſſet: *Deus*, inquit, *nomen non habet perinde ac nos mortales.*

*Alexander Martyres adhortans nutu, eis conjungitur.*

*Cum Attalo gladio percutitur.*

XIV. Poſt hos omnes, ultimo tandem ſpectaculorum die, Blandina rurſus illata eſt una cum PONTICO adoleſcente, quindecim circiter annos nato. Qui etiam quotidie antea introducti fuerant, ut reliquorum cruciatus intuerentur: adactique per ſimulacra Gentilium jurare, cum in propoſito conſtantes permanerent, deſque illorum nihili facerent; tantus in eos exarſit multitudinis furor, ut nec ætatem pueri miſerarentur, nec mulieris ſexum ulla proſequerentur reverentia. Cunctis igitur cruciatibus eos vexare, ac per omnia pœnarum genera circumagere cœperunt, jurare illos ſubinde compellentes. Numquam tamen id quod volebant, perficere valuerunt. Nam Ponticus quidem ſororis exhortationibus incitatus, ita ut Gentiles quoque ipſam eſſe cernerent quæ puerum hortaretur & confirmaret; cuncta ſupplicia generoſe perpeſſus, animam exhalavit. Beata vero Blandina, omnium poſtrema, tamquam nobilis mater, quæ filios ad fortiter certandum accenderat, & victores ad Regem præmiſerat; eoſdem certaminum curſus quos filii confecerant remetiens, ad eoſdem ire properabat, de exitu ſuo læta atque exſultans, prorſus quaſi ad nuptiale convivium invitata, non beſtiis objecta eſſet. Denique poſt flagra, poſt ferarum vellicationes, poſt ſartaginem, reticulo incluſa, tauro objecta eſt. A quo diu in altum jactata, nihil jam eorum quæ fiebant penitus ſentiens, tum ob ſpem & comprehenſionem eorum quæ credebat bonorum, tum ob familiarem congreſſum quem cum Chriſto in oratione habebat, tandem & ipſa victimæ inſtar jugulata eſt: ipſis etiam Gentilibus ingenue fatentibus, nullam umquam apud ſe feminam exſtitiſſe, quæ tot ac tanta pertulerit.

*Blandina rurſus torquetur cum Pontico adoleſcente.*

*Martyrium conſummant.*

XV.

17 Phrygia provincia Aſiæ, unde ut jam notavimus, multi Lugdunum advenerant.

*Crudeles in Martyrum cadavera ſæviunt.*

XV. Sed ne ſic quidem furor illorum & immanitas adverſus ſanctos conquievit. Quippe feræ & barbaræ gentes ab immani illa beſtia concitatæ, pacari facile non poterant. Quin potius aliud quoddam initium ſæviendi in Sanctorum corporibus protervia illorum invenit. Neque enim ex eo quod a Martyribus victi fuiſſent, pudore ac verecundia ſuffundebantur, quippe qui humano ſenſu ac ratione penitus eſſent deſtituti: ſed contra Præſidis ſimul ac populi, tamquam immanis belluæ, magis inde accendebatur furor, qui quidem nullo jure adverſus nos æquali odio ferebantur. ut impleretur Scriptura, quæ dicit: *Iniquus adhuc inique agat, & juſtus adhuc juſtificetur.* Eorum enim corpora, qui in carcere ſuffocati perierant, canibus objecerunt: ſollicite obſervantes noctu atque interdiu, ne quis noſtrorum ea ſepulturæ mandaret. Poſt hæc quidquid aut a beſtiis, aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambuſta membra exponentes; reliquorum denique capita cum ipſis corporum truncis ſimiliter inſepulta per plurimos dies additis militum excubiis cuſtodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus ſtridebant in mortuos, adhuc exquiſitiore quodam ſupplicio eos afficere cupientes; alii vero irridebant inſultabantque ſimulacra ſua laudibus extollentes, ac pœnas de Martyribus ſumtas eis adſcribentes. Nonnulli paullo æquiores, & qui vicem noſtram dolere quodammodo videbantur exprobrabant identidem hæc dicentes: Ubi eſt Deus eorum? & quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque ſuam poſtpoſuerunt? Ac Gentilium quidem inſectatio talem habuit varietatem. Nos vero graviſſimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt: ſed omni ſtudio atque induſtria cadavera cuſtodiebant, quaſi ingens lucrum facturi, ſi ſepultura caruiſſent. *Nonnullis deinde interjectis hæc addunt.*

Apoc. 22. 11.

*His crematis, cineres in flumen dejiciuntur.*

XVI. Igitur Martyrum corpora poſtquam omni genere contumeliæ traducta, & ſub dio per ſex dies expoſita [18] jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præterfluentis Rhodani alveum ſparſa ſunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquiæ in terris ſupereſſent. Atque id agebant prorſus, quaſi Deo ſuperiores eſſe & reſurrectionem illis adimere poſſent: ut, quemadmodum ipſi dicebant, ne ſpes quidem ulla reſurgendi eis relinqueretur: qua freti, novam quamdam ac peregrinam nobis invehunt religionem, & graviſſima quæque tormenta contemnunt, promtique & alacres mortem ſubeunt. Videamus nunc an ſint reſurrecturi, & utrum adeſſe ipſis Deus ſuus, ac de manibus noſtris ipſos eripere valeat.

*Hæc ſupradicti Imperatoris temporibus Chriſti eccleſiis contigerunt, ex quibus ea quæ in reliquis provinciis geſta ſunt conjectura aſſequi licet. Sed & alia quædam ex eadem epiſtola hic adjungere operæ pretium fuerit, quibus benignitas atque humanitas illorum, quos memoravimus, Martyrum deſcribitur his verbis.*

*Martyrum humilitas.* Philipp. 2. 6.

XVII. Qui quidem Chriſtum æmulari atque imitari tantopere ſtuduerunt, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ut quamvis in tantum gloriæ culmen evecti eſſent, nec ſemel atque iterum, ſed ſæpius martyrium ſubiiſſent, & a beſtiis, denuo in carcerem relati eſſent: quamvis ignium impreſſa veſtigia, quamvis vibices & vulnera toto corpore circumferrent; tamen nec ſeipſos Martyres prædicarent nec a nobis ita ſe appellari paterentur.

Verum

[18] Hunc locum laudat Auguſtinus, tomo 6. nova edit. lib. de Cura gerendo pro mortuis, num. 8. & 10.

Verum ſi quis noſtrum per litteras, aut in familiari colloquio, eos Martyres compellaſſet, objurgabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentiſſime concedebant Chriſto, utpote fido veroque teſti, & primogenito mortuorum, vitæque cæleſtis principi & auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant Martyres, nobis commemorabant, ajebantque: Hi jam ſunt Martyres, quos in ipſa confeſſione Chriſtus aſſumi voluit, profeſſionem ipſorum morte, tamquam anulo obſignans; nos vero viles atque abjecti confeſſores. Simul profuſis lacrymis obſecrabant fratres, ut continuæ ad Deum preces fierent, quo tandem ipſi perfectum finem adipiſci mererentur. Ac reipſa quidem virtutem Martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia Gentilibus reſpondentes: & egregiam animi indolem, partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes eſſent, perſpicue teſtabantur. Ipſam vero Martyrum appellationem a fratribus ſibi oblatam, utpote timore Dei conſtricti, refugiebant. *Et paullo poſt:* Deprimebant ſe, *inquiunt*, ſub manu potenti, a qua nunc ſublimius elevati ſunt. Tunc vero omnium defenſionem ſuſcipiebant, neminem accuſabant, cunctos abſolvebant, neminem ligabant. Quinetiam pro illis, a quibus acerbiſſime cruciati fuerant, exemplo perfectiſſimi martyris Stephani Deum precabantur: Domine ne imputes illis hoc peccatum. Quod ſi ille pro lapidantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum oraſſe credibile eſt? *Nec multo poſt hæc addunt.* Hoc enim maximum certamen illis fuit adverſus diabolum, ob ſinceram ac minime fucatam caritatem: ut quos ille malignus ſerpens vivos jam ſe devoraſſe crediderat, eliſis faucibus removere cogeretur. Neque

*Caritas.*
*Act. 7. 59.*

enim faſtu & arrogantia intumuerunt adverſus lapſos: ſed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter ſubminiſtrabant, materna quædam miſericordiæ viſcera geſtantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum ſalute coram Deo Patre fundentes. Vitam petierunt, & largitus eſt eis Deus: quam etiam illi proximis ſuis communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexiſſent, pacem nobis commendaſſent, ipſi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus diſcidium ac bellum, ſed gaudium & pacem & concordiam caritatemque omnibus relinquentes.

*Atque hæc de beatorum illorum affectu erga eos fratres qui lapſi fuerant, ad legentium utilitatem hic poſita ſint, propter eos qui inhumano quodam ac truci animo præditi, inclementer adverſus Chriſti membra poſtmodum ſævierunt. Porro in eadem epiſtola, quæ res ſupra memoratas complectitur, alia etiam habetur narratio prorſus memoria digniſſima, quam quidem nihil vetat quominus hoc loco lectoribus proponamus. Sic autem habet.*

XVIII. ALCIBIADES quidam, unus ex illorum Martyrum numero, durum & ſqualidum vivendi genus ſectabatur: nullumque omnino cibum admittens, ſolo pane & aqua hactenus veſci conſueverat. Cumque in carcere poſitus, eamdem vivendi rationem vellet retinere; Attalo poſt primum quod in amphitheatro conſecerat certamen, revelatum eſt, non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui & creaturis Dei minime uteretur, & aliis exemplum ſcandali fieret. Paruit itaque Alcibiades, & cunctis deinceps cibis promiſcue uti cœpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præſentia ſua deſtituerat: ſed conſultorem habebant Spiritum ſanctum.

*Alcibiadis Martyris abſtinentia.*

DE

Circa an. 203.

## DE SANCTO IRENÆO
### Epiſcopo Lugdunenſi & Martyre.

1. ECcleſiarum Lugduneoſis & Viennenſis epiſtolæ quam modo retulimus, ſubjungit Euſebius lib. 5. Hiſtoriæ cap. 4. alterius epiſtolæ fragmentum ad Eleutherium Papam, in qua Marryres Logdunenſes IRENÆUM, quem ad eam deſerendam deſtinaverant, non ſolum ut ſuæ eccleſiæ *Presbyterum*, ſed multo magis ut *æmulatorem teſtamenti Chriſti*, commendant. Hujus epiſtolæ occaſione, paucis de hoc ſanctiſſimo Antiſtite hic agere viſum eſt. Licet enim diu poſt ſupraſcriptos Martyres paſſum fuiſſe conſtet, cum tamen ejus Acta perierint, aut certe hactenus nos lateant, non incongruum fore exiſtimavimus, iis quæ de aliis ſanctis Lugduneoſibus protulimus, quædam de eo ſubjicere, quæ ex ipſius ſcriptis, atque ex aliorum veterum teſtimoniis deſumemus, ne tantum Eccleſiæ Gallicanæ lumen ſub modio recondi videatur.

*Irenæus a Martyribus laudatur.*

2. Jam diximus in Admooitione prævia ad martyrium ſancti Polycarpi Smyrnenſis epiſcopi, Irenæum in ejus beatiſſimi viri ſcbola edocatum fuiſſe, idque ex ejuſdem Ireoæi verbis in epiſtola ad Florinum, cujus fragmenta ibi exhibuimos, conſtat. At qua occaſione, quove tempore io Gallias ex Aſia acceſſerit, incompertum plane nobis eſt; niſi quod anno CLXXVII. quo maxime efferbuit Lugduni adverſus Chriſtianos perſecutio, ejus urbis eccleſiæ Presbyter eſſet, quod ex epiſtola laudata ad Eleutherium Romaoum Pontificem ediſcimus. Quin & eum aliquot ante hanc perſecutionem annis in ea civitate fuiſſe converſatum colligi poteſt ex eo, quod non ſolum pro rebus Eccleſiæ gerendis Romam miſſus fuerit, ſed etiam quod eum tunc dignum omnes judicaverint, qui Pothino epiſcopo, quem perſecutio ſuſtulit, in tam impeditis Eccleſiæ temporibus ſubſtitueretur.

*Polycarpi diſcipulus.*

*Ex Presbytero Epiſcopus Lugdunenſis.*

3. In epiſcopali cathedra conſtitutus, mioiſterii ſibi a Deo commiſſi partes egregie adimplevit, Eccleſiam non modo verbis & vitæ ſanctimonia; ſed etiam multis præclare ſcriptis illuſtrando. Quo autem animo ſcriberet, ipſemet aperit in Præfatione libri quinti adverſus hæreſes, ubi ſic loquitur. *Quoniam & in adminiſtratione ſermonis poſiti ſumus, & omnimodo elaboramus ſecundum noſtram virtutem, plurima tibi quidem in ſubſidium præſtare adverſum contradictiones hæreticorum, errantes autem retrahere, & convertere ad Eccleſiam Dei; neophytorum quoque ſenſum confirmare, ut ſtabilem cuſtodiant fidem, quam bene cuſtoditam ab Eccleſia acceperunt.* Nihil in his libris omiſit, ut arma Catholicis adverſus hæreticos adminiſtraret. Hinc ſanctus Epiphanius hæreſi 31. quæ eſt Valentini, numero 33. de eo ſic loquitur: *Optimus ille ſenex Irenæus .... vir omnino Spiritus ſancti donis inſtructiſſimus, tamquam fortis athleta productus a Domino, & cæleſtibus ornamentis, ut ita dixerim, ad certamen perunctus, qui ſinceræ fidei, ac ſcientiæ præſidiis, omnia illorum proſtravit evertitque mendacia.* Idem opus laudat Hieronymus io epiſtola ad Magnum oratorem Romanum, cujos ope Patres adverſus quoslibet hæreticos decertarunt. Sanctus Baſilius Magnus ipſius auctoritate pro afferenda Spiritus ſancti divinitate uſus eſt, libro de Spiritu ſancto cap. 29. Eamdem Auguſtinus contra Pelagianos adhibuit lib. 1. contra Julianum, cap. 3. ubi Irenæum *antiquum hominem Dei* appellat. His adjungi poſſunt Clemens Alex. apud Euſeb. lib. 6. Hiſt. cap. 13. Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi 16. Theodoretus variis in locis, ac præcipue in Dialogo 1. qui dicitur *Incommutabilis*, ubi ipſum *lumen occidentalium Gallorum* dicit. Unde non immerito Irenæum inter *viros ſanctitate & præſtantia inſignes*, qui hæreſes naſcentes retuderunt, numerat Tertullianus in libro adverſus Valentinianos, eumque ibidem *omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem* appellat. Et re quidem vera, hunc beatum Antiſtitem ſacras & profanas ſcientias optime calluiſſe, ex ipſius operum lectione facile quiſque advertere poteſt, quamvis ſimplicem ſcribendi modum, & abſque omni verborum ornatu, ſe amplexum fuiſſe dicat in Præfatione ad libros contra hæreſes.

*Multa ſcribit.*

4. Computari etiam debet ioter præcipua antiquitatis eccleſiaſticæ monumenta egregia epiſtola, quam idem Irenæus ad Victorem Papam ſcripſit, ut eum a conſilio quod adverſos Aſiæ eccleſias, ob controverſiam de Paſchatis die commotam, animo conceperat, revocaret. Huius epiſtolæ aliquot fragmenta refert Euſebius Hiſt. lib. 5. cap. 24. quibus io Irenæi elogium ſubjungit: *Irenæus quidem nomini ſuo vere reſpondens*, Εἰρηναῖος quippe græce, latine paci-

pacificum ſonat, *nec ſolo nomine ſed etiam vitæ inſtituto ac propoſito pacificus, pro eccleſiarum pace hæc monuit & allegavit*. Alias de eodem argumento epiſtolas ad varios Epiſcopos ab eo ſcriptas fuiſſe teſtatur idem Euſebius loco laudato; ſed illæ exciderunt.

5. Iſtis aliiſque multis laboribus perfunctum Irenæum vitam martyrio glorioſo conſummaſſe non ſolum recentiores auctores tradunt, ſed & ipſe Hieronymus in cap. 64. Iſaiæ, ubi eum *virum Apoſtolicum, Epiſcopum & Martyrem* appellat. Idem aſſerit auctor libri quæſtionum & reſponſionum ad Orthodoxos, qui inter opera Juſtini Martyris vulgatus eſt, reſponſione ad quæſtionem 115. At ſanctus Gregorius Magnus lib. 9. epiſt. 50. ad Ætherium Lugdunenſem Epiſcopum, conqueritur, quod beati Irenæi *geſta & ſcripta* a ſe diu conquiſita reperire non potuerit. *Acta interierunt.* Scriptorum optimam partem habemus, libros ſcilicet quinque adverſus hæreſes, & aliquot epiſtolarum ejus fragmenta apud Euſebium: ſed utinam Acta etiam integra & ſana haberemus. Eorum quidem fragmentum a ſe repertum fuiſſe affirmat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, & in Annalibus eccleſiaſt. ad annum 205. num. 28. ſed nec ipſum uſquam protulit. Atibi refert milites juſſu Severi imperatoris urbem Lugdunum circumdediſſe, ſtatimque omnes Chriſtianos, qui in ea inventi ſunt, fuiſſe obtruncatos, atque inter alios Irenæum, quem poſt varios cruciatus occiſum, ſepelivit Zacharias Presbyter. Innumeros Martyres cum Irenæo interfectos fuiſſe teſtatur etiam Gregorius Turon. lib. 1. Hiſtoriarum num. 29. quem in crypta ſancti Johannis ſepultum fuiſſe dicit lib. 1. de gloria Martyrum cap. 50. quæ omnia Ado, ceterique Martyrologiorum ſcriptores ſuis Martyrologiis inſeruere ad diem 28. Junii, quo ejus feſtivitas celebratur. *Memoria.* Hanc Græci recolunt die 23. Auguſti, ut ex eorum Menæis patet. In illis apud Lambecium tomo 8. pag. 208. Irenæus noſter jungitur alteri Irenæo Sirmienſium Epiſcopo, de quo ſuo loco agemus. Ceterum Acta Sancti Irenæi Lugdunenſis invenimus in cod. mſ. Archicœnobii Ciſtercienſis, ſed quæ talia non ſunt, ut inter ſincera & genuina locum habere debeant. An vero ea ipſa ſint, quorum fragmentum ſe inveniſſe ait Baronius, divinare non licet. Sic noſtra incipiunt: *Quamquam nullis invicta Martyrum virtus poſſit modis annumerata percurri, quibus conſtat ſuppliciorum &c.* Sancti Irenæi martyrium, quantum conjici poteſt, anno circiter CCIII. contigit, ſub Severo imperatore. Certe beatus Epiphanius paſſim eum *beatum ſenem* appellat, quem Euſebius in Chronico ad annum 183. tunc temporis *inſignem* fuiſſe refert.

## *ADMONITIO*

## IN PASSIONEM

### SS. Epipodii & Alexandri.

1. NOn multo poſt ſanctorum Pothini, & ſociorum ejus cædem, quos ex Euſebio in urbe Lugdunenſi illuſtri martyrio coronatos diximus comprehenſi ſunt duo alii Chriſtiani, qui eamdem urbem ſanguine ſuo illuſtrarunt. Ii ſunt Epipodius & Alexander, quorum Acta ex Aprili Bollandiano & Surio cum 2. codd. mſſ. uno Bibliothecæ Colbertinæ, altero inſignis archimonaſterii ſancti Remigii Remenſis collata proferimus. De iiſdem ſanctis Martyribus exſtat homilia Eucherii Lugdunenſis, ſub Euſebii Gallicani nomine tom. 5. part. 1. Bibliothecæ Patrum edit. Colonienſis.

*Paſſionis tempus.* 2. Non uno & eodem die hos ſanctos Martyres mortem pertuliſſe ex eorum Actis conſtat. Hinc factum eſt, ut cum diverſis diebus eorum feſtivitas celebraretur, (quod jam tempore Eucherii fiebat, ex laudata Homilia,) eorum Acta in duas partes diviſa ſint, adjecta unicuique parti ſua præfatiuncula, ut in officiis divinis facilius legi poſſent; quamvis ea ab eodem auctore ſimul conſcripta fuiſſe nemo poſſit inficiari. Prioris, ſcilicet Epipodii, feſtum die vigeſima ſecunda Aprilis, Alexandri vero die vigeſima quarta ejuſdem menſis etiam antiquiora Martyrologia celebrant. Unde conjicimus eorum martyrium ad annum CLXXVIII. eſſe referendum, cum alii Martyres Lugdunenſes circa menſem Auguſtum anni præcedentis paſſi fuerint. Eorum vero ſacra corpora tempore Gregorii Turonenſis, in crypta ſancti Johannis ſub altari cum beati Irenæi reliquiis collata erant, *de quorum monumentis*, ut ait ille de gloria Martyrum cap. 50. *ſi pulvis cum fide colligatur, extemplo medetur infirmis*.

3. Florus & Ado Viennenſis Archiepi-

*Ibi alii 34 enumerati.* ſcopus, aſſerunt in ſuis Martyrologiis ad diem 24. Aprilis, ſimul cum Alexandro, alios triginta quatuor Martyres paſſos fuiſſe quem ſanctorum numerum alii deinceps Martyrologiorum ſcriptores retulerunt. De iis tamen nec in Actis, nec in Eucherii laudata homilia quidquam habetur.

*Marcellus & Valerianus Mart.* 4. Præter hos Martyres Lugdunenſes, celebres ſunt MARCELLUS & VALERIANUS, qui furente perſecutione ex urbe Lugduno fuga elapſi, mortem quam illic evaſerant, paullo poſt in viciois orbibus oppetierunt; Valerianus apud Trenorchium opidum, vulgo *Tournus*; Marcellus vero prope Cabilonum, ubi cingulo tenus in terra defoſſus, tertio poſt die beatum ſpiritum exhalavit. Utriuſque meminit Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum capp. 53. & 54. Solemnis jam erat tempore Gumtramni regis, ſancti Marcelli feſtivitas, ad quam, teſte eodem Gregorio Hiſt. lib. 9. cap. 3. iſte Princeps acceſſit. Eum autem Martyrem Rex piiſſimus veluti præcipuum regni ſui patronum agnovit, ad cujus ſepulcrum baſilicam cum monaſterio conſtrui curavit, in quem locum XL. Epiſcoporum concilium ab eodem Rege convocatum fuiſſe narrat Gregorii continuator cap. 1. Porro iſtud monaſterium hactenus perſeverat, noſtris Cluniacenſibus addictum.

---

*Anno Christi circ. 178.*

# PASSIO

## Sancti Epipodii & Alexandri.

### *Ex codd. mſſ. & Aprili Bollandiano.*

*Martyrum Acta ſcribenda.* I. SI merita virorum fortium, & facta ad incitamentum poſteritatis, mandantur annalibus, qui pro terrena libertate, vel patria ioani intentione ceciderunt, relinquentes carnalium virtutum brevia monumenta, dum pereunt; quantis præconiis celebranda mors Martyrum eſt, qui admirabili glorioſoque compendio, dum manus ſuas ad cælum porrigunt, fidei & devotionis exempla terris relinquunt, propagantes hominum vitam mortibus ſuis? Neque enim pro Imperatore terreſtri, ſed pro Rege cæleſti ſanguinem ſuum profundentes; non pro patria quæ gignit & recipit, non pro patria quæ habetur & amittitur, ſe pro illa Jeruſalem cæleſti patria ſempiterna, quæ meritis eſt conſtructa ſanctorum, quæ culmina ſua cælo inſerit; cujus incolæ mori neſciunt, cujus libertas jugum tartareæ captivitatis ignorat, cujus libertas cum immortali gloria & beatitudine perſeverat. Et licet de præmiis Martyrum pauca perſtrictai ſint; quia nequaquam condignæ ſunt paſſiones præſentis ſæculi ad magnitudinem gloriæ cæleſtis, quæ erit perpetua & ſempiterna: attamen hi ſunt perpetui ſanctorum triumphi, qui merito ſcriptis proditi mittuntur ad poſteros; ut ſi non contingit occaſio paſſionis, ſuccenſæ tamen mentis æmulationis ardore, immaculatam vitam & contritione corporum & imitatione martyrii, conſequantur. Itaque beatiſſimorum EPIPODII [1] & ALEXANDRI conflictus atque victorias, Chriſto in illis triumphante, referimus; ut fides credentium præmiſſum & deſideret & ſequatur exemplum.

II. Igitur principis Antonini Veri decimo ſeptimo [2] imperii anno, cum per provincias Gentilium furor deſævîret, præcipue in Lugdunenſi urbe debacchatus eſt, in qua pro ſui magnitudine quanto majores degebant populi, tanto etiam Gentilium copioſior rabies æſtuabat: Judices, Officiales, Tribuni, Milites, vulgus certatim indiſcreto etiam ſexu, Chriſtianos multiplici crudelitate laniabant: quorum plurimi diſtinctis paſſionibus atque nominibus, ad ſuccedentium memorias pervenerunt; innumeros vero, qui vel indiſcreta cæde conciſi ſunt, vel vincti in ergaſtulis defecerunt, inſcriptos cæleſtis vitæ

1 In codd. Remigiano & Colbertino, ſcribitur ſemper, YPIPODIUS, in Martyrologio Flori *Ypipodius*; in homilia S. Eucherii, *Ephiphodius*.

2 Codex Remigianus cum Colbertino habet, *decimo octavo*.

Digitized by Google

vitæ liber tantum continet. Nam poſt vaſtiſſimam Martyrum ſtragem, & ſævientium paſſionum crudelitatem, de qua etiam Chriſti famuli, quos tunc illuſtriſſimæ urbes Vienna & Lugdunum tenebant, ad eccleſias Aſiæ & Phrygiæ ſcripta miſerunt, cum pœne ad integrum Chriſti nomen a Gentilibus crederetur exſtinctum: per proditionem domeſticam Epipodius & Alexander occulte operam dare Catholico fidei cultui, Præſidi nuntiantur: quos ille indagine ſollicita, exoſæ Religionis reliquias in illis exſtinguere cupiens, præcipit inquiri.

*Alexander & Epipodius ad Præſidem deferuntur.*

III. Verum intermiſſo paullisper ordine paſſionis, quanti qualeſve fuerint, convenit vel breviter publicari. Et Alexander quidem natione Græcus fuit, Epipodius vero Lugdunenſis civitatis indigena: quos parvulos ſcholare contubernium, & caritas jam virilis in primæva ætate conjunxerat: & ita litteris eruditiſſimi, concordia creſcente, adeo provecti ſunt; ut cum fuerint Chriſtiani, & a clariſſimis parentibus inſtituti, ad religionem tamen ſe incitamentis mutuo provocarent. nam ſobrietate, parſimonia, caſtitate, fide, opere miſericordiæ, ita Deo ſeſe * hoſtias dignas præparabant, ut in conſummationis meritum profuerit gloria prolata martyrii. Erant ambo juventutis flore conſpicui, neque adhuc conjugalibus nexibus implicati. Sæviente autem perſecutione, implentes Evangelica conſtituta, quoniam ad aliam vel etiam tertiam civitatem abire non poſſent, latebram ibi quæſierunt. Egreſſi vero occulte ſepta murorum, in eo vico qui propter Inciſam-petram [3] ſitus eſt, tugurio ſe cujuſdam religioſæ & fidelis viduæ ſine ullis comitibus abdiderunt. Cumque illic aliquamdiu, tecti fide mulierculæ & loci humilitate, latuiſſent: tandem illos ſagax inquiſitor invenit. quos per anguſtum cellulæ aditum fugientes manus infeſta corripuit: qui ita trepidi inter inſilientes irruperant, ut ſanctus Epipodius calceamento pedis unius privaretur; quod poſtea fidelis mulier, tamquam theſaurum ſibi repertum occuluit.

*Eorum patria & mores.*

* *al. in fl.*

*Latentes comprehenduntur.*

IV. Itaque captos etiam ante diſcuſſionem carcer accepit; quia manifeſti putabatur criminis nomen eſſe ipſa appellatio Chriſtiana. Deinde poſt triduum vinctis poſt tergum manibus ante Præſidis ſtatuuntur tribunal: quos ſæviſſimus Judex, adſtante & infremente gentilium multitudine, de nomine & profeſſione interrogavit. Illi vero & vocabula ſua prodiderunt, & *Chriſtianos ſe eſſe* perſpicue teſtati ſunt. Accenditur ergo Judex, & popularis conclamatio attollitur, & in innocentes ſimul omnium inſania conſurgit. Poteſtas eos increpat, furorem ſuum hujuſmodi clamore teſtatur: Etiam nunc adverſus deos immortales humana temeritas perſeverat? Etiam nunc convelluntur Principum ſanctiones; & uno eodemque majeſtatis crimine Imperator impugnatur & numina? Ubi ſunt tormenta, quæ intulimus? ubi cruces? ubi gladii? ubi beſtiæ? ubi ignitæ laminæ? ubi diſtrictio, etiam ultra mortis terminos procurata? Exſtincti ſunt homines, ſepulcra [4] non exſtant; & tamen Chriſti memoria perſeverat. O puniendi quo auſu in Religione vetita perduraſtis? Jam nunc pro veſtræ præſumtionis temeritate pœnas dabitis. Ac ne ſe invicem exhortentur aut moneant [5] ſermone vel nutibus, ejecto Alexandro qui eſt ætate firmior, Epipodius applicetur. Quem ſcilicet ſingulariter deſtitutum, dum pro conjectura ætatis teneriorem animo judicabat, ſerpentis antiqui uſus calliditate, venenata blandimentorum arte ſollicitat: Video enim te, ait, juvenem & nefas eſt ut in intentione pravi propoſiti perſeveres & pereas. Nos immortales deos colimus, quos univerſitas populorum, quos etiam nominibus propriis ſacratiſſimi

*Coram Judice Chriſtum confitentur.*

*Epipodius ab Alexandro ſejungitur.*

3 Inciſa-petra, vulgo *Pierre-enciſe* arx ſeu caſtrum ad muros urbis Lugdunenſis ſuper rupem prealtam.

4 Martyrum priorum corpora cremata fuiſſe, ne fidelium venerationi haberentur vidimus ſupra in epiſtola ad Eccleſias Aſiæ.

5 *Boll. & Sur.* muniant.

Damnatur libidinis. ſimi Principes venerantur. Nos deos colimus lætitia, conviviis, cantionibus, ludis, comeſſatione & laſcivia: vos vero hominem crucifixum, cui placere non poſſunt qui his omnibus perfruuntur; qui lætitiam[6] reſpuit, qui jejuniis delectatur, qui damnatis voluptatibus triſtem & infœcundam diligit caſtitatem. Quid vero tribuere beneficii cuiquam valet, qui ſe tueri a viliſſimorum inſectatione non potuit? Quæ quidem omnia idcirco tibi contexui, ut cum oblectatione & cum gaudio, quaſi juvenis, auſteritatem refugiens, mundi hujus beatitudine perfruaris.

Quæ reſpuit. V. Ad hæc beatus Epipodius: *Non ita me Chriſti ac fidei Catholicæ armavit affectus ut ſenſum meum miſericordiæ tuæ figmenta permoveant. Pietas enim iſta crudelitas eſt; vobiſcumque vivere, mors eſt æterna: ceterum a vobis perire glorioſum eſt.* Sempiternus J. Chriſtus, Deus & homo. *Sempiternum vero Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem crucifixum memoras, reſurrexiſſe non noſti, qui ineffabili myſterio*[7] *homo pariter & Deus, famulis ſuis tramitem immortalitatis inſtituit, & ad cæleſtia regna perducit. Sed ut communiter tecum loquar, quia alta non recipis; numquid ita cæcata mens tua eſt, ut neſcias hominem ex anima & corporis duplici conſtare ſubſtantia? Animæ imperio, corporis ſervitio magis utimur. Turpitudines quibus dæmones veſtros colitis, oblectant membra corporis, mentes interimunt. Quæ autem illa vita eſt, ubi partis potioris detrimenta proveniunt? Nos pro anima adverſus corpus bella ſuſcipimus: nos pro anima adverſus vitia dimicamus; vobis venter Deus eſt, & in morem pecudum, poſt ingluviem prodigam, finem vitæ præſentis, mortis judicatis occaſum. Ceterum nos quicumque vobis perſequentibus interimus, dum nos temporalia deſerimus, vitam ingredimur æternitatis.*

VI. Judex vero, reſponſi hujus livore & admiratione defixus; iracundiaque ſtimulante commotus, admirabilis eloquentiæ domicilium, id eſt, os Martyris elidi pugnorum ictibus jubet. Ac deinceps ſanctus Epipodius, illato dolore conſtantior, mixtis cruore dentibus, hæc verba profudit: *Chriſtum cum Patre ac Spiritu ſancto Deum eſſe confiteor, dignumque eſt ut illi animam meam refundam, qui mihi & Creator eſt & Redemtor. Ita enim mihi vita non tollitur, ſed mutatur in melius. Nec intereſt infirmitas corporea quo fine ſolvatur; dummodo anima cælis invecta ad ſuum revertatur auctorem.* SS. Trinitas Chriſtus Creator. Cum hæc beatus Epipodius conſtanti aſſertione loqueretur, imperio truculenti judicis eculeo ſuſpenditur, circumſtantibus hinc inde lictoribus, ut latera ejus impreſſis ungulis ſulcarentur. Tunc ſubito populi terribilis clamor factus eſt, petentis ut ſibi detur, ut obrueretur imbre ſaxorum, aut membratim diviſus ſævientium inſania carperetur. Ita furore omnium tarda erat crudelitas judicantis. Metuens autem Præſes ne magis vim inferrent, & per ſeditionem poteſtas ac judicii reverentia turbaretur, ad ſedandum circumfuſæ multitudinis præcipitem & inſanum furorem, cauſamque commotionis exſtinguens, eductum extra tribunal gladio raptim feriri jubet. Itaque quanto infeſtior fuit inimicorum tumultus, tanto citius, diſpoſitione divina, conſummatio accelerata eſt martyrii: ut puerum ſuum de paſſione ac perſecutoribus triumphantem, velocius Chriſtus remunerator reciperet, qui eſt benedictus in ſæcula.[8]

VII. Beatos martyres Epipodium & Alexandrum primum conjunxit infantia, deinde in timore divino inſtituit adoleſcentia, firmavit juventus, donec animis meritiſque conjuncti, ad martyrium pervenerunt, quod tribuente Dei munere pariter ſuſceperunt. Sed dum Dominus noſter Jeſus Chriſtus ita militum ſuorum victrices diſpenſat coronas

6 Codex Colbertin. cum Sur. & Bollando *averſatur*.
7 C. *Remig.* pietate.
8 Hic deſinit paſſio ſancti Epipodii in cod. Remigiano, ſicut apud Surium in quo codice ſeorſim habetur paſſio ſancti Alexandri, eo quod diverſis diebus eorum feſtivitas ageretur.

ronas, ut qui ei jungebantur confeſſione temporali, dividerentur occaſu, merito nobis præſtitum judicamus, ut duplicata in illis ſollemnitate frueremur. Nam & dum alternis diebus feſta illorum proveniunt, & illos inſeparabili veneramur affectu; non ſingulis diebus, ſed geminatis obſequiis utrumque bis colimus [9]. Et ſicut nudiuſtertius ſollemnitas cælo inſertum Epipodium celebravit, ita hodierna feſtivitate beatum Alexandrum perveniſſe ad regna cæleſtia gaudeamus. Idcirco autem nunc revertamur ad hiſtoriam paſſionis.

*SS. Alexander & Epipodius diverſa ſolemnitate coluntur.*

VIII. Interemto ergo Epipodio martyre perſecutor recenti adhuc cruore reſperſus, beati Alexandri ſanguinem ſitiebat. Quem receptum ex carcere, comperendinato examine, die interpoſito, furori ſuo præcepit offerri; ut ejus ſuppliciis non ſolum rabiem ſuam, verum etiam inſaniam commoti & ſævientis populi temperaret. Quem tamen etiamnunc hac percunctatione tentavit: Adhuc in poteſtate tua eſt ut evadas prædeceſſorum exempla, videaſque quæ teneas. Ita enim perſecuti Chriſticolas ſumus, ut pæne te ſolum arbitrer reſediſſe. Nam præter alias cæſorum catervas, etiam ſtultitiæ tuæ collega ſuccubuit: atque ideo, tibi conſulens, immortales deos thuris accenſione venerare.

*Alexander ſiſtitur coram Judice.*

IX. Beatus Alexander dixit: *Gratias ago Domino, quod dum glorioſos Martyrum evolvis triumphos, & illata tormenta commemoras, ad devotionem me quoque confirmas exemplis. Putaſne ergo exſtinctas animas quas fudiſti? Illæ quidem cælum poſſident: ſed verſa vice perſecutores in illo agone perierunt. Fallit enim te opinio tua. Exſtingui non poteſt nomen Chriſtianum, quod ita Deo fundante firmatum eſt, ut & vita hominum cuſtodiatur, & mortibus propagetur. Deus noſter cælos quos fecit poſſidet; terram tenet, inferna moderatur: & animas quas interemtas judicas, regnum cæleſte ſuſcepit: vos vero cum diis veſtris inferna retinebunt. Et quia fratrem [10] meum cariſſimum in ſummo [11] gaudio collocatum ſcio, ſecurior viam devotionis ingredior. Ego Chriſtianus ſum, & fui ſemper, & futurus ſum in gloriam Dei. Tu vero exerce corpus, quod pro imbecillitate terrena ſortibus mundi videtur addictum: ceterum animas noſtras cuſtodiet & recipiet ille qui contulit.*

X. Ad hæc Præſes mixto pudore & furore deſæviens, ſanctum Alexandrum divaricatum ternis cædentibus præcepit verberari: qui nulla humili reſponſione inter tormenta dejectus, Dei ſemper præſidium flagitavit. Cumque longiſſimo ſpatio cædentium ſuccidua viciſſitudine non frangeretur; Præſes interrogat, utrum etiamnum in hac confeſſione duraret. Cujus percunctationi inconcuſſa auctoritate reſpondit, *deos gentilium dæmonia eſſe: Deum vero omnipotentem, inviſibilem, ſempiternum ſui propoſiti eſſe cuſtodem.*

*Cæditur.*

XI. Tunc Judex: Chriſtiani ad iſtam inſaniam proruperunt, ut prolixitate pœnarum gloriam ſibi exiſtiment comparari, & perſecutores ſuos viciſſe ſe judicent, quos oportet celeri fine conſumi. Quia ergo in pertinacia ſua & audiri nefas eſt & videri, idcirco Alexander fixus cruci, animam, ſicut meretur effundat. Poſt quam ſententiam miniſtri ſævique carnifices acceperunt beatum Alexandrum, ſalutarique ſigno eum, extenſis in diverſa brachiis ac manibus nexuerunt. Nec tamen diu beati Martyris tormenta porrecta ſunt: ita enim laniatum fuerat corpus crudelitate verberantium, ut carne ſoluta coſtarum, patefactiſque viſceribus, ſecreta animæ panderentur. Nam dum totus in Chriſto eſt, eumque jam ſeſſus [12] ſupremis vocibus invocat, beatum ſpiritum examinatus emiſit.

*In cruce obit.*

XII. Hos

9 S. Eucherius in homilia de his ſanctis: *Duplicia Epipodii & Alexandri trophæa, Eccleſia noſtra fide, interjecto biduo vel triduo diſtinctione concelebrat.*

10 Non inde inferendum eſt hos Martyres fratres germanos fuiſſe, ſed ſuum fratrem Epipodium, utpote Chriſtianum, appellat, ſicut in Epiſtola ad Aſiæ Eccleſias, Blandina *ſoror* appellatur.

11 C. Remig. toto

12 *Cod. Remig.* confeſſus.

XII. Hos itaque ſemper concordes & ſocios, quia mors diviſerat, ſepultura conjunxit, dum furantibus Chriſtianis, educta occulte extra urbem corpora abſconſa conduntur. Erat enim in colle ſuperpoſito civitati concretis denſatus ſtipitibus locus, ibique in modum ſpeluncæ concluſa fructetis ac ſentibus vallis latebat, & ut fit, ubi humor deciduus per naturale miniſterium infunditur, inculta fœcunditas, quo in receſſu venerabilia corpora religioſa proviſione demerſa ſunt; quia Gentilium furor, extremam denegans ſepulturam, etiam in corpora exanimata ſæviebat. Poſtea vero venerabilem locum religioſorum cultus ſervavit, & prodidit reverentia deducta per poſteros, & virtutes plurimæ quæ ſanctorum potentiam prodiderunt.

XIII. Nam cum tempore conſequenti, populus Lugdunenſis paſſim morbo ſæviente corrueret; adoleſcens quidam natu nobilis, vi febrium valde ſuccenſus, per viſionem commonitus eſt, ut remedium ab ea muliere, quæ calceamentum Martyris habebat, expeteret. Illa vero ſe medicinæ nihil noſſe reſpondit: ſed Domino miſerante Martyris per exuvias hoſpitali ope allata, ſe plurimos curaſſe non negabat. Statimque ei Lucia [13] benedictionem & hoſpitalis calicem ſalutis porrexit. Qui dum poculum remedium ſitis accepit, protinus ita exſtincto ardore convaluit, ut non ope humana, ſed mirabili divinitatis auxilio, vitæ ac ſanitati redditus diceretur. Quæ virtus fidei atque Sanctorum per univerſam diſpergitur civitatem, & innumera multitudo dum ſanitatem corporum recepit, fidei incrementa ſuſcepit; factaque eſt membrorum atque animorum præſens & æterna medicina. Sed & poſtea in locis illis mirabilia iſta monſtrantur, ejectio dæmonum, debilitatum curatio, reſtauratio ſanitatum: quæ ita pæne quotidiana & iis majora proveniunt, ut credulitas, etiamſi ſpontanea non fuerit, exſiſtentibus miraculis exigatur. Itaque fidem dictis atque factis convenit applicari: quia amica Dei potentia, virtus & dignitas, ut fideles & credulos diligit, ita deſerit dubitantes. Idcirco non ambigamus vera eſſe, quæ & auditu manifeſta hauſimus & videmus, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Miracula.*

13 De ea muliere & ſ. Epipodii calceamento. vide Gregorium Turon. lib. de gloria Confeſſorum cap. 64.

*ADMONITIO*

# IN PASSIONEM

## Sancti SYMPHORIANI Martyris.

*Acta S. Symphoriani ex codd. mſſ.*

1. INvenimus Acta beati Symphoriani Martyris in multis codicibus mſſ., etiam antiquiſſimis, ſed in tribus tantummodo ſincera & utcumque pura. Ex his unus eſt abbatiæ Conchenſis prope Ebroicas in Normannia; ſecundus Rosbacenſis, qui modo eſt monaſterii ſancti Faronis in ſuburbio Meldenſi; tertius denique in noſtra bibliotheca ſancti Germani a Pratis aſſervatur. Eorum opera ſtylum & verba, quæ paſſim Surius mutaverat, ad primigenium ſtatum revocavimus: ſicque ea Acta quæ Baronius ſincera judicavit, collata cum Mombritio, ejuſdem Baronii fragmentis, ac codd. mſſ. etiam iis in quibus interpolata habentur, proferimus; quæ eadem eſſe non dubitamus quæ a Gregorio Turonenſi lib. de gloria Confeſſorum capite 77. laudata ſunt.

2. Cellula in qua beatum Symphorianum ſepulcrum fuiſſe Acta memorant, poſt aliquod tempus in celebrem baſilicam mutata eſt, cui cum monaſterium fuiſſet adjunctum, Abbas præfuit ſanctus Germanus, qui teſte Venantio Fortunato in ejus vita, tanta devotione erga hunc beatiſſimum Martyrem ferebatur, ut ſingulas fere noctes, quamdiu Auguſtoduni manſit prope ejus ſepulcrum tranſigeret. Ipſe poſtea Pariſiorum Epiſcopus factus, in ejuſdem beati Mar-

*Ejuſdem ſancti eccleſia.*

ti Martyris honorem ſacellum conſtrui juſſit, in quo, ſicut ipſe præceperat, poſt mortem ſacrum ejus corpus ſepultum eſt, extatque etiam nunc inferiori majoris baſilicæ noſtri monaſterii ſancti Germani a Pratis parti adhærens verſus meridiem.

*Cultus.* 3. Verum non apud Æduenſes ſolum celebris fuit beati Symphoriani memoria, cujus quippe natale, inter alia quæ in eccleſia ſancti Martini celebrari ordinavit Perpetuus epiſcopus Turonenſis, recenſet Gregorius in fine libro 10. Hiſtoriarum. Idem narrat lib. 1. de gloria Martyrum cap. 52. miraculum quod ſacris ejus Reliquiis contigit in Arvernia ſub Theodorico Francorum Rege. Ejus Miſſa habetur in Miſſali Gothico num. 63. quod ab eruditiſſimo P. Mabillonio editum eſt lib. 3. de Liturgia Gallicana. Eccleſiam quoque ſub nomine ſancti *Sinſuriani* ſeu Symphoriani in pago Meldenſi extitiſſe ſub prima Regum noſtrorum ſtirpe, patet ex Ermentrudis teſtamento, quod ab eodem Mabillonio, in Appendice lib. de Liturgia Gallicana vulgatum eſt, num. 5. Tandem, ut cetera omittam, Martyrologia etiam antiquiora hujus ſancti Martyris memoriam recolunt die 22. menſis Auguſti, quo feſtum ejus etiamnunc celebratur.

*Tempus.* 4. Porro ejus ſancti mortem ad annum circiter CLXXX. referimus, cum a beato Benigno ſancti Polycarpi diſcipulo baptizatus dicatur; Nec dubium eſt quin *Aureliani* Imperatoris nomen loco *Aurelii* in vulgata acta irrepſerit. Certe codex S. Faronis ſupra laudatus diſerte habet Aurelii nomen num. 2. ubi de Imperatoris edicto agitur. Conſentit Uſuardus in Martyrologio. At auctor Chronici Sancti Benigni Divionenſis tomo 1. Spicilegii Acheriani, ubi plura habet de Sancto Symphoriano, ejus martyrium refert ad *Marcum Aurelium Antoninum*, *Macrini* ſucceſſorem, id eſt *Heliogabalum*, quamvis non diſſimulet hunc Imperatorem vulgo *Aurelianum* dictum fuiſſe ab his, qui de Sancto Benigno Symphoriani eruditore ſcripſerunt. Eumdem *Aurelianum* alii dicunt fuiſſe Caracallam. vide Bolland. tom. 1. Maj. ubi de S. Andeolo. Certe in. mſſ. codd. Aurelius & Aurelianus, Fabius & Fabianus, Valerius & Valerianus, aliaque ſimilia nomina ſæpius confunduntur; quod ſexcentis exemplis probare facillimum eſſet.

5. Auguſtodunum ſive Ædua, vulgo *Autbun*, ubi paſſus eſt Symphorianus, civitas olim Galliarum clariſſima ſub Romanis, etiamnunc celebris eſt, ad fluvium Aroſium in Burgundiæ Ducatu ſita, ſub Metropoli Lugdunenſi, cujus Epiſcopus ex ſancti Gregorii Magni conceſſione libro 7. epiſt. 113. Indict. 2. in ea provincia primum locum obtinet, juſque habet Pallium, quod nunc eſt Metropolitanorum inſigne, deferendi. Ejus urbis patronum ſpecialem ſanctum Symphorianum agnoſcit Fortunatus lib. 8. Carm. 4. *Locus.*

*Anno Chriſti circ. 180.*

## P A S S I O

### Sancti SYMPHORIANI Martyris,

*Ex codd. mſſ.*

*Symphorianus genere nobilis.* I. SUb Aureliano [1] principe, cum adverſus Chriſtianum nomen perſecutionis diræ procella detonaret, & ad delendam religionem Catholicæ legis imperii ſui decreta converteret, erat tunc in Auguſtodunenſi urbe, Fauſti [a] nobilis viri filius nomine SYMPHORIANUS Chriſtianæ familiæ, litteris bene inſtructus & moribus, ita ut primævæ indolis florentes annos, ſenum anticipans vitam, immaculatæ mentis ſinceritate ſuperaret. Hic itaque cum in adoleſcentiam creſcens, tranſiret ab infantia, & jam ætas feliciter auſpicata in robur virile migraret; tantam ſpem virtutum ſuarum omnibus fecit, ut illum jam omnes boni cum ſupernis virtutibus habere conſortium, meritorum admiratione judicarent. Illuſtrabat namque eum cæleſtis ſapientia, & ſpiritualibus gemmis ornata ſimplicitas: & juſtum vitæ tramitem tenens, felicis gubernaculi de-

fenſione

1 Legi debet *ſub Aurelio*, ut diximus in Admonitione. In cod. Conch. incipiunt Acta his verbis: *Cum adverſus* &c.

a Conſentit Miſſale Gothicum ubi hæc habentur: *Non ſolum terrenorum claritate natalium . . . & Fauſti ſoboles genere* &c.

ſenſione ſervatus, naufragium male blandientis ſæculi elapſus eſt [3].

II. Erat tunc Ædua civitas antiquæ nobilitatis, titulis & ſacrilegæ religionis referta ceremoniis, atque errori gentilium famulans, diverſis idolorum templis, & vanæ ſuperſtitionis amore tenebatur. Nam Berecynthiæ, Apollinis, & Dianæ cultum ſpeciali dilectione venerata eſt. Itaque ad Berecynthiæ [4] matris dæmonum profanam ſolemnitatem populorum multitudo convenerat. Heraclius [5] illis temporibus vir conſularis in eadem urbe reſidens, ad inquirendos diſcutiendoſque Chriſtianos ſagaci inquiſitione ſollicitus erat: cui ſanctus Symphorianus affuit. Qui cum ſtatuam Berecynthiæ, quæ carpento portabatur agminibus ſtipata populorum, deſpectam adorare noluiſſet, publicæ ſeditionis obtentu comprehenſus tenetur, & Heraclio conſulari ſtatim [6] ingeritur. Heraclius vir conſularis in tribunali reſidens dixit beato Symphoriano: Nomen conditionemque deſigna. Ille reſpondit: *Chriſtianus ſum; Symphorianus vocor.* Judex dixit: Chriſtianus es? quantum video latuiſti nos. nam nominis hujus apud nos non magna profeſſio eſt. Cur deæ matris effigiem profana abuſione deſpiciens, adorare noluiſti? Sanctus Symphorianus reſpondit: *Jam dixi tibi, Chriſtianus ſum. Deum verum adoro qui regnat in cælis: ſimulacrum vero dæmonis non ſolum non adoro; verumetiam ſi permittis, mea auctoritate, malleis illud comminuo.* Judex dixit: Iſte non ſolum ſacrilegus, verum etiam rebellis conatur exiſtere, an hujus loci civis ſit, edicat Officium. Ex Officio dictum eſt: Hinc eſt, & quidem nobilis familiæ. Judex dixit: Jocaris tibi, Symphoriane glorioſæ indolis. hoc tibi ſub ambiguo fama cœpit ſuadere mendacium. Ignoras forſitan quod Principum noſtrum ſcita ſanxerunt? Officio recitante pandatur. Ex Officio recitatum eſt: Aurelius [7] Imperator omnibus adminiſtratoribus ſuis atque rectoribus. Comperimus ab his qui ſe temporibus noſtris Chriſtianos dicunt, legum præcepta violari. Hos comprehenſos, niſi diis noſtris ſacrificaverint, diverſis punite cruciatibus, quatenus habeat diſtrictio prolata juſtitiam, & in reſecandis criminibus ultio terminata jam finem.

III. Lectis imperatoriis præceptionibus, Judex dixit: Quid ad hæc, Symphoriane, reſpondes? Numquid poſſumus hæc decreta convellere? Duplex tibi crimen impenditur. videris & pro deorum deſpectione ſacrilegium perpetrare, & pro legum abuſione contemtor exiſtere. unde niſi præceptis ſatisfeceris, hæc omnia ſanguinis tui placabit effuſio. Sanctus Symphorianus reſpondit: *Numquam ego hanc imaginem niſi diabolicæ perſuaſionis infauſtum ſimulacrum, & perditionis exſecrandum dæmonem judicabo. In chaos* [8] *ſemper ſemita vergente* * *collabitur, quiſquis Chri-* al. urgente. *ſtianus, damnatus paſſionibus deterioris vitæ, mala retrorſum converſus reſpexerit: ſtatimque per devium gradum ſemita exorbitante jactatus, & parati muneris gratia deſtitutus, antiqui hoſtis retibus patet. Deus noſter ut novit remunerare merita, ita novit punire peccata. Nomini ſuo obedientes vivificat, rebelles interficit; in cujus confeſſione firma ſtabilitate duranti, tutum mihi eſt ſempiterni Regis tenere portum,* quam

3 Hic in codd. plerisque mſſ. Symphorianus dicitur a ſancto Benigno baptizatus, & a ſancto Andochio ſuſceptus. Non diſſentit Miſſale Gothicum, num. 63. laudato, hæc referens: *Qui beatos patres Andochium, Benignumque ſecutus, per martyrii fragrantiam meruit pervenire ad palmam.* Benignum & Andochium presbyteros cum Thyrſo diacono & Felice in Galliam a B. Polycarpo miſſos fuiſſe tradunt vetera Martyrologia, Bedæ ſincerum, Adonis, Uſuardi, Rabani, Notkeri, &c. Ubi Benignus Divione paſſus dicitur Kalend. Novembris, atque a Leonilla ſepultus, Andochius vero cum Thyrſo & Felice die 24. Sept. Auguſtoduni. S. Benigni meminit Greg. Turon. in Hiſt. Francor. & lib. 1. de gloria Mart. cap. 51. ſub cujus nomine Divione exſtat nobile monaſterium Ordinis noſtri Benedictini. SS. Andochii, Ferreoli & Reginæ Martyrum, meminit Widradus in utroque ſuo teſtamento Sæc. 3. Benedict. part. 1. pagg. 683. 688.

4 Diu perſeveravit apud Æduenſes hæc erga Berecynthiam falſa religio, cujus ſimulacrum cum pariter tempore Simplicii Æduenſis Epiſcopi deferretur, hujus antiſtitis precibus in terram ruit: nec ullo pacto moveri ultra potuit, quo miraculo multi permoti fidem ſuſceperunt, ut narrat Greg. Turon. lib. de gloria Confeſſor cap. 77.

5 Codex Resb. *Heraclius illius temporis Conſularis in eadem Urbe ſedebat ad inquir.* &c.

6 Sic idem codex. alii, *arguendus præſentatur.*

7 Sic cod. Resbac. & optime quidem, ut in Admonitione prævia diximus num. 9.

8 In cod. Compend. *In hoc cauſa ſemper* &c. Cod. Resb. *Iacentus ſemita vergente collabitur.*

*quam mortiferum diaboli ſævientis intrare naufragium.*

*Cæſus in carcerem truditur.*

IV. Ubi vidit Judex ſanctum Symphoriauum juſſionibus ſuis non præbere famulatum, juſſit eum a lictoribus cædi, & carceri mancipari. quem cum poſt comperendinatis diebus præſentare ſuis juſſiſſet obtutibus, producebatur e tenebris filius lucis; de illo veſtibulo feralis ergaſtuli, eum æterno Rege ſemper in æternitate victurus. Artiores nexus liventium * lacertorum macie cutis attenuata laxaverat; & dum animum ſuum ad ſupernæ gaudia alacritatis attolleret, inter beata ſupplicia non fuit minus conſumſiſſe ſanguinem, quam fudiſſe [9]. Tum Judex: Quantum rectius faceres, Symphoriane, ut immortalibus diis ſerviens, muneratum te ex ærario publico nobilis militiæ ſplendor attolleret. Qui niſi hodie venerandum deæ matris ſimulacrum genu proſtratus adoraveris; Apollinis quoque & Dianæ ſublimium numinum te cultorem venerabundum declaraveris, ſine dubio interibis [10]. Quapropter, ſi vis, ſertis redimire jubemus altaria; thure, odoribuſque incenſi ſacrificia digna diis ſolve. Symphorianus dixit: *Non debet Judex, cui commiſſa res publica eſt, frivolis verborum ſermocinationibus ſubjacentem [11] proferre ſententiam. Si periculoſum eſt non quotidie ad profectum animæ aliquid addere, quanto periculoſius eſt a ſalute diſcedentem in ſcopulis peccatorum naufragio collidi?*

* jubentium

*Rurſus ſiſtitur.*

V. Judex ait: Sacrifica diis, ut poſſis palatii honoribus perfrui. Symphorianus reſpondit: *Judex tribunal ſuum polluit, qui gladiis legum latrocinatur * in publico, animæque ſuæ perpetuæ calamitatis mortem affert, & vita ejus perennis opprobrii maledictis proſcinditur. Nos vitam quam Chriſto ſoluturi ſumus ex debito, quidni ex voto ſolvamus? Sera pœnitudo eſt ſub judicis timuiſſe conſpectum. Munera enim veſtra fucati* [*ell*]*is permixta dulcedine, male credulis mentibus venena parturiunt: divitiæ vero noſtræ ſemper in Chriſto ſunt, quas non caduca per tempus vetuſtas, diuturnitatis ipſius labefactatione corrumpit. Cupiditas autem veſtra omnia habendo nil poſſidet, quæ diabolicis delegata * facultatibus infelicis lucri cupiditatibus detinetur *. Nobis vero nihil in hoc mundo aufert humanæ fragilitatis lapſura conditio. Gaudia veſtra inſtar vitri ad ſolis ſplendorem crepantis diſſiliunt. Quidquid finis interimit, caſus involvit, cum æternam mundi vertiginem [12] rapax tempus obducit. Solus Deus noſter beatitudinem vindicat. Hujus gloriæ exordium, quia non fuit conſcia rerum, neſcit antiquitas; hujus terminum quia non erit, noſſe non poterit ſeries inveterata ſæculorum.*

* agglutinatur

* divulgata

* addelinitur.

VI. Judex dixit: Nimium diuque *, Symphoriane, te de neſcio cujus CHRISTI magnitudine diſputantem, patientiæ meæ tenore ſuſtinui. Niſi matri deæ ſacrificaveris, hodie te dilaniatum omnibus pœnis, capitalis ſententiæ damnatione proſternam. Symphorianus dixit: *Ego omnipotentem Deum qui me fecit, timeo; & ipſi ſoli ſervio. Tu vero corpus meum ad tempus in poteſtate habes, animam vero meam non habes. At [13] nunc non in idoli hujus cultu portentoſam attende ſuperſtitionem veſtram, quod tu ad opprobrium & exitium tuum veneraris: in cujus ſacris exciſas corporum vires caſtrati adoleſcentes infauſtæ imagini exultantes illidunt, & exſecrandum facinus pro grandi ſacrificio ducitis, ſacrilegi ſacerdotes, ut quod immane ſcelus eſt, religionis prætextu veletur. Ubi perſtrepentes buxos & tibias, fanatici furoris inflati inſania, ubi cymbala pulſat corybantes. Apollinem vero iſtum, quis neſciat apud Amphryſum fluvium [14] Admeti regis fuiſſe paſtorem? Qui voluptatum ſuarum illecebras recolens, lau-*

* Sev. diu te.

*Idolorum exta... nis originem.*

*reas*

9 Hic deſinit codex noſter Germanenſis.

10 In pleriſque mſſ. poſt hæc verba, *ſplendor attolleret*, deſunt quæ ſequuntur uſque ad, *Quapropter* &c. In aliis textus depravatus eſt, quem ope trium noſtrorum codd. ſanavimus.

11 Codd. Foſſat. & Compend. *ſuperjacentem*; alii codd. *ſollemne*.

12 Pro *vertiginem* aliquot codd. habent *virtutem*. Resbac. *Æterno mundi vertigine rapax tempus abducit.*

13 Quæ ſequuntur uſque ad ſententiam Judicis deſunt in codd. Compendienſi, Foſſat. &c. Plura proſequitur cod. Resb. more oratorio, quæ ideo omittimus.

14 Amphryſus Theſſaliæ fluvius, exiguus quidem, ſed ob Apollinem celebris.

*reas diligit ſertis coronas. Ubi per impli-* [* ſ. tripodum] *citas ambages mugiente tropidum * ſpecu diabolicas voces, ubi frequenter decepe-rit, dicitur aliquoties vera ceciniſſe. Dianam quoque dæmonium eſſe meridianum* [25], *ſanctorum induſtria inveſtigavit, quæ per compita currens, & ſilvarum ſecreta perluſtrans, incredulis hominum mentibus zizaniæ tribulos ſceleris ſui arte diſſeminat, Trivia* [26] *ſibi cognomen,* [Capite damnatur.] *dum triviis inſidiatur obtinuit.* Hæc ſancto Symphoriano loquente, Judex furore ſuccenſus dixit: Symphorianus publici criminis reus, qui diis noſtris ſacrificare detrectans majeſtatis ſacrilegium perpetravit, ſacris etiam altaribus irrogavit injurias, gladio ultore feriatur: ut dum criminis funeſta reſecantur, deorum pariter & legum vindicetur injuria.

[Mater eum hortatur ad mortem.] VII. Sic data ſententia beatus vir Dei ducebatur ad victimam. Venerabilis autem mater ſua, de muro nota „illum voce commonuit dicens [27]: Na„te, nate Symphoriane, in mente habe „Deum vivum. Reſume conſtantiam, „fili. Timere non poſſumus mortem, „quæ ſine dubio perducit ad vitam. „Surſum cor ſuſpende, fili, aſpice il„lum qui regnat in cælis. Hodie tibi „vita non tollitur, ſed mutatur in me„lius. Hodie nate ad ſupernam vitam „felici commutatione migrabis. Sic ſanctus Symphorianus extra murum ductus, a percuſſore proſtratus eſt; purpurei ſanguinis ſui unda perfuſus, a religioſis latenter inde ſublatus eſt.

VIII. Sic Martyr delatus ad fontem, [Ejus ſepultura.] qui extra publicum campum eſt, & ibi in parva cellula ſepultus, ſemper tamen virtutibus ſe publicavit; ita ut ipſis quoque gentilibus, ob miracula & ſanitatum beneficia ſtupentibus, in maximo honore ea tempeſtate haberetur [28], non longe a baſilica ſua, quæ ſtudio ſummo Antiſtitis [29] noſtræ eccleſiæ celſum protulit ædificata faſtigium; fulget non uno muneris ſui ornata privilegio, patroni noſtri Symphoriani martyris referta virtutibus, qui prætervolantis vitæ naufragia, dum de diabolo triumpharet, excluſit, defenſor factus patriæ ſuæ, dum ad veram patriam feſtinaret: apparuitque turris fortitudinis contra faciem adverſantis inimici, quam ſanguinis ſui effuſione conſtruxit. Inexpugnabilem murum auxilio corporis ſui perennis patrocinii mediator attollit, innumeras curationes meritorum ſuorum virtute donat. Denique per eum nobis apud Dominum Jeſum Chriſtum evidens miſericordiæ panditur via, ut in omnium votorum plenitudinem felix aperiatur ingreſſus, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt vita [II. Triduo.] omnium ſine fine Sanctorum, & regnat cum Patre in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

25 Cod. Conch. habet: *dæmonium meridianum eſſe inveſtigavit aſtutia, quæ per compita* &c.

26 Sic eam appellant Virgilius lib. 6. Æneidos & Ovidius 3. de Ponto eleg. 2. Ob id etiam quandoque cum tribus faciebus fingebatur.

27 Hæc matris Symphoriani verba egregie extollit Miſſale Gothicum, ubi in immolatione Miſſæ ſic legitur: *Et matrem cohortante, pietate tranſferret ad præmium, cum ei inſinuatur non debere mortem metuere; quia Martyribus vita non tollitur, ſed mutatur.* In Præfatione vero: *Sicut illum exhortatio pia matris extulit ad peragendam certaminis hujus victoriam; ita & nos* &c. Unde apparet ea quæ in hac Miſſa de S. Symphoriano habentur, ex his Actis deſumta fuiſſe.

28 Quæ ſequuntur nec apud Mombritium habentur, nec in pleriſque codd. mſſ quos vidimus, quorum unus Foſſatenſis annos 800. videtur ſuperare. Habentur tamen in codicib. Resbacenſi & Conchenſi, ſicut & apud Surium.

29 Is eſſe videtur Euphronius qui teſte Gregor. Turon. lib. 2. Hiſtor. cap. 15. baſilicam ſancti Symphoriani, adhuc Presbyter ædificavit. Is circa ſæculi quinti medium floruit, quo tempore, ea quæ ſequuntur, Actis beati Symphoriani adjuncta ſunt, quæ ideo in pleriſque codd. mſſ. deſiderantur.

[Anno Christi circ. 185.]

## DE SANCTO APOLLONIO MARTYRE.

[Apollonii Acta.] I. *Apollonii nobiliſſimi Martyris Paſſionem breviter tantum delibavit Euſebius Cæſarienſis libro 5. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 21. quod ejus martyrii Acta fuſiora, ut ipſemet affirmat, in paſſionibus antiquorum Martyrum a ſe collectis retuliſſet. Verum cum hanc collectionem nemo hactenus potuerit reperire, verendumque ſit ne ea omnino exciderit, viſum eſt pauca quæ Euſebius de ipſo in hiſtoria*

Digitized by Google

*hiſtoria commemorat hic exhibere, ne tanti Martyris nomen in hac noſtra collectione deſideretur.*

*An fuerit Senator?* II. *Hunc noſtrum Apollonium Senatorem Romanum fuiſſe dicit Hieronymus in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, quam ſententiam non ſolum ejus ſancti Doctoris auctoritate, qui ſane acta ab Euſebio collecta videre potuerat, verum etiam aliis argumentis permotus, amplexus eſt eruditus Valeſius in notis ad hunc Euſebii locum, maxime quod a Perenni Præfecto juſſus fuerit Apollonius coram Senatu fidei ſuæ rationem reddere. Huic tamen ſententiæ refragatur Joſephus Scaliger in animadverſionibus Euſebianis ad annum* MMCCIII. *aſſerens quod ſi tantæ dignitatis fuiſſet Apollonius, id minime Euſebius reticuiſſet. Quænam ſententia præferenda ſit, aliis judicandum relinquimus. Hieronymo favent vetera quæque Martyrologia, quæ die* 18. *Aprilis, quo ſancti Apollonii feſtum celebrant, eum appellant* Senatorem.

*Tempus quo claruit.* III. *Paſſus eſt autem ſub Commodo imperatore, ut teſtis eſt Euſebius, ſed quo anno, incertum; quamvis in aliquot Chronici Euſebiani editionibus ejus ſancti martyrium ad annum octavum Commodi, æra vulgata* CLXXXVIII. *referatur, in quibus etiam Apollonius appellatur Senator. At hæc ab aliquo poſterioris ævi homine addita fuiſſe contendit Scaliger loco jam laudato; & quidem in viginti codd. mſſ. quos Pontacus viderat, hæc verba abſunt, deſuntque in Miræi & Scaligeri editionibus. Scaligeri ſententiæ ſuffragatur ipſemet Euſebius in hiſtoria ubi Apollonii mortem ſub Perennis præfectura contigiſſe refert, id eſt inter annos* CLXXXIII. *&* CLXXXVI. *Sed jam Euſebii locus proferendus eſt ex editione Valeſiana.*

IV. Eodem tempore Commodo imperium Romanum obtinente, res quidem noſtræ in tranquilliori ſtatu verſabantur, pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum eccleſias complexa. Atque interim ſalutaris Dei ſermo ex omni genere hominum quam plurimos ad religioſum ſummi Numinis cultum pertrahebat: adeo ut multi ex iis qui in urbe Roma genere atque opibus eminebant, ſimul cum univerſa domo ac familia ſalutem conſecuturi accurrerent. Verum infeſtiſſimus bonis omnibus dæmon, & ſuopte ingenio invidus, iſtud ferre non potuit. Rurſus igitur varias adverſus nos machinas commentus armatur. Denique Romæ Apollonium quemdam e numero fidelium, qui in humanioribus litteris & in philoſophia eximius habebatur, in judicium adduxit, ſuſcitato ei accuſatore homine quodam perditiſſimo [1], qui ad hujuſmodi flagiria idoneus in primis miniſter dæmonis videbatur. Sed miſer intempeſtive ſuſcepta accuſatione; cum ex Imperatoris edicto capitalis pœna in eos qui talia detuliſſent eſſet conſtituta [2], confeſtim fractis cruribus occiditur, Perenne [3] ejuſmodi adverſus ipſum ſententiam pronuntiante.

V. Martyr vero Deo acceptiſſimus, cum Judex multis cum precibus obſecraſſet, petiiſſetque ab illo uti coram Senatu rationem fidei ſuæ redderet; elegantiſſima oratione pro defenſione fidei ſuæ coram omnibus pronuntiata, capitali ſupplicio a Senatu damnatus eſt. Quippe veteri apud eos lege ſancitum erat [4], ut Chriſtiani qui ſemel in jus vocati fuerant, niſi a propoſito ſuo diſcederent, nequaquam dimitterentur. Porro cuncta ab illo in judicio dicta, & quæcumque Perenni interroganti reſpondit, & orationem illam quam pro fidei noſtræ defenſione in ſenatu habuit, quiſquis noſſe voluerit, ex antiquorum Martyrum paſſionibus a nobis collectis poterit percipere.

1 *A ſervo Severo proditus* dicitur apud Hieronymum in Catalogo.

2 Hanc legem eam eſſe quam Euſebius lib. 4. cap. 13. refert, putat Valeſius, quæ eſt M. Aurelii Antonini ad Commune Aſiæ; cujus & Tertullianus meminit Apologetici cap. 5. Sed & ſi ea lege delator pœnas luere debeat, delatus tamen abſolvitur. Rufinus lege hic laudata cautum dicit ut delati puniantur; præmiſſa tamen delatoris pœna. unde Valeſius ait Rufinum hunc locum de Trajani lege, aut de Hadriani ad Minucium Fundanum reſcripto intellexiſſe.

3 De eo vide plura apud Lampridium, qui poſtquam diu Commodi auctoritate fuiſſet abuſus, tandem lacerandus militibus traditus eſt.

4 An reſcripto Trajani ad Plinium Secundum, quo hic Imperator Chriſtianos vetat inquiri, delatos autem puniri jubet?

AD-

## *A D M O N I T I O*

### In Acta Martytum Scillitanorum.

1. H*Abemus*, inquit Baronius in notis ad Martyrolugium Rumanum, *die 7. Julii martyrum Scillitauorum Acta, pront excepta fuernnt a Notariis, & relata in Acta Procouſularia, abſque ullo aliquo fnco vel additamento inde deſcripta*. Hæc quæ *quovis theſauro cariora* jure exiſtimahat doctiſſimus Cardinalis, ex tribus vetuſtiſſimis eodd. mſſ. eruta, Annalibus ſuis inſeruit ad annum 202. ex quu lucu ea proſerimus. Verum cum eadem Acta, aliquatenus ah eis diverſa, ſed tamen non minus ſincera, in cod. mſ. Bibliuthecæ Colbertinæ reperiiſſemus, uperæ pretium duximus ea quoque prout in eu codice habentur hic exhibere, adjuncto tertiæ præterea editiouis fragmentu, quod ex eod. mſ. monaſterii Augienſis prope Conſtantiam deſcriptum, in tomo 4. veterum Analectorum D. Johannes Mabillonius vulgavit. Hanc autem varietatem Actorum ex eo prufluxiſſe exiſtimamus, quod cnm hæe Acta a fidelibus qui quæſtioni forte præſentes fuerant, deſcripta ſuiſſe, vel ſorte ab iiſdem ex Notatiorum puhlicorum excerptis compendiuſe relata, ea quæ audierant, vel legerant alii aliis verhis retulerunt.

*Acta unde habita.*

*Speratus &c. Scillitani dicti.*

2. Speratus aliique Martyres qui in his Actis memurantur, *Scillitani* conſtanter appellantut, non ſulum in vetuſtiſſimis Martyrulugiis Bedæ ſincero, Adonis, Rabani Mauri, Uſuardi, Nutkeri, ac in Romanis Martyrologiis Roſvveidi, & Baronii, ſed etiam in cod. Augienſi, ubi in Actorum titulu ipſi *Scillitani Martyres* appellantur. Quihus omnihus prævalere non poteſt Martyrulogii a Cl. viro Flurentiniu Lucenſi editi aucturitas, uhi aliqui ex iſtis Martyrihus qui in Actis memorantur, a *Scillitanis* videntur diſtingui. quamvis ln eodem Martyrulugio, quod ſeilicet ſancto Hieromo attribuitur, in plurimis codd. mſſ. ut ipſemet Florentinius obſervat, umnes iſti ſimul *Scillitaui* vocentur. De Scillitana nrbe, quæ ad Proconſularem pertinebat, vide quæ diximus in Obſervationihus ad Notitiam Africæ in parte 2. Hiſt. perſec. Vandalicæ p. 174. & 175. Tamaium vero, qui in Martyrolugjo Hiſp. Scillitanos martyres Carthagine in Hiſpania paſſos ſuiſſe contendit, ſerio reſellere non licet.

*Martyres 12.*

3. Eoſdem numero duodecim fuiſſe nemo poteſt inficiari, niſi velit Actis ipſis auctoritatem umnem detrahere. Tutidem quippe tum in Baronianis, tum in his quæ ex cod. Colbertino proferimus, enumerantur: uude Wandelbertus in Martyrolugiu eos *duodenam plebem* appellat. Conſentiunt alia Martyrulugia quæ ſupra laudavimus, nec videtur ex his debere excipi Beda, quamquam omiſſo Speratu, undeeim tantummodo recenſeat.

4. Sub horum Martyrum nomine baſilicam exſtitiſſe apud Carthaginem, teſtis eſt Victur Vitenſis epiſcupus lib. 1. de perſecutiune Vandalica num 3. in qua qnidem haſilica ſanctus Auguſtinus habuit ſermonem 155. nuvæ editionis, alias 6. de verhis Apoſtuli, ut ex ejus titulu patet in eod. mſ Romani monaſterii ſanctæ Crucis in Jeruſalem Ordinis Ciſtercienſis. Eum tamen ſermonem alium eſſe exiſtimamus ah eo quem Puſſidius indiculi cap. 9. habitum refert, *per natalem ſanctorum martyrum Scillitanorum*. Nam ſermu iſte 155. habitus eſt menſe Octohri: Scillitanurum veru feſtivitas, nun ſolum ex eorum Actis, & omnibus omnino Martyrologiis, ſed etiam ex vetuſtiſſimo Kalendario eccleſiæ Carthaginenſis, quod noſter Mabillunius tum. 3. Analecturum vulgavit, menſe Julio celehratur. Quod vero laudatus ſermo 155. habitus fuerit menſe Octobri, ex ipſumet Auguſtinu prubamus, qui ſermune 156. alias de verbis Apoſtoli 13. de præcedenti, qui Scillitanorum eſt, loquens, ait: *Jam nudiuſtertins qui fniſtis, audiſtis* &c. reperens quæ cap. 6. ſuperioris ſermunis 155. dixerat. Hic autem ſermu 156. ut titulus præfert, hahitus eſt *in Baſilica Gentiani, die natali martyrnm Bolitanorum*, quorum Bolitanorum ſeu Vulitanurum feſtivitas recolebatur die XVI. Kal. Nuvemhris ex laudatu Kelendariu Carthagioenſi. Ex his colligimus ſermunem Auguſtini de martyribus Scillitanis a Puſſidiu memotatum excidiſſe.

*De his serm. S. Augustini.*

5. Scillitanorum martyrum reliquiæ Carthagine in haſilica ipſis dicata diu aſſervatæ fuerunt, quas poſtea Vandalicæ perſecutionis occaſiune varia in luca diſtractas fuiſſe conjicimus. Earum pleraſque Rumam fniſſe translatas aſſeverat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, die 17. Julii. Agobardus vero Lugdunenſis autiſtes Carmen edidit de ſancturum Cypria- *Reliquiæ.*

ni, Sperati, qui primus eſt Scillitanorum, & Pantaleonis martyrum translatione, quorum corpora Lugdunum in Gallias allata fuiſſe tradit: cui Ado aliique nonnulli auctores conſentiunt. At hæc ſacra pignora inde a Carolo Calvo imperatore Compendium tandem translata fuiſſe contendunt ſodales noſtri monachi Compendienſes, in quorum regia baſilica etiamnunc religioſe aſſervantur. Sancti Cypriani corpus Lugduno Compendium translatum fuiſſe a Carolo Calvo, agnoſcit Ado Viennenſis æqualis auctor, in Martyrologio die 14. Septembris. Et ſane monaſterium Compendienſe, quod antea beatæ Mariæ nomen præferebat, ob hanc ſancti Cypriani, cui adjunctum eſt ſancti Cornelii Papæ corpus, translationem, exinde monaſterium ſanctorum Cornelii & Cypriani dictum eſt.

*Tempus paſſionis.*

6. Supereſt ut aliquid de eorum Martyrum paſſionis tempore dicamus. Eorum mortem refert Baronius ad annum Chriſti CCII. Severi Imperatoris VIII. at is Severi annus cum anno Chriſti CC. componi debet, quo Martyres iſtos paſſos fuiſſe exiſtimamus. De die vero videtur eſſe aliqua difficultas. Nam ex Actorum Baronianorum initio Martyres illi XIV. *Kalend. Auguſti*, id eſt, die 19. Julii coram Proconſule ſiſtuntur, atque poſtridie rurſus præſentati, poſt conceſſas trium dierum inducias, capite damnati ſunt. In fine tamen eorumdem Actorum conſummati dicuntur *menſe Julii die ſeptimo decimo*; unde errorem in priores numeros irrepſiſſe fatendum eſt. Fragmentum Mabillonianum initio habet, iſtos Martyres XVI. *Kal. Aug.* comparuiſſe. Sed etſi inducias ſibi oblatas recuſaverint, nonniſi tamen poſtridie, id eſt die 18. Julii, martyrium conſummare potuerunt. Nihil lucis ex Kalendario Carthaginenſi haberi poteſt. nam poſt has literas XV. aliquod eſt ſpatiolum vetuſtate attritum in mſ. nec dici poteſt, an unicum tantum I aut duo deleta ſint. Certior videtur ceteris omnibus Codicis Colbertini lectio, in quo Martyres iſti XVI. Kalendas Auguſti paſſi dicuntur. cui non ſolum Baroniana Acta in fine, ut diximus, & Mabilloniana in titulo, ſed etiam Martyrologia omnia, quotquot videre licuit, conſentiunt.

---

Anno Chriſti circ. 200.

# ACTA PROCONSULARIA

## MARTYRUM SCILLITANORUM.

*Ex Card. Baronio ad annum* 202.

*Speratus &c. coram Proconſule ſiſtuntur.*

I. EXſiſtente [1] Claudio Conſule quarto decimo Kalendas Auguſtas Carthagine metropoli, ſtatuto forenſi conventu, præceperunt magiſtratus adſtare ſibi SPERATUM, NARZALEM, CITTINUM, DONATAM, SECUNDAM, & VESTINAM. Et adſtantibus eis, Saturninus [2] Proconſul dixit: Poteſtis veniam a dominis noſtris Imperatoribus Severo & Antono [3] promereri, ſi bono animo converſi fueritis ad deos noſtros. Speratus dixit. *Nos minime aliquando malum fecimus; neque iniquitatem ſequentes, in peccatis egimus operationem, nec aliquando cuiquam maledíximus; ſed male ſuſcepti a vobis, gratias egimus ſemper. Quamobrem Dominum verum & Regem adoramus*. Saturninus Proconſul dixit: Et nos electi ſumus, & mitiſſima eſt elegantia noſtra: & juramus per genium domini noſtri Imperatoris, & pro ſalute illius intercedimus, quod & vos facere debuiſtis. Speratus dixit: *Si tranquillas adhibeas mihi aures tuas, dicam myſterium manſuetudinis*. Saturninus Proconſul dixit: Dicente te de myſterio, non inferam mala: tantum jura per genium regis noſtri. Speratus dixit: *Ego imperatoris mundi genium neſcio; ſed cæleſti Deo meo ſervio, quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Ego enim nec furatus ſum aliquando, ſed quodcumque emam, tributum do, quoniam cognoſco eum dominum meum: ſed adoro Dominum*

1 In alio cod. *præſente*. In tertio *præſente*. In quo etiam Conſul appellatur *Claudianus*.

2 Is eſt dubio procul de quo Tertullian. lib. ad Scapulam cap. 3. de perſidibus agens, qui Chriſtianos perſecuti divinitus puniti ſunt, hæc habet: *Vigellius Saturninus, qui primus gladium in nos egit, lumina amiſit*.

3 Legendum *Antonino*, quod nomen tulit Caracalla Severi filius.

*num meum Regem regum, & omnium gentium Dominum*. Saturninus Proconſul dixit: De cetero a tumultu garrulitatum quieſcite, & accedentes ſacrificate diis. Speratus reſpondit: *Illa eſt mala concitatio, quæ facit homicidium, & falſam accuſationem adverſus aliquem*.

II. Saturninus Proconſul ad alios converſus dixit: Nolite furoris hujus inſipientia participes fieri, ſed timete potius regem noſtrum, obedientes præceptis ejus. Cittinus dixit: *Nos non habemus alium quem timeamus, niſi Dominum Deum noſtrum, qui eſt in cælis*. Saturninus Proconſul dixit: Detrudantur in carcerem, ponantur in ligno in diem craſtinum.

III. Sequenti die Saturninus Proconſul ſedens pro tribunali, eos præſentari jubet. Qui cum adſtitiſſent, dicit ad feminas: Honorate regem noſtrum, & ſacrificate diis. Tunc Donata dixit: *Honorem quidem Cæſari tamquam Cæſari; Deo autem noſtro honorem & orationem offerimus*. Stans Veſtina dixit: *Et ego Chriſtiana ſum*. Secunda ſimiliter dixit: *Et ego credo in Deo meo, & volo in ipſo eſſe: diis autem tuis non ſervimus, neque adoramus*. Saturninus Proconſul, auditis his, præcepit eas ſervari *.

*Altera die interrogantur mulieres.*

* al. ſeparari.

IV. Advocatis viris, dicit Sperato: Perſeveras ut Chriſtianus ſis? Speratus dixit: *Etiam perſevero: & omnes audite, quia Chriſtianus ſum*. Audientes omnes qui cum illo retenti fuerant, conſenſerunt confeſſioni illius, dicentes: *Sumus & nos pariter Chriſtiani*. Saturninus Proconſul dixit: Nec liberationem [4], nec remiſſionem vultis? Speratus reſpondit: *In certamine juſto nulla eſt remiſſio. Fac quod vis. Nos enim pro Chriſto gaudentes morimur*. Saturninus Proconſul dixit: Qui ſunt libri quos adoratis legentes? Speratus reſpondit: *Quatuor Evangelia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Epiſtolas ſancti Pauli Apoſtoli, & omnem divinitus inſpiratam Scripturam*. Saturninus Proconſul dixit: Spatium trium dierum tribuo vobis, ut reſipiſcatis. Speratus dixit: *Chriſtianus ſum, & omnes qui mecum ſunt; & a fide Domini noſtri Jeſu Chriſti non diſcedimus. Fac quod vis*.

*Item & alii.*

V. Proconſul videns etiam ipſorum mentis ſtabilitatem, & fidei firmitatem, dedit in eos ſententiam per Exceptorem, dicens ſic: Speratum, Narzalem [5], Cittinum [6], VETURIUM [7], FELICEM, ACYLLINUM [8], LÆTANTIUM, JANUARIAM, GENEROSAM [9], Veſtinam [10], Donatam, & Secundam Chriſtianos ſe eſſe confitentes, & Imperatori honorem & dignitatem dare recuſantes, capite truncari præcipio. Hæc cum eſſent ex tabella recitata, Speratus, & qui cum eo erant omnes dixerunt: *Deo gratias conferimus, qui dignatus nos hodie Martyres accipere in cælis pro confeſſione ſua*. His dictis, ducti ſunt; & flexis genibus unanimiter, cum iterum gratias Chriſto agerent, truncata ſunt ſingulorum capita. Conſummati ſunt Chriſti martyres menſe Julio, die ſeptimo decimo, & intercedunt pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum, cui honor & gloria cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

*SS. Trinitas.*

4 Legendum, *deliberationem*. Nam in cod. Colbert. *Forſitan ad liberandum tempus vultis accipere*.

5 Cod. Colb. *Nazarium*; Beda, *Martialem*, quod nomen etiam Rabanus & Notkerus in aliquibus mſſ. habent.

6 Cod. Colb. Beda & Rabanus, *Cythinum*. Cod. vero Augienſ. *Cettinum*.

7 Cod. Colb. *Verum*, Beda in uno mſ. *Urium*.

8 Alii fere omnes *Aquilinum*. & ſequentem *Lactantium* appellant.

9 *Januarium & Generoſam* habent Cod. Colbert. Raban. in uno cod. mſ. & Beda ſincerus. hic tamen in uno cod. mſ. habet *Generoſam*.

10 In cod. Colbert. & cod. Augienſ. *Veſtiam*. Beda ſincerus & Rabanus *Veſtiam*. Ado, Uſuard. & Notker. *Beſſam*. Tamaius qui Actorum excerptum exhibet, ſic hos Martyres appellat, *Speratum, Natalium, Citinum, Beturium, Felicem, Aquilinum, Lætarium, Januarium, Generoſam, Beſſam, Donatam & Secundam*.

## *ACTA MARTYRUM SCILLITANORUM.*

Ex cod. mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.

*Paſſio ſanctorum Martyrum Sperati, Nazarii, Cicii, Donatæ, Secundæ, Veſtæ & comitum eorum, qui paſſi ſunt Carthagine ſub Saturnino Proconſule XVI. Kal. Aug.*

I. ADductis ergo in ſecretario Carthaginis apparitorum officio, Sperato, Nazario, Cicio, Donata, Secunda, & Veſta ſociis eorum, Saturninus Proconſul his omnibus generaliter dixit: Poteſtis indulgentiam omnes a dominis noſtris Imperatoribus promereri: ſi ad bonam mentem redeatis, & deorum noſtrorum ceremonias obſervetis. Sanctus Speratus dixit: *Numquam geſſiſſe conſcii ſumus iniquitatem, opem atque aſſenſum non præbuimus, nulli umquam nos maledixiſſe recolimus, ſed male tractati ac laceſſiti ſemper Deo gratias egimus. Siquidem & pro iis oravimus quos injuſte patiebamur infeſtos, pro quare & Imperatorem noſtrum adtendimus, a quo nobis hæc vivendi norma conceſſa eſt.* Saturninus dixit: Et nobis religioſiſſima & ſimplex eſt noſtra religio, & juramus per regnum dominorum noſtrorum Imperatorum, & pro ſalute eorum ſupplicamus, quod vos facere debeatis. Speratus ſanctus dixit: *Si tranquillitas præbuerit aures tuas, dicam myſterium Chriſtianæ ſimplicitatis.* Saturninus proconſul dixit: Incipienti tibi dicere male de ſacrificiis noſtris, aures præbebo? Sed potius jurate per regnum dominorum noſtrorum Imperatorum, ut vitæ iſtius lætitia perfruatis. Speratus ſanctus dixit: *Ego imperium hujus ſaculi non cognoſco, ſed magis illi fide, ſpe & caritate deſervio Deo, quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. Facinus quod legibus publicis & divinis comperitur eſſe damnabile non feci. Si quid autem in publicum egero, de eo exactoribus publicis vectigalia reddo. Imperatorem omnium gentium Deum & Dominum meum agnoſco: querelas nulli intuli, ſuſtinere non debeo.*

*Christianorum innocentia.*

II. Saturninus proconſul ad ceteros ora convertit, & ſocios ſancti Sperati ſic adorſus eſt, dicens: Definite hujus etiam perſuaſionis qua Speratus inlectus eſt; quos ejus habuerit profeſſio ſocios, nihilo minus habebit & pœna. Speratus ſanctus dixit: *Mala eſt perſuaſio falſum teſtimonium dicere, mala utique probatur eſſe conſenſio, ſi contra divinis*[a] *legibus agatur & publicis legibus, quibus humanæ vitæ ordo diſponitur. Perſuaſio vero divinæ culturæ ſectanda eſt potius quam deſerenda.* Saturninus Proconſul dixit: In præteritis jam ego admonui, ut furoris hujus dementiæ non annuatis eſſe participes. Sanctus Cythius reſpondit: *Non aliud oportet a nobis audire, Proconſul, niſi quæ ſocius noſter Speratus confeſſus eſt. Scito enim quod non habemus alium quem timeamus, niſi unum Deum & Dominum noſtrum, qui eſt in cælo.* Sancta Donata ſimiliter dixit: *Honorem Cæſari reddimus, timorem autem aut cultum Chriſto Deo vero præſtamus.* Veſtia vero venerabilis ſecuta eſt dicens: *Hoc ſemper meditabitur cor meum & labia mea pronuntiabunt, quia Chriſtiana ſum.* Sancta vero (Secunda) ſimiliter ait: *Quod ſum Chriſtiana, ipſa id eſſe volo, & a meorum ſociorum profeſſione ullo obſtante*[a] *recedo.*

*Constantia.*

*Christus Deus verus.*

III. Saturninus Proconſul ſancto Sperato dixit: Perſeveras, ut video, eſſe Chriſtianus. Sanctus Speratus dixit: *Hanc perſeverantiam Chriſtianam non meis viribus ſed divini muneris me habere con-*

a Ejuſmodi caſuum, ut vocant Grammatici, mutationes ſæpius in mſſ. occurrunt. Hic legendum *divinas . . . & publicas leges.*

a An, *nullo inſtante?* Sunt & infra aliqua loca depravata, quæ prout codex habet retulimus.

*re confido. Proinde ſi vis fixam cordis mei ſcire ſententiam, Chriſtianus ſum.* In hac ergo confeſſinne & ceteri Dei Martyres cnnſenſerunt. Saturninus Prnconſul dixit: Forſitan ad deliberandnm ſpatium vultis accipere. Sanctus Speratus dixit: *In rem tam bonam (non) quæritur ſecunda deliberatio. Tunc enim deliberavimus nos a cultura Chriſti non deſerere, quando baptiſmi gratia renovati, & diabolo abrenuntiavimus, & Chriſti veſtigia ſecuti ſumus.* Saturninus Proconſul dixit: Quæ eſt, dicite mihi, res dnctrinarum in cauſa & religione veſtra. Speratus ſanctus reſpondit: *Libri Evangeliorum, & Epiſtolæ Pauli viri ſanctiſſimi apoſtoli.* Saturninus Prnconlul dixit: Accipite moram triginta dierum, nt retractetis hujus ſectæ ennfeſſinnem. Forſitan ad denrum ſacras ceremnnias revertimini. Speratus ſanctus reſpondit: *Non triginta dierum mora mutare poterit profeſſionem noſtram, ſed potius optatæ vitæ hoc ſpatium deliberandi accipere, ut de tam turpi cultura idolorum Chriſtianæ religionis amator exiſteres. Ceterum ſi hoc non es dignus accipere, ſuſpende moram, ſententiam recita. Nam quales nos hodie cernis, tales poſt hanc induciam futuros eſſe non dubites.*

IV. Cernens Proconſul Saturninus *Sententia in Martyres.*
ſanctnrum perſeverantiam, decretum recitavit ex tabella: Speratum, Nazarium, Cythium, Donatam, Secundam & nmnes Chriſtiano ritu vivere ſe confeſſos, & quod oblatam ſibi facultatem redeundi ad deorum culturam obſtinate nnn receperunt, gladio namque animadverti placet. Sanctus Speratus dixit: *Gratias Chriſto agimus.* Nazarius ſanctus dixit: *Hodie Martyres in cælo ſumus. Deo gratias.* Saturninus Prnconſul per præcnnem ſanctos duci juſſit, id eſt, Speratum, Nazarium, Cythium, Verum, Felicem, Aquiliuum, Lactantium, Januarinm, Generoſum, Veſteni, Donatam atque Secundam. & ſic venientes ad locum martyrii, gladio ſunt percuſſi, beatas Den animas tradiderunt. Dominus autem ſuſcepit Martyres ſuns in pace, cui eſt hnnnr & glnria in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

## *FRAGMENTUM DE MART. SCILLITANIS.*

Ex cod. mſ. Augienſi apnd Mabillon. tom. 4. Vet. Analect.

*Incipit Paſſio ſanctorum Scillitanorum quod eſt XVI. Kalend. Auguſti.*

IN diebus illis præſidente bis Claudiann Conſule XVI. Kal. Auguſt. Carthagine in Secretario, impoſitis Sperato, Narthaln, & Cattinn, Donata, Secunda, Veſtia, Saturninus Proconſul dixit: Poteſtis indulgentiam domini nnſtri Imperatoris prnmereri, ſi ad bonam mentem redeatis. Speratus dixit: *Numquam malefecimus; iniquitati nullam operam prabemus, numquam male-diximus, ſed male accepti gratias egimus, propter quod imperium noſtrum* * *obſervamus.* Saturninus Proconſul dixit: Et nos religioſi ſumus, & ſimplex eſt religio noſtra: & juramus per ingenium domini noſtri Imperatoris, & prn ejus ſalute ſupplicamus, quod & vns quoque facere debetis. Speratus dixit: *Si tranquillas præbueris aures tuas, dico myſterium.....*

* veſtrum

## *ADMONITIO*

In Paſſionem SS. PERPETUÆ, FELICITATIS &c.

*Acta germana.* 1. MUltum deſiderata, & fruſtra in variis bibliothecis diu conquiſita Acta germana ſanctarum PERPETUÆ & FELICITATIS, invenit tandem ſtuſtudio-

dioſiſſimus ſacræ antiquitatis indagator Lucas Holſtenius in cod. mſ. ſacri monaſterii Caſinenſis, unde eruta & Romæ vulgata, eadem poſtea, cum ejuſdem Holſtenii notis, Pariſiis edidit Henricus Valeſius. Nos vero ea proferimus ex duobus codd. mſſ. cum eadem editione collatis: quorum unus eſt Eccleſiæ Salisburgenſis, cujus codicis varias lectiones ſapientiſſimi viri Antonii Faure Theologi Pariſienſis & Remenſis Eccleſiæ Præpoſiti beneficio accepimus; alter vero qui ad annos 800. accedit, eſt bibliothecæ noſtri monaſterii ſancti Cornelii Compendienſis. Invenimus etiam in ſchedis Mabillonii noſtri excerpta ex iiſdem Actis non contemnenda, ſed e quo codice ea deſcripta ſint non indicatur. Porro in iis locis, in quibus codd. mſſ. inter ſeſe vel ab editis diſſident, & tamen utraque lectio ferri poteſt, varietatem in notulis appoſuimus, ne temere in tam pretioſo Eccleſiæ monumento aliquid immutaſſe videremur. Eadem etiam cautela uſi ſumus, ſi quando in mſſ. codd. ubi eadem Acta vitiata habentur, aliquid notatu dignum occurrit.

2. Tria inquirit eruditus Valeſius in Præfatione ad hæc Acta. Primo ubinam hæ mulieres ſanctæ paſſæ ſint. Secundo quo tempore martyrium conſummarint. ac tandem quiſnam horum Actorum auctor, ſeu potius collector fuerit, de quibus omnibus etiam hic paucis agendum eſt. Quod ad primum attinet, priuſquam ſincera harum Martyrum Acta reperta fuiſſent, nemo fere in dubium revocabat, quin eædem ipſæ

*Perpetua & Felicitas an Tuburbitanæ.*

fuerint, quas ſub *ſanctarum Tuburbitanarum* nomine varii auctores celebrabant. Id perſuadebant, præter quorumdam, etiam veterum Martyrologiorum auctoritatem, Acta quæ ſub Perpetuæ & Felicitatis nomine vulgo circumferebantur, in quibus eas Tuburbii paſſas fuiſſe diſertis verbis expreſſum erat; & quamvis in his actis nonnulla viris eruditis vitioſa ac depravata viderentur, nullus tamen de loco martyrii hactenus quæſtionem moverat. Verum cum Holſtenianæ editionis occaſione res exactius diſcuteretur, aliter viris doctioribus viſum eſt, ac præ ceteris Henrico Valeſio, qui libratis, quæ ex utraque parte afferri poterant, momentis, has Martyres non Tuburbii, ſed Carthagine martyrium conſummaſſe aſſeveranter pronuntiavit. Hanc ſententiam probat vir clariſſimus, tum ex ipſis Actis, tum etiam ex antiquorum ſcriptorum auctoritate. Ex Actis evincitur has Martyres proconſulari poteſtate damnatas fuiſſe: ac proinde, ut ait, non Tuburbii in Mauritania, cum in ea provincia nullum jus Proconſules haberent; verum, ut in nova editione Auguſtiniana obſervatum eſt, cum duplex fuerit Tuburbium in Proconſulari provincia ſitum, atque in alterutra earum civitatum fortaſſis amphitheatrum eſſet, cum ex iis una, *Tuburbium majus* diceretur, parum valet ea Valeſii ratio, niſi dicatur Martyrologia fere omnia *Tuburbium in Mauritania* expreſſiſſe.

3. Certius eſt argumentum quod ex auctoritate veterum, qui de ſanctis Perpetua & Felicitate ſcripſerunt, deducitur. nam præterquam quod Victor Vitenſis lib. 1. de perſecutione Vandalica eas Carthagine *in Baſilica majori ſepultas fuiſſe* affirmat; Proſper in Chronico Lebbeano, Beda in libro de ſex ætatibus mundi, immo & in Martyrologio ſincero, quamvis illud quod ſub ejus nomine vulgo circumfertur aliter habeat, Regino, Rabanus in Martyrologio, aliaque bene multa Martyrologia, cum edita, tum mſſ. ut videre eſt apud Bollandianos ad diem ſeptimum Martii, expreſſis verbis has ſanctas Martyres apud Carthaginem paſſas fuiſſe aſſerunt. Nec reponere juvat ab Auguſtino in ſermone 32. a Sirmundo edito, qui eſt novæ editionis 345. has Martyres *Tuburbitanas* appellari. nam in cod. mſ. ex quo deſumtus eſt iſte ſermo, non *Tuburbitanarum*, ut correxit Sirmundus, ſed *Suburbitarum*, legitur. Diceret forte aliquis, eas *Suburbitanas* fuiſſe dictas, quod in ſuburbio Carthaginis paſſæ fuiſſent. Sed etſi detur hunc locum recte a Sirmundo emendatum fuiſſe, nihil inde contra Valeſii ſententiam deduci poteſt. Fatetur quidem de Tuburbitanis Martyribus hic Auguſtinum agere: at negat plane eas eſſe Perpetuam & Felicitatem; de quibus alias ſæpius agens Auguſtinus, numquam eas Tuburbitanas, ſed proprio ſemper nomine *Perpetuam & Felicitatem* appellavit. Contendit vero vir eruditus, *Tuburbitanarum* nomine hic a ſancto Auguſtino Maximam, Donatillam ac Secundam deſignatas fuiſſe, quæ quidem Tuburbii ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus paſſæ dicuntur. Et quidem id Valeſii reſponſum confirmari poſſet ex vetuſto Kalendario Carthaginenſi apud Mabillonium, ubi ſanctarum Tuburbitanarum feſtum recolitur 131. Kalendas Auguſti, quo die nuſquam Perpetua & Felicitas, Maxima vero & ſociæ in omnibus Martyrologiis mortem obiiſſe referuntur.

4. Diu non immorabimur in aſſignando tempore, quo iſtæ beatæ Martyres paſſionem conſummarunt. Acta & Martyrologia, quæ eas ſub Valeriano & Gallieno

*Tempus paſſionis.*

paſſas

paſſas fuiſſe referuot, vel ex eo coovincuntur falſi, quod Tertullianus, qui io libro de anima beatæ Perpetuæ meminit, diu ante horum Imperatnrum tempus e vivis exceſſerit. Melius itaque in Martyrologio genuino Bedæ, aliiſque antiquis, id martyrium ad Severi Imperatoris tempus revocatur, quibus Acta ſincera conſentiunt, ſiquidem ibi ſanctæ Martyres *die natali Getæ Cæſaris* beſtiis objectæ ſunt, quod anno Chriſti CCII. aut ſequenti, Idibus Martii contigiſſe exiſtimamus.

*Actorum collector.* 5. Inquitendum tandem quiſnam fuerit horum Actotum auctor, ſeu potios collector, cum eorum maximam partem a Perpetua & Saturo ſcriptam ſuiſſe nemo inficiati poſ-*an Tertullianus?* ſit. Id npus Tertulliano attribuit auctot Epiſtolæ Biturigibns ſcriptæ ad Henricom Valeſium, quod ut probaret, collatis multis Actorum locis cum aliis Tertulliani operibus, oſtendit eumdem omoino ſtylum, eaſdem loquendi formulas, ac etiam ſæpius eadem verba in ntriſque reperiri. Ao vero rem omnino eviocat, alii judicabunt.

*Non sola Montanista.* 6. At Valeſio aſſentiri non poſſum, hæc Acta a Montani ſectatnre, quiſquis ille fuerit, collecta fuiſſe exiſtimanti. Id tameo certiſſimis indiciis colligere ſibi videtur vir eruditiſſimus: quæ quidem indicia hæc ſunt, quod aoctor ille novas prophetias recipere ſe profiteator, & eas veteris Teſtamenti prophetiis longe anteponat. Id probat ex Collectoris ipſius verbis, qui ſic io Præſatione loquitor. *Itaque & nos qui ſicut prophetias, ita & viſiones novas pariter repromiſſas & agnoſcimus, & adoramus*. Et paullo ante dixerat: *Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius ſancti pro ætatibus judicent temporum, cum majora reputanda ſint novitiora quæque &c.* Verum etſi hæc verba primn aſpectu Montani errores ſapere videantut; ſi tamen paullo accuratius diſcutiantur, oihil io ipſis contineri oiſi orthodoxum & fidei Cathnlicæ plane conſonum reperies. Non enim iſte aoctor viſiones noviſſimas cum Scripturis canonicis, ot potavit Valeſius, ſed ſolommodo cum veterum Martyrum viſionibus & tevelationibus comparat; aſſeritque non minori venerationi habendas eſſe quæ ſun tempore, quam quæ priſcis temporibus, id eſt primo aut ſecundo Eccleſiæ ſæculn, contigerant; immo & aliqnatenus has novas revelationes majori ſtudio ſuſcipiendas eſſe dicit, cum exempla eo efficaciora ſint, quo magis ptæſeotia: tum deinde quod hæ noviſſimæ viſinnes, quæ aliquando veteres ſuturæ erant, aliqua aoctoritate ſulciendæ eſſent, ut a poſteris erederentur. Id patet ex eadem ipſius auctoris tota Præſatione, ubi ne nnum quidem verbum de ſcripturæ ſacræ cum viſionibus Martyrum comparatione habetur. *Si vetera*, inquit, *fidei exempla.... propterea in litteris ſunt digeſta, ut lectione eorum quaſi repenſitatione rerum & Deus honoretur, & homo conſortetur; cur non & nova documenta æque utrique cauſæ cunvenientia & digerantur?* &c. Porro etſi iſte auctor harum Martyrum viſiones ex iis eſſe, quas Deus per Jnhelem repromiſerat, exiſtimaverit; non tamen inde conſequitnr qood eas Scripturis ſacris æquipararit; ſicut nec Eccleſia fidelions dicta vel ſctipta inter has ſcriptnras canonicas computavit, quamvis nno dubitaret ab eo proceſſiſſe, a quo alii dantur genera linguarnm, alii prophetiæ, alii ſermo ſapieotiæ, aliis alia dona, quæ laudato Johelis teſtimonin prænuntiata & promiſſa fuiſſe certom eſt.

7. Sed ne ſortaſſis aliquos moveant auctoris Præſationis verba, qni eas viſiones qnaſi divinitus inſpiratas laudat; ea de te audiendus eſt Augoſtinus, qoi licet lib. r. de anima & ejus origine ad Reoatum cap. 10. & lib. 3. ad Vincentium cap. 9. expreſſis, ut ajunt, verbis has Perpetuæ viſiones a Canone Scripturatum excludat, eas tamen divinas revelationes appellat, atque a fidelibus religione honorandas aſſerit in ſermone r. io natali earumdam Martyrum, qui eſt novæ editionis 280. ubi hæc habet: *Exbortationes earum*, Perpetuæ ſcilicet & Felicitatis *in* DIVINIS REVELATIONIBUS, *triumphoſque paſſionum cum legerentur andivimus; raque omnia verborum digeſta & illuſtrata luminibus, aure percepimus, mente ſpectavimus, religione honoravimus, caritate laudavimus*. De iiſdem viſionibus plutibus aliis in locis agit Auguſtious, quas nnn eo ſolum ſermone, ſed etiam in 282. in eccleſia publice lectas fuiſſe teſtatur. Sed tandem ot uno verbo rem conficiam, qua ratione hæreticus & Montaoi ſectator, ad communionem cum his feminis ſervandam ſuos adhottaretut, quas in Catholicorom, quos Pſychicos vocabant, communione obiiſſe ſciebant? Nec id poterant ignorare ii ad quos hæc aoctot ſcribebat, ſiquidem eos qui martyrio præſentes fueraot præcipue alloquitur: *Annuntiamus* inquit, *vobis fratres & flioli, ut & vos qui interfuiſtis, rememoremini gloriæ Domini &c.* Sed de his ſatis. Jam paucis de illis quæ in harum Martyrum laudes a variis auctoribus dicta ſunt, agendum eſt.

8. Celebris ſemper ſuit io eccleſia, præ- *Cultus.* ſertim Africaoa, ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis memoria, io quarum die natali tres tractatus ſanctum Auguſtinom habuiſ-

ſe teſta-

ſe teſtatur Poſſidius in Indiculo, qui in nova editione ſermones ſunt 280. 281. & 282. Aliquandiu hæſi, an hos ſermones integros huc proferrem. At cum in omnium fere manibus habeantur Auguſtini opera, viſum eſt ſatis ſi iis omiſſis, ea quæ ad Acta peculiarius referuntur in notulis ad textum annotarem. Pluribus aliis in locis de iiſdem Martyribus earumque ſociis agit idem ſanctus Doctor. *Fortiſſimæ Perpetuæ* & *commartyrum* meminit Tertullianus libro de anima cap. 55. ut jam diximus. Omnia Martyrologia earum feſtum ad diem 7. Martii referunt, qua die hactenus apud nos celebratur. Memorantur præterea eorum nomina in Canone Miſſæ Romanæ, in vetuſtiſſimo Sacramentario Gallicano, quod edidit noſter Mabillonius tom. 1. Muſæi Italici; item in Canone Miſſæ Sacramentarii Gregoriani, quamvis harum ſanctarum feſtivitas inter alias ibi notatas non habeatur; quod fortaſſis ea tempore Quadrageſimæ contingat. Abeſt etiam a vetuſtiſſimo Kalendario Mabilloniano eccleſiæ Africanæ; ſed cum ex Auguſtino certum ſit earum feſtivitatem Carthagine ejus tempore celebratam fuiſſe, dicendum quod ſi in eo Tuburbitanarum nomine non deſignentur, Kalendarium iſtud integrum non ſit, in quo revera Februarii dies duodecim, ac Martius & Aprilis menſes integri deſiderantur. Quod autem earum feſtivitas etiam primis temporibus Romæ celebrata fuerit, patet ex Miſſali Gelaſii & ex antiquo Martyrologio Bucheriano, ubi hæc habentur; *Nonis Martii Perpetuæ & Felicitatis Africæ*. Idem habent cetera Martyrologia, cum vetera, tum recentiora. Celebrantur cum ſociis in Menologio Græcorum Baſilii Imperatoris die 2. Februarii. Harum reliquiæ tempore Vandalicæ perſecutionis ex Africa Romam delatæ dicuntur, quas poſtmodum exinde Rodulfus Bituringenſium Archiepiſcopus accepit ſæculo nono, eaſque in Monaſteriis Doverenſi & Bellilocenſi ab ipſo conditis depoſuit. Certe hodieque monachi Benedictini, qui deſtructa Dovera Virſionem migrarunt, ſe beatæ Perpetuæ reliquias habere gloriantur. Sed jam ipſa Acta proferenda ſunt, quæ quantum ex noſtris codd. emendatiora prodeant, quiſque, ſi ea cum editis conferre voluerit, facile animadvertet. Id certe ſpernendum non eſt, quod Saturnini nomen & martyrium eorum ope reſtituerimus.

---

## [1]PASSIO

Anno Christi circ 202. vel 203.

### Sanctarum PERPETUÆ & FELICITATIS, cum ſociis earum.

*Ex 2. codd. mſſ. & Editione Holſtenii.*

### PRÆFATIO.

I. SI vetera fidei exempla, & Dei gratiam teſtificantia & ædificationem hominis operantia, propterea in litteris ſunt digeſta, ut lectione eorum quaſi repenſitatione rerum, & Deus honoretur & homo confortetur; cur non & nova documenta æque utrique cauſæ convenientia & digerantur? vel quia & hæc vetera futura quandoque ſunt & neceſſaria poſteris, ſi in præſenti ſuo tempore minori deputantur auctoritati, propter præſumptam venerationem antiquitatis. Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius ſancti, pro ætatibus judicent temporum; cum majora reputanda ſint novitiora quæque ut noviſſimiora [2], ſecundum exuberationem gratiæ in ultima ſæculi ſpatia decreta. *In noviſſimis enim diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii filiæque eorum, & ſuper ſervos & ancillas meas de meo Spiritu effundam: & juvenes viſiones videbunt, & ſenes ſomnia ſomniabunt.* Joel. 2. 28. Act. 2. 17. Itaque & nos qui ſicut prophetias, ita & viſiones novas [3] pariter repromiſſas & agnoſcimus & honoramus, ceteraſque virtutes Spiritus ſancti ad inſtrumentum Eccleſiæ deputamus, cui & miſſus eſt, idem omnia donativa admini-

1 Paſſionis nomen retinemus, quod his Actis competere probat Holſtenius. In cod. Salisburg. additur *in civitate Turbitana*, ſed in eo cod. deeſt Præfatio ſicut & in Compendienſi.

2 Ejuſmodi loquendi modos ſoli fere uſurparunt Africani. Sic Tertullianus paſſim *extremiora*, *extremiſſimi*.

3 Vide quid in admonitione de iſtis viſionibus annotavimus.

mioiſtrans in omoibus, prout uoicuique diſtribuit Domious, neceſſario & digerimus, & ad gloriam Dei lectione celebramus, ut ne qua aut imbecillitas, aut deſperatio fidei apud veteres tantum æſtimet gratiam divinitatis converſatam, ſive Martyrum, ſive in revelationum dignatione: cum ſemper Deus operetur quæ repromiſit, non credeotibus in teſtimooium, credentibus in beneficium. Et nos itaque quod audivimus & contrectavimus annuntiamus & vobis, fratres & filioli, ut & vos qui interfuiſtis, rememoremini gloriæ Domini: & qui nunc cognoſcitis per auditum, communionem babeatis cum ſanctis Martyribus, & per illos cum Domino Jeſu Cbriſto, cui eſt claritas & bonor in ſæcula ſæculorum. Ameo.

## *INCIPIT PASSIO.*

*Martyres apprehenduntur.*

II. APprebenſi ſunt adoleſcentes catechumini, REVOCATUS & FELICITAS conſerva ejus, SATURNINUS [4] & SECUNDULUS. Inter quos & VIVIA [5] PERPETUA, honeſte nata, liberaliter inſtituta, matronaliter nupta; babens patrem & matrem, & fratres duos: alterum æque catechuminum, & filium infaotem ad ubera. Erat autem ipſa annorum circiter viginti duorum. Hæc ordinem totum martyrii ſui jam binc ipſa narrabit, ſicut conſcriptum mann ſua, & ſuo ſenſu reliquit.

*Perpetua narrat quæ contigere.*

„ III. Cum adbuc, inquit, cum perſecutoribus eſſemus [6], & me pater avertere [7], & deicere pro ſua affectioοe perſeveraret: *Pater*, inquio, *vides, verbi gratia, vas boc jacens, urceolum, ſive aliud?* Et dixit: Video. Et ego dixi ei: *Numquid alio nomine vocari poteſt, quam quod eſt?* Et ait. Non. *Sic & ego aliud me dicere non poſſum, niſi quod ſum Cbriſtiana.* Tunc pater motus in hoc verbo, miſit ſe in me ut oculos mibi erueret: ſed vexavit tantum, & profectus [8] eſt victus cum argumentis diaboli. Tunc paucis diebus quod caruiſſem patre, Domioo gratias egi, & refrigeravit [9] abſentia illius. In ipſo ſpatio paucorum dierum baptizati ſumus; mibi antem Spiritus dictavit, nibil aliud peteodum in aqua [10], niſi ſuffereotiam carnis. Poſt paucos dies recipimur in carcerem, & expavi quia numquam experta eram tales tenebras. O diem aſperum! æſtus validos [11] turbarum beneficio [12], coocuſſuræ militum. Novi ſſime macerabar ſollicitudine infantis. Ibi tunc TERTIUS & POMPONIUS benedicti Diacones qui nobis miniſtrabant [13], conſtituerunt pretio, ut paucis boris emiſſi in meliorem locum carceris refrigeraremus. Tunc exeuntes de carcere univerſi ſibi vacabant. Ego iofantem lactabam jam inedia defectum. Sollicita pro eo adloquebar matrem [14], & confortabam fratrem, commeodabam filium. Tabeſcebam ideo quod illos tabeſcere videram mei beneficio. Tales ſollicitudines multis diebus paſſa ſum, & uſurpavi ut mecum infans in carcere maneret; & ſtatim coovalui, & relevata ſum a labore & ſollicitudine iofantis: & factus eſt mibi carcer ſubito quaſi prætorium, ut ibi mallem eſſe quam alibi [15].

*Viſio Perpetuæ.*

„ IV. Tuoc dixit mibi frater meus: Domina ſoror, jam in magna digoitate [16] es; & tanta ut poſtules viſiooem, & oſtendatur tibi, ao paſſio ſit, an comme-

4 In edit. deeſt *Saturninus*.

5 Hunc locum ex noſtris codd. reſtituimus. Editio habebat: *Inter hos Vibia Perpetua, honeſte, liberaliter educata, matrono licet nupta*.

6 *Holſt.* eſſem.

7 Holſten. *evertere cupiret*.

8 *Holſt.* profecta.

9 Sic Holſten. codd. mſſ. *refrigerata ſum*. Sic in ſequentibus diſſert Holſten. a mſſ. quem prætulimus, cum id verbum ſic in aliis Actis Africanis expreſſum obſervaverimus.

10 Holſten. *ab aqua* quod ſic quis poſſet interpretari. *ab eo tempore quo baptiſmum ſuſcepi*.

11 *Holſt.* validus.

12 Æſtus quippe ibi erat magnus ob incluſorum multitudinem.

13 Cyprianus Epiſt. 55. novæ edit. Pamel. 11. ad Martyres. *Semper ab antecefſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes Martyrum deſideria conſiliis ſuis & ſcripturarum mandatis gubernarent*. Vide & Epiſt. utriuſque editionis 5. Hi Diaconi in excerptis Mabillon. dicuntur *Titius & Pontius*.

14 Cod. Saliſb. *& confortabam, fratri commendabam filium*.

15 *Holſten.* alicubi.

16 Sic codd. Compend. & Saliſb. at Holſtenius habet *in magna dignatione es, tanta ut poſtules &c.*

» commeatus [17]. Et ego quæ me ſcie-
» bam fabulari cum Domino, cujus
» beneficia [18] tanta experta eram, fiden-
» ter repromiſi ei dicens [19]: Craſtina
» die tibi renuntiabo. Et poſtulavi, &
» oſtenſum eſt mihi hoc: Video ſca-
» lam auream [20] miræ magnitudinis
» pertingentem uſque ad cælum, & ita
» anguſtam, per quam nonniſi ſinguli
» aſcendere poſſent: & in lateribus ſca-
» læ omne genus ferramentorum infi-
» xum. Erant ibi gladii, lanceæ, ha-
» mi [21], macheræ, ut ſi quis negligen-
» ter, aut non ſurſum adtendens aſcen-
» deret, laniaretur & carnes ejus inhæ-
» rerent ferramentis. Et erat ſub ipſa
» ſcala draco cubans miræ magnitudinis,
» qui aſcendentibus inſidias parabat [22],
» & exterrebat ne aſcenderent. Aſcen-
» dit autem SATURUS [23] prior, qui
» poſtea ſe propter nos ultro tradiderat,
» & tunc cum apprehenſi ſumus præ-
» ſens non fuerat: & pervenit in caput
» ſcalæ, & convertit ſe ad me [24], & di-
» xit mihi: Perpetua, ſuſtineo te. Sed
» vide ne te mordeat draco ille [25]. Et
» dixi ego: *Non me nocebit in nomine*
» *Domini Jeſu Chriſti*. Et de ſub ipſa
» ſcala quaſi timens me, lente elevavit
» caput: & cum [26] primum gradum
» calcaſſem, calcavi illius caput. Et
» aſcendi, & vidi ſpatium horti im-
» menſum, & in medio horti ſeden-
» tem hominem canum, in habitu Pa-
» ſtoris [27], grandem, oves mulgentem:
» & circumſtantes candidatos millia
» multa. Et levavit caput & adſpexit
» me, & dixit mihi: Bene veniſti, te-
» gnon [28]. Et clamavit me, & de caſeo
» quod mulgebat dedit mihi quaſi buc-
» cellam, & ego accepi junctis mani-
» bus, & manducavi: & univerſi cir-
» cumſtantes dixerunt, Amen. Et ad
» ſonum vocis experrecta ſum, com-
» manducans adhuc dulcis neſcio quid.
» Et retuli ſtatim fratri meo, & intel-
» ximus paſſionem eſſe futuram [29]: &
» cœpimus nullam jam ſpem in ſæculo
» habere.

» V. Poſt paucos dies rumor cucurrit *Rurſus a patre tentatur.*
» ut audiremur. Supervenit autem &
» de civitate pater meus, conſumtus tæ-
» dio, aſcendit ad me ut me dejiceret,
» dicens: Miſerere, filia, canis meis;
» miſerere patri, ſi dignus ſum a te pa-
» ter vocari. Si his te manibus ad hunc
» florem ætatis provexi; ſi te præpoſui
» omnibus fratribus tuis, ne me dederis
» in dedecus hominum. Aſpice ad fra-
» tres tuos, aſpice ad matrem tuam &
» materteram, aſpice ad filium tuum qui
» poſt te vivere non poterit. Depone
» animos. ne [30] univerſos nos extermi-
» nes. Nemo enim noſtrum libere lo-
» quetur, ſi tu aliquid fueris paſſa. Hæc
» dicebat pater pro ſua pietate baſians
» mihi manus; & ſe ad pedes eos jam-
» ctans, & lacrymis non filiam, ſed do-
» minam me vocabat. Et ego dolebam
» canos [31] patris mei, quod ſolus de paſ-
» ſione mea gaviſurus non eſſet de toto
» genere meo; & confortavi eum, di-
» cens: *Hoc fiet in illa cataſta* [32] *quod*
» *Deus voluerit. Scito enim nos non in*
» *noſtra poteſtate eſſe conſtitutos, ſed in*
» *Dei*. Et receſſit a me contriſtatus.

VI. Alio

17 Commeatus, id eſt liberatio. Unde apud Feſtum: *Commeatus eſt tempus quo licet ultroque poſſe*. Aliorum auctorum immo & Patrum textus adfert ea occaſione Holſtenius in notis ad hunc locum.

18 *Saliſb.* beneficia.

19 Cod Saliſb. *repromiſſionibus eius dixi*. Porro ejuſmodi viſionibus Martyres de proximo martyrio ſæpius commonitos fuiſſe affirmat Cyprianus paſſim. idemque teſtantur omnia fere Acta genuina in Africa.

20 Sic cod. Compend. Saliſb. vero cum Victorino & Corbeienſi, *aream*. In Caſſinenſi quo uſus eſt Holſtenius, ejus ſcalæ materies non exprimitur.

21 Id eſt, unci, vel certe hami, quo nomine vocantur harpagines, id eſt, maximæ falces ſeu ferramenta recurva longiſſimis contis affixa, qualia in nonnullis locis habentur ad compeſcenda vel extinguenda incendia, evertendaſque in his extremis domos.

22 *Holſten.* proſtabat.

23 Hunc codices aliqui *Satyrum* appellant, alii *Saturum*. Sed perinde eſt.

24 *In Holſt. deeſt* ad me.

25 De hac draconis viſione agit Auguſtinus ſermon. 2. de his Sanctis.

26 *Holſt.* Lente ejecit caput, & quaſi primum &c.

27 Vix ullum reperire eſt antiquitatis monumentum in quo Chriſtus ſub Paſtoris ſpecie depictus non ſit. Habet ejus rei multa exempla paſſim in *Roma ſubterranea*. Sic etiam in calicibus pingi ſolebat. Vide Tertullian. lib de pudicitia cap. 7.

28 Τέκνον, etſi rarius, aliquando tamen *filium* deſignat.

29 Eo quod, ut ex Paſſione notant Bollandiani, videretur Euchariſtiam ſumere, quæ omnibus inſtante martyrio dabatur. Vide Cypriani Epiſt. 57. novæ edit. Pamel. 54.

30 Codd. Compend. & Saliſb. *Et noli nos univerſos exterminare*. Laudat Perpetuam Auguſt. ſerm 2. de his ſanctis, & in Pſ. 47. quod nec Chriſti præcepta, nec naturæ leges ea in occaſione violaverit.

31 *Holſten.* canſom.

32 Cataſta hic locum editiorem deſignat, in quo proponebantur ſervi venales. Ibi quoque Martyres torqueri ſolebant, aut interrogari, hinc Cyprian. Epiſt. novæ edit 38. Pamel. 33. de Lectore qui Chriſtum in ejuſmodi loco confeſſus fuerat, ait ipſum *e cataſta ad pulpitum* veniſſe. Ut enim prior locus erat in foro editior, ſic alter in Eccleſia.

» VI. Alio die cum pranderemus, ſu-
» bito rapti ſumus ut audiremur, &
» perveoimus ad forum. Rumor ſtatim
» per vicioas fori partes cucurrit, &
» factus eſt populus immenſus. Aſceo-
» dimus in cataſta [33]. Interrogati cete-
» ri coofeſſi ſunt. Ventum eſt & ad
» me. & apparuit pater illico cum fi-
» lio meo, & extraxit me de gradu,
» & dixit ſupplicans: Miſerere infan-
» ti [34]. Et Hilarianus [35] Procurator, qui
» tuoc loco Proconſulis Minucl Timi-
» oiani defuncti jus gladii acceperat:
» Parce, inquit, canis patris tui. parce
» infantiæ pueri. Fac ſacrum pro ſalu-
» te Imperatorum. Et ego reſpondi:
» *Non facio*. Hilarianus, Chriſtiana es?
» inquit. Et ego reſpondi: *Chriſtiana*
» *ſum*. Et cum ſtaret pater ad me deji-
» cieodam, juſſus eſt ab Hilariano de-
» jici, & virga percuſſus eſt [36]. Et do-
» luit mibi caſus patris mei, quaſi ego
» fuiſſem percuſſa: ſic dolui pro ſene-
» cta ejus miſera. Tunc oos univerſos *Damnantur ad beſtias.*
» pronuotiat, & damnat ad beſtias, &
» hilares deſceodimus ad carcerem.
» Tunc quia cooſueverat a me infans
» mammas accipere, & mecum in car-
» cere manere; ſtatim mitto ad patrem
» Pomponium [37] diaconum, poſtulans
» infantem: ſed pater dare noluit, &
» quomodo Deus voluit, neque ille
» amplius mammas deſideravit; ne-
» que mibi fervorem fecerunt: ne ſoli-
» citudioe infantis & dolore mamma-
» rum macerarer.
» VII. Poſt dies paucos, dum univerſi
» oramus, ſubito media oratione profe-
» cta eſt mihi vox, & nominavi DINO-
» CRATEM: & obſtupui quod numquam
» mibi in mentem veniſſet niſi tunc.
» & dolui comoiemorata caſus ejus. Et
» cognovi me ſtatim dignam eſſe, &
» pro eo petere [38] debere. Et cœpi pro
» ipſo orationem facere multum, & in-
» gemiſcere ad Dominum. Contiouo
» ipſa nocte oſtenſum eſt mibi hoc in
» oromate: Video Dioocratem exeuo- *Dinocrates Perpetuæ frater in pœnis.*
» tem de loco tenebroſo, ubi & com-
» plures erant [39], æſtuantem & ſitieotem
» valde, ſordido vultu, & colore palli-
» do, & vulnus in facie ejus quod cum
» moreretur habuit. Hic Dioocrates
» fuerat frater meus carnalis, annorum
» ſeptem, qui per infirmitatem facie
» caocerata [40] male obiit, ita ut mors
» ejus odio fuerit omnibus bominibus.
» Pro hoc ego orationem feceram: &
» inter me & illum grande erat diade-
» ma [41], ita ut uterque ad invicem ac-
» cedere non poſſemus. Erat deinde in
» ipſo loco ubi Dinocrates erat, piſcina
» plena aqua, altiorem marginem ha-
» bens quam erat ſtatura pueri, & ex-
» tendebat ſe Dinocrates quaſi bibitu-
» rus. Ego dolebam quod & piſcina
» illa aquam habebat, & tameo propter
» altitudinem marginis bibiturus non
» eſſet. Et experrecta ſum, & cognovi
» fratrem meum laborare. Sed confi-
» debam [42] profuturam orationem meam
» labori ejus, & orabam pro eo omni-
» bus diebus quo uſque tranſivimus in
» carcerem Caſtreoſem. Munere [43] enim
» Caſtreoſi eramus pugnaturi. Natale
» tunc Getæ [44] Cæſaris, & feci pro illo
» orationem die & nocte gemens & la-
» crymans ut mibi dooaretur.
» VIII. Die autem quo io nervo man-
» ſimus, oſtenſum eſt mibi hoc: Video *Poſt mortem ſororis precibus liberatur.*
» locum illum quem videram teoebro-
» ſum, eſſe lucidum; & Dinocratem
» mundo corpore, bene veſtitum, re-
» frigeraotem. Et ubi erat vulnus, vi-
deo

33 Cod. Salisb. *aſcendimus cataſtam*. Compend. *in cataſtam*.
34 Uterque cod. mſ. pro *infanti*, habet, *canos meos*.
35 Cod. Salisb. ſemper habet *Elarianus*; Compend. *Hilarianus*.
36 Aug. ſerm. 2. de his ſanctis, id diaboli malitiæ tribuit, *qui undique, a Perpetua ſuperatus, patrem ejus virga percuti fecit, ut cujus verba contempſerat, ſaltem verbera condoleret*.
37 In cod. Compend. *Pomptianum*.
38 *Cod. Salisb.* peti.
39 Holſten. *complura erant loca tenebroſa*.
40 *Cod. Salisb.* macerata.
41 Locus mendoſus. Cod. Salisb. habet *diametro*. Suſpicatur Holſtenius ſcribendum *diaſtema*, quæ vox græca *intervallum* ſignificat.
42 Cod. Salisb. *confidebant*. Apud Holſten. *Videbam me profuturam labori* &c.
43 Munera ſeu ludi, pugnæ cum beſtiis appellabantur, quod in populorum vel militum delectationem darentur. Dicebantur autem ludi caſtrenſes, ſi in caſtris fierent. *Sermonem in die Munerum* habuit Auguſtinus in *Baſilica Reſtituta*, qui eſt in nova edit. 19. tomi V. vide notas ibi appoſitas. Ceterum carcerem quem Holſten. *caſtrenſem* appellat, ceteri codd. *carcerem* ſimpliciter dicunt.
44 Antoninus Geta Severi filius, qui poſt patris obitum a ſuo fratre Caracalla cum quo aliquamdiu imperarat, occiſus eſt. Porro *Geta* nomen deeſt tam in cod. Compend. quam Salisburgenſi. Illud tamen, quod etiam habent excerpta Mabilloni, ex cod. Caſinenſi retinemus. At hic per *Natale* interpretari debemus diem quo Cæſar factus fuerat, qui dies vulgo Natalis imperatoris dicebatur; ſicut Natalis epiſcopi dies quo conſecratus erat. Nam alias Geta teſte Spartiano die vi. Kalendas Junii natus eſt.

» deo cicatricem; & piſcinam illam
» quam retro videram, ſummiſſo mar-
» gine uſque ad umbilicum pueri; &
» aquam de ea trahebat ſine ceſſatione,
» & ſuper margine phiala erat [45] plena
» aqua; & acceſſit Dinocrates, & de
» ea bibere cœpit, quæ phiala non de-
» ficiebat. Et ſatiatus abſceſſit de aqua
» ludere more infantium gaudens, &
» experrecta ſum. Tunc intellexi tranſ-
» latum eum eſſe de pœna [46].
» IX. Deinde poſt dies paucos Pu-
» dens [47], miles Optio [48], præpoſitus car-
» ceris, qui nos magni facere [49] cœpit
» intelligens magnam virtutem Dei eſ-
» ſe in nobis, multos fratres ad nos ad-
» mittebat, ut & nos & illi invicem re-
» frigeraremus. Ut autem proximavit
» dies muneris, intravit ad me pater
» meus conſumtus tædio, & cœpit bar-
» bam ſuam evellere, & ſe in terram
» mittere, & poſternere ſe in faciem,
» & improperare annis ſuis, & dicere
» tanta verba, quæ moverent univerſam
» creaturam. Ego dolebam pro infelici
» ſenecta ejus.

*Perpetua patre verbis tentatur.*

*Viſo Perpetuæ.* * *i.e. viſione.*

» X. Pridie quam pugnaremus, video
» in oramate * hoc veniſſe Pomponium
» diaconum ad oſtium carceris, & pul-
» ſare vehementer; exivi ad eum, &
» aperui ei: qui erat veſtitus diſtinctam
» candidam, habens multiplices calli-
» culas [50]. Et dixit mihi: Perpetua te
» exſpectamus, veni. Et tenuit mihi
» manum, & cœpimus ire per aſpera lo-
» ca & flexuoſa. Vix tandem perveni-
» mus anhelantes ad amphitheatrum, &
» induxit me in media arena, & dixit
» mihi: Noli pavere, hic ſum tecum,
» & conlaboro tecum, & abiit. Et ad-
» ſpicio populum ingentem attonitum.
» Et quia ſciebam me ad beſtias datam
» eſſe, mirabar quod non mitterentur
» mihi beſtiæ. Et exivit quidam con-
» tra me Ægyptius [51], fœdus ſpecie, cum
» adjutoribus ſuis pugnaturus mecum.
» Veniunt & ad me adoleſcentes decori
» adjutores & favitores mei. & exſpo-
» liata ſum, & facta ſum maſculus. Et
» cœperunt me favitores mei oleo defri-
» gere [52], quomodo ſolent in agonem,
» & illum contra Ægyptium video in
» aſa [53] volutantem. Et exivit vir qui-
» dam miræ magnitudinis, ut etiam
» excederet faſtigium amphitheatri,
» diſcinctam habens tunicam [54] & pur-
» puram inter duos clavos per medium
» pectus, habens & calliculas [55] multi-
» formes ex auro & argento factas, &
» ferens [56] virgam quaſi laniſta, [57] & ra-
» mum viridem, in quo erant mala au-
» rea. Et petiit ſilentium, & dixit: Hic
» Ægyptius ſi hanc vicerit, occidet il-
» lam gladio; & ſi hanc vicerit, acci-
» piet ramum iſtum. Et receſſit. Et ac-
» ceſſimus ad invicem, & cœpimus mit-
» tere pugnos. Ille mihi pedes appre-
» hendere quærebat [58]: ego autem illi
» calcibus faciem cædebam. & ſubla-
» ta ſum in aere, & cœpi eum ſic cæ-
» dere quaſi terram concalcans. At ubi
» vidi moram fieri, junxi manus, ita ut
» digitos in digitos mitterem. Et appre-
» hendi illi caput, & cecidit in faciem;
» & calcavi illi caput. Et cœpit populus
» clamare, & favitores mei pſallere. Et
» acceſſi ad Laniſtam, & accepi ramum.
» Et oſculatus eſt me, & dixit mihi:
Filia,

45 *Holſten.* aureæ.

46 Egregius locus ad probandum mortuos poſſe e pœnis quas patiuntur, per vivorum preces liberari. Aliqui ex hoc loco deducebant, poſſe etiam eos qui ante baptiſmum deceſſerant orationibus adjuvari, quos egregie refellit Auguſtin. lib. 1. de origine animæ cap. 10. & lib. 3. cap. 9. ubi ait Dinocratem propter peccata quædam poſt baptiſmum commiſſa tales pœnas pertuliſſe. nam ſeptennis puer mentiri potuerat, vel aliud quidpiam ad patris gentilis ſuaſionem contra Deum facere. Hæc Auguſtini ſententia confirmatur ex eo quod Perpetua ſuperius dicit totam ſuam ipſius familiam, excepto patre, Chriſti religionem coluiſſe.

47 *Cod. Salisb.* Prudens.

48 Optio præfectura ſeu miniſterii alicujus nomen eſt. Vide ſ. Ambr. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. Inſpectorem putant Bollandiani e græco verbo ὀπτομαι, video.

49 Holſten. *qui nos magnifaciebat; cœpit intelligere magnam virtutem eſſe in nobis, qui multos ad nos &c.*

50 Cod. Salisburg. *gallicula*. videntur eſſe globuli ut malogranata quæ veſti ſummi-Pontificis apud Judæos appendebantur. An *gallicula* ſint parvæ caligæ, vide Liturg. Gallican. Mabillon pagine 473.

51 De hac viſione Auguſtinus lib 3. de origine animæ ad Vincentium cap. 98. *ſancta Perpetua viſa ſibi eſt in ſomnis cum quodam Ægyptio in virum converſa luctari. Quis autem dubitet in illa ſimilitudine corporis animam ejus fuiſſe non corpus? quod utique in ſuo ſemineo ſexu manens, ſopitis ſenſibus jacebat in ſtratis, quando anima ejus in illa virilis corporis ſimilitudine luctabatur.* Vide & ſermon. 184. novæ editionis.

52 *Salisb.* deſricare.

53 Codd. Compend. & Salisb. *aqua*, ſed melius *aſa* ſeu *apha* aut *hapha*, id eſt pulvis, quo pugiles poſt unctionem inſpergebantur. Huc citant Martial. lib. 7. epig 66.

54 Holſten. *diſcinctam purpuram*.

55 *Salisb.* galliculas.

56 *Holſten.* efferens.

57 Laniſtæ ſeu præfecti ludi gladiatorum virgas tenebant, quaſi cenſores, ne ordo perturbaretur.

58 *Holſten.* volebat.

» Filia, pax tecum. Et coepi ire cum » gloria ad portam Sanavivariam. Et » experrecta ſum: & intellexi me non » ad beſtias, ſed contra diabolum eſſe » pugnaturam; ſed ſciebam mihi vi» ctoriam imminere [59]. Hoc uſque in » pridie muneris egi: ipſius autem mu» neris actum, ſi quis voluerit, ſcribat.

*Viſio Saturi.*

» XI. Sed & Saturus benedictus hanc » viſionem ſuam edidit, quam ipſe con» ſcripſit. Paſſi, inquit, eramus, & exi» vimus de carne, & coepimus ferri a » quatuor Angelis in Orientem, quo» rum manus nos non tangebant. Iba» mus autem non ſupini ſurſum verſi, » ſed quaſi mollem clivum [60] aſcenden» tes. Et liberati primam jam vidimus [61] » lucem immenſam; & dixi: Perpetua, » (erat enim hæc in latere meo,) » hoc eſt quod nobis Dominus promit» tebat: percepimus promiſſionem. Et » dum geſtamur ab ipſis quatuor Ange» lis, factum eſt nobis ſpatium grande, » quod tale fuit quaſi viridarium [62], ar» bores habens roſæ [63], & omne genus » floris. Altitudo autem arborum erat » in modum cypreſſi, quarum folia ca» debant [64] ſine ceſſatione. Ibi autem » in viridario, alii quatuor Angeli fue» runt clariores ceteris, qui ubi [65] vide» runt nos, honorem nobis dederunt, » & dixerunt ceteris Angelis: Ecce [66] » ſunt, ecce ſunt: cum admiratione. » Et expaveſcentes quatuor illi Angeli » qui geſtabant nos, depoſuerunt nos: » & pedibus noſtris tranſivimus ſtadium » via lata [67]. Ibi invenimus JOCUN» DUM & SATURNINUM [68], & AR» TAXIUM, qui eamdem perſecutio» nem paſſi vivi arſerunt; & QUIN» TUM, qui & ipſe Martyr in carcere

*Jocundus & alii Martyres.*

» exierat; & quærebamus ab illis ubi » eſſent [69] ceteri. Dixerunt autem no» bis Angeli: Venite prius, introite, & » ſalutate Dominum.

» XII. Et venimus prope locum, cu» jus loci parietes tales erant, quaſi de » luce ædificati; & ante oſtium loci » illius quatuor Angeli ſtabant, qui in» troeuntes veſtierunt ſtolas candidas. » Et nos veſtiti introivimus, & vidimus » lucem immenſam, & audivimus [70] » vocem unitam dicentium: Agios, a» gios, agios; ſine ceſſatione. Et vidi» mus in medio loci illius ſedentem » quaſi hominem canum, niveos haben» tem capillos [71], & vultu juvenili, cu» jus pedes non vidimus. Et in dextra, » & in ſiniſtra ſeniores viginti quatuor, » & poſt illos ceteri complures [72] ſtabant. » Introivimus cum magna admiratio» ne, & ſtetimus ante thronum; & » quatuor Angeli ſublevaverunt nos: & » oſculati ſumus illum, & de manu ſua » trajecit nobis in faciem [73]. Et ceteri ſe» niores dixerunt nobis: Stemus. Et » ſtetimus, & pacem fecimus. Et dixe» runt nobis ſeniores: Ite, & ludite. » Et dixi: Perpetua, habes quod vis. » Et dixit mihi: Deo gratias, ut quo» modo in carne hilaris fui, hilarior » ſum & hic modo.

» XIII. Et exivimus, & vidimus an» te fores OPTATUM epiſcopum ad » dexteram, & ASPASIUM presby» terum doctorem [74] ad ſiniſtram, ſepa» ratos & triſtes, & miſerunt ſe ad pe» des nobis, & dixerunt nobis: Compo» nite inter nos quia exiſtis, & ſic nos » reliquiſtis. Et diximus illis: Non » tu es Papa noſter [75], & tu Presbyter, » ut quid vos ad pedes noſtros mit-tatis?

59 *Holſten.* eſſe.
60 *C. Comp.* glebam.
61 Sic cod. Saliſb. Holſten. *Et liberati primo mundo vidimus.* Compend. *& liberati primum jam mundo vidimus.*
62 De hoc viridario fuſius agit auctor ſermonis, quem Holſtenius ſub nomine S. Auguſtini in bibliotheca Vaticana reperit, qui nunc ultimus eſt dubiorum novæ editionis.
63 *Saliſb.* roſam.
64 *Saliſb.* ardebant.
65 Cod. Saliſb. *qui ibi viderunt nos & honorem.*
66 Cod. Saliſb. & Compend. *Ecce ſunt. Expaveſcentes cum admiratione quatuor illi Angeli qui ſtabant depoſuerunt nos.*
67 *Holſten.* violate.
68 In codd. Compend. & Saliſb. deeſt *Saturninus*, at non modo in Caſinenſi cod. ſed etiam in Excerptis Mabillon. habetur. In noſtro Martyrologio Remigiano Saturi, Jocundi & Saturnini feſtum celebratur die 6. Martii.
69 Sic cod. Saliſb. Holſtenius autem & cod. Compend. *Et quærebamus de illis; ubi eſſent ceteri. Angeli dixerunt nobis.*
70 Holſten. *Et introivimus & audivimus vocem.*
71 Confer cap. 5. Apocalypſis. Sic Cyprianus lib. de habitu Virginum: *Tu infectaris canitiem, deteſtaris albam, quæ fit ad Domini caput ſimilis.*
72 Holſten. *ſeniores quatuor & poſt illos ceteri ſeniores complures ſtabant: & introivimus cum admiratione ſtetimus.*
73 *Holſten.* faciem.
74 Doctores ii erant, quibus fideles potiſſimum catechumenos erudire incumbebat. vide Epiſt. 29. Cypriani novæ edit. Pamel. 24. & notas illuſtriſſ. editoris Oxonienſis.
75 Cod. Saliſb. *nonne tu pater noſter es.*

„ tatis? & miſimus nos [76], & comple-
„ xi illos ſumus. Et cœpit Perpetua [77]
„ cum illis loqui, & ſegregavimus eos
„ in [78] viridario ſub arbore roſæ. Et
„ dum loquimur cum eis, dixerunt il-
„ lis Angeli: Sinite illos, refrigerent [79];
„ & ſi quas habetis inter vos diſſenſio-
„ nes, dimittite vobis invicem. & con-
„ turbaverunt eos. Et dixerunt Opta-
„ to: Corrige plebem tuam; quia ſic
„ ad te conveniunt quaſi de circo re-
„ deuntes, & de factionibus [80] certan-
„ tes. Et ſic nobis viſum eſt, quaſi vel-
„ lent claudere portas. Et cœpimus il-
„ lic multos fratres cognoſcere [81], ſed
„ & Martyres. Univerſi odore inenar-
„ rabili alebamur, qui nos ſatiabat.
„ Tunc gaudens experrectus ſum.

*Secunduli mors.* XIV. Hæ viſiones inſigniores ipſorum Martyrum beatiſſimorum Saturi & Perpetuæ, quas ipſi conſcripſerunt. Secundulum vero Deus maturiore exitu de ſæculo, adhuc in carcere evocavit, non ſine gratia, ut beſtias lucraretur. Gaudium [82] tamen etſi non anima, certe caro ejus agnovit.

XV. Circa Felicitatem vero, (nam & illi gratia Domini ejuſmodi contigit) cum octo jam menſium ſuum ventrem haberet, (nam prægnans fuerat apprehenſa;) inſtante ſpectaculi die, in magno erat luctu [83], ne propter ventrem differretur: quia non licet [84] prægnantes pœnæ repræſentari: & ne inter aliquos [85] poſtea ſceleratus, ſanctum & innocentem ſanguinem funderet. Sed & commartyres ejus graviter contriſtabantur, ne tam bonam ſociam, quaſi comitem, ſolam in via ejuſdem ſpei relinquerent. Conjuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris. Statim poſt orationem dolores eam invaſerunt. Et cum, pro naturali difficultate octavi menſis, in partu laborans doleret, ait illi quidam ex miniſtris cataractariorum [86]: Quæ ſic modo doles, quid facies objecta beſtiis, quas contemſiſti cum ſacrificare noluiſti? Et illa reſpondit: MODO EGO PATIOR QUOD PATIOR, ILLIC AUTEM ALIUS ERIT IN ME QUI PATIETUR PRO ME, QUIA ET EGO PRO ILLO PASSURA SUM [87]. Ita enixa eſt puellam, quam ſibi quædam ſoror in filiam educavit. *Felicitatis egregium reſponſum.*

XVI. Quoniam ergo permiſit, & permittendo voluit Spiritus ſanctus ordinem ipſius muneris conſcribi, etſi indigni ad ſupplementum tantæ gloriæ deſcribendum, tamen quaſi mandatum ſanctiſſimæ Perpetuæ, immo fidei commiſſum ejus exſequimur [88], unum adjicientes documentum de ipſius conſtantia & animi ſublimitate. Cum [89] a tribuno caſtigatius eo tractarentur; quia ex admonitionibus hominum vaniſſimorum verebatur, ne ſubtraherentur de carcere incantationibus aliquibus magicis; in faciem reſpondit Perpetua, & dixit: *Quid utique non permittis refrigerare noxiis nobiliſſimis, Cæſaris ſcilicet* [90], *& Natali ejuſdem pugnaturis? Aut non tua gloria eſt, ſi pinguiores illo producamur?* Horruit & erubuit Tribunus; & ita juſſit illos humanius haberi [91], ut fratribus ejus & ceteris facultas fieret introeundi, & refrigerandi cum eis; jam & [92] ipſo Optione carceris credente. *Perpetua obtinet refrigerium pro Martyribus.*

XVII. Pridie quoque cum illa cœna ultima, quam liberam [93] vocant,

quantum

76 Holſten. *ut nos ad pedes nobis mitteris, Et nati ſumus*,
77 Codd. Saliſb. & Compend. *Et cœpit Perpetua græce cum illis loqui*.
78 *Holſten.* viridarium.
79 Codd. Saliſb. & Comp. *quieſcite & refrigerate*.
80 Holſten. *defatigationibus*.
81 Cod. Compend. *Cognoſcere Martyres, ubi odore*.
82 *Holſten.* gladium.
83 *Saliſb.* luctu.
84 Plures ea de re leges laudat Holſtenius in notis ad hunc locum, quem tu conſule. Vide & Baronium in notis ad Martyrol. die 7. Martii.
85 *Holſten.* alios.
86 Cataractæ ſunt fortiores quædam portæ, quæ catenis levantur & demittuntur, ut habentur in urbium aut arcium januis; qui ais deputati erant dicebantur cataractarii.
87 De præmaturo Felicitatis partu præclara habet Auguſtinus ſermone 281. novæ editionis jam laudatu.
88 Nempe ſupra num. 10. S. Perpetua dixit; *Ipſius autem muneris actum ſi quis voluerit ſcribat*.
89 Codd. Saliſb. & Compend. *Quia tribunus caſtigatius eos & male tractante, quoniam ex admonitionibus*.
90 Iidem codd. *quia natali ejus ſumus pugnaturi*.
91 Id eorumdem codd. ope reſtituimus, nam Holſtenius habebat *manibus libere*.
92 *Holſten.* tamen.
93 Qui erant ad beſtias damnati, pridie pugnæ cœnabant lautiſſime, idque palam. Vide Tertullian. Apologet. cap. 42.

quantum in ipſis erat, non cœnam liberam, ſed agapen [94] cœnarent, eadem conſtantia ad populum verba iſta jactabant, comminantes judicium Domini, conteſtantes paſſioni ſuæ [95] felicitatem, irridentes [96] concurrentium curioſitatem, dicente Saturo: *Craſtinus dies ſatis vobis non eſt, quod libenter videtis, quod odiſtis. hodie amici, cras inimici. Notate tamen nobis* [97] *facies noſtras diligenter, ut recognoſcatis nos in die illo judicii.* Ita omnes [98] inde attoniti diſcedebant: ex quibus multi crediderunt.

XVIII. Illuxit dies victoriæ illorum, & proceſſerunt de carcere in amphitheatrum, quaſi in cælum, hilares, vultu decori; ſi forte, gaudio paventes non timore. Sequebatur Perpetua placido vultu, & pedum inceſſu, ut

*Chriſtus Deus.* matrona CHRISTI DEI dilecta [99]: vigorem oculorum ſuorum dejiciens ab omnium conſpectu. Item Felicitas ſalvam ſe peperiſſe gaudens ut ad beſtias pugnaret, a ſanguine, ab obſtetrice ad retiarium, lotura poſt partum baptiſmo ſecundo. Et cum delati [100]

*Romani induere veſtes ſacrilegas.* eſſent in portam, & cogeretur habitum induere; viri quidem ſacerdotum Saturni, feminæ vero ſacratarum Cereri: generoſa illa in finem uſque conſtantia repugnavit. Dicebant enim: *Ideo ad hoc ſponte pervenimus, ne libertas noſtra abduceretur. Ideo animas noſtras addiximus* [101], *ne tale aliquid faceremus: hoc vobiſcum pacti ſumus.* Agnovit injuſtitia juſtitiam: conceſſit Tribunos, ut quomodo erant, ſimpliciter inducerentur. Perpetua pſallebat, caput jam Ægyptii calcans. Revocatus, & Saturninus, & Saturus populo ſpectanti comminabantur de hoc. Ut ſub conſpectu Hilariani pervenerunt, geſtu & nutu cœperunt Hilariano dicere: *Tu nos*, inquiunt, *te autem Deus judicabit.* Ad hoc populus exaſperatus, flagellis eos vexari pro ordine venatorum [102] poſtulavit. Et utique illi gratulati, quod aliquid & de dominicis paſſionibus [103] eſſent conſecuti.

XIX. Sed qui dixerat, *Petite & accipietis*, petentibus dedit eum exitum, quem quiſque deſideraverat. Nam ſi quando inter ſe de martyrii ſui voto ſermocinabantur, Saturninus quidem omnibus beſtiis velle ſe objici profitebatur: ut ſcilicet glorioſiorem geſtaret coronam. Itaque in commiſſione ſpectaculi, ipſe & [104] Revocatus leopardum experti, etiam ſuper pulpitum ab urſo vexati ſunt. Saturus autem nihil magis quam urſum abominabatur: ſed uno morſu leopardi confici ſe jam præſumebat. Itaque cum aper ſubminiſtraretur, venator potius qui illum aprum ſubminiſtraverat [105], ſubfoſſus ab eadem beſtia, poſt dies muneris obiit. Saturus ſolummodo tractus eſt. Et cum ad urſum ſubſtrictus eſſet in ponte, urſus de cavea prodire noluit [106]. Itaque ſecundo Saturus inlæſus revocatur. *Johan. 16:24. Feræ objiciuntur.*

XX. Puellis autem ferociſſimam vaccam, ideoque præter conſuetudinem comparatam [107], diabolus præparavit: ſexui earum etiam de beſtia æmulatus. Itaque deſpoliatæ & reticulis indutæ [108] producebantur. Horruit populus, alteram reſpiciens puellam delicatam, alteram a partu recenti ſtillantibus mammis. Ita revocatæ [109] diſcinguntur. Inducitur prior Perpetua; jactata eſt, & concidit in lumbos. & ut conſpexit [110] tunicam a latere diſciſſam, ad velamentum femorum adduxit, pudoris

potius

94 *Agapen cœnare*, familiaris eſt Tertulliano loquendi modus: Uterque tamen cod. mſ. habet *adipem* pro *agapen*. Quid ſit agape nemo neſcit, de qua videri poteſt Albaſpinæus lib. 1. obſervat. 18.
95 *Cod. Saliſb.* paſſiones ſuas & felicitatem.
96 *Holſten.* irritantes.
97 Cod. Saliſb. *vobis*.
98 *Cod. Saliſb.* multi.
99 Holſten. *Lucido vultu ut matrona Chriſti, ut Dei dilecta, vigore oculorum dejiciens omnium conſpectum.*
100 *Holſten.* ducti.
101 Sic ex cod. Saliſb. reſtituimus, quod ex conjectura ſuſpicabatur Holſtenius.
102 Stabant venatores cum flagris per ordinem diſpoſiti: ante quos damnati tranſire coacti, a ſingulis tranſeuntes cædebantur.
103 Dominus quippe flagellis quoque cæſus fuit.
104 Hunc locum egregie ex cod. Compend. reſtituimus, qui alias mendoſiſſimus erat, ut conferenti patebit. Nil quippe de Saturnini paſſione habebatur, omiſſione harum vocum, *ipſe &*, & ceteris in ſingulari numero dictis.
105 *Holſt.* apro ſubligaverat.
106 In utroque cod. *Pudens miles de induſtria aſſeveraverat adſummaſſet partus patris carnibus, magis ut reciperetur effecit, ita ſecundo &c.*
107 *Holſten.* paratam.
108 In utroque cod. mſ. *diſpoliatæ pronunciabantur.* Porro S. Blandina retibus incluſa, feris etiam objecta fuit, ut vidimus in epiſtola Lugdunenſium ſupra.
109 Holſten. *Revocatæ, & diſcinctis indutæ.*
110 *Holſten.* ubi ſedit.

potius memor, quam doloris. Debinc requiſita, & diſperſos capillos infibulavit. Non enim decebat Martyrem diſperſis capillis pati, ne in ſua gloria plangere videretur. Ita ſurrexit, & eliſam Felicitatem cum vidiſſet, acceſſit, & manum ei tradidit, & ſublevavit illam. Et ambæ pariter ſteterunt, & populi duritia devicta revocatæ ſunt in portam Sanevivariam. Illic Perpetua a quodam tunc catecbumino, RUSTICO nomine, qui ei adhærebat, ſuſcepta, & quaſi a ſomno expergita (adeo in ſpiritu & in ecſtaſi fuerat) circumſpicere cœpit, & ſtupentibus omnibus ait: *Quando*, inquit, *producimur ad vaccam illam neſcio* [111]? Et cum audiſſet quod jam evenerat, non prius credidit, niſi quaſdam notas vexationis in corpore & habitu ſuo recognoviſſet, & illum catechuminum [112]. Exinde accerſitum fratrem ſuum, & illum catecbuminum allocuta eſt eos, dicens: *In fide ſtate, & invicem omnes diligite; & paſſionibus noſtris ne ſcandalizemini.*

*Mors Saturi.* XXI. Item Saturus in alia porta militem Pudentem [113] exhortabatur dicens: *Adſum* [114] *certe, ſicut promiſi & prædixi; nullam uſque adbuc beſtiam ſenſi. Et nunc de toto corde credas. Ecce prodeo illo, & ab uno morſu leopardi conſumar.* Et ſtatim in fine ſpectaculi, leopardo objectus de uno morſu ejus tanto perfuſus eſt ſanguine, ut populus revertenti illi ſecundi baptiſmatis teſtimonium reclamaverit: Salvum lotum, ſalvum lotum. Plane utique ſalvus erat, qui hoc ſpectaculo claruerat [115]. Tunc Pudenti militi; *Vale*, inquit, *& memor eſto fidei meæ; & bæc te non conturbent, ſed confirment.* Simulque anſulam [116] de digito ejus petiit, & vulneri ſuo merſam reddidit ei, hereditatem pignoris relinquens [117] illi, & memoriam ſanguinis. Exinde jam exanimis proſternitur cum ceteris ad jugulationem [118] ſolito loco. Et cum populus illos in medium poſtularet, ut gladio penetrante in eorum corpore oculos ſuos comites homicidii adjungeret; ultro ſurrexerunt, & ſe quo volebat populus tranſtulerunt: ante jam oſculati invicem, ut martyrium per ſolemnia pacis conſummarent. Ceteri quidem immobiles, & cum ſilentio ferrum receperunt: multo magis Saturus: qui & prior ſcalam aſcenderat, prior reddidit ſpiritum. nam & Perpetuam ſuſtinebat. Perpetua autem, ut aliquid doloris guſtaret, inter coſtas [119] puncta exululavit; & errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipſa in jugulum ſuum poſuit [120]. Fortaſſe tanta femina aliter non potuiſſet occidi; quia ab immundo ſpiritu timebatur, niſi ipſa voluiſſet.

O fortiſſimi ac beatiſſimi Martyres! *Omnes tandem conſummantur.* O vere vocati & electi in gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti. quam qui magnificat, & bonorificat, & adorat, utique & hæc non minus veteribus exempla in ædificationem Eccleſiæ legere debet, ut novæ quoque virtutes, unum & eumdem ſemper Spiritum ſanctum uſque adbuc operari teſtificentur; & omnipotentem Deum Patrem & Filium *SS. Trinitas.* ejus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt claritas & immenſa poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

111 Codd. mſſ. *neſcio quam? Ubi erat*, inquit Aug. ſerm. 280. laudato. *quando ad aſperrimam vaccam ſe pugnare non ſenſit?* &c.

112 In codd. mſſ. deſunt hæc verba, *& illum Catechuminum*.

113 Apud Holſten. non exprimitur *Pudentis* nomen. Hunc autem eſſe arbitror qui ſupra cum Martyribus humane egit. *Pudens martyr* colitur 13. Kal. Maji in vetuſto Kalendario Carthaginenſi, an iſte? vel Pudens ſenator de quo Paulus Epiſt. 2. ad Timotheum cap. 4. meminit; aut tandem Martyr Alexandrinus de quo Bollandiani hac die agunt.

114 Holſten. *ad ſummum*.

115 *Holſten.* modo laverat.

116 *Cod. Saliſb.* anulum.

117 Quid igitur conqueruntur adverſarii, quod Sanctorum reliquias religioſe aſſervamus. Numquid anulus ille ſanguine martyris tinctus projiciendus erat? Cod. Saliſb. habet; *reddidit ei hæreditatem, relinquens ei pignus & memoriam tanti ſanguinis.*

118 Locus ille vulgo vocabatur ſpoliarium, ubi ſcilicet jugulabantur qui ex arena ſemivivi exibant. Ibi tyrones athletæ reos conficiebant, ut ſic ad pugnam aſſueſcerent, hinc juvenculus hic S. Perpetuam pupugiſſe dicitur.

119 Holſten. *oſſa compuncta*.

120 *Holſten.* tranſtulit.

Ad Paſ-

## Ad Paſſionem SS. PERPETUÆ & FELICITATIS NOTÆ poſtumæ *Lucæ Holſtenii*, ex ejus Adverſariis excerptæ & digeſtæ; ut & *Petri Poſſini* e Soc. Jeſu ad eaſdem Notas PARALIPOMENA.

### *Notæ Holſtenianæ * aſteriſcum, Poſſinianæ † crucem præfixam habent.*

### *Præfatiuncula* quam P. Poſſinus ſuis *Paralipom.* præmiſit.

*QUas hactenus habes a nobis, Lector, poſtumas Notas Lucæ Holſtenii, partim ex ejus Adverſariis, partim e marginibus paginarum, interdum e chartulis ſejunctis; unumquodque ad congruentem ſibi locum attentione multa referendo, ſic expreſſimus, ut verbulo uno, aut etiam tenus nonnumquam apice deſignata dilataverimus, quantum opus fuit ad mentem autoris, omnibus quoad licuit veſtigiis indagatam. Ceterum ubi nullum indicium ſententiæ ipſius fuit, fingere, quæ ad loci declarationem requirebantur, & ipſi ſuppoſititia licenter affingere, fides prohibuit. Quare, quæ neceſſe fuit a nobis ſuppleri, hic ſeorſum noſtro nomine damus.*

*PASSIO SS.] In MS. Caſinenſi nullus apparet titulus: idemque hactenus curioſus ſcrutantium oculos elegantiſſimum hoc Sacræ Antiquitatis monumentum ſubterfugiſſe exiſtimo. Ego Auguſtini auctoritate Paſſionem inſcripſi; ita enim ipſe vocat locis ſupra relatis in Pſal XLVII. & Serm. 3. prout ſine dubio tunc in fronte multorum exemplarium hujus Opuſculi, quæ paſſim extabant, legebatur, & ſolebant illic ſimilia ſcripta ſic inſcribi, ut intelligimus ex Martyrio S. Cypriani a Pontio Diacono deſcripto, & aliis id genus. Si quis tamen Græco nomine *Martyrium* appellare malit, habet in hac ipſa narratione unde conjecturam ſuam fulcire poſſit.

§. I.

* P. 3. *In ſtrvis ſumo dicta*] Legerem libentius *in literas*. ſic enim Pontius principio libri de Paſſione S. Cypriani: *Operibus ejus ac meritis etiam hoc reſervatum debetur, ut exemplum ſuum in literas digeratur;* ubi mendis recte editum eſt, *Dirigatur*.

* P 33. *Minori deputantur exercitati*] Sic Tertullianus lib de Pœnit. cap 3. *Id peccato deputandum, a quo Deus arcet*. Et mox ibidem: *Quæ delicto deputanda ſunt*. Idem lib. de Velandis Virginibus; *Sed mala bona morem veritati detorsere*. Et adverſus Hermogenem cap 12. *Quæ mala deputantur ſecundum mali ſtatum computantur*. Tum ibid cap. 13. *Jam nec bona ipſa Deo deputabuntur*. Et cap 14. *Materia apud Hermogenem in originem & cauſam malorum deputatur*. De Idololatria cap. 20. *Neceſſitas ad excuſationem deputatur* Denique libro primo ad Uxorem cap 4. *Jam in terris de familia Angelica deputamur*.

* P. 28. *Noviſſima quoque et anxiſſimalora*] Tentum in his ſibi licere Africani voluerunt. Sic apud Tertullianum *extremiora & ſuperioriſſimi* non ſemel leges Sic apud Apuleium, *poſtremiſſimus*, & *noviſſime extremius*. Apud Arnobium, *minimiſſimus*

* P. 25. *Prophetias & viſiones novas*] Teſtatur Irenæus apud Euſebium lib. 5. cap 7. viſiones & prophetias in Eccleſia ſuo tempora multas fuiſſe conceſſas: quod idem de ſuo docet Dionyſius Alexandrinus apud eumdem Euſebium, cujus ex illuſtri loco lib. 5. cap 3. ubi de Montano, conſtat viguiſſe primis Eccleſiæ temporibus inter Chriſtianos, præter alia chariſmata, etiam prophetiam, ex quo uſu videtur Montanus Hæreſiarcha ſidnciam ſumſiſſe vocandi doctrinam ſuam, novam prophetiam.

* P. 28. *Virtutes Spiritus Sancti ad inſtrumentum Eccleſiæ deputamus*] Hic uſus vocis *Inſtrumentum* Africanæ ac Tertullianicæ conſuetudinis eſt. ita enim Tertullianus lib. de Fuga in perſecutione: *Diaboli inquietatem ad inſtrumentum perſecutionis* eſſe ait. Idem lib de Pœnit. *Inſtrumentum Pœnitentiæ, metus*. Lib. de Patientia; *Inſtrumentum ſuſtinendi, Patientia*. Lib. 2. de cultu feminarum: *Inſtrumentum Pudicitiæ, gravitas*. Lib. 1. ad Uxorem: *Nobis continentia ad inſtrumentum æternitatis demonſtrata eſt a Domino*. Lib de Baptiſmo, agens de aquæ elemento: *Quanta vis ejus uno gratia? quot ingenia, quot officia, quantum inſtrumentum mundo ferat!* Denique Apologetici cap. 17. *Deus totam molem iſtam cum omni inſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, de nihilo expreſſit*.

* P. 30. *Omnia donativa adminiſtrans in omnibus &c.*] Locus expreſſus ex Paulo 1. Cor. 12: 2. ubi de Chariſmatis diſſerit, quæ noſter hic *Donativa* vertit, hac quoque in re Tertullianum refert. Is enim lib. 5. adverſus Marcionem: *Data dedit filiis hominum, id eſt donativa, quæ Chariſmata dicimus*. Et lib. 1. ad Uxorem: *Extendamur in priora, & meliorum donativorum ſectatores ſimus*. ita enim præſtantiſſima illa editio Nicolai Rigaltii legit. Sic lib. de Reſurrect. carnis vertit illud ad Rom. 6: 23. *Stipendia delinquentia, mors; Donativum autem Dei, vita æterna*. quod ab Imperatorum liberalitate, & re militari deductum, nemo eſt qui ignoret.

* P. 37. *Sive Martyrum, ſive in revelationum dignatione*] Frequentiſſimo apud Tertullianum & Cyprianum, aliuſque ejus ævi Africanos Scriptores, *Dignationis* vox pro gratia, quam Deus conferre, aut præſtare dignatur. Pontius in Vita S. Cypriani: *Fuge enim tunc illum Martyrii dignatione tranſlatum*. Ibidem poſt viſionem S. Cypriano in exilio oſtenſam, ſubjungit: *Quid hac revelatione manifeſtius? quid hac dignatione felicius?* & infra: *Sed craſtinus dies ille, quem ante annum dignatio Divina prædixerat*. Ita Cyprianus ipſe non ſemel lib. 4. Epiſtola 3. 4. & 5. Item libro de Mortalitate; ubi ſic legitur: *Non eſt in tua poteſtate, ſed in Dei dignatione Martyrium*. Et ſerm. 5. de Lapſis: *Corona de Dei dignatione deſcendit*. Idem alibi Tertullianus de Patientia cap. 11. *Gratulari & gaudere nos decet dignatione Divinæ caſtigationis*. Et de Cultu feminarum cap. 2. *Nam & nobis ..... eamdem judicandi dignationem pollicetur*. De Baptiſmo cap 18. *Si Philippus tam facile tinxit Eunuchum, recogitemus manifeſtam & certam dignationem Domini interceſſiſſe*. Et mox: *Dei dignatio ſuas præmiſit prærogativas*. Ita eodem lib. cap. 3. Præſcriptionum adv. Hær. cap. 34. De Patientia cap. 4. lib. adv. Judæos cap. 1. &c.

* P. 39. *Non credentibus in teſtimonium, credentibus in beneficium, &c.*] Sic Tertullianus De Anima cap. 51. *Ubique Deus poteſtatis ſuæ ſigna proponit, ſuis in ſolatium, extraneis in teſtimonium*.

§. II.

* P. 3. *Adoleſcentes Catechumini*] Sic in vetuſtis membranis Caſinenſibus ſcriptum reperi: atque ita in Mombritii Sanctuario paſſim editum legitur. atque abeat fortaſſis eo ſeculo proferebant hujuſmodi voces. Sic apud Optatum Milevitanum *Flaminius* legitur. Ceterum appoſite ad rem noſtram Pontius Carthaginenſis Diaconus in Vita S. Cypriani: *Majores noſtri plebeiis & catechumenis martyrium conſecutis, tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederunt, ut de paſſionibus eorum multa, aut prope dixerim pene cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent*. Quo loco plebeii accipiendi ſunt laici, nullum in Clero ordinem adepti. Sic enim paulo inferius idem Pontius: *Multa ſunt quæ adhuc plebeius, multa quæ jam preſbyter fecit*. Videtur autem Pontius hæc ipſa, aliaque his ſimilia Acta innuere. Id ſaltem liquet, Eccleſiam Africanam ſedulo in hac operam dediſſe, ut glorioſa Sanctorum Martyrum facta ad poſteritatis memoriam tranſirent. Porro non ad extenuandum, ſed augendam Martyrum noſtrorum gloriam facit, quod fidei Chriſtianæ rudimenta vix dum edocti, & Religionis noſtræ Tyrones, tam ſtrenue concertaſſe memorantur. Ita Lugdunenſis Eccleſia apud Euſebium lib. 5. cap. 1. ſummopere laudat Maturum νεοφώτιστον μὲν, ἀλλὰ γενναῖον ἀγωνιστὴν. Et lib. 6. cap. 4. ab eodem Euſebio commemorantur Martyres ex Origenis ludo Heraclides & Heron, ὁ μὲν πρότερος ἔτι κατηχούμενος, ὁ δὲ νεοφώτιστος, *alter, adhuc catechumenus, alter, recens baptizatus*. quibus & Rhaïs Catechumena ibidem accenſetur, quam Origenes dicebat baptiſmum ignis conſecutam eſſe. Sed egregie de Catechumenorum Martyrio loquuntur Conſtitutiones Apoſtolorum lib. 5. cap. 5. ὁ δὲ ἀξιωθεὶς μαρτυρίου χαιρέτω τῇ ἐν κυρίῳ χαρᾷ, κἂν κατηχούμενος ᾖ, ἀλύπως ἀπίτω. τὸ γὰρ πάθος, τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔσται αὐτῷ γνησιώτερον βάπτισμα, ὅτι αὐτὸς μὲν τῷ ὄντι συναποθνήσκει τῷ κυρίῳ, οἱ δὲ λοιποὶ τύπῳ. hoc eſt: *Qui autem dignatus martyrio eſt, gaudeat in Domino, & quamvis Catechumenus ſit, ſecurus abeat, paſſio enim pro Chriſto tolerata, erit ei verius Baptiſma: quoniam ipſe quidem reipſa moritur Domino, ceteri autem in figura*.

* P. 3. *Matrona, licet nupta*] Hac particula *licet*, videtur innuere circumſtantiam matrimonii, præſertim in muliere, augere meritum & pretium martyrii, propter impedimenta, quæ hic ſtatus peculiariter objicit in tali diſcrimine. Quare Tertullianus lib. 1. ad Uxorem ait, tempore perſecutionum onera matrimonii eſſe plerumque *importuna & fidei periculoſa; cur enim Dominus de prægnantibus & nutricantibus cecinit, niſi quia filiorum impedimenta*, &c. ſignificans ſive in utero, ſive in ulnis mulieres prolem habeant, multum ejus caritate retardari a neceſſaria tali tempore alacritate offerendi ſe ad mortem. Quare quod hæ duæ Sanctæ mulieres, Perpetua & Felicitas, altera in alvo, altera in uberibus, filios haberent, magis heroicam utriuſque fortitudinem arguit. quæ forte cauſa fuerit, ut cum eadem occaſione Revocatus, Secundulus, &c. martyrium conſummaverint, Eccleſia tamen ſolarum Perpetuæ ac Felicitatis memoriam peculiari honore proſecuta ſit. Sed ut ad Tertullianum revertamur, pergit is ibid. obſtaculorum reſpectu, quæ mulieribus matrimonium in occaſione martyrii objicit, uxorem dehortari a ſecundis nuptiis poſt ſuum exceſſum, eo quod, ut ait: *Viduæ ad quæcumque preſſuram, perſecutionemque perferendam magis expeditæ ſint; nulla in utero, nulla in uberibus aliena ſarcina impetiorum*. Quare quæ tot retinaculis abruptis, libera & expedita per calcatam patris, viri, prolis caritatem, ad Crucis tro-

phæum cucurrerant, haud paulo laudabilius heroicæ fortitudinis exemplum præbuiſſe viſæ ſunt. Quæri hic poteſt, cur viri Perpetuæ mentio in his Actis nulla ſit? an quod is Chriſtianus erat, ut ex paulo inferius ſcriptis ab ipſa Perpetua recte videtur colligi: an quod muliere gravioris criminis comperta, diſſolutum tunc matrimonium cenſebatur, ut innui videtur lege 5. ff. de Bonis Damnatorum.

* ℣. 9. *Infantem ad ubera*] Infans ad ubera eadem ratione dicitur, ut ſervus ad limen, pueri ad manum, ad pedes &c. Si Latinis *Sububeres* vocantur. Gloſſæ Iſidori: Sububeres, infantes qui adhuc ſunt ſub ubera. Græcis ὑποτίτθια ut LXX. Oſeæ cap. 14. 1. quæ Joeli cap. 2. v. 16. [illegible] parvuli ſugentes ubera. alii ὑπομάζια, vel ὑπομάζιοι, & [illegible] vocantur. Ita agnos ὑπομάζους vocabant Græci, [illegible] *quibus pulli ſubeſſent*, ut ait Homerus Ἰλ. λ.

§. III.

* ℣. 2. *Cum adhuc cum Perſecutoribus eſſem, &c.*] Quomodo non erat cum Perſecutoribus hæc ſcribens S. Perpetua, quæ tum maxime ab iis cuſtodiebatur in carcere? An dicemus ſignificare voluiſſe mutationem, quæ in ipſa contigit, quam paulo poſt exprimit his verbis: *Recipimur in carcerem, & expavi, quia nunquam experta eram tales tenebras. O diem aſperum! æſtus validus turbarum beneficio, concuſſura militum*, &c? Sed talem angorem aliquandiu pro naturæ debilitate paſſa, deinde aſtitam gratiæ uberioris, *Statim* (inquit ipſa) *convalui & relevata ſum a labore & factus eſt mihi carcer ſubito prætorium, ut ibi eſſe mallem quam alicubi*, &c. quo videri poteſt pertinere Tertulliani locus ex libro ad Martyres: ubi converſationem ſæculi & carceris comparans, inter cætera multa hujus commoda, etiam hæc ponit: *Vacas a ſcandalis & tentationibus, a recordationibus malis, jam & a perſecutione. Hoc præſtat carcer Chriſtiano, quod eremus Prophetis. auferamus carceris nomen; ſeceſſum vocemus.*

* ℣. 3. *Ex dejicere pro ſua affectione perſeverabat, &c.*] Dejiciendi verbum a pugilibus & palæſtra tranſlatum, frequentiſſimum eſt apud Scriptores Chriſtianos in ſenſu tenendi & pervertendi. Ut Tertullianum omittam, unum apponam exemplum a Caſſiano de Spiritu vanæ gloriæ cap. 7. *Quem non poterit per bonorum dejicere, humilitate ſupplantat.*

* ℣. 10. *Sic & ego aliud me dicere non poſſum, niſi quod ſum Chriſtiana*] Proborum eſt enim ut veracium, ut eſt in Græco Senatu eſſe [illegible]. Merito queritur Tertullianus in Apologetico de Gentilibus, quod Chriſtianos, id quod erant confitentes, torquerent, cum negantes id quod ſunt, torqueri legibus ſoleant. quo alludere videtur Euſebius lib. 5. cap. 1. his verbis: [illegible] *atque hi quidem confitentes quod erant, in carcerem conjiciebantur tamquam Chriſtiani.*

* ℣. 12. *Sed vexavit tantum*] Vexandi verbum hoc loco uſurpatur in ſenſu leniori pro impulſu violento abſque læſione graviore, cum tamen alias plerumque, ut obſervat Aſconius Pedianus ad II. Verrinam, *ingentis calamitatis uſum ſignificet*; quod etiam Virgilii auctoritate confirmat, qui Scyllam ſcripſit: *Dulichias vexaſſe rates.* tamen, quod ad hunc noſtrum locum proprie facit, *vexandi* verbum ut ait Gellius lib. 2. cap. 6. leve eſt ac parvi incommodi, tantæ atrocitati congruit, quanta homines rapienda a belluis immaniſſimis ſparguntur & laniantur. quare Poetam illic proprie ac ſignate locutum contendit, de jactatione ovium extra nauſeam. *Nam qui fertur, & raptatur, ait, atque huc atque illuc diſtrahitur, is vexari proprie dicitur.* Atque ita hoc loco S. Perpetuam ab irato patre pugnis calcibuſque contuſam raptatamque intellige. Tertullianus vulnera quoque ad vexationem refert, dum lib. De Patientia cap. 3. *Malchum*, ait, *a Petro vexatum*; quem utique gladio vulneraverat. Et ad Scapulam cap. ult. *Chriſtianum tamen vexari* dixit, cum graviſſima perſecutione premeretur.

* ℣. 13. *Eſt victus cum argumentis Diaboli*] Sic Antonius in vita S Simeonis Stylitæ cap. 6. *Cum ſignum crucis feciſſet* (antequam in cuttum a Dæmone ſibi oblatum pedem inferret) *evanuit Diabolus nuſquam comparuit, cum argumentis ſuis evanuit, &c.* Et Anaſtaſius Bibliothecarius in Benedicto III. *Carnem vicit ac Mundi Principem, & omnia ejus argumenta nequiſſima.*

* ℣. 15. *Quod cariſſime Pater, Domino gratias egi, &c.*] Pontius in vita S. Cypriani: *Nobis patria, nobis cara, & communem nomen eſt, qui parentes ipſos, ſi contra Dominum ſuaſerint, abhorremus.*

* ℣. 16. *Et refrigeravit abſentia illius*] Explicat quod Græce dicitur ἀνέπαυσεν, vel διανέπαυσεν, hoc eſt, requiem dedit, juvit, conſolationem attulit. quod legitur apud Euſebium Hiſtor. Eccleſ. lib. 8. cap. 10.

* ℣. 18. *Et mihi Spiritus dictavit non aliud petendum ab aqua niſi ſufferentiam carnis.*] Sanctus nimirum Spiritus baptizatos incitat ad petendam martyrii gratiam. dictus ideo a Tertulliano lib. de Fuga in Perſecut. in fine: *Paracletus exhortator tolerantiarum.* porro in hujus loci ſententiam egregie Cyprianus Epiſt. ad Martyras deſignatos: *Nec quicquam nunc verſatur in cordibus & ſenſibus veſtris, niſi Divina præcepta & mandata cœleſtia, quibus vos ad tolerantiam paſſionis Spiritus Sanctus ſemper animavit.* Quod dicit ab aqua, intellige poſt perceptum baptiſma, ſive poſt aquæ ſalutaris lavacrum. ita non ſemel Tertullianus lib. de Pœnit. *Et ab aquis perire deſiſtimus.* & lib. de Bapt. *Ergo & nos, dicet aliquis, a lavacro potius jejunare oportet.* Mox: *Deinde Dominus poſt aquam ſegregatus in deſertum.* Sic lib. 2. ad Uxorem: *Quæ enim ſunt qui ſtatim a lavacro carnem ſuam obſignant?* Et de Exhort. Caſtit. *ſecunda Virginitas a ſecunda nativitate, id eſt a lavacro.* idem quoque Tertullianus, Baptiſma ſimpliciter aquæ nomine ſæpius appellat, ut principio libri de Baptiſmo: *Felix ſacramentum aquæ noſtræ.* Sed in ipſis quoque Scripturis SS. quotieſcumque aqua ſola nominatur, Baptiſma prædicari, prolixe docet S. Cyprianus Epiſt. 63. Cæterum hic plane inſigni S. Perpetuæ exemplo, mirum in modum confirmatur virtus Baptiſmi contra novos Sectarios. Per ultima illa verba, *niſi ſufferentiam carnis*, ſignificat S. Perpetua edoctam ſe a Spiritu, quem in Baptiſmo acceperat, intellexiſſe quam neceſſaria foret, non ſolum animi, ſed etiam corporis patientia. qua de re præclare Tertullianus lib. de Patientia cap. 13. ubi cum hactenus egiſſet de Patientia tantum in *animo conſiſtente*, addit: *eandem etiam in corpore demerendo Domino multipliciter allaborare, utpote quæ ab ipſo Domino in corporis quoque virtute edita ſit. Siquidem*, addit, *Rector animus facile communicat ſpiritus invecta cum habitaculo ſuo.* Et paulo poſt: *quod de virtute animi venit, in carne perficitur. tandem patientia in perſecutionibus denique præliatur. Si fuga urgeat, incommoda fugæ caro militat: Si & carcer prævenit, caro in vinculis, caro in ligno, caro in ſolo, & in illa paupertate lucis, & in illa penuria mundi; tum vero producitur ad reprobationem felicitatis, ad renuntiationem ſecundæ intinctionis, ad ipſum divinæ ſedis aſcenſum, nulla plus illic quam patientia corporis. Si ſpiritus promptus, & caro ſine patientia infirma; ubi ſalus ſpiritus, & carnis ipſius? At cum hoc Dominus de carne dicit, infirmam pronuntians, quid ei firmando opus ſit oſtendit: patientia ſcilicet, adverſus omnem ſubvertendæ fidei vel puniendæ paraturam, ut verbera, ut ignem, ut crucem, beſtias, gladium conſtantiſſime toleret.* Sola enim patientia, ut inferius cap. 15. ſubjungit, *martyria conſummat.* Magiſtrum ſequitur Cyprianus, qui eodem ſenſu verbis diverſis: *Nam alia magis quam patientia ſolatia illis ſubveniret*, ait, *quibus in perſecutionibus certaminis patrimonio relinquenda ſunt, ſubeundus carcer, portanda catena, anima impendenda; gladius, beſtiæ, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac pœnarum genera, fide & virtute patientiæ perferenda.*

* ℣. 22. *Recipimur in carcerem*] Geſta purgationis Cæciliani & Felicis pag. 279. *recipiatur in carcerem.* Ita in Paſſio SS. Dativi, Saturnini &c. pag. 290. *Martyres Chriſti exoptatus carcer recepit.* Ulpianus leg. 1. ff. De cuſtodia Reorum: *De cuſtodia Reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel Fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem vel pro criminis, quod objicitur qualitate, vel propter honorem, aut amplitudinem facultatum, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate ejus qui accuſatur, facere ſolet.* Hæc ibi ad quam legem eruditiſſime de cuſtodiarum diverſitate ſcripſit Raevardus Var. Lect. l. 3. cap. 11.

* ℣. 23. *Et expavi &c.*] Vides ut ad carceris horrorem expaverit conſtantiſſima Martyr, quæ ſententiam Proconſulis, & mortem ipſam, non ſolum forti & intrepido, ſed hilari quoque animo paulo poſt excepit. Unde apparet carceris incommoda præexercitamenta futuri Martyrii fuiſſe, &, ut Euſebii voce utar, [illegible], quæ corpus & animam malorum mole ac conſuetudine ad ſuppliciorum mortiſque patientiam ſolidarent.

* ℣. 23. *Tales tenebras*] Tertullianus lib. ad Martyres cap. 2. *Habet tenebras carcer, ſed lumen eſtis ipſi. Habet vincula, ſed vos ſoluti Deo eſtis; triſte illic expirat, ſed vos odor eſtis ſuavitatis.* quod mutatus B. Cyprianus epiſt. 80. *O beatum*, inquit, *carcerem, quem illuſtravit veſtra præſentia! O tenebras lucidiores ſole ipſo, & luce hac mundi clariores!* Tertullianus lib. de Reſurrect. carn. cap. 8. *Age jam quid de ea* (nempe carne) *ſentis cum in carceribus maceratur, extrinſecus lucis exilio, penuria mundi, ſqualore, pædore, contumelia victus; ne ſomno quidem libera, quippe ipſis etiam cubilibus vincta, ipſique ſtramentis lancinata.* Libanii plane inſignis locus eſt in Orat. de Cuſtodia reorum, nuper in lucem prolata, qua Commentarienſium crudelitatem & avaritiam deſcribit, qui magno pretio vix unum lychnum concedebant. ejus verba paulo poſt commodius proferentur.

* ℣. 24. *Æſtu validus*] Oritur nimius ille ex hominum turba, qua multos in carcere ſuffocari queritur Libanius Orat. quam modo dixi: idque Magiſtratuum negligentia. Aſſeribam locum ejus ex pag. 18. leviter a me correctum & ex Autoris mente converſum: [illegible] hoc eſt: *Cum ergo Magiſtratus illi tantum hominum in vincula mittant, atque interim legibus, quæ ea de re lata ſunt, valere juſſis, circa alia verſentur negotia, quæ populares videantur: quis non ſuffocetur?* Lucianus quoque confeſſor apud Cyprianum ep. 22. eaſdem carceris moleſtias his verbis deſcribit: *Juſſi ſumus ſecundum præceptum Imperatoris, fame & ſiti necari; & reclusi ſumus in duabus cellis, ita ut nos afficeret & fames & ſitis, & ignis, ab opere preſſura noſtra tam intolerabilis erat, quam nemo portare poſſet.* Hæc ibi. ubi videtur ignis dici quem S. Perpetua æſtum vocat. Ex his intelligitur non minimam aut poſtremam Diaboli machinam adverſus Martyres fuiſſe carcerum ærumnas, quod Gallicana Eccleſia agnoſcunt apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 1. his verbis: [illegible] hoc eſt: *Conſtipationes in tenebroſo, & acerbiſſimi tales, ut plerique ſuffocarentur.*

* Ibid. *Turbarum beneficio*] Hoc eſt, propter turbas, vel multitudinem hominum. Græciſmus notus: τῷ ὄχλῳ χάριν. Ita noſtri *Mei beneficio*, hoc eſt, *mei cauſa*, vel *propter me*.

* ℣. 25. *Concuſſura militum*] Videtur ſignificare impulſus feros contrudentium nos militum, quos [illegible] Procopius vocat Hiſt. arcana pag. ult. Nota autem militum barbara ferocia in vinctos, etiam S. Ignatii teſtimonio, qui propterea Leopardos eos vocat, &

beneficia

Digitized by Google

ben eſcio afferet ſcribit ad Romanos. Patroilo ſuo ſolum cuſtodiæ merces ſolvebatur, ſed ultro offerebantur dona, ut mitius benigſque agerent cum vinctis, quæ mercedis nomine loco eſſent. ita Conſtit. Apoſtolorum lib. 5. cap. 1. Eleemoſynas deſignatis Martyribus ſubmittere jubent, & ad victum ipſorum, & ad ſolvendum mercedem militibus, ut abſtineant ſua opera, utcunque vinctum, hoc eſt, ſævitiam in eos ſolitam remittant, ἵνα, ἐὰν ἐφ᾽ ὑμῖν, μὴ ὀλίγωνται ὁ μακάριος ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν. *ut quantum in vobis eſt, non contemnatur beatus frater noſter*: hoc eſt, ad vexationem & concuſſionem ſedimendam. Θλῖψις enim hoc loco, eſt *concuſſio*.

* v. 26. *Noviſſime macerabar ſollicitudine infantis*) Elegans admodum & nativa maternæ affectus expreſſio, cujus exemplum Deo ipſe in ſuonas ge nos pietate conteſſenda utitur.

* v. 28. *Benedicti Diaconi*) εὐφημισμὸς affectum aut venerationem erga perſonam, cujus ſit mentio, exprimens. Notior hodie linguæ Italicæ vulgari quam communi Latinæ: derivatum in Africanam Latinitatem forte a Syriaco aut Hebræo ſermone, quo uſi Tyrii ac Pœni Carthaginis Coloni, aut non multum diverſo utebantur. Syrorum enim ac Hebræorum eſt *Benedicti* adjunctum ad Dei præſertim mentionem apponere, ut habes Marci 14: 61. & ſæpius in aliis ſcripturis. Sed & ad compellationem bonorum hominum; *Benedicti vos a Domino*, Pſalm. 113: 15. Et alibi non raro. Tertullianus ipſo principio libri ad Martyres deſignatus: *Benedicti Martyres*. Mox: *in primis ergo Benedicti nolite contriſtare Spiritum Sanctum*. Et cap. 2. *quæ vos Benedicti de carcere in cuſtodiam ſi forte translatos exiſtimatis*. Ibid. *Sic vos Benedicti, carcer etiam Chriſtianis moleſtus*. Et mox capite 3 & de Cultu Feminarum libro 2. Feminas Chriſtianas *Benedictas* appellat. Et libro Præſcript. *Sub Epiſcopatu Eleutherii Benedicti*. Et libro de Exhort. Caſt. *Benedicti Patriarchæ*. Ita Lucianus Confeſſor apud Cyprianum Epiſt. 22. *Cum benedictus Martyr Paulus adhuc in corpore eſſet*. Et Clerus Romanus apud eundem Epiſt. 3. *Didicimus Benedictum Papam Cyprianum receſſiſſe*.

* v. Ibid. *Qui nobis miniſtrabant*) Magnam curam ſemper geſſit Eccleſia eorum, qui vincti tenebantur; præſertim ob Chriſti confeſſionem, quorum miniſterio & obſequiis alim dicati fuere Diaconi: Hi alimenta ipſis miniſtrabant, & modo militum ſævitiam lenirent, ut patet ſuperius ex Conſtit. Apoſt. retulimus. Hi conſilio aderant, adhortabantur, conſolabantur. Cyprian. epiſt. 41. *Semper ſub Anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes, Martyrum deſideria conſiliis ſuis & Scripturarum præceptis gubernarent*. Denique ut boni Angeli commendatis ſibi hominibus, ſic illi Confeſſoribus, opera, officio, ſedulitate præſto erant. Unde illud Ignatii Epiſt. ad Traſlianos: *Quid Diaconi? quam imitatores Angelicarum virtutum?* Vide Concil. Carthaginenſe 4. cap. 47. Concilium quoque Aurelianenſe quintum Canone 20. Archidiacono vel Præpoſito Eccleſiæ carceris viſitandi officium injungit: Epiſcopo autem, ut vinctorum neceſſitatem miſericorditer ſublevet, competentem ait victum de domo Eccleſiæ attribuendo.

* v. 29. *Conſtituerunt præmio*) Hunc enim in uſum, & Eccleſia publice, & ſinguli Fideles de opibus ſuis erogabant, ut Confeſſoribus & Martyribus in carcere alimenta cæteraque vitæ ſubſidia ac neceſſaria refrigeria ſuppeditarentur: aut ubi opus eſſet, a cuſtodum iniquitate largitionibus exprimerentur, ne miſeri vi&ti ante ipſum certamen deficerent: prout ex Tertulliano lib. ad Martyres, & ex S. Cypriani Epiſt. 5. & 6. aliiſque videre eſt. Romanæ autem Eccleſiæ peculiarem hac in re ſollicitudinem ac προνοίαν a Dionyſio Corinthio vetuſtiſſimo Scriptore jam olim laudatam, ad ſua uſque tempora conſtanter perduraſſe teſtatur Euſebius, ut omnium per Orbem terrarum Martyrum & pro Chriſti nomine afflictorum curam gereret, iiſque vitæ ſubſidia ſubminiſtraret. Neque fruſtra Sanctiſſima Martyr præmio hoc conſtitutum, hoc eſt pretio emptum ſcribit, ut paucis horis ex arcto ergaſtulo emitterentur, quod carceribus Præfecti, utpote quibus *ſupplicium vendere* erat juxta Manilium libro 5. non niſi pretio corrupti, cuſtodias laxius habere ſoleant. quos coercet Lex 23. ff. de Cuſtodia reorum. Ludit eleganter in deſcribenda horum Cuſtodum immanitate Manilius modo laudatus, ab illo verſu:

> *Quiſquis in Andromeda ſurgentis tempore ponto,*
> *Naſcitur, &c.*

Quem locum ex Ciceronis Verrina V. videtur expreſſiſſe, ubi ſic legitur: *Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matreſque miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberorum excluſæ, quæ nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret. aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorque ſociorum & civium lictor Seſtius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur: ut adeas, tantum dabis: ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum: nemo recuſabat, &c.* Porro mulieres præſertim Chriſtianæ huic operi miſericordiæ ſeſe impendebant: quales non dubito quin Libanius innuerit Orat. jam citata, ubi janitorum & cuſtodum carceris avariſſimam crudelitatem deteſtans, refert; vix exiguum lumen ut habere miſeris liceret, magno pretio ab ipſis emi ſolitum: tum ſi quis rerum ſumptum ſibi deeſſe excuſaret, huic male mulctato regerebant: ἐπεὶ τί; αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τὰ τῶν ἐξιόντων γυναῖκες ... ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ ... ἀποτείνουσαι ... πρὸς τὰ γόνατα ... *Cur porro qui hinc egrediuntur non non eas has mulieres aliquam ex his, quæ humanitatis officio dant operam; ad vos ac genua provolutus, impetras ut ſtipem aliquam corrogatam tibi afferat?*

* v. 30. *Ut paucis horis emiſſi in meliorem locum carceris, refrigeraremus*) Fuerant ergo conjecti in carcerem interiorem, ut vocatur Actor. cap. 16. Porro quod hic beneficii loco a Præfecto cuſtodiæ, præmio delinito, impetratum eſt, id poſtea a Conſtantio Aug. conſtitutum Leg. 1. Cod. de Cuſtodia Reorum, ubi ſic legitur: *Nec vero ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed uſurpata luce vegetari ac ſublevari, & ubi nox geminaverit cuſtodiam, in veſtibulo carcerum & ſalubribus locis recipi: ac revertente iterum die, ad primum ſolis ortum illico ad publicum lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe dignoſcitur*. qua conſtitutione mitigatum videtur Antonini Pii reſcriptum, qui gravioris ſceleris reos, ipſam carceris pœnam, ante ſupplicium ſuſtinere voluit. Libro. 3. ff. de Cuſtod. reorum. Quod addit *refrigeravimus*, præter id, quod ſuperius dictum eſt, videtur exprimere Græcum verbum ἀναψυχῆναι etſi Lexicon vetus *refrigerare* reddat ἀναψυχῆναι.

* v. 34. *Jam inedia defectum*) Id eſt ferme ad umbram redactum. Tertullianus libro 2. ad Nationes: *Cur non magis Deo quo magis pio, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus ſuis educatrix*. Ita etiam Seneca, & Phædrus loquuntur, cujus locum viro docto ſuſpectum eſſe miror, cum innumeris aliis paſſim occurſuris auctorum claſſicorum teſtimoniis comprobari poſſit. Unde apparet quam eleganter vulgatus interpres Eccleſiaſtici capite 41: 4. Græcam vocem ἐσχατογήρῳ Latine interpretatus ſit *Defecto ætate*. Adde ad cumulum, locum ex gratis purgationis Ciceronis: *Cum audirem, mente defectus ſum*. & Suetonii Tranq. libro de Illuſtribus Grammaticis de Oſſio Care: *Cum jam non groſſo modo deſereretur, ſed & viſu*.

* v. 43. *Factum eſt mihi carcer prætorium*) Hoc eſt, non modo carceris incommoda non me amplius conturbabant, ſed & iis gaudebam, tamquam in ſplendidis & commodis ædibus degerem. Prætorium proprie erat Palatium publicum, in quo Proconſul jus dicebat, ut ex Pontio quoque Diacono intelligitur: neque aliter accipitur in hiſtoria Dominicæ Paſſionis. Id, quoniam fere cæteras privatorum ædes, ſtructuræ elegantia & ornatus ſplendore ſuperabat, quævis palatia ædeſque magnifice inſtructæ, atrumque privatorum & ruri ædificata, prætoria dicebantur. Martialis:

> *Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.*

Cæterum ad ſententiam hujus loci facere videtur, quod ſcribit Tertullianus his verbis: *Chriſtianus extra carcerem ſæculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri*. dum ſcilicet animus Divina gratia roboratus, incommoda ejus & moleſtias aut non ſentit, aut negligit, & conſtantia vincit.

## §. IV.

* v. 3. *Jam in magna dignatione es*) Quippe quam *illuſtrarat jam glorioſis initiis Divina dignatio*. ut ait Sanctus Cyprianus Epiſtola 5. de Confeſſoribus in carcere conſtitutis. De dignationis voce ſuperius dictum. Hic unum Tertulliani locum inſignem ac plane opportunum addo. Is lib. 1. ad Uxor. cap. 4. adhibens exemplum ſororum, quæ nuptiis ſanctitatem anteponunt, addit: *Malunt enim Deo nubere; Deo ſpecioſæ, Deo ſunt puellæ: cum illo vivunt, cum illo ſermocinantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes ſuas, velut dotes, Domino aſſignant: ab eodem dignationem, velut munera dotalia, quotieſcumque deſideraverint, conſequuntur*. In ejuſmodi ſtatum progreſſam, carceris patientia, ſororem frater æſtimans, ab ea contendit, ut a Deo ſibi revelari poſtulet, quid futurum ſit: rectus eam exauditum iri. hæc ſententia illorum verborum eſt, *ut poſtulem viſionem; &c.*

* v. 4. *An paſſio ſit, an commeatus*) Ut multæ aliæ voces ex caſtrenſi diſciplina ad ſacram Chriſti militiam traductæ, ita & *commeatus* vocabulum. Eſt autem auctore Feſto: *Tempus quo ire, redireque poſſit, ab Imperatore militibus dari conſuetum*. Unde Apuleius lib. 11. *Amatoriæ militiæ brevem commeatum indulſit*. Et in Codice: *Milites dari commeatibus, vel per commeatum dimitti dicuntur*, & hoc modo dimiſſi *Commeatales* vocantur. Ita Heſychius Κομμεᾶτον eſſe ait ἐξουσίαν λαμβάνειν τοῦ ἀφεθῆναι. hoc eſt: *potentiam libere abeundi licentiam accipere*. Et in Gloſſis: *Commeatus, ἐξουσία quaſi diſcedendi atque eundi, quo velis, facultas*, ita L. 3. ff. de pœnis: *Nemo poteſt commeatum remeatumve dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa*. Manſit hæc vox in lingua Italica vulgari uſque ad hodiernum uſum, niſi quod, ultra rem militarem, extenditur ad omnem cujuſvis a quovis abeundi facultatem. Porro a Chriſtianis illorum temporum hæc cum eo tranſlata reperitur, ut liberationem a vitæ periculo deſignat; ſive id periculum ex morbo immineat, ſive ex judicis ſententia. De morbo quidem habemus inſignem locum apud Palladium in Lauſiacis cap. 86. ubi Melania Evagrio letaliter ægrotanti impetret a Deo καιρὸν ἀνεσιμον, καὶ προθεσμίαν ζωῆς hoc eſt *vitæ prorogationem*. Quo eodem ſenſu apud Cyprianum legitur in Serm. de Mortalitate: *Commeatum ſibi precari*, hoc eſt, liberationem a periculo petiit. Ita Paulinus in Vita S. Ambroſii Stiliconem nobiles viros ad Ambroſium ægrotantem miſiſſe ſcribit, qui *perſuaderent illi, ut ſibi vivendi peteret a Domino commeatum*. Sed hoc noſtro loco, *Commeatus* verbo ſignificatur, evaſio periculi a perſecutore imminentis; ut patet ex eo quod opponitur paſſioni, hoc eſt morti pro Chriſto. quo modo Cyprianus Epiſt. 9. Martyrio, ſive victoriæ conſummationi, commeatum oppoſuit. Et Epiſt. 12. quando pax a perſecutoribus datur, commeatum a Deo dari ait.

* v. 5. *Quæ verſabar fabulari cum Domino*) Hoc eſt, locum gratiæ peculiarem apud Deum habere, qualem qui Principibus familiares ſunt, & ſingulariter cari apud eos obtinent, ut eos alioqui, cum volunt, poſſint: quare qui, ut aliquando fit, falſo gloriantur, fabulas Principis vendere dicantur a Miſitheo in Epiſt. ad Gordianum apud Capitolinum: *Qui quaſi conſcii arcanorum conſiliorum & familiarium ſermonum Principis arbitri, ſicuti aliis faciunt, fumumque vendunt*.

* ℣. 9. *Et oſtenſum eſt mihi hoc*) Ita paulo ante: *Et oſtenditur eſt.* hic etiam Tertullianus & Cyprianus de viſis divinitus oblatis loquuntur. Quod etiam non ſemel legitur in Apocalypſi. Utiliter porro vulgari oblatas ſingulis viſiones, docet Tertullianus lib. de Idololatria cap. 15. his verbis: *Nec totum eſt ſubtrahere, quodcumque non fuerit oſtenſum.*

* ℣. 15. *Omne genus ferramentorum*) Gloſſæ: Ferramenta ἐργαλεῖα σιδηρᾶ exponunt. Sed proprie Ferramenta ſunt arma ad nocendum apta, vel quæcumque aciem aut acumen habent. Ita Cethegus apud Ciceronem in Catilinariis, de gladiis & ſicis apud ſe deprehenſis, reſpondit: *Se ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum eſſe.* Et Leg. 18. de inſtruct. Legat. *Ferramenta laniandæ carnis cauſa præparata* in laniatus inſtrumento numerantur.

* ℣. 16. *Hami*) In Gloſſario veteri inter armamenta recenſentur hamus ἄγκιστρον; ſed cum hic inter ferramenta & martyrii inſtrumenta ponatur, pro unco accipere malim, quo Sanctorum corpora carnificata, vel ſuſpenſa, in fluvium aut cloacas pertracta legimus. Unci enim iſti hamis piſcariis ſpecie ſunt ſimiles, licet diſpares magnitudine; unde & nomen commune utriſque manſerit, niſi potius *amo* hic legendum, quorum poſt Plinium Junior lib. 10. Epiſtolarum, & Juvenal. Satira 14. meminit Lex 3. ff. de officio Præfecti vigilum, his verbis: *Sciendum eſt Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum cum hamis & dolabris.* Erant autem *ami* illi, ut vox ipſa indicat, falces, ſed grandiores, ſeu ferramenta recurva, longiſſimis contis ſuffixa: quali incendii compeſcendi aut extinguendi cauſa, etiam nunc Germaniæ Galliæque civitates paſſim in publicis locis parata habent, aſque cum dolabris I C. hoc loco jungit. quibus milites ad vallum aut mœnia ſubruendum olim uſos ex Livio conſtat. Lex autem 21. ff. de inſtruct. Leg. *amas & harpagones* conjungit: quemadmodum Vegetius lib. 5. *Falces & harpagones.* Unde Nonius cap. 18. *Falces & harpagæ, armorum genera, muralium expugnationi apta.* Et Cicero pro Milone: *Cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitant.*

* ℣. 24. *Inſidias præſtabat*) Hoc eſt tendebat, ſtruebat, aut moliebatur. Sic Cyprianus de habitu Virginum dixit: *præſtare vitiis illecebram;* Et hujus generis locutiones Tertulliano ſunt frequentiſſimæ; ut lib. 4. contra Marcionem cap. 15. *Veniam præſtare fratri & non petenti.* Lib. ad Scapulam cap. 2. *Salutem præſtare Imperatori.* Apolog. cap. 49. *Veritatem ex fide præſtare.* de Pœnit. cap. 3. *Juſtitiam Deo præſtare.* Et cap. 12. *Caſtigationem vilius atque cultius offenſi Domini præſtare.* Lib. de Virgin. vel. cap. 13. *Continentiam ſoli Deo præſtare.* Et ut alia hujus generis prætercam, lib. contra Judæos cap. 9. inſignis eſt locus in explicatione Oraculi Prophetici Iſaiæ cap. 7. *Non puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præſtat certamen.* Ubi LXX. habent, παρέχειν ἀγῶνα, quod Cyprianus ad verbum vertit, *præſtare agonem*, Epiſt. 9. & lib. 2. contra Judæos. Minutius quoque Felix in Octav. *Nos pudorem non facie, ſed mente præſtamus.* Et Greg. PP. lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 4. *Nihil conditionis præſtantes.* His adde Rufinum lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 1. *Poſt aliquot dies, cum nullam ſepulturæ gratiam præſtitiſſent, incenſa eſſe martyrum.* Et lib. 6. cap. 29. *Interitum præſtare.* Et ſic vulgatus noſter Actor. 14. & 15. vertit, *gratiam præſtare*, quod in Græco legitur, χάριν παρέχειν.

* ℣. 28. *Cum adducti ſumus*) Tertullianus lib. de Patient. cap. 3. *Cum traditur, cum adducitur ut pecus ad victimam, &c.*

* ℣. 31. *Perpetua ſuſtinea te*) Quod Græce diceretur ἀνέχου, ὑπομένω σε, expecto te. Ita vulgatus Scripturæ interpres, Tobiæ 5: 8. illa verba ὑπόμεινόν με, καὶ ἐρῶ τῷ πατρί, vertit: *Suſtine me obſecro, donec & ipſa nunciem patri meo.* Et Matth. 26: 38. μείνατε ὧδε, *Suſtinete hic.* Actor. 20: 5. ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. *Suſtinuerunt nos Troade.* Et ſimiliter alibi. nec aliter Tertullianus Apolog. cap. 35. *Cui opus eſt perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi a quo aliquid poſt illum ſperatur & ſuſtinetur?* Lib. de Pœnit. cap. 8. *Veniam deliſtorum ſuſtinere.* Et adv. Judæos cap. 6. *Nova legis lator, ſi bonum venit, ſerviendum eſt illi: ſi modum venit, ſuſtinendus eſt.* Et ad Martyres cap. 2. *Mundus judicia non Proconſulis, ſed Dei ſuſtinet.* Ita quoque in Cleri Romani ad Cyprianum Epiſt. 31. *Quamquam nobis placeat Eccleſiæ pacem ſuſtinendam.* Et ſub finem ejuſdem Epiſt. *Interea dum Epiſcopus dari a Deo nobis ſuſtinetur.* Acta etiam Paſſionis S. Cypriani: *Cum ſe Dalmatica expoliaſſet, in linea ſtetit, & cœpit Spiculatorem ſuſtinere, &c.* Eodemque modo noſter infra: *Nam & Perpetua ſuſtinebat.* Quibus verbis adhuc locum alludit. *Suſtinere pœnam* pro *differre* dixit Ulpianus L. 8. ff. de Pœnis.

* ℣. 33. *Non me noverit*) Ita Tertullianus de Exhort. Caſt. *Poto nobis non magis licere naſciturum necare, quam natum.* Et Plautus Milite: *Jura te non nociturum eſſe hominem.*

* ℣. 34. *De ſub ipſa ſcala*) Sic in Actis S. Clementis PP. *De ſub eujus pede &c.* Et in fragmentis Grammaticis Latini Taputi: *Terminum ſive petra naturalis, ſi angulum poſuit deſuptum habuerit, de ſub ſaxo egredientem aquam ſignificat, &c.* Utitur ſimili locutione & Innocentius de autis litterarum, ut Rigaltius in Gloſſis agrimenſoriis jam pridem obſervavit. Sed & apud alios probos autores hoc geminatio præpoſitionum uſitata reperitur: ut *de inſuper*, & *de verſus*, apud Salluſtium & Feſtum, ut omittam *De poſt fœtantes* in Pſalmo 77: 71. *de ſero*, & *de inter* in geſtis purgationis Cæciliani in collatione Carthaginienſi. Præterea *ab ante*, *in ante*, *de intus*, *de trans*, *de ſuper*, & ſimilia leguntur.

* ℣. 40. *In habitu paſtoris oves mulgentem*) Repræſentatus eſt Perpetuæ Chriſtus ea forma, qua pictus cernebatur in oratoriis & vaſis ſacris illorum temporum. Nam cum Evangelia titulum & perſonam paſtoris, præcipue Chriſto attribuant, gaudebant primorum temporum Chriſtiani, hanc ejus amabiliſſimam ſpeciem, fidelium, nomine ovium paſſim deſignatorum, frequentiſſime oculis objicere. Habes in Roma ſubterranea Boſii pag. 50. & deinceps, multas imagines a Cœmeteriorum monumentis expreſſas, in quibus ferme omnibus, Chriſtus paſtoris ſpecie cum ovibus pingitur, in prima etiam hac ipſa forma hic expreſſa, paſtoris oves mulgentis. Non raro etiam pingebatur ferens in humeris repertam ovem, quæ perierat, juxta parabolam Evangelicam, idque præcipue in calicibus: quod indicat Tertullianus ut lib. de Pudicitia contra catholicos ſcripto cap. 7. his verbis: *A parabolis, licebit, incipias, ubi eſt ovis perdita a Domino requiſita, & humeris ejus revecta. procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum, ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, &c.*

* ℣. 42. *Et circumſtantes candidati millia multa*) Quod *millia multa* jungatur ſine copula cum voce *candidati*, non ſolum exemplum habet ex vulgato interprete Apocalypſis cap. 7. *Quadraginta millia Agnoti* ſed & a Trebellio Pollione in Vita Claudii Imp. ubi ſic legitur: *Huic ſalarium de noſtro privato ærario dabis annonæ frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, lardi libras duo millia, vini veteris ſextarios tria millia quingentos, &c.* Similia & apud alios occurrunt.

* ℣. 44. *Bene veniſti tegnon*) Salutatio quaſi parentis ad filium. nam τέκνον Græcum ad utrumque ſexum accommodatur, ut civis noſtrum.

* ℣. 45. *Et clamavit me*) Jam tum corrumpi incipiente Latinæ linguæ in vulgari uſu, hæc verbi *clamare* conſtructio in vulgi uſum emanaverat: quæ deinde in Italicam vulgarem eſt recepta, *mi chiamò*.

* Ibid. *Et de caſeo, quod mulgebat, dedit mihi quaſi buccellam*] Auguſtinus ſup. relatus vocat buccellam lactis. Multæ dici poſſent de uſu lactis & mellis ſymbolice catechumenis dari ſolito, ex Heſychio in Exodum pag. 257. & Tertulliano de Corona pag. 121. Edit. Rigal. ubi dixit: *Lactis & mellis concordiam prægustamus.* Vide Albaſpinæum Lib. 2. Obſerv. ultima.

† Ibid. *Et de caſeo quod mulgebat, dedit mihi quaſi buccellam: & ego accepi junctis manibus, & manducavi, & univerſi circumſtantes dixerunt, Amen*] Ad hæc verba, quod notatum in Holſtenii Schedis reperi de lacte Catechumenis dari ſolito, non ſufficit ad ſententiam loci declarandam. & alia hic adjuncturum fuiſſe Auctorem, ſi ultimam huic operi manum potuiſſet imponere, declarat ſpatium puræ chartæ ab eo in Adverſariis, poſt hæc quæ deſcripſimus S. Perpetuæ verba, relictum, ultimis videlicet curis explendum. Explicandum ſcilicet reſtabat, quomodo ex hac porrectione buccellæ per viſum miniſtratæ noperacta intellexerit S. Perpetua, itemque Frater ejus, poſtquam ei rem narravit, ſignificatum divinitus, eos qui carcere detinebantur, nequaquam inde dimittendos, ſed conſummandos martyrio. Hæc enim poſt ſuperius deſcripta verba, ibi ſubduntur. *Et retuli ſtatim Fratri* (qui nempe illam rogaverat, ut oſtendi ſibi divinitus curaret, morituri ne eſſent, an ſalvi emittendi) *& intelleximus paſſionem eſſe futuram. & cœpimus nullam jam ſpem in ſæculo habere.* Unde autem id intellexerint, merito quæritur. Ego exiſtimo, inde quod in viſione adumbratus erga Perpetuam ritus fuerat Euchariſtiæ miniſtrandæ: quæ cum antiquiſſimo tunc uſu dari ſoleret iis, quos certum erat brevi moriturus, recte ita Perpetua & ipſius Frater ita interpretati ſunt, ut ſignificatum eo viſu Confeſſorum mox ſecuturam necem arbitrarentur. Ritus porro ejus Euchariſtiæ ut adumbratus cernitur; quod *quaſi buccella* Perpetua percipitur, quod *cum ipſa accipit junctis manibus*, quod deinde, *comedit*, *circumſtantibus*, *Amen*, *acclamantibus*. Quæ omnia in Euchariſtiæ olim miniſtratione ſolita ſervari, antiquum eſt a plurimis antiquorum teſtimoniis, & Sancti præſertim Ambroſii, quam ut demonſtrari pluribus opus ſit. Certe de uſu Africanarum Eccleſiarum peculiariter conſtat ſolitas eas Euchariſtiam miniſtrare Confeſſoribus in martyrii procinctu conſtitutis: idque ita neceſſarium arbitratas eſſe, ut inde argumentum ſumpſerint ſcribendi ad Cornelium Rom. Pontificem, manu quidem & calamo S. Cypriani, nomine autem aliorum etiamque ſeptem & triginta Epiſcoporum Africanorum, ut æqui conſuleret gratiam fieri legis prius ſancitæ de non admittendis unquam ad Eccleſiæ & Euchariſtiæ communionem iis, qui ſemel in perſecutione lapſi fuiſſent: quoniam tunc ex his multi in pœnitentium numero ſcripti a novis perſecutoribus periclitarentur, &, ut res ſe habebant, brevi pro Chriſti confeſſione interficiendi viderentur; quibus in procinctu agonis poſitis, denegari communionem viaticum Corporis Chriſti, nimis erat inhumanum. Ex hac Epiſtola, quæ ſecunda lib. 1. apud Cyprianum eſt, quædam adſcribam, ad fidem rei quam tractamus faciendam, opportuna. *Sed cum* (inquiunt) *videamus diem rurſus alterius infeſtationis appropinquare cœpiſſe, & crebris atque aſſiduis oſtenſionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hoſtis indicit, armati & parati ſimus, plebem etiam nobis divina dignatione commiſſam exhortationibus noſtris præparemus, & omnes omnino milites Chriſti, qui arma deſiderant, & prælium flagitant, intra caſtra Domini colligamus, neceſſitate cogente cenſuimus, eis, qui de Eccleſia Domini non receſſerunt, ſed pœnitentiam agere & lamentari, ac Dominum deprecari a primo lapſus ſui die non deſiterunt, pacem dandam eſſe, & eos ad prælium quod imminet, armari & inſtrui oportere.* Et paulo poſt: *At vero nunc non infirmis, ſed fortibus pax neceſſaria eſt, nec morientibus, ſed viventibus communicatio a nobis danda eſt, ut quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus: & cum ad hoc fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra Adverſarium volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodo docemus, aut provocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſan-*

*gulum denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini jure communicationis admittimus?* Siquidem, ut aliquanto poſt additur: *Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit.*

* ꝟ. 53. *Et ceptione nullam ſpem in ſeculo habere*) Sic Pontius de Cypriano jam certo de futura paſſione: *Ille vero jam mundana ſuſpenſa ad cœlum mente migraverat.* Et ipſe Cyprianus Epiſt. 7. *Sæculo renuntiaveramus cum baptizati ſumus; ſed nunc vere renuntiavimus ſæculo, quando tentati & probati a Deo, noſtra omnia relinquentes, &c.* Idem de habitu Virginum: *Apud Martyres non eſt carnis & ſæculi cogitatio.* Nimirum ut idem ait Epiſt. 2. ad Donatum: *Nihil appetere jam, nihil deſiderare de ſæculo poteſt, qui ſæculo major eſt.* Unde Epiſt. 26. his verbis adhortatur Moyſem cæteroſque Confeſſores morti addictos: *Spernentes jam ſola cœleſtia, & tantum divina meditantes, ad faſtigia celſiora, mora ipſa paſſionis aſcenditis.* Nam ut Celerinus Confeſſor apud eundem Epiſt. 21 ait: *Hoc ſolet contingere Servis Dei, maxime eis, qui in confeſſione Chriſti ſunt conſtituti. Scio enim quoniam unuſquiſque jam quæ ſunt ſæculi non attendit, quoniam coronam cœleſtem ſperat.* Lucifer Calaritanus lib. Quod moriendum ſit pro filio Dei: *Novimus bene eſſe nobis traditam divinitus diſciplinam, ut ſine ulla vertute malitia, vim teneamur tanti nominis: quippe quos jam pridem atque memoriæ cupiditas abduxerit a deſiderio iſtius lucis, quoſque ad relinquenda omnia terrena, Chriſti ſocietas ſegregavit.* Porro contemptor iſte ſæculi, proprius Martyrum τελειωθησομένων ſtatim moriturorum, imitatione affectabatur ab iis, qui ſerio converſi vitam perfectam capeſſebant. Poſſidius de S. Auguſtino Eccleſiæ Sacramentis ab Ambroſio initiato: *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum converſus, ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit.* quia vero qui vitam monaſticam ſuſcipiebant, mori ſæculo dicebantur, eorum quoque proprius hic ſenſus atque affectus erat, quod ipſe de ſe Auguſtinus profitetur Serm. 49. de Diverſis: *Quærebam ubi conſtituerem monaſterium; ſpem quippe omnem ſæculi reliqueram.*

§. V.

* ꝟ. 13. *Depone animos*) Animi videntur hic poni pro *Spiritus*, ſive cogitationes aut affectus vehementiores. ſic Tertullianus lib. de Spectaculis: *Itur in furias, & animos & diſcordias.* Et lib. de Patient. cap 7. *Prohibita ira, reſtricti animi, compreſſa petulantia manus.* niſi forte animos vocarit hoc loco Perpetuæ pater, ſublimitatem animi, & conſcientiam victricis vigorem, hoc eſt, generoſam martyris conſtantiam, quomodo loquitur Cyprianus Epiſt. 77.

* ꝟ. 19. *Non filiam nominabant, ſed dominam*) Sic vulgatus interpres Joan. 13: 13. *Vos vocatis me Magiſter & Domine.* In Græco etiam nominativus eſt pro accuſando caſu, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος.

* ꝟ. 20. *Dolebam cauſam patris mei*) Forte melius legeretur *cauſa patris mei.*

* ꝟ. 21. *Quod ſolus de paſſione mea gaviſurus non eſſet de toto genere meo*) Ex his verbis videtur conſtare, & viennas, & matrem, & fratres, omnes, ac cognatos Perpetuæ fuiſſe Chriſtianos quod infantem proderit ad intelligendum, Dinocratem Perpetuæ fratrem, cum ſeptennis moreretur, in familia ferme tota Chriſtiana, fuiſſe baptizatum.

* ꝟ. 24. *Hoc fiet in illa cataſta, &c.*) Cataſta proprie locus erat editus, in quo ſervi venales exponebantur ἀπὸ τοῦ καταστῆσαι, id eſt ab exponendo dictus. Sic annotat Pamelius ad Epiſt. 33. Cypriani, addens Martyres in loco ſimiliter edito oſtendi populo, cum judicarentur aut torquerentur, ſolitos. Unde eſt illud Cypriani jam citata Epiſtola de Lectore, qui confeſſus Chriſtum in cataſta, deinde ad Eccleſiæ pulpitum promotus fuerat: *ad pulpitum poſt cataſtam venire;* ut enim pulpitum in Eccleſia locus erat eminentior, ita & cataſta in foro. Romanus Martyr apud Prudentium,

> *Audite cuncti, clamo longe ac prædico,*
> *Emitto vocem de cataſta celſior.*

Quaſi diceret cataſta pro pulpito utor. Eſt & alia vocis hujus acceptio pro equuleo. Gloſſarium vetus: *Cataſta, Equuleum, genus pœnæ.* Et Prudentius hymno 3. περὶ στεφάνων,

> *Verberum*
> *Poſt nova crepacula, poſt cataſtas igneas.*

Sed hæc poſterior notio huc non facit.

§. VI.

* ꝟ. 3. *Factus eſt populus immenſus*) Hoc eſt, immenſa populi turba congregata eſt. Nam vox *populus* hoc loco denſam & confertam hominum multitudinem ſignificat; quo ſenſu etiam uſurpatur ab Apuleio lib. 3. Metamorphoſeon, ubi dicitur: *Statim civitas omnis in populum effuſa, mira denſitate nos inſequitur.* Quo loco non ferendum Criticorum acumen, qui voci, *populum, publicum,* vel *propatulum* ſubſtituunt.

* ꝟ. 6. *Interrogati cæteri confeſſi ſunt*) Non homicidia vel inceſtas nuptias, aut læſam Numinis Cæſariſque majeſtatem, & quicquid veri ignara Gentilitas, Chriſtum profeſſis objicere ſolebat; ſed hoc tantum: Chriſtianos ſe eſſe. Juſtinus Martyr Apologia Priorum, ἐξεταζόμενοι οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, &c. *Inter rogati non negamus, quippe nullius mali nobis conſcii.* Hoc confeſſum ſufficiebat elogio. Quale illud fuit Polycarpi tec a præcone proclamatum apud Euſebium lib. 4. cap 15. Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν χριστιανὸν εἶναι. *Polycarpus confeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe.* Et illud Attali tabella inſcriptum apud eundem lib. 5. cap. 1. οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ χριστιανός. *Hic eſt Attalus Chriſtianus.*

* ꝟ. 9. *Et aſcendit ad gradu*) Cataſtam intelligit editiorem, in quam rei capitis cauſam dicturi, & Judicis ſententiam excepturi, aſcendebant: ni potius in ipſa cataſta gradum paulo ſublimiorem fuiſſe dicamus, quem ſinguli rei ordine conſcenderent, ut Judici populoque eo magis eſſent conſpicui: quod nos in Britannia obſervari vidimus. Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. 8. cap. 9. τὸ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βῆμα, gradum ſive cataſtam coram judice erectam vocat: quod interpretes minime iſthic obſervarunt, qui judicis tribunal vertunt. Euſebii verba ſunt: ἅμα γοῦν τῇ κατὰ τῶν πρώτων ἀποφάσει ἐπεπήδων ἄλλοθεν ἄλλοι τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες. *Simul ac priores damnati fuerant, aſſiliebant aliunde alii in editiorem locum ante Judicem erectum, Chriſtianos ſeſe confitentes.* Atque ita lib 5. c. 1. Status Viennenſis: ἀνῆγε ἐπὶ τὸ βῆμα θεάματος χάριν τοὺς μακαρίους μάρτυρας, ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις. *Beatos Martyres in editum gradum extulit, ac multitudini, velut in theatro & ſolemni pompa, ſpectandos proponeret.* Dionyſius Alexandrinus apud eundem Euſebium lib. 6. τὸ βάθρον appellat, ubi de Ammone, Zenone, cæteriſque militibus, qui ſtantes pro tribunali, Chriſtianos vacillantes confirmabant, cumque vulgi clamoribus expeterentur ad ſupplicium, φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέδραμον. *ipſi ultro in gradum proſilierunt* ſeſe Chriſtianos proclamantes. Si quis tamen de tribunali ejuſque gradibus accipere malit, non obnitar repugno.

* ꝟ. 24. *Parce canis patris tui*) Sic Origenem adoleſcentem, martyrii deſiderio flagrantem, rogabat mater, τῆς περὶ αὐτὸν μητρικῆς δεηθείσης φειδὼ λαβεῖν, hoc eſt, interprete Rufino: *Uti ſibi conſuleret & parceret matri.*

* Ibid. *Fac ſacrum pro ſalute Imperatorum*) Hanc præcipuam Chriſtianos explorandi rationem a gentilibus uſurpatam, omnium fere martyrum Acta docent, ut repudiata ſacrificandi ſuperſtitione, in Deos ſimul & Principem commiſiſſe convincerentur; ideoque quanto illi urgebant obnixius, ut conſtantius hi reatum idololatriæ devitabant, ut hoc loco Perpetua conſtanter reſpondens: *Non facio.* *Hæc,* inquit Tertullianus, *eſt ira noſtra propria Chriſtianorum, per quam ab ethnicis agnoſcimur & examinamur.* De Idololatria cap ult. Unde Apologet. c. 9. ſoculum & acertam examinatorem Chriſtianorum appellat. Idem Apol. c. 10. *Deos inquitis, non colitis, & pro Imperatoribus ſacrificia non impenditis. Itaque ſacrilegii & majeſtatis rei convenimur. Summa hæc cauſa, immo tota eſt.* Inde utrumque hujus accuſationis caput, longa & erudita diſſertatione diluit, cujus ſummam paucis his verbis complexus eſt in libro ad Scapulam: *Sacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius: ſed quomodo præcipit Deus, pura prece. ita nos magis oramus pro ſalute Imperatoris, ab eo eam poſtulantes, qui præſtare poteſt.*

* ꝟ. 17. *Non facio*) Sic Polycarpus ſuadentibus ut Cæſarem appellaret Dominum & ſacrificaret, reſpondit: οὐ μέλλω πράττειν ὃ συμβουλεύετέ μοι. *Nunquam faciam quod ſuadetis* Euſeb Hiſtor. Eccleſ lib. 4. cap 15.

* ꝟ. 18. *Chriſtiana ſum*) Propria hæc confeſſionis formula. Ita ille glorioſus Dei miles lauream detrectans apud Tertullianum: *Cauſas expoſtulatus, Chriſtianus ſum, reſpondit.* Ita S. Blandina inter ſæviſſima tormenta ingeminabat: *Chriſtiana ſum.* Ea vox doloris levamentum, & animo refocillatio erat. Et S. Diaconus Blandinæ ſocius, nihil aliud ad rogata omnia tortorum reſpondebat, niſi, Chriſtianus ſum. τοῦτο καὶ ἀντὶ ὀνόματος, καὶ ἀντὶ πόλεως, καὶ ἀντὶ γένους, καὶ ἀντὶ παντὸς ἐπαλλήλως ὡμολόγει: *Hoc illi nomen, hæc patria, hoc genus & inſtar omnium.* Nam Chriſtiani πάντιμον καὶ ἔνδοξον καὶ ζωοποιὸν προσηγορίαν: *Honoratum, glorioſum, & ſalutare* nomen hoc ducebant, ut eſt apud Euſebium.

* ꝟ. 25. *Damnat ad beſtias*) Etſi Romæ, & alibi frequenter ad beſtias Chriſtiani damnabantur, tamen in Africa præcipue, hoc ſupplicii genere ſævitum in eos fuiſſe, hac maxime perſecutione, ex multis Tertulliani locis conſtat.

* ꝟ. 26. *Hilares deſcendimus*) Nempe, ut ait Tertullianus, Chriſtiani damnati gratias agere ſolebant: & magis damnati, quam abſoluti gaudebant.

* ꝟ. 31. *Sed pater dare noluit*) Credibile eſt motum fuiſſe idololatram patrem ad negandum filiæ infantem, quo tempore lac ſumere debebat, ne ex damnata jam ſacrilegii matre, contagio quodam in prolem propagari videretur; vel quod ob ſervitutem pœnalem, poſt latam jam ſententiam, mutata conditione, & capitis diminuta mater, civitatem cum libertate amiſerat, ut habet L. in Sec ff de Pœn & Inſtit. de cap. dim. adeoque omnia neceſſitudinis vincula, ac jura ceſſabant. Ita Calpurnius Flaccus declamat. IV *Non poteſt adverſus damnatum jura patris uti; jam non larem habeo, non ſatum, non patriam.* Ut nuper vir erudiciſſimus hunc locum emendavit.

§. VII.

* ꝟ. 2. *Profeſſa eſt mihi vox, & nominavi Dinocratem*) Videtur dicere ſibi ntanti indelibatam vocem ſubito excidiſſe Dinocratem nominantis, de quo dudum non cogitaverat.

* ꝟ. 6. *Et cognovi me ſtatim dignam eſſe, & pro eo petere debere*) Hoc eſt, ſenſu fiduciæ interioris intellexi me omnino exaudiendam, ſi pro Dinocrate orarem. Sic ſuperius §. IV. audivit a fratre ſuo Perpetua: *Domina ſoror, jam in magna dignatione es, &c.* Significans, ut ex ſequentibus patet, tantam ejus gratiam apud Deum videri, ut impetrare quidvis poſſet.

† V. 13. *Video Dinocratem exeuntem de loco tenebroſo, ubi & complura erant ima tenebroſa, &c.*) Valde notandus videtur hic locus, qua fidem facit antiquæ traditionis, ex qua Theologi Scholaſtici magno conſenſu, ut obſervat Bellarminus lib. 2. de Purgat. cap. 6. §. *Octava eſt,* docent eſſe ſub terra quatuor loca diſtincta, in quibus animæ mortuorum detinentur, nempe omnium infimum, ubi Dæmones & animæ damnatæ; ſupra hunc, Purgatorium, ubi animæ purgantur ad tempus, deinde Limbum puerorum, quo detinentur animæ mortuorum in ſolo peccato originali, Poſtremo

mo Limbum Patrum non vacuum a tempore mortis & Reſurrectionis Chriſti, quo animæ Patriarcharum & Sanctorum mortuorum ante Chriſtum, omni licet labe purgatæ detinebantur, qui vocatur in Evangelio, *Sinus Abrahæ*, quo portatum ab Angelis Lazarum, Dives Epulo vidit ex Inferno. Hæc fuiſſe videntur illa complura loca tenebroſa, quæ ſe vidiſſe Sancta Perpetua teſtatur his verbis. E quorum uno, nempe Purgatorio, exeuntem ſe Dinocratem ſpectaſſe affirmat: non quod tunc liberaretur pœnis, nam hoc paulo poſt contigit, ſed quod permiſſu Dei, inde cum ſuis pœnis exiret, ut imploraret ſubſidium precum Sororis, cujus generis tam multæ, tamquam teſtatæ apud S. Gregorium & alios referuntur apparitiones animarum, pœnas purgatorias tolerantium.

* ℣. 24. *Æſtuantem valde, & ſitientem*) Appŕime hæc congruunt cum doctrina Eccleſiæ de Purgatorio, ubi æſtu & igne animæ torquentur. Nam hunc Dinocratem fuiſſe baptizatum Auguſtinus obſervat, quem pronum eſt credere poſtea in aliquam impatientiam incidiſſe; vel, quod ſuſpicatur S. Auguſtinus, ab impio patre tentatum, in fide leviter titubaſſe.

* V. 18. *Frater meus carnalis*) Sic Afri vulgo loquebantur. S. Auguſt. Epiſt. 555. *Neque hoc ignorant Eccleſiæ Tagaſtenſi, quæ carnalis patria mea eſt*. Hæſit hæc vox in lingua Italica vulgari, quæ fere corruptiones antiqui Latini Sermonis amplectitur.

* ℣. 19. *Facie cancerata male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit, &c.*) Significat eum tali morte defunctum, quæ horrorem incuteret ſpectantibus, propter deformitatem fœdi, & fœtidi ulceris in facie exeuntis. Quid porro cancer ſit, ut ſciremus, præter ceterorum diligentiam, medicos quoque conſulendos putavimus, ex quorum reſponſis, additis quibuſdem, hæc cumpeſſimus. Cancer priſcis Latinis idem ſonet quod Gangræna; ita Nonius Marcellus: *Gangræna eſt cancer*, quem Gloſſarium vetus etiam ſequitur, eoque trahi poteſt Cornelius Celſus lib. 5. cap. 26. ubi dum *promptiores cancros ait, cum eſt fractura carnis quoque vulnus acceſſit*, videtur ſignificare, id quod uſu cernitur, in tali caſu majus periculum eſſe gangrenæ. Non facile tamen neceſſerim ad ſententiam eruditi medici, qui poſtquam hæc obſervavit, negat ſequioris noſtrique ævi medicis in hujus vocis notione cum antiquis convenire: propterea quod id cancri nomine intelligant, quod Græcis Καρκίνωμα dicitur: quaſi vero non antiqui quoque carcinomatis Græco nomine, Latinum cancri, aut cancerie vocabulum expreſſerint. Sane Celſus lib. 5. cap. 28. de Cancro in facie agitante his verbis loquitur: *Non idem periculum carcinoma affert, niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id vitium fit maxime in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum*. Hactenus Celſus qui etiam libro 6. cap. 15. cum de oris cancro agit, de hoc ulcere, quod alio illo loco carcinoma vocat, videtur loqui. Quare crediderim gangrænæ nomen eſſe commune diſſectorum ulcerum; unde apud Hippocratem καρκινωθῆναι τὰ ἕλκεα dicuntur, quando exaſperantur & insanabilia evadunt. Et in Lexico Hippocratico καρκινῶδες explicatur per ἀνάλογον τῷ θηρί, quod eſt *cancerabat*. Gangræna igitur proprie dicta, ſi a cancro differt, videtur eum ut participem communem nomen carcinomatis, differunt ab eo fortaſſe, quod celerrime mortem afferat; cum cancer lente ſerpat, ut multis annis hominem adhuc viventem depaſcatur. Nihil autem vetat quin cancer, quo Dinocrates obiit, gangræna fuerit, cum id ea repræſentatum tam tenera ætate morte, ſuſpicari licet. Eſt autem utriuſque, tam cancri, inquam, quam gangrænæ proprium, ſerpere, unde eſt illud ad Timoth. 2. cap. 2. ℣. 17 de Doctrina hæreticorum: *Et ſermo eorum ut cancer ſerpit*. Et videtur tranſlatum ex cancro animali polypode, antrorſum & retrorſum repere ſolito. Huc facit Luciferi Calaritani locus in libro de non conveniendo cum hæreticis ad Conſtantium Imp. Arianum: *Sic eſt de corpore Eccleſiæ vestræ Sabellianus, ut eſt & conſubſtantialis tuus enixè Arius iſte, cujus ſermo ut cancer in te fortiſſime adeo ſerpſerit, ut totus jam cancer eſſe cernaris, ut poteris dicere te non dici cancraſſe ſermonem, cum fetor cancerationis tuæ ad omnem pervenerit orgio tui locum, & omnes te vitare ſtatuerimus, ne & ipſi geſte tua Atheos cancraremur*. Hæc ille. Ex cujus verbis obiter colligimus canceratam faciem, quæ vox hoc loco legitur, non eſſe barbariem ſequioris ſæculo natam, ut nonnemo ex medicis a me conſultis contendebat, negans a quoquam antiquorum dictum canceratam faciem, *cancroſam* enim dici debuiſſe, quo *cancroſa* & *canceroſa* non niſi a recentioribus barbare loquentibus dicatur.

* ℣. 23. *Pro hoc ego orationem feceram*) Africana & hæc locutio eſt. Nam: Et apud Tertullianum legitur *facere precationem*. Sed quod ad rem attinet, hic commendatur antiquus Eccleſiæ uſus, & ſenſus orandi pro mortuis, pœnas peccatorum poſt hanc vitam luentibus, cujus cum multa ſint alia fide digniſſima teſtimonia; tum hoc magnifaciendum videtur, quippe ſcriptum a Sancta Martyre divinis revelationibus dignata, & ſuæ conſummationi proxima. Nec reſtat hæreticis exceptio de veritate, ac fide horum Actorum poſt tot ac tam locuplete teſtimonia omnis generis Scriptorum ipſa laudantium, quæ huic volumini adjunximus. Sunt autem ejuſmodi, quibus ne contumacia quidem ipſa atque impudentia objicere quicquam poſſe videatur.

† Ibid. *Et inter me & illum grande erat diadema*) Non diſſimulo, ſi ſuſpicioni eſſet indulgendum, videri non ſine fundamento reponi poſſe *diaſtema* pro *diadema*. Nam diaſtematis vocem Latinis eo ſæculo frequentiorem intelligere licet ex I. Frontino libro de Agror. Qualit. ubi ſic ſcribit: *Si tres ejuſdem pares fuerint, inter ſe æquali diaſtemate conveniet*. Et Hyginus de limit. conſtit. *Quid quod nec illa ipſa regione, Solis conſpectum recte poteſt deprehendi, niſi æqualibus ab ortu & occaſu diaſtematibus, ferramentum ponetur*. Item: *Tornum pulliam eſſe Cœli, & infra Solem amplo diaſtemate Spiritus ſuſtinere*.

† Ibid. *Et inter me & illum grande erat diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non poſſemus*) Quæ omnia hæc Holſtenius de conjectura, qua reſcribendum ſuſpicatur *diaſtema* pro *diadema*, videntur hanc exceptionem pati, quod loca illa, quæ citat Frontini & Hygeni agrimenſorum, parum certo perſuadeant S. Perpetuam uſam hoc loco illa voce, quæ erat propria artis agrimenſoriæ, ac conſequenter aliena ab uſu vulgari, præſertim mulierum in Africa. Itaque cum, ut ipſe Holſtenius agnoſcit in ipſis illis ſchedis, unde iſtam ejus notam expreſſimus, conſtans & diſerta MS. Codicis lectio *diadema* præferat, non eſt cauſa cur facile mutetur, potiſſimum cum valde commodum ſenſum ea vox habeat, ſiquidem iſta loca tenebroſa, quæ complura ſe vidiſſe ſuperius ait, erant inſtar Zonarum quorumdam, quales a Coſmographis utrilicet fingantur, Cœlum & terram amplectentes, nempe ſpatia oblonga, globos ambientia idonea latitudine, quæ, quod ad inferna attinet, antiquos loquendi uſus a Scholaſticis præſertim Scriptoribus, ex veteri Eccleſiarum conſuetudine retentus, Limbos appellat. Eſt autem Limbus ejuſdem notionis vocabulum cum diademate. diadema ſiquidem, ut notum eſt, ſignificat faſciam longiorem quam latiorem, caput ambientem, aut capiti circumligatam, ut præfert Etymologia Græca ejus nominis, a verbo διαδέω, circumligo. Idem igitur eſt quod dicit Perpetua, fuiſſe inter Dinocratem & ſe *grande diadema*, ac ſi diceret, fuiſſe grandem Limbum, videlicet ſpatium oblongum alicujus latitudinis. Id vocatur in Evangelio, Chaos, Luc. 16. 26. *Et inter nos & vos magnum Chaos firmatum eſt*. In Græco eſt, Χάσμα, quod ſonat hiatum, & convenit quod addit: *Ut hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare*; cum his, quæ dicit hic S. Perpetua: *Ita ut uterque ad invicem accedere non poſſemus*. Erant enim hæc ſpatia, velut foſſa circumducta montibus, ipſa ſibi vacuitate commeatum excludentia, quod in corporibus facilius intellectu eſt, ad animas vero accedens interveniebat ordinatio Divina, expreſſa verbo firmandi: *Chaos magnum firmatum eſt*. Nec obſtat modo dictis, quod juxta hæc *diadema* non ipſe locus fuerit, in quo erat Dinocrates, ſed ſpatium inter eum & S. Perpetuam medium, unde non videtur confici diadematis ſive Limbi nomen Purgatorio competere. Cum enim ejuſdem formæ ac ſignis eſſent tam loca illa ſubterranea, quam hiatus, aut χάσματα, quibus ſeparabantur, poteſt utriſque ex æquo convenire diadematis ſive Limbi nomen. De hactenus dictis, nil nihil notatum in Holſtenii Adverſariis reperi, audivi tamen a viro fide digno eum ab hac ſententia minime abhorruiſſe. Retulit nempe mihi P. Joannes Beſſonus e noſtra Societate, ſeſe, cum ei aliquando Lucas Holſtenius hæc ipſa S. Perpetuæ Acta, quæ ad editionem parabat, communicaſſet, & de iſta diadematis mentione, quid ſentiret, rogaſſet, illo reſpondente Limbi vocabulum iſtic paris omninis voce videri ſuppletum, Holſtenium multum id ſibi probari ſignificaſſe.

* ℣. 37. *Tranſivimus in carcerem caſtrenſem*) Hoc eſt, carcerem in ipſo caſtrorum loco poſitum.

* Ibid. *Munere enim caſtrenſi eramus pugnaturi*) Cum caſtra Romana extra urbem, longa & quaſi perpetua ſtatio militum eſſent, in ea transferebantur præcipua civitatum commoda, ne iis milites fraudarentur. In his etiam ſpectacula, quibus mire dediti Romani erant. Ergo ludorum caſtrenſium, hoc eſt, in caſtris ad delectandos milites celebratorum, Suetonius meminit in Tiberio cap. 72. Sed quod vox muneris hic ponitur, ea ſignificabatur pugna, vel gladiatorum inter ſe, vel beſtiarum cum hominibus ante addictis, quæ proprie θηριομαχία dicitur. Ita quod apud Euſebium lib. 5. cap. 1. legitur, θηριομαχιῶν ἡμέρας eleganter a Rufino vertitur *munerum dies*. Non hic ea voce *pugnandi* catachreſim eſſe quamdam, dum de iis dicitur, qui beſtiis expoſiti mere paſſive ſe habebant, quales martyres erant. Unde Juvenalis cum iterum vocaſſet anguſtam gratulationem ebriorum in obvios inermes nec reluctantes, ſic adjungit:

*Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego vapulo tantum.*

Prævaluit tamen, ut qui obnoxii & vincti tradebantur beſtiis, Græce θηριομαχεῖν, Latine *pugnare ad beſtias* dicerentur, cum tamen hæ locutiones proprie convenirent iis, qui revera pugnare jubebantur cum beſtiis, venationibus in amphitheatro datis, ut cum ſumma vitæ periculo, ita non ſine aliqua victoriæ ſpe: nam & Leones, & ſi qua eſt alia ferocior beſtia, ab iis interdum occiſos legimus. Quare cum hæc genera pœnarum erant: quorum prius ſummum erat ſupplicium, & capitis pœna vocatur L. 8. ff. de Pœn. poſterius in mediocrium pœnarum numerum refertur a Paulo Sent. L. 5. tit. 17. & Ulpiano L. 8. ff. ad leg. corn. de falſ. Nam qui ad ludum venatorium damnabantur, liberari poterant: qui beſtiis deputati, ſine remiſſione conſumendi. Unde vel ad ſtipitem religati, vel retibus inclusi, feris objiciebantur, ut reſiſtendi facultas non eſſet, cum vero, ut ex fine hujus Actorum diſcimus, quicquid vitæ ac ſpiritus beſtiarum crudelitas reliqui fecerat, gladio tandem implebatur.

§. VIII.

* ℣. 1. *Die quo in nervo manſimus*) Nervus in carcere vinciendis duo vinculorum genera olim uſitata commemorant Leges duodecim Tabularum, nervum & compedes apud A. Gelium lib. 20. cap. 1. utrumque genus alii etiam ſæpius conjungunt, Cato apud eumdem Gellium lib. 11. cap. 18. *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt*. Et Livius l. 6. *Ne quis niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam luiſſet, in compedibus, aut in nervo teneretur*. Compedes ſunt pedicæ ferreæ, quæ poſſet vinctorum breviori, aut longiori catena arctius breviuſve ita cohibent, ut non ſolum pedibus inſiſtere, ſed & gradum promovere atque inſiſtere utcumque poſſent. Nervus autem proprie lignum fora

pedibus

Digitized by Google

minibus pluribus diſtinctum, quod pedes vinctorum incluſos aut vicinis, aut diſtantioribus intervallis ita concludit, ut humi decidentes loco ſe movere nullo modo valeant: divaricatio per plura foramina, ob moleſtiam tormenti ac pœnæ loco, ante ipſum ſupplicium fuit. Scio de nervo viros doctos hoc tempore non conſentire: ſed apud veteres cum res pariter ac nomen in uſu eſſet, lis nulla eſt. Non omittamus hic obſervare occaſione mentionis compedum, raro eas videri ſolitum per Africam adhibitas in cuſtodia Chriſtianorum religionis cauſa vinctorum. S. Aug. Conc. 2. in Pſal. 122. circa principium Tom. 10. pag. 439. *Unde Martyres compediti? nonne catenati potius quam compediti? ductos enim SS. Martyres poſt Judices per Provincias circumeuntes in catenas novimus miſſos, in compedes autem non novimus.*

* ℣. penult. *Tunc intellexi translatam eam eſſe de pœna*) En animam a purgatoriis flammis liberatam divina revelatione S. Perpetua intelligit.

## §. IX.

* ℣. 3. *Pudens, miles Optio, præpoſitus carceris*) Vox *Optio* miniſterii, aut præfecturæ nomen eſt: in inſcriptionibus Gruteri legitur, *Optio Karceris*, ut quod hic additur, *Præpoſitus carceris*, explicandi gratia poſitum videatur. Græci vocant δεσμοφύλακα, quam vocem Actor. 16: 27. S. Ambroſius in Epiſtolam ad Epheſios cap. 4. Optionem carceris interpretatur ſic ſcribens: *Neque Paulus & Silas tempus diſtulerunt, qui Optionem carceris baptizarunt.* Hic jam quæri poteſt cur militi hoc officium commiſſum? an forte de cauſa, quod in caſtris, ubi carcer tunc erat, ut ſuperius eſt dictum, non licebat uti urbanis miniſtris ad ejuſmodi omnia, ſed ea curari per milites debebant, prout a poſt licet intelligere ex leg. 4. ff. de Off. Proconſ. ubi ſic legitur: *Nemo proconſulum ſtratores ſuos habere poteſt: ſed vice eorum milites miniſterio in provinciis funguntur.* Huc facit vetus inſcriptio, in qua militis Optionis mentio eſt.

AVRELIO CANDIDO FILIO
DVLCISSIMO Q. V. ANN. IIII.

AVRELIVS CALANDINVS MIL.
CON. VIII. PR. OPT. G. SECVNDI.
B. M. F.

* ℣. 5. *Qui multos ad nos admittebat*) Hæc erat *cuſtodia delicata*, ut vocat Pontius Diaconus in vita S. Cypriani, cui a contrario opponitur *cuſtodia diligens*, de qua vide Cujacium Obſerv. lib. 14. cap. 34. & Heraldum ad Tertulliani Apolog. pag. 97. Non tamen ſine cauſa Pudentis humanitati S. Perpetua cum viſitandi licentiam tribuit, quod caute & timide plerumque accederent ad carceres, & ferme ſinguli, ne ſemetipſos proderent, aut invidiam concitarent apud perſecutores, ſi catervatim eo influerent. Temporum iſtorum conditionem luculenter nobis ob oculos ponit S. Cyprianus Epiſt. 5. *Peto quoque*, inquit, *ad procurandam quietem ſolertia & ſollicitudo veſtra non deſit, & ſi fratres pro dilectione ſua cupidi ſunt ad conveniendum & viſitandum Confeſſores bonos, quos illuſtravit jam glorioſis initiis divina dignatio; tamen caute hoc, & non glomeratim, non per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendum: ne ex hoc ipſo invidia concitetur, & introeundi aditus denegetur, & dum inſatiabiles multum volumus, totum perdamus.*

## §. X.

* ℣. 1. *Video in horomate*) Res exigit, ut reſcribatur *horamate*, niſi hæc vox ita deformata in uſu populari Afrorum erat. Eſt autem ὅραμα vox Græca, ſonans viſum, ſive viſionem. Uſurpatur Actor. cap. 22: 9. Latini Scriptores ea rarius uſi ſunt: tamen Aldhelmus lib. de Virginit. cap. 2. ubi de S. Johanne Evangeliſta loquitur, ait eum in *Pathmo raptum in oromate*, ubi Meurſius recte *oramate* ſubſtituit in Mantiſſa Critica, (ſicque in Bibliotheca SS. Patrum editum reperio) fruſtra reprehendente Swartio Analectorum lib. 3. cap. 9. qui *chroma* ibi reſcribendum perſuadere nequicquam conatus. Reperio etiam apud Alcuinum lib. 1. de Vita Sancti Willebrodi cap. 2. hæc verba: *Mater intempeſtæ noctis quiete, cæleſte in ſomnis vidit horama.*

† ℣. 16. *Habens multiplices galliculas*) Gloſſarium vetus: Galliculæ, Τροχάδες. Et in Gloſſis Græcolatinis: Τροχάς, Gallicula. Non videtur dubium, quin gallicula idem ſit quod callicula hoc loco, & cum explicetur voce Τροχάς, apparet fuiſſe quid rotundum & volubile. Videntur fuiſſe calliculæ, appendices rotundæ, ornatus cauſa additæ capitibus militarium thoracum, in acumen, deſinentibus. Has ponetaut ex byſſo, purpura, aut ſimili materia eſſe; interdum a metallo, ut habetur paullo inferius, ℣. 32. *Habens calliculas multiformes ex auro & argento factas.* Hujus generis, erant tintinnabula malogranata in extrema ora veſtis Summi Sacerdotis poſita, ut habetur in Exodo & Levitico.

* ℣. 19. *Ægyptius fœdus ſpecie*) Plautus Pœnulo: *Itaque replebo atritate, atrior multo ut ſiet quam Ægyptii.* Auſon.

*Tinctus colore noctis,*
*Maurus puer loquaci*
*Ægyptius charaxies, &c.*

† ℣. 26. *Ægyptium video in afa volutantem*) Afa pulvis eſt Græca ſignificatione; eſt enim Græcum nomen, ἁφὴ, Latine ſcriptum. Solebant autem pugiles certaturi inſpergere uncta corpora, pulvere, vel in eo humo jacentes ſe volutare. Ovid. Metamorph. 9. de duobus Palæſtritis invicem ſibi pulverem ad iſtum uſum miniſtrantibus:

*Ille cavis hauſtu ſpargit me pulvere palmis,*
*Inque vicem fulva jactu flaveſcit arenæ.*

Quam arenam, unde flaveſcebant hoc modo pugilum corpora, Martialis lib. 7. Epigr. 66. vocat Haphen hoc verſu:

*Et flaveſcit Haphe.*

Agit de muliere Philæni, viros imitante in pugilatu, quod, cum acerrime arguas, omnino deteſtetur Martialis in fœmina, apparet quam ex decoro S. Perpetua, etiam per viſum commiſſa cum pugile Ægyptio Diabolum deſignante in maſculum mutata ſit, ut ipſa dicit hoc ipſo loco, his verbis: *Et facta ſum maſculus.*

ᶜ ℣. 29. *Vir quidam miræ magnitudinis*) Ita in prima viſione hominem canum in habitu paſtoris grandem viderat, unum ſcilicet eumdemque Chriſtum, qui iſthic, ut paſtor, oves ſuas reſovens, hic, ut Imperator & agonothetes, militibus & agoniſtis præmia decernit. Nam in Chriſtianorum agone, ut ait Clemens Alexandrinus, ἀγωνοθέτης ὁ Θεός, βραβευτὴς ὁ υἱὸς Θεοῦ, θεαταὶ δὲ ἄγγελοι. *Agonotheta Deus, præmiator Dei filius, ſpectatores Angeli.*

* ℣. 30. *Diſcinctatus purpuram inter duos clavos*) Hoc eſt, purpuream veſtem gerens, clavis duobus ſive faſciis diſcinctam ſine zona. Gymnaſiarcharum erat purpurea veſtis; unde apud Lucianum dialogo de Gymnaſiis, Anacharſis ex purpura Gymnaſiarcham agnoſcit.

* ℣. 31. *Efferens virgam quaſi laniſta*) Virgam laniſtæ quoque tribuit Xiphilinus in Commodo: ἐγυμνάζετο δὲ αὐτῷ γυμναστής τις ὡς καὶ μονομάχος, ῥάβδον ἔχων. *Certabat cum eo laniſta aliquis, aut gladiator virgam habens, ſive ferulam.* Recte additum hic, *quaſi*. Non enim qui apparebat, perſonam laniſtæ præferebat, ſed Gymnaſiarchæ, hoc eſt Palæſtritarum Moderatoris, quem etiam virgam geſtare ſolitum docet Sidonius Apollin. lib. 23. ap. a. quam etiam *magiſtralem* appellat: & ejus uſum plane honeſtum & manſuetum his verbis exprimit: *Juvenum lactus, ſi involveretur obſcenius, caſta emiſſione Gymnaſiarcharum virga diſſolvit.*

* ℣. 32. *Et petit ſilentium*) Id per præconem aut tubicinem fieri ſolebat. Ejus rei formulam in Græcia ſolemnem fuiſſe ἄκουε λεώς, *audi quiſquis es*, ex Luciano & aliis diſcimus. Uſu hoc in primis veniebat, quando diſtribuenda palam præmia erant. Quare tali occaſione Proconſuli præconem Apuleius adjungit in Floridis. De Tubicine teſtimonium eſt Senecæ Epiſt. 74. *Nos quoque evincamus omnia, quorum præmia, non corona, nec pallium eſt, nec tubicen prædicationi nominis noſtri ſilentium faciens; ſed virtus & firmitas animi.*

* ℣. 38. *Si hunc vicerit, accipiet ramum iſtum*) Nempe hic non ſolum Gymnaſiarchæ, ut dictum eſt; ſed & βραβευτοῦ *præmiatoris* perſonam gerebat. Βραβευταί, inquit Etymologicus, κυρίως λέγονται, οἱ τὰς ῥάβδους ἢ τὰ φοίνικας ἢ ἄλλο διδόντες τοῖς νικήσασι, ῥαβδοῦχοι ὄντες. *Brabeutæ, ſive Præmiatores, dicuntur, quaſi rhabdeutæ, hoc eſt, virgarum, aut ſerulorum largitores. Hi enim palmæ, vel ſimilis arboris ramos dabant, inſignia victoriæ.* Forte ejuſdem erat indicere certamen, quod hic noſter paulo prius fecit, & præmium victori porrigere, quod nunc promittit. Tertull. de Fuga in perſecutione: *A quo certamen edicitur, niſi a quo corona, & præmium proponuntur?* Et paulo poſt: *Ita agnoſcite ad eumdem Agonothetam pertinere certaminis arbitrium, qui invitat ad præmium.*

† ℣. 40. *Junxi manus, ut digitos in digitos mitterem*) Significat Perpetua ſe in altum ſublatam, ut certantem ſecum pugilem in terram dejiceret, compectinatis mutuiſque manuum digitis, ejus verticem ambabus palmis in unum junctis magno impetu depreſſiſſe, unde contigit Ægyptium in faciem cadere.

* ℣. 50. *Et acceſſi ad Laniſtam*) Quem Gymnaſiarchum potius & Brabeutem ſuperius diximus Laniſtam vocat, non ſine catachreſi forte quadam.

† V. 52. *Ad portam Sanavivaria*) Res exigit, ut reſcribatur: *Ad portam Sanavivariam*, ut infra §. XX. v. 24. *Revocatæ ſunt in portam Sanavivariam.* ubi forte ea priori loco reponendum ſit *Sanavivaria*. Ex his conſtat fuiſſe portam in Amphitheatro, quæ, ſaltem in Africa, vulgari verbo vocaretur *Sanavivaria*. Quænam autem hæc fuerit, inquirendum eſt. Docet Lipſius lib. de Amphitheatro cap. 21. præter portulas varias, ſive poſtica, quæ infimum Amphitheatri locum circumdabant ad varios uſus, præſertim emittendarum ferarum, fuiſſe duas majores e regione invicem oppoſitas, quarum alteram *Libitinenſem* fuiſſe dictam ſuſpicatur, & ipſe paulo poſt, *Mortualem* vocat, per quam ſcilicet mortua corpora gladiatorum, aut beſtiariorum reliquiæ extrahebantur ex arena. Alterius portæ, quæ, ut ait, ducebat ad forum, nomen nullum prodit. Non dubito quin, ſi hunc locum vidiſſet, *Sanavivariam* eam dictam affirmaſſet. Nec Etymon obſcurum eſt; cum enim per eam, qui ſani & vivi arenæ pericula ſuperfuerant, Foro & Urbi redderentur, jure *Sanavivaria* nuncupata ſit. Et favet huic conjecturæ duplex hic locus; quorum in priori, Perpetua victrix pugilatu, ſuperato in arena Ægyptio adverſario, cœpit ire, ut ipſa ait, cum gloria ad portam Sanavivariam, more videlicet vincentium in hiſce certaminibus, qui poſt victoriam per portam, quæ ducebat ad forum, cum plauſu exibant. Alter §. XX. v. 24. habet, Populum miſericordia motum erga Sanctas Perpetuam & Felicitatem jam a feris male venatas, revocaſſe illas ad portam Sanavivariam, qua videlicet gladiatores aut beſtiarii, quibus parcebat populus, ejus faventis acclamationis admoniti recedebant, ut periculo ſe ſubducerent.

* V. 58. *Uſque in pridie muneris*) Ita Tertullianus ad Scapulam cap. 2. *Qui pro Cæſare eorum in pridie uſque juraverant.* Cicero, *uſque ad pridie Kal.* dixit.

* V. penult. *Ipſius muneris album*) Infra, *Ordinem muneris*, & *commiſſionem ſpectaculi*, vocat. Cæterum ad hæc verba S. Perpetua reſpexit,

Digitized by Google

reſpexit quiſquis ſit horum Actorum auctor, cum ſe fidei commiſſum ejus exequi dixit.

§. XI.

† V. 4. *Cœpimus ferri a quatuor Angelis, quorum manus nos non tangebat*) Videtur exprimere, quod dicitur Daniel. 14. 35. *In impetu ſpiritus ſui*. Et de Ezechiele, ejus Prophetiæ cap. 8. v. 3. *Apprehendit me in cincinno capitis mei*.

* V. 9. *Liberato primo mundo*) Hoc eſt *tranſmiſſo, ſuperato*; vel nobis primum mundum jam egreſſis, aut ſupergreſſis. Ita Tertullianus de Virg. veland. *Arabiæ fœminæ faciem ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contentæ ſint dimidiam frui lucem*. Et L. 41. § L. Titius ff. de Fideicom. Libert. *Ære alieno liberato*. Hoc eſt, poſtquam æs alienum perſolveris.

† Ibid. *Et liberato primo mundo*) Uſus ſatis inopinatus vocis, *liberato*, pro, *tranſmiſſo*, aut *ſuperato*. Quæ duo teſtimonia clare ad hunc locum ὁ μακαρίτης, vereor, ut ſatis perta ſint. Itaque legere mallem, *liberati*, ut ſenſus ſit, eos poſtquam a caligine & craſſiori aere ſphæræ ſublunaris emerſiſſent, vidiſſe lucem immenſam, &c.

* V. 14. *Ecce ſunt, Ecce ſunt*) Voces honorifice demonſtrantium, quales illæ, *Hic eſt*, & ſimiles; de iis, qui fama noti, digito occurrentium monſtrabantur.

* V. 18. *Tranſvolvens ſtadium violata*) Omnino legendum *vio lata*. Nam id in viſione ad uſum tunc vulgo notum ſpectabatur. Solebant in hortis & porticibus ambulatra ſtadiis dimetiri. Gloſſæ Galeni: Σταδιῶδες, ὁ σταδίοις ἀναμετρηθὲ τὸν περίπατον. Inde *Porticus ſtadiata* dictæ Vitruvio lib. 5. cap. 9. ubi in palæſtris periſtylia quadrata ſive oblonga ita facienda monet, *uti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem*.

* V. 29. *Invenimus Jucundum & Saturninum & Artaxium*) Paulo poſt; *& Quintum*. Horum martyrum nomen & memoria nonnisi demum reſtituta hiſce Actis debetur. Nam abſque illis eſſet, perpetuo mortales latuiſſent, uni Deo βραβευτῇ καὶ ἀγωνοθέτῃ, & apud eum regnantibus ſuperis cogniti. Cæterum ex hoc loco apparet magnam & univerſalem tunc fuiſſe Chriſtiani nominis perſecutionem.

* V. 30. *Vivi arſerant*) Lex 28. ff. de pœnis, vivi cremationem ſummum ſupplicium appellat. Ibidem additur §. 9. *Igni cremantur plerumque ſervi; nonnunquam etiam liberi plebeii, & humiles perſonæ*. Tales paſſim Chriſtiani habebantur. Unde populus Smyrnenſis, cum S. Polycarpo leonem poſtulaſſet, petiit deinde ζῶντα κατακαῦσαι, *ut vivus arderet*. Sic eleganter Rufinus Euſebii verba tranſtulit. In perſecutione quoque Alexandrina ſub Decio frequens hæc viviexuſtio fuit, ut ex Dionyſii Epiſtolis apud Euſebium lib. 6. cap. 41. videre eſt.

* V. 33. *Qui & ipſe Martyr in carcere exierat*) Hoc eſt mortuus erat ærumnis carceris. Sic martyrii palmam citra ignem aut gladium adeptus. Sic infra §. XIII. v. 2. Optatus Epiſcopus & Aſpaſius presbyter ſuperſtites, in viſione Saturum & Perpetuam quaſi jam defunctos repræſentante, dicunt: *Quia exiſtis, & ſic nos reliquiſtis*. Item infra §. XIV. v. 4. *Secundulum vero Deus maturiore exitu de ſæculo adhuc in carcere evocavit*. Sic & apud Euſebium lib. 5. cap. 1. ἀπεπνίγησαν ἐν τῇ εἱρκτῇ πλεῖστοι αὐτῶν. Hoc eſt, *Diverſi martyrium genere exierunt*. Sed & generatim exire pro mori apud Cyprianum lib. de Mort. illis verbis: *Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis?*

* V. 38. *Et quærebamus de illis, ubi eſſent*) Non tunc utique, cum illos invenerunt, quærebant; ſed antea quæſierant: & in ea cura tunc erant, cum commodum apparuerint: quæ res jucundiorem occurſum facit.

§. XII.

* V. 10. *Quaſi hominem canum niveos habentem capillos*) Ex Apoc. 1. ubi de Domino: *Caput autem ejus & capilli erant albi velut lana, aut nix*. Unde Cyprianus lib. de Hab. Virg. *Tu exacrare canitiem, divertaris alborem, quo ſit ad Domini caput ſimilis*.

§. XIII.

* V. 3. *Aſpaſium Presbyterum Doctorem*) Hoc eſt, cui ex officio incumbebat docere plebem. Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium, Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 24. συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν, *Convocatis Presbyteris & Doctoribus fratrum, qui in pagis erant*. De Presbyteris quoque Doctoribus egregius Cypriani locus eſt Epiſt. 24. quam Pamelius ſou ὑπηρέτημα corrupit pag. 46. Inter quos & Doctorem Audientium ſive catechumenorum peculiariter commemorat. Nam catechumeni *Audientes* & *Diſcentes* dicti, quibus ſeorſum locus erat attributus, ubi Chriſtianæ Religionis elementa percipiebant, qui κατηχούμενοι, *Catechumenium* vocabatur. Poſſidius in vita S. Auguſtini notat uſum Eccleſiarum Africanarum, ubi Presbyteris non erat poteſtas coram Epiſcopo in Eccleſia Evangelium prædicandi & tractandi: quod in orientalibus Eccleſiis ex more fiebat. Alexandriæ quidem jam olim fuerat διδασκαλεῖον τῆς κατηχήσεως, ſchola Doctrinæ Sacræ a S. Marco inſtituta, cui præfuerunt Eccleſiaſtici Doctores percelebres Pantænus, Clemens, & Origenes. S. Hier. Cat. Script. Eccl. cap. 36. 38 & 54.

† V. 8. *Et conturbaverunt eos*) Videtur dictum quaſi *proturbaverunt*, hoc eſt, longe ſubmoverunt, velut ultra fas progreſſos. Additur enim: *Et nobis viſum eſt quaſi vellent claudere portas*.

† V. 10. *Corrige plebem tuam, &c.*) Non eſt aliena a viſione in uſum Eccleſiæ cujuſpiam oblata, reprehenſio Epiſcopi negligentiam arguentis. Sic enim in Apocalypſi Epiſcopi quidam arguuntur.

* V. 11. *Quaſi de circo redeuntes & de factionibus certantes*) Sic MS. Sed haud dubie legendum *de factionibus certantes*. Significat hic locus, Eccleſiam Tuburbitanam factionibus & diſſidiis Optati Epiſcopi, & Aſpaſii Presbyteri diſtractam fuiſſe in partes. Unde illis Angeli paulo ſuperius dixerant §. XIII. v. 17. *Si quas habetis inter vos diſſenſiones, dimittite vobis invicem*.

§. XIV.

* V. 4. *Secundulum vero Deus maturiore exitu de ſæculo adhuc in carcere evocavit*) Cyprian. Epiſt. 8. de ſimiliter præmortuo: *Divina dignatione ſubvectus inter ipſa cruciamenta, adeptus gloriam non terminati ſupplicii, ſed velocitate moriendi*. Nam ut ait Seneca Conſol. ad Marciam cap. 20. *Mors Captivorum catenas levat, & e carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat*.

* V. 7. *Gladium tamen etſi non animo, certe caro ejus agnovit*) Videtur potius legendum: *Gladium tamen etſi non caro, certe animus, &c.* Gladii videlicet nomine tormenta, & ærumnas carceris appellat, juxta illud Pſal. 104. de Joſepho: *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus; Ferrum pertranſiit animam ejus*. Et de B. Deipara Luc. 2. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. Significat non minus martyrem Secundulum, quam cæteros. Nam, ut ait Cyprianus lib. de Mortalitate: *In Dei ſervis apud quos confeſſio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus, Deo judice coronatur. Aliud eſt enim martyrio animum deeſſe; aliud animo defuiſſe martyrium. Qualem te invenit Dominus cum vocat, talem pariter & judicat. non enim Deus ſanguinem noſtrum, ſed fidem quærit*.

§. XV.

* V. 6. *Ne propter ventrem differretur*] Ita Pontius Diaconus de S. Cypriano: *Vir tam neceſſarius a martyrii conſummatione dilatus eſt*.

* Ibid. *Non licet prægnantes pœna repræſentari*] Antiquiſſima hæc Ægyptiorum lex fuit, τὴν ἔγκυον, ἂν ᾖ θανάτῳ ... φυλάττειν. *Prægnantem, ſi mortis fuerit damnata aſſervari donec pariat*. Refert Plutarchus lib. de Sera Numinis vindicta; ubi & ab Ægyptiis legem eamdem adſciviſſe Græcos memorat. confirmante Æliano, dum lib. Var. Hiſt. 5. cap. 19. eam a Senatu Areopagitico obſervatam narrat. Unde in Atticarum legum cenſu, huic quoque locum datum oportuit. Porro a Græcis cum aliis bonis legibus hæc quoque ad Romanos migravit. Ulpianus L. 3. ff. de Pœnis. *Prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidem* (addit) *& ne quæſtio de ea habeatur, ſcio obſervari quamdiu prægnans eſt*. Et L. 18. ff. de Statu Hom. *Imperator Hadrianus reſcripſit: Liberum, quæ prægnans ultimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere, & ſolitum eſſe ſervari eam, dum partum ederet*. Moyſem quoque æquiſſimam hanc legem a ſua republica adeo non excluſiſſe teſtatur Philo lib. περὶ φιλανθρωπίας, ut eam ad bruta etiam animalia extenderit. ... ἔτι ... ἄχρις ἂν ἀποτέκῃ ... τὰ κατὰ γαστρὸς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποκυηθεῖσι λογιζόμενος. *Lex ſua animantia complectitur, neque mactari permittit priuſquam pepererint; fœtum utero conclaſum eodem loco habens, quo editum*. Addit deinde ... *Unde etiam quidam legumlatores de mulieribus capite damnatis legem conſtituiſſe videntur, quæ vetat prægnantes, ſi capitale crimen admiſerint, morte affici priuſquam partum ediderint, ne cum iis ſimul, qui in utero eſt, mactetur*.

* V. 10. *Ex miniſteriis Cataractariorum*.] Cataractæ portæ ſunt robuſtis funibus, aut catenis ita ſuſpenſæ, ut demitti & ſubduci poſſint, prout res poſtulat, quales in urbium, aut arcium aditu hoſtium irruptioni propulſandæ paſſim in uſu remanſerunt, & *Sarracenicæ* vulgo appellantur. Hæ vel olim vinctis cuſtodiendis adhibebantur; unde & καταῤῥάκτης pro carcere poſitum legitur apud LXX Jeremiæ 20 v. 2. In quem locum vide Origenem Hom. 18. pag. 197. Vel certe clathra, aut fores clathratæ: quia cataractæ ſeremem ex lignis cancellatim compacti conſtabant, cataractæ vocabantur, & Janitores carcerum, Cataractarii; quorum miniſtri cuſtodes erant excubantes ad portam. Hos Libanius orat. de Cuſtod. Reorum, τὰς θύρας ... vocat *porta Domino*, & ingreſſus ad vinctos arbitros. Act. 12. 6. φύλακες πρὸ τῆς θύρας, *cuſtodes oſtio appoſiti* dicuntur.

* V. 26. *Alius erit in me, qui patietur pro me*] Nempe Chriſtus in Martyribus patiens. Sic Saulo Chriſtianos perſequenti Chriſtus dicit: *Quid me perſequeris?* Act. 9. 4. Sic Petro cum crucifigendo idem apparens dicit: *Vado iterum crucifigi*. Sic denique Euſebius lib. 5. cap. 1. de S. Diacono, cujus corpus ἕλκεσι ... καὶ μώλωψι, *vulneribus & livore*, humanam figuram amiſerat, ait: ἐν ᾧ πάσχων Χριστὸς μεγάλας ἐπετέλει δόξας, *in quo Chriſtus patiens magna & glorioſa geſſerat*. Similia apud Cyprianum & alios occurrentia omitto.

§. XVI.

* V. 4. *Fideicommiſſum ejus exequimur*] Alludit, ut ſuperius indicatum eſt, ad ultima illa verba S. Perpetuæ: *Ipſius autem muneris actum, ſi quis voluerit, ſcribat*. quibus reliquam paſſionis pertexendam provinciam alteri delegat.

* V. 7. *Cum a Tribuno caſtigatius eos tractarentur &c.*) Hoc eſt, Tribuno ægre permittente cibos inferri, diariis ſolito tenuioribus paſcerentur: utique præter morem. Nam ut ait Seneca Epiſt. 19. *Liberorum ſunt alimenta carceris*. Et: *Sepoſitus ad capitale ſupplicium anguſte, qui occiſurus eſt, paſcit*. Sic Tertulliano. *Caſtigatio victus*, jejunium, aut cibus parcior dicitur.

* V. 11. *Ex admonitionibus vaniſſimorum hominum, verebatur ne ſubtraherentur de carcere incantationibus, &c.*) Hoc eſt illa, quam Chriſto temere ac blaſphemo impactam S. Ignatius Epiſt. ad Philipp. queritur

queritur, θαυμαστὴν μαγείας *telonariofa arrafario magia*. quam & in Chriſtianos, quoties mirum aliquid ſupra vim humanam peterarent, frequentatum a perſecutoribus, cuncta fere Martyrum Acta ſuſtantur.

ⁿ §. 15. *Quod atque non permiſsis refrigerare*) Hus eſt, paulo lautius & copioſius paſci.

ᵃ §. 16. *Natalis Nobiliſſimi Caſaris*) Getæ filii Severi Imp. cujus natali, ut ſuperius dictum, pugnaturi erant. Nobiliſſimi appellatio, filiorum Imperatoris tunc minorum propria. Vide Phot. Bib. p. 117. Leunclav. Pand. Tur. p. 99. Panvinius in Faſtis p. 144. & 205. duas Inſcriptiones refert, quæ hoc adſtruunt. Idem viſitur in nummo hujus ipſius Getæ apud Hulſium cum adverſa figura Nobilitatis. Item apud Binum. *Noxiis* porro dicit Gentilium ſenſu verboque, qui innocentiſſimum hominum genus, noxiorum more extremis ſuppliciis afficiebant. Quamquam ut univerſum quemcumque ex cauſa, etiam citra crimen morti addictus venationibus, aut gladiatoriis ludis noxios vocatos reperiamus; unde ne Tertullianus in Apologet. cap. 15. mercenarios, noxios vocet, qui ſa altro gladio ad laniſtam auctorabant, aut ſponte libera ad beſtias ibant, & ut S. Cyprianus loquitur, *Non crimine, ſed furore* ad beſtias pugnabant. Notat tamen Tertullianus aliquando in ipſis perſecutorum Actis Chriſtianos a noxiis diſtinctos, veritate ſubinde mendacibus interdum excidente. Sed ut ad uſum communionem revertamur, Latina vox *noxii*, non ſemper Græcæ voci ἀνομοι, ſed aliquando voci, ἐπιθανάτιοι reſpondebat, morti deſtinatos indicans, ſive gladiatoriis telis, ſive belluarum dentibus conficiendos, quos *beſtiarios*, *ludo deputatos*, *ſæpe vel pœne* vocabant. Unde Tertullianus lib. de Pudicitia locum Sancti Pauli 1. Cor. cap. 4. 9. ὡς ἐπιθανατίους, eodem vertit: *Elegit nos velut beſtiarios*. Hos Quintilianus declamat. 9. vocat: *debita pœna mancipia*, quæ ad ludum certamque mortem alebantur.

ᵃ §. 18. *Si pinguiores illo producamur*) Hæc Perpetua ſancta ſeveritate dixit, quam prophani interdum homines perdita ſævitie, ut Apuleius loquitur, faciebant: ejus verba ſunt lib. 4. *Alibi noxii perdita ſævitiæ ſuis epulis beſtiarum ſaginas inſtruentes*, &c. Mos autem erat, eos, qui vel pœnæ cauſa ad gladiatorium, aut venatorium ludum dati eſſent, aut ſponte ſe iiſdem addicerent, ſaginari primum a magiſtris ludi, ut habitiores ac valentiores producerentur. S. Cyprianus Epiſt. 2. *Impletur ut ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvina toris membrorum moles robuſta pinguiſcat, ut ſaginatus in pœnam carius pereat*. Et Quintilianus Declamat. 9. *Alebat devotum corpus gravior omni fame ſagina*.

† Ibid. *Aut non tua gloria eſt, ſi pinguiores illo producamur*) Præter opportune notata ab Holſtenio, videri poteſt alludere hic locus ad vota quorumdam, in plena ſui habitudine mori optantium, quale expreſſit in Europa Horatius Ode 27. lib. 3.

*Antequam turpis macies decentes*
*Occupet malas, teneræque ſuccus*
*Defluat prædæ, ſpecioſa quæro*
*Paſcere tigres.*

ᵃ §. 20. *Manibus liberi*) Sic MS. Codex, quem fideliter ubique expreſſi, pro quo facile fuiſſet reponere, *cohiberi*. Sed forte Africa tunc ita loquebatur.

ᵃ §. penult. *Tamen ipſe Optime carceris ordinante*) Melius forte reponeretur *Tandem*.

## §. XVII.

ᵃ §. 4. *Sed Agapem cœnarent*) Non deſcribimus quæ paſſim de Agapis veterum Chriſtianorum viri docti obſervant: inter alios Albaſpinæus lib. 1. Obſervationum 18. De iiſdem agunt Chryſoſt. 1. Cor. 11. Homil. 27. Tertullianus Apolog. cap. 39. Cyprianus Epiſt. lib. 3. Concilium Gangr. Can. 11. Erant triplices, natalitiæ, nuptiales, funerales. Gregor. Nazianz. de Vit. Dictis. Porro modus hic loquendi etiam Tertulliano uſitatus Apolog. cap. 39. *Inde diſceditur non in catervas cæſionum, ſed ad eamdem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tam cœnam cœnaverint, quam diſciplinam*.

ᵃ §. 11. *Hodie amici, cras inimici*) Hoc dicit Saturus Gentilibus curioſe ſpectantibus Martyres, dum pridie muneris cœnam liberam aperam darent, ſignificans eos, qui tunc tranquille & quaſi amice ſpectarent, poſtridie inſanis clamoribus eorum necem petituros. Nam *Ubi beſtiarii in arenam producti ſunt, populus de ſpectatore in adverſarium vertitur*, ut ait Seneca lib. 1. de Ira cap. 2. quem etiam vide de Tranquillitate cap. 10.

## §. XVIII.

ᵃ §. 1. *Illuxit dies victoriæ* &c.) Sic Pontius Diac. qui hæc Acta non ſemel exprimit: *Illuxit denique dies alius, ille ſignatus, ille promiſſus, ille divinus*.

ᵃ V. 3. *Proceſſerant de carcere*) Ita Pontius de S. Cypriano: *Proceſſit ergo jam tertius expungi, quod diu fuerat retardatum. proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem*.

ᵃ V. 3. *In Amphitheatrum quaſi in Cœlum hilares*) Scilicet ut Cyprianus ait, pag. 166. *Sunati de premio cæleſti, de corona Martyrii, & de Regno Dei*.

ᵃ V. 4. *Vultu decori*) Euſeb. lib. 5. cap. 1. de Martyribus Viennenſibus & Lugdunenſibus: οἱ μὲν ἱλαροὶ προσῄεσαν, δόξης καὶ χάριτος πολλῆς ταῖς ὄψεσιν αὐτῶν συγκεκραμένης. *Hilares procedebant in quorum vultu decor quidem gratia & venuſtate multa aſperſus eminebat*. Vel ut Rufinus vertit: *Producebantur de ſuppliciis læti*, [illegible] Chriſtum negarunt, ... *Triſtes, demiſſi, ipſis quoque inſpectoribus horridi, & omni turpitudine deformiores ſederent*.

ᵃ V. 4. *Lucida inceſſu*) Ita Xenophon in Apologia de Socrate,

eum jam morti addictus a judicum conſpectu diſcederet. ὄμμασι καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι φαιδρός.

ᵃ V. 11. *A ſanguine, ab obſtetrice*) Inde ſanguinolentos Infantes appellat L. 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſtr. Eoſdem Juvenal. Sat. 7. *adhuc a matre rubentes* vocat. Et L. 1. Cod. Theod. de Exp. *Sanguine materni uteri adhuc perfuſos, & recens natos*.

ᵃ V. 11. *Lotura baptiſmo ſecundo*) Sanguinis ſcilicet & Martyrii. Celerinus Conf. apud Cyprianum Epiſt. 21. *Si non ante eramus illo ſancto lavacro, pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*.

ᵃ V. 16. *Cogerentur habitum induere viri quidem Sacerdotum Saturni*) Nam ut Lactantius ait lib. 6. cap. 20. *veteranus quæ appellamus maneret, Saturno ſunt attributæ*. Afrorum autem Saturnum, hominum victimis placuiſſe ſolitum apud ſæculum, teſtatur Tertull. Scorp. cap. 7. quod clarius explicat Apolog. cap. 9. ſic ſcribens: *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam uſque ad proconſulatum Tiberii*. Infantibus ſubſtituti videntur noxii, ne humani cruoris victima Saturnus fraudaretur. Unde & Sacerdotes Dei ſanguinarii coccineo pallio uſos idem Tertullianus docet lib. de Teſtim. Animæ cap. 2. ubi varios gentilium ſacerdotum habitus deſignans: *Et vitta Cereris*, inquit, *redimita, & pallio Saturni coccinata, & iſidis linteata*, &c. Tum lib. de Pallio cap. 4. *Laticus purpuræ ambitio, & galeatici caloris ſuperſtitio, Saturnum commendat*.

ᵃ V. 16. *Feminæ vero ſacratarum Cereri*) Ut viros ad beſtias damnatos pallio coccineo, quæ veſtis erat propria Sacerdotum Saturni, ut dictum eſt, induebant; ita feminas eidem pœnæ deſtinatas vitta redimibant. Nam vitta redimitas fuiſſe Cereris Flaminicas, modo ex Tertulliano audivimus, idemque confirmat de Pallio cap. 4. *Cur iſtos non ſpectas habitus, qui novitate ſua ſtare Religionem moventur? cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ, & privilegium galeri Cereri initiantur*. Quæ autem ſic initiatæ erant, ſacratæ Cereri vocabantur. Talem Fabiam Aconiam Paulinam, ſacratam Cereri & Coræ, antiqua Inſcriptio apud Gruterum pagin. cccxu. 2. & 3. exhibet.

ᵃ V. 17. *Cum iſta illa in finem uſque conſtantia repugnavit*) Tertullianus lib. de Idololatria c. 18. inter cætera idololatriæ genera, habitus quoque inquinatos, fideli recuſandos, docet: *Quippe qui idololatriæ ab initio dicati, habent prophanationis ſuæ maculam. Nemo*, ait, *in immundis mundus videri poteſt; tunicam ſi induas inquinatam per ſe, poterit forſitan illa non inquinari per te, ſed tu per illam mundus eſſe non poteris*. Addit mox: *Tu ſi Diaboli pompam ejuraſti, quidquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe idololatriam*. Item: *nullus habitus licitus eſt apud nos illicito actui adſcriptus*. Cyprianus magiſtrum expreſſit ſerm. de lapſis, ſimilem conſtantiam gratulans confeſſoribus, qui veſtes ſimiles recuſaverant. Ejus verba ſunt: *Ab impio, ſceleratoque velamine, quo illic velabantur ſacrificantium capita captiva, caput veſtrum liberum permanſit, frons cum Dei ſigno pura, Diaboli coronam ferre non poterit*. Hæc Cyprianus. Ceterum his veſtibus beſtiarii ornabantur, ut ſpecie ludos ornarent, in pompam producti, antequam beſtiis objicerentur. Quintilianus Declamat. 9. *Jam oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam duxerant*.

ᵃ V. 19. *Ad hoc ſponte pervenimus*) Ita Tertull. Apol. cap. 49. Gentiles ſtulta Chriſtianis inſultantes redarguit: *Quaſi non totum, (inquit) quod in me poteſtis, noſtrum ſit arbitrium. Certe ſi velim Chriſtianus ſum. Tunc ergo me damnabis, ſi damnari velim. Cum vero quod in me potes, niſi velim, non potes; jam meæ voluntatis eſt, quod potes, non tuæ poteſtatis*. Mox explicat qua ratione Chriſtiani tormentis ſponte ſe offerant: *Ergo, inquitis cur querimini, quod vos inſequamur, ſi pati vultis? plane volumus pati, verum eo more quo & bellum nemo quidem libens patitur; cum & trepidare, & periclitari ſit neceſſe*, &c.

ᵃ Ibid. *Libertas noſtra obduceretur*) Obducere, uſitata Africanis locutione eſt offuſcare, obſcurare, imminuere, violare, lædere. Ita ſæpe Tertullianus; ut Apolog. cap. 40. *Sed obducimur certe cum obtinemus. ergo vincimus, cum occidimur. denique evadimus, cum obducimur*, &c. Vide Rigaltium in Gloſſario Tertullianæ.

ᵃ V. 20. *Animam noſtram adducimus*) Forte legendum *addicimus*, hoc eſt, capitali judicio ſubjicimus. Valer. Max. lib. 7. cap. 6. *Addictorum etiam & capitali crimine damnatorum*, &c. Similia paſſim occurrunt. Dixi, forte, quia defendi ſatis veriſimiliter poteſt lectio vulgata, ſumendo adducendi verbum in ſenſu offerendi: quod Græci προσάγειν dicunt.

ᵃ V. 32. *Populus exaſperatus*) Seneca lib. 1. de Ira cap. 2. *Quid gladiatoribus? quare populus iraſcitur, & tam inique, ut injuriam putet, quod non libenter pereunt? contemni ſe judicat, & vultu, geſtu, ardore, de ſpectatore in adverſarium vertitur*.

ᵃ V. 33. *Flagellis eos vexari poſtulavit*) A Præſide ſcilicet, qui de plano fuſtium, aut flagellorum caſtigationem irrogare poterat. Lib. 9. §. 3. ff. de Off. Præſid.

ᵃ Ibid. *Per ordinem venatorum*) Hæc eſt a venatoribus, qui poſito erant flagellis inſtructi: Inde Tertull. lib. ad Mart. *Alii inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimi inambulaverunt*. Idem lib. 1. ad Nat. *Si flagellis mulier infuſcavit, hoc quoque proxime inter venatores addita tranſcurſa commiſſa eſt*. Hunc locum Actorum noſtrorum, & quos duos e Tertulliano adduximus, pariterque totam hanc verborum διαμαστιγοῦντες, *flagellantes*, hactenus non ſatis explicatam, egregie illuſtrat inſignis plane locus Euſebii lib. 5. cap. 1. ὑπομείναντες πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας. *Flagellorum ordinem ex more arenæ iterum tranſierunt*. Sive *flagella pro ordine venatorum ex more arenæ ſubierunt*. Ubi vides, pro ordine, ſignificare ante ordinem, ſive prætereundo ordinem, &c. Stabant videlicet venatores cum flagris longa ſerie diſpoſiti, ante quos incedere nudos



beſtia-

beſtiarios cogebant, unuſquiſque illorum taureas, quas gerebat manu, in nuda miſerorum membra infligentibus. Hoc pœnæ genus puto reſpexit Damaſus carmine 5. in S. Agatham dum ait: *Lætior inde magiſque flagrans cuncta flagella cruoris ovans*. Porro quod diximus hanc flagellationem populum furentem a Præſide poſtulaſſe, facile id potuit, cum is ſpectaculo præſideret: nam, ut docet Lipſius in Amphitheatro pag. 15. præſes manebat ad podium ſpectabat, hoc eſt in primo, ſive imo ſubſelliorum ordine, ubi ejus tribunal ſive ſuggeſtus erat, ut idem obſervat pag. 27. haud longo ab arena intervallo.

ᵃ ℣. antep. *Gratulati ſunt, quod aliquid & de Dominicis paſſionibus*, &c.) Nempe quod flagellatum Chriſtum meminiſſent, flagella gaudentes accipiebant. Sic Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. lib. 6. cap. 14. Memorium Martyrem cum latronibus exuſtum, ſimilitudine paſſionis Chriſti honoratum ait. Similia multa apud Tertullianum, & alios occurrunt.

§. XIX.

ᵃ ℣. 7. *Ut ſcilicet glorioſiorem geſtaret coronam*) Nam ut Tertul. ait: *Majora certamina, majora ſequuntur præmia*. Unde mos gentiles alloquens: *Crudelitas veſtra*, inquit, *gloria eſt noſtra*.

ᶜ ℣. 11. *Ab urſo erat vexatus*) Ecce tibi Urſos in Africa, quod Plinius jam olim, & negat adeo Lipſius negavit: ſed cum ipſe Plinius ex Annalibus Coſſ. Urſos Numidicos commemoret, & Virgilius *Lybiſtidis Urſæ* meminerit, Martialis quoque & Juvenalis *Lybicos Urſos* appellaverint, jure merito Salmaſius Plinianarum Exercitat. pag. 223. utriuſque opinionem amplodit, quam fateor ex hoc noſtro loco, ſi ſolus ſit, revinci non poſſe. Potuerant enim Urſi aliunde adducti fuiſſe in Africam, ut leones & panthera & elephanti Romam ad uſum Theatri. Videri poteſt huc facere Senecæ locus lib. 3. de Ira cap. 43. *Ridere ſolemus inter matutina arenæ ſpectacula, Tauri & Urſi pugnam inter ſe colligatorum, quos cum alter alterum vexavit, ſuus confector expectat*. Item ille Arnobii lib. 7. *Feris, ut caveatarum diſcutiant clauſtra, objectari neceſſe eſt eſcas, in quas validè ſæviant, & rapidorum vexationis ebulliant*. In utroque vides vexandi verbum, arenæ commiſſionibus accommodatum.

ᵈ ℣. 28. *Cum ad Urſum ſubſtrictus eſſet*. Et paulo ſuperius: *Illum apro ſubligaverat*, &c.) Hæc ſignificant beſtiarios alligari, ne ſuperent, ſcilicet, ante conſpectum ferarum in ipſas immittendarum: ſed & ipſas feras interdum inter ſe alligabantur, ut præter Senecæ teſtimonium jam recitatum, docet Claudianus in Panegyrico Manlii:

*Audaces ligat ipſe vitos qui colla ferarum*
*Arte ligent, utrique premant venabula niſu*.

Gladiatores quoque Commodi Imper. juſſu inter ſe colligatos Xiphilinus memorat; indignante Imperatore, quod non ſatis prompta & animoſa in mutuam cædem ruerant; & propterea colligari jubente, ut ſe mutuo conficerent. Non diſſimili loquendi modo, S. Ignatius Martyr, cum vinctus Romam duceretur a decem militibus ferina rabie ſævis, ſeſe ligatum cum decem Leopardis ſcribit. Gregorius quoque Turon. lib. 1. Mirac. c. 48. refert, S. Saturninum Martyrem *Bovis petulci religatum veſtigiis per gradus Capitolii præcipitatum*, &c.

ᶠ ℣. penult. *Urſus de cavea*, &c.) Caveæ nimirum variis feris aſſervandis circa arenam erant, & inde immittebantur. Vide Lipſium de Amphitheatro pag. 20. Quod paulo ante pontis eſt mentio, videtur inſtitutum Commodi factum, ut in Amphitheatro pontes aſſent. Refert enim Xiphilinus in Commodo pag. 282. hunc Imperatorem per Amphitheatri arenam pontes ſtruxiſſe, ut inde feras conficeret.

§. XX.

ᵃ ℣. 2. *Ferociſſimam Vaccam*) L. 3. ſ. beſtias ff. de poſt. *Beſtias turpiter debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere*.

ᵇ ℣. 3. *Diabolus ſexui de beſtia æmulatus*) Non abſimili genere loquendi Tertullianus de Patientia, cap. 16. *Ut in iſto quoque, Domino diabolus æmularetur*.

ᶜ ℣. 5. *Deſpoliata*) Sic MS. forte rectius, *deſpoliatæ*, ut Seneca Conſol. ad Marciam cap. 24. *Deſpoliatus omnibus alienis*.

ᵈ Ibid. *Reticulis induta*) Ita Sancta Blandina poſt varia tormentorum genera, εἰς γύργαθον βληθεῖσα ταύρῳ παρεβλήθη. *In rete involuta tauro objicitur*: Idem Rufinus in ſua editione ut novum & inuſitatum ſupplicium notavit: *Inde, inquit, etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut reti conſtricta objiceretur tauro feroci inſtigato; a quo cum fuiſſet innumeris ictibus lacerata, & toto arenæ ambitu jactata, nihil læditur*.

ᵉ ℣. 18. *Pudoris potius memor, quam doloris*) Tertull. lib. de Pudic. cap. 1. Pudicitiam *principalem Chriſtiani nominis diſciplinam* vocat, *quam ipſam quoque ſæculum uſque adeo*, inquit, *teſtatur, ut, ſi quando eam in feminis noſtris, inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat; id volunt eripere, quod vitæ anteponunt*. Vide ejuſdem Apologet. cap. 50. Victorem Uticenſem de Dionyſia. S. Hilarionem pag. 289. Generatim loquendo ſanctis notum eſt, quem exprimit Clemens Alexandr. Pædag. lib. 2. cap. 10. his verbis: οὐδὲν μέρος ἀνδρὸς ἀπογυμνοῦσθαι γυναικὸς πρέπει. *Summam eſſe indecentiam quamcumque mulieris corporis partem nudari*. quod in Gentilibus quoque feminis naturalis pudor ſemper abhorruit. Hinc illud Euripidis de Polyxena jam moriente in Hecuba pag. 32.

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ᾽ ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ᾽ ἃ κρύπτειν ὄμματ᾽ ἀρσένων χρεών.

*Illa vero etiam moriens*
*Multam curam habuit honeſte cadendi,*
*Et tegendi ea, quæ tegi oculis virorum decet*.

Quod Ovidius Faſt. 2. ad Lucretiam tranſtulit:

*Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeſte*
*Reſpicit, hæc etiam cura cadentis erat*.

Ita Cornelia Maximilla Veſtalis inceſti damnata, teſte Plinio lib. 4. Epiſt. 11. *Cum in ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe ac recollegit: cumque ei carnifex manum daret, averſata eſt & reſiliit, fœdumque contagium, quaſi plane a caſto, puroque corpore noviſſima ſanctitate rejecit, omnibuſque numeris pudoris*, πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν εὐσχήμως πεσεῖν. Quod ad loquendi modum hujus loci attinet, geminus extat apud Tertullianum lib. de Pœnit. cap. 10. de iis qui pœnitentiam de die in diem differunt: *Pudoris magis memores quam ſalutis*.

ᵉ ℣. 14. *Dein requiſita*) Hoc eſt, poſt acceptum vaccæ furentis impetum, & quaſi poſt pugnam jam depugnatam, a venatoribus, atque arenariis revocata, & ut Euſebius loquitur, ἐκ θηρίων ἀναληφθεῖσα.

ᵃ ℣. 16. *Quaſi a ſomno expergita*) Sic de Biblide Martyre Euſebius: ἡ δ᾽ ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀνανήψασα.

ᵇ Ibid. *Adeo in ſpiritu & in extaſi fuerat*) Quaſi diceret: adeo rutta ſenſuum uſum elevata ac rapta: nam hoc vocatur eſſe in ſpiritu. S. Johannes Apocal. cap. 4. *Et ſtatim fui in ſpiritu*.

§. XXI.

ᶠ ℣. 11. *Salvum lotum*) Acclamatio populi petulantis illudentis Chriſtianis factis. Cum enim vulgo notum eſſet Chriſtianos exiſtimare ſalvos fieri homines per Baptiſmum: populus a theatro ſpectans Chriſtianum ſanguine perfuſum, ſalvum eum proclamabat, qui ſic lotus eſſet.

ᵐ ℣. 19. *Ad jugulationem ſolito loco*) Spoliarium intelligit, ubi conficiebantur quos arena ſemivivos dimiſerat. Docet hoc Seneca Epiſt. 94. *Numquid aliquem tam ſtulte cupidum eſſe vitæ putas, ut jugulari in ſpoliario, quam in arena malit?* Ita mortuo Commodo, acclamatum ſcribit Lampridius: *Hoſtis patriæ, parricida, gladiator in ſpoliario lanietur*.

ᵒ ℣. 22. *Cum populus illos in medio poſtularet*) Sic Rufinus lib. 5. Hiſt. Eccl. de Attalo & Alexandro: *Sed cum ferarum nulla Sanctorum corpora contigiſſet, omnibus eos verberum, ceterorumque generum ſuppliciis cruciatos, ad ultimum in conſpectu populi, in medio arenæ jugulari jubet*. Poſtulandi porro vox amphitheatri propria: Hinc *depoſtulatores Chriſtianorum* Tertull. Apol. cap. 25.

ᵖ ℣. 24. *Oculos comites homicidii*) Sanct. Cyprianus Epiſt. 2. *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet*. Et mox: *In tam impiis ſpectaculis, tamque diris & funeſtis, eſſe ſe non putant oculi parricidas*. Hanc crudelitatem non uno loco exagitat Seneca Epiſt. 7. *Mane Leonibus & Urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur*, &c. Idem Ep. 87. Et omnium eleganter Lactantius Div. Inſtitut. lib. 6. cap. 3.

ᵍ ℣. 28. *Per ſolemnia pacis*, &c.) In Gloſſario veteri, ſolemnia pacis ἀσπασμὸς, Oſculum, id *Oſculum ſanctæ pacis*, vocat Paulinus. Hoc ſymbolo pacis recte ad martyrium præparabantur. Euſebius loco ſupra citato: εἰρήνην ἠγαπήσαμεν ἀεὶ, καὶ εἰρήνην ἡμῖν παρηγγυήσαμεν, μεθ᾽ εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεόν. Quæ ita vertit Rufinus: *Super omnia pacem & ipſi diligebant, & nobis ſervare mandabant; nec aliam ſibi, niſi per pacem, viam ad martyrium conſtruebant*. Hinc forte Tertullianus de Patient. cap. 12. dilectionem vocat *ſummum fidei Sacramentum, & Chriſtiani nominis theſaurum*.

ʳ ℣. 29. *Conſummarent*) Vox propria perfecti martyrii. Sic Tertullianus de Patient. cap. 13. *Patientia martyria conſummat*. Et Cyprianus Epiſt. 4. martyrium *conſummationem* appellat. Et Epiſt. 6. jubet Confeſſores humiles & modeſtos & quietos eſſe, *Ut in omnibus Dominum promerentes, ad cæleſtem coronam laudis ſuæ conſummatione perveniant*. Reſpondet *conſummare* Græca τελειοῦσθαι, qua ejus linguæ autores in referendis martyriis paſſim utuntur.

ˢ ℣. 36. *Tirunculi gladiatoris*) Qui arenæ victimæ deſtinabatur, ut cædibus aſſueſceret, tirocinii rudimenta in ſpoliario ponebat, ibique beſtiarios, quibus ferarum immanitas vitam non eripuerat, jugulabat, aut ſemimortuis & inermibus conficiendis exercitatus, ad juſta certamina produceretur. Quintilianus Declamat. 9. *Crudorum confectorem* vocat: hocque adeo proprium iſtius miniſterii nomen erat, ut Smyrnenſes apud Euſebium lib. 4. cap. 14. in S. Polycarpi martyrio id retinuerint.

ᵘ ℣. 37. *Ipſa in jugulum tranſtulit*) Id furore ac rabie faciebant gladiatores, quod Sancta Perpetua pie ac generoſa inſtinctu divino fecit. Seneca Epiſt. 30. *Sic gladiator tota pugna timidiſſimus, jugulum adverſario præſtat, & errantem gladium ſibi attemperat*. Vide eumdem lib. de Tranquillitate cap. 11. Porro de Sanctis Mulieribus, quæ aut ſeipſas interfecerunt, aut ad necem propriam cooperatæ ſunt ex inſpiratione divina, quarum memoriam celebrat Eccleſia, vide D. Thomam 2. 2. qu. 33. a. 5. ad 2. & qu. 64. a. 5. & qu. 124. a. 1. 2. &c.

§ Hic ad extremum adjungere nos aliquid de Tempore hujus celeberrimi Martyrii res ipſa, & juſta Eruditi Lectoris flagitat expectatio. Ea de re multum apud ſe diſquiſiviſſe Doctiſſimum Holſtenium, a variis ejus Schediaſmatis intelligo, definiviſſe quid ſequendum omnino judicaret, nuſquam reperio. Mihi cunctis attenta circumſpectis, videtur affirmari veriſimiliter poſſe, Epocham certaminis Tuburbitanarum harum Martyrum in anno Chriſti tertio ſupra ducenteſimum figendam. Nempe nos hæc ipſa, quæ nunc primum apparent, rerum Acta docent, ipſas Natali Getæ Cæſaris in arena depugnaſſe. Diſertiſſime id expreſſum legitur noſtræ hujus editionis §. VII & XVI. Geta ſecundo genitus filius fuit Severi Imperatoris, quem ſimul cum Fratre majore Antonino Caracalla, conſortes Imperii a Patre adhuc vivente renunciatos,

tes, Herodianus tradit lib. 3. conſentientibus Spartiano, & ex Dione, Xiphilino. Id accuratiſſimus Petavius in annum confert ſeptimum imperii Severi: opportune admonens, haud æque iſtum honorem utrique habitum: ſed prærogativam ætatis majori ſervatam, ipſi Patri per omnia coæquato, titulo & dignatione Auguſti, cum Frater minor Geta, tum adhuc decennis (ſiquidem Sulanis Conſulibus natus creditur) parte tantum, & gradu duntaxat ſecundo ſupremæ dignitatis ſit aſperſus, appellatione Cæſaris, prout diſtinctius Spartianus docet. Manſit autem hoc inter Germanos diſcrimen uſque ad annum Imperii Severi duodecimum, qui fuit Chriſti quartus & ducenteſimus, quo Petavius obſervat ex Zoſimo & Cenſorino Ludos Sæculares Romæ celebratos. Illo anno Auguſti nomen Getæ quoque communicatum (Severo Patre inter alia multa, quæ ob illa tentata memorat Herodianus, ad conciliandam inter fratres aſſidue diſcordes gratiam, hanc quoque coæquationem ſupremæ poteſtatis expendendam putante) certo confirmatur a Scaligero Animadverſ. Euſeb. pag. 229. cum aliis illuſtribus teſtimoniis, tum hac inſcriptione nummi antiqui. IMP. CÆS. P. SEPT. GETA. PIVS. AVG. SÆCVLARIA SACRA. S. C. Cum ergo natali Getæ, adhuc nobiliſſimi, adhuc Cæſaris, nondum Auguſti, celebrando, ſeſe arenæ deſtinatam Sancta Martyr, ea fide ſcripſerit, quæ Sacroſancta eſſe cuivis debet, habemus terminos, extra quos evagari conjecturæ nequit in inquirendo anni mortis ejus, illos ipſos quos certa nobis Hiſtoria præfinit, ſpatiique Geta in ordine ſecundo ſupremæ auctoritatis ſtetit. Eſt id ſpatium annorum omnino quatuor, nempe a Chriſti 199. ad 203. nam 204. ſequenti ſæculari, jam, ut vidimus, Auguſtus Geta erat. Ne autem libere poſſimus unumquemlibet e tribus prioribus iſtius ſummæ annis Sanctarum Martyrum deligere, arcet nos ab accuratiſſimis Chronologis Anno Severi decimo, Chriſti ducenteſimo ſecundo, alligata Epocha Perſecutionis ab eo Imperatore in Chriſtianos motæ, qua poſteriorem SS. Perpetuæ & Felicitatis fuiſſe Paſſionem, Martyrol. Rom. & eadem hæc ipſarum Acta demonſtrant, dum pag. 22. diſerte commemorant, indictam jam & exercitam *Perſecutionis*; utique generalis, & ab Auguſtis imperatam, quam Jocundus, Saturninus, & Artaxius palmam jam antea vivicomburio emeruerunt. Video his opponi poſſe auctoritatem doctiſſimorum hominum, Pamelii notis ad lib. Tertulliani ad Scapulam, Petavii in lib. de Doctrina Temporum, & in Chronico ad ann. Chriſti 201. Denique Philippi Labbe opere de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Tertulliano, qui cenſent librum Tertulliani ad Scapulam ante indictam a Severo perſecutionem ſcriptum. Unde ſequitur, Hilariani Præfecturam, ſub quo SS. Perpetua & Felicitas ſunt paſſæ, in multo ulteriore retrahendam tempore, videlicet in annum Chriſti 195. aut etiam ſuperius. Sed tunc illæ SS. Martyres depugnare in arena Natali Getæ Cæſaris non potuiſſent, quod feciſſe ipſas hæc Acta teſtantur; utique cum Geta, ut dictum eſt, ex ipſo etiam Petavio, Cæſar declaratus ſit anno Severi Patris ſeptimo, qui fuit Chriſti 199. Quare mihi credibile eſt, eruditiſſimos illos viros, ſi hæc, quæ nunc primum proferuntur, Acta videre potuiſſent, nunquam fuiſſe relaturos ſcriptionem libri Tertulliani ad Scapulam, ad annum Chriſti 199. aut 201. ante datum a Severo in Chriſtianos edictum; cum idem Tertullianus illo libro ſignificet, Hilarianum, ſub quo ſe paſſam S. Perpetua ſcribit pag. 22. ſæviente jam antea perſecutione, Scapulæ Præfecturam aliquot ſaltem annorum intervallo præceſſiſſe. Verba ſunt hæc Sanctæ Martyris: *Hilarianus Procurator, qui tunc loco Proconſulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat*, &c. quem hic alium Hilarianum comminiſci poſſumus ab eo, cujus Tertullianus Scapulam alloquens meminit his verbis: *Sicut & ſub Hilariano Præſide, cum de areis Sepulturarum noſtrarum acclamaſſent*: Areæ non ſint: *areæ ipſorum non fuerunt; meſſes enim ſuas non egerunt*: quod cum addit de *imbre anni præteriti*, plane oſtendit pluſquam prius aut alterius anni ſpatio antiquiorem Hilariani Præfecturam comparatibus Scapulæ fuiſſe. immo veriſimile eſt, quos paulo inferius eodem libro Tertullianus commemorat Africæ Præfectos, Cincium Severum, Veſpronium Candidum, Aſperum, & Pudentem, aut univerſos aut pleroſque, ſucceſſores Hilariani, deceſſores Scapulæ fuiſſe. Quæ qui attente perpenderit, næ is fateri cogetur; Librum ad Scapulam nequaquam ante initium Perſecutionis a Severo indictæ ſcriptum. quin argumenta non deſunt, quæ ſuadeant Librum illum ſcriptum poſt Severi mortem. Id enim innuit modus loquendi de Severo, quoties ibi ejus incidit mentio, prorſus qualis eſſe non defunctorum, ſed a ſuperiori memoria repetitorum ſolet. Quo non contentus Joſephus Scaliger pag. 220. Animad. Euſeb. etiam ultra mortem Antonini, filii Severi, Scapulæ Præfecturam, aut ſaltem Tertulliani opuſculi, de quo egimus, ſcriptionem ſubmovet, conjecturæ quarum arbitror, minime ſpernendæ: ea verbis ducta Libri ejuſdem, ubi poſtquam nominavit quemdam Chriſtianum Severo Imperatori carum, & in Palatio uſque ad ejus mortem habitum, addit: *Quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus*. Quæ verba neminem ſenſu omnino putet Scaliger de Antonino Caracalla vivente ſcribere Tertullianum potuiſſe. Sed quid exilibus e verbis exſculpendis argutiis conſiſtemus, cum meridianum a Sole, atque inexpugnabile cæleſtis characteris teſtimonium ſuppetat. Eodem ecce illo libro Tertulliani ad Scapulam, verba hæc leguntur: *Nam & Sol ille in conventu Uticenſi extincto pene lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati poſitus in ſuo hypſomate & domicilio. Habetis Aſtrologos*. Indicant hæc deliquium Solare omnium, & cum horrore publico Uticæ viſum, aliquanto ante quam ea Tertullianus ſcriberet. Hujus Eclipſeos proximæ & unius quod ſcrum calculus poſuit vir doctiſſimus Antonius Lalouere Societatis noſtræ, in quadam ad Johannem Beſſonum item noſtrum Epiſtola non edita, unde illos hic exſcribam.

Anno Chriſti CCX. die undecima Aprilis Novilunium Eclipticum Uticæ in Africa hora 22. poſt mediam noctem m. 57. s. 24. Hoc fuit medium Eclipſis.

Initium hora 21. m. 44. s. 44.
Tempus incidentiæ hora 1. m. 12. s. 30.
Finis horæ 0. poſt meridiem m. 13. s. 0.
Tempus emerſionis horæ 1. m. 14. s. 47.
Duratio totius Eclipſ. horæ 2. m. 27. s. 23.
Quantitas: digiti 8. m. 57. s. 30.

Domicilium Solis, cujus Tertullianus meminit, non hic intelligendum de Leonis ſigno: ſed accipiendum ſecundum rationem Horoſcopi, de parte, aut cuſpide ſigni Arietis, quem tum inſidebat Sol, Eclipſim contingente: nam ut obſervat Jovianus Pontanus libro de Rebus Cœleſtibus 2. c. 4. p. 75. & c. 5. p. 79. talis in quolibet Dodecatemorio locus, Solis proprium domicilium eſt, & antiquis ſæpe dicitur, *Locus Solis*, ſive *Dei*. Fuit etiam tunc Sol in ſuo *Hypſomate*, ſive *exaltatione*. ſic enim quidam Aſtrologi ſignum Arietis appellant. Quanquam (& eo magis inclinat Lalouera) facile intelligi poteſt Tertullianum per Solis Hypſoma nihil aliud indicare voluiſſe, niſi altitudinem verticalem Solis ipſo meridie culminantis quando id deliquium paſſus eſt. quod ſi Tertullianus fieri potuiſſe naturaliter negaſſe videatur, in eo popularitas erraverit; impune, ut in arte aliena a ſtudiis & profeſſione ſua. nam hoc & ipſe videtur innuere, continuo ad Aſtrologos allegans curioſos rerum talium. revera nihil in eo ſupra naturalem uſum fuit. Hactenus Epilogiſmus hujus Eclipſeæ; ex qua manifeſte demonſtratur, quod dudum oſtendere ſatagebamus; longe poſt annum Chriſti 202. Severi 10. fuiſſe ſcriptum librum Tertulliani ad Scapulam, cum in eo referatur Solis deliquium commiſſum anno Chriſti 210. qui fuit 18 & ultimus Severi; & ita teſetur, ut aliquot ante annis patratum appareat. Locus hic eſt proferendus, quam alicubi reperi notatum, conjectura Illuſtriſſimi Hulſtenii de tempore ſcripti libri ad Scapulam. cum enim retuliſſet Scaligerum ſub Elagabalo ſcriptum aſſumere, ipſe ait ſe putare, ſub Macrino ſcriptum. nam a Macrino vexatos clericos teſtari Sulpicium Severum. Utut ſeſe res hæc habuit de negotio quod in manibus habemus, jure noſtro colligere videmur ex hactenus dictis; ſatis non veriſimiliter exiſtimare, Martyrium, cujus Acta primigenia nunc damus, anno Chriſti 203. Coſſ. Lucio Septimio Geta Cæſare, & Lucio Septimio Plautiano, contigiſſe. Quod Geta Cæſar eo anno Conſul eſſet, cauſa videtur fuiſſe cur ejus Natalis gladiatoriis ludis & arenæ ſpectaculis honeſtaretur, unde ex hac ipſa Conſulatus Getæ nota confirmatur noſtra chronologia: cui ſubſcribit etiam Baronius, eiſdem Conſulibus, & eodem Severi anno paſſos SS. Martyres Perpetuam & Felicitatem ſiſe tradens, num. 22. & ſeq. anni 203. ita ille numerat ſolita ſibi additione duorum annorum, quam deinde cum communi calculo exæquat detracto biennio ex Probi Auguſti Principatu, prout jampridem Docti omnes Chronologi obſervarunt, Scaliger, Dekerius, Petavius, Bucherius, Bollandus, Henſchenius, Philippus Labbe, & alii. Quare omni genere argumentorum, nempe auctoritatibus gravium Scriptorum, rationibus ex re ipſa ductis, denique Characteribus cæleſtibus, ad omnem certitudinem ſtabilita remanet quam propoſuimus ſententia de Tempore Triumphi Sanctarum Tuburbitanarum Martyrum Perpetuæ & Felicitatis, Anno Chriſti 203. Nonis Martii, gloriæ immortalis palmam adeptarum.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. LEONIDIS, PLUTARCHI, &c.

1. EUſebius initio lib. 6. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ teſtatur, tam acerbam fuiſſe ſub Severo imperatore adverſus Eccleſiam perſecutionem; ut ubique terrarum, præcipueque Alexandriæ, eo tempore illuſtria viſa fuerint martyria. Verum

eum ea de aotiquorum Martyrum Actis collectio, quam ſe feciſſe pluribus in locis teſtatur, perierit, pauca nobis ſuperſuot de his Martyribus, quæ occaſione Origeois lib. 6. Hiſtoriæ ſuæ inſeruit cap. 1. & ſequentibus, quæque huc proferre viſum eſt, cum tanti theſauri vel minutiora fragmenta nobis quovis auro & lapillo pretioſiora eſſe debeant. In his autem proferendis, ſicut & in omnibus, quæ ex Euſebio ſumus mutuati, Valeſiana verſione uſi ſumus.

2. Leonidis, qui primus hic memoratur, martyrium ad annom 203. refert Euſebius in Chrooico. Ejus meminit etiam Martyrologium Romanum die 22. Aprilis. Plutarchi vero, Potamiænæ, ceterorumque, de quibus hic agitur, feſtum ad diem 28. Junii coofigoat: de quibus item alia Martyrologia eodem die aguot, quamvis eos variis diebus martyriom conſummaſſe ex Euſebii oarratione certum ſit. *Heraidis* ſeu *Iraidis* nomeo tribus diverſis diebus in Græcorum Meoæis celebrari obſervat Valeſius. Primo quidem die 5. Martii, ſecundo ubi dicitur catechumena die 5. Septembris, ac tertio taodem ubi virgo Ægyptiaca appellatur die 22. ejuſdem menſis. Porro horum Martyrum necem ad annum circiter CCX. quo maxime efferbuit, præſertim Alexaodriæ, Severi perſecutio, referri poſſe ceoſemus.

---

## MARTYRIUM

Anno Christi circ. 210.

### Saoctorum LEONIDIS, PLUTARCHI, & aliorum Martyrum Alexandrinorum.

*Ex Euſebio lib. 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 1. & ſeq. Edit. Valeſianæ.*

*Ubique terrarum Martyres.*

I. PORRO cum Severus perſecutionem adverſus eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum eccleſias ab athletis pro pietate certantibus illuſtria ſunt confecta martyria. Præcipue tameo Alexandriæ increbuerunt, cum ex univerſa Ægypto ac Thebaide lectiſſimi pugiles eo tamquam in ampliſſimum Dei ſtadium deducerentur, & cujuſque modi tormenta morteſque invicto aoimo perpeſſi, immortales à Deo coronas acciperent. Inter quos LEONIDES, qui Origenis pater fuiſſe dicitur, capite truncatus, ſupradictum filium admodum adoleſcentem reliquit. qui quanto animi impetu erga divinam fidem jam iode ab illa ætate fuerit affectus, non erit iotempeſtivum paucis commemorare: præſertim cum ejus fama multis multorum hominum ſermooibus celebretur.

*Leonides pater Origenis Martyr.*

II. Quod ſi quis vitam illius viri accurate, & per otium velit litteris tradere, looga profecto oratiooe opus eſſet: idque argumentum proprium opus flagitaret. Verum nos in præſentiarum pleraqoe in compendium redigeotes, paoca quædam de illo, quoad fieri poteſt, breviſſime referemus: partim ex quibuſdam epiſtolis, partim ex ſermonibus ejus diſcipulorum, qui ad noſtram uſque ætatem ſuperſtites fuerunt, comperta io medium afferentes. Origenis res, etiam a primis, ut ita dicam, iocuoabulis geſtæ, commemoratione dignæ mihi videotur.

III. Igitur Severo annum imperii decimum agente, Alexandriæ & totius Ægypti præfecturam obtinente Læto, epiſcopatum vero eccleſiarum illarum poſt Juliani obitum, Demetrio [1] recens adepto: cum perſecutionis ardentiſſimum flagraret incendiom, atqoe innumerabiles martyrio coronarentur; Origenis aoimum adhuc admodum pueri tanta cupido occupavit martyrii, ut ſe periculis ipſis objiceret, & proſilire ultro atque irruere ad certamen geſtiret. Jamque mors illi ſine dubio proxima immioebat, oiſi celeſtis Dei providentia, plurimorum utilitati cooſulens, per matris miniſterium impetum illius cohibuiſſet. Ac mater quidem primum verbis ſupplicando rogabat, ut materni affectus

*Innumerabiles Martyres.*

*Ingens Origenis deſiderium patiendi.*

1 Idem Euſeb. lib. 5. cap. 22. ait Demetrium Juliano ſucceſſiſſe eodem anno, quo Victor Eleutherio Pontifici Romano ſuffectus eſt.

affectus reverentia moveretur. Sed cum illum vehementius incitatum vidiſſet, ex quo patrem comprehenſum in vinculis detineri intellexerat, (quippe poſt hac toto animi impetu ad martyrium ferebatur;) abſcondita omni illius veſte, domi manere invitum coegit. Igitur ille nihil aliud ſibi relictum eſſe animadvertens, cum ſupra ætatem cupiditas intenderetur; quietis impatiens litteras ad patrem miſit, quibus illum ad martyrium vehementiſſime cohortabatur, his inter cetera verbis eum admonens. Cave, mi pater, ne noſtra cauſa ſententiam mutes. Atque hoc primum puerilis ejus indolis, & ſinceriſſimi erga divinam Religionem affectus ſpecimen a nobis commemoratum ſit &c... Proinde patri faceſſebat negotium, ſciſcitans ex illo quid ſententia divinitus inſpiratæ Scripturæ ſignificaret. Ille vero coram quidem & in ſpeciem puerum objurgabat, monens ne ſupra captum ætatis, neve ultra obvium & apertum Scripturæ ſenſum quicquam requireret. Clam tamen apud ſe ſingulari gaudio perfuſus, Deo bonorum omnium auctori gratias agebat maximas, quod ſe talis filii parentem efficere dignatus fuiſſet. Ac ſæpe numero dormientis pueri cubiculum ingreſſus, pectus ejus nudaſſe dicitur, & velut quoddam divini Spiritus ſacrarium religioſe illud deoſculatus, ſemetipſum beatum ejuſmodi ſobole prædicaſſe. Hæc & alia ſimilia de Origene etiam tum puero referuntur [2] &c.

*Patrem ad martyrium hortatur.*

IV. Philoſophicæ vitæ exempla omnibus ſpectanda præbens (Origenes,) plures ex diſcipulis ad imitationem ſui merito provocavit: ita ut multi ex gentilibus, tum in omni genere doctrinæ, tum in Philoſophia præſtantiſſimi, ejus ſe magiſterio ſubmitterent. qui cum fidem Chriſti ſincere atque intimo mentis affectu ab ipſo accepiſſent, perſecutionis illius tempore inclaruerunt: uſque adeo, ut quidam ex ipſis comprehenſi, martyrio perfuncti ſint. Horum primus fuit PLUTARCHUS [3], qui cum ad mortem duceretur, iterum hic de quo loquimur Origenes, dum Plutarcho ad extremum uſque vitæ terminum individuus adhæret, parum abfuit quin ab illius occideretur civibus, utpote qui necis illius auctor fuiſſet. Verum divina providentia tunc quoque illum conſervavit. Poſt Plutarchum ſecundus ex Origenis diſcipulis Martyr fuit SERENUS, qui fidem quam acceperat, igne examinatam ac probatam exhibuit. Tertius ex eadem ſchola Martyr exſtitit HERACLIDES, ac deinde quartus HERON: ambo ſecuri percuſſi. Prior dum adhuc eſſet catechumenus, alter vero neophytus. Præter hos quintus ex eodem auditorio Chriſtianæ pietatis athleta victor renuntiatus eſt SERENUS, priori illi cognominis: qui cum pluri mos cruciatus fortiſſime pertuliſſet, tandem capite truncatus fuiſſe dicitur.

*Origenis diſcipuli Martyres.* *Plutarchus.* *Serenus.* *Heraclides.* *Heron.* *Serenus alter.*

V. Sed & ex mulierum numero HERAIS [4] quædam, adhuc catechumena, per ignem, ut ipſe alicubi dicit, baptiſmum [5] adepta, ex hac luce migravit. Septimus inter hos recenſeatur BASILIDES, is qui celeberrimam illam POTAMIÆNAM ad ſupplicium abduxit. Cujus quidem mulieris fama apud earum regionum incolas etiamnum pervulgata eſt: quippe quæ pro caſtitate corporis, & pro virginitate, qua præcipue excelluit, conſervanda, innumera adverſus amatores certamina ſubierit, (nam præter animi pulcritudinem, mirabilis quoque totius corporis venuſtas in ea eﬄoreſcebat) innumera etiam pro Chriſti fide pertulerit: tandemque poſt acerbiſſimos ac vel dictu ipſo horribiles cruciatus, una cum matre MARCELLA igne conſumta eſt. Porro Aquila [6]

*Herais.* *Baſilides & Potamiæna.* *Marcella.*

2 Plura ſubjungit Euſebius de Origene, quæ ejus ardens martyrii deſiderium teſtantur; ut, cum Martyres non ſolum in vinculis, ſed etiam cum poſt latam ſententiam ad ſupplicium extremum ducerentur, ſalutabat & oſculabatur. Plura ibi videſis. Immania etiam tormenta pertulit ſub Decii perſecutione, quæ commemorat idem Euſeb. hoc lib. 6. cap. 39.

3 Hic ſupra cap. 3. dicitur frater Heraclæ, qui Demetrio in epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit.

4 A Rufino, Adone, & Nothero dicitur *Hera*. In Rufini editionibus pro *Hera* legitur *eros*, quod mendum ex codd. mſſ. corrigit Valeſius in notis hic.

5 Baptiſmum martyrio ſuppleri nemo dubitat. Vulgo baptiſmus ſanguinis dicitur. quem S. Cyprianus epiſt. 73. ad Jubaianum, *glorioſiſſimum & maximum ſanguinis baptiſmum* appellat.

la [6] (id enim judicis nomen fuit) cum eam toto corpore ſæviſſime excruciaſſet, ad extremum interminatus ei eſſe dicitur, ſe illam gladiatoribus violandam traditurum. At illa cum paulliſper ſecum ipſa rem perpendiſſet, interrogata quid conſilii caperet, ejuſmodi fertur dediſſe reſponſum, quod impium eſſe gentilibus videbatur.

VI. Protinus igitur judicis ſententia damnatam, Baſilides unus ex apparitoribus, ad ſupplicium abducit. Cumque vulgus eam vexare, & obſcœnis verbis illudere ei conaretur; Baſilides quidem eos qui contumeliam Virgini faciebant absterrens propellebat, multaque miſericordiæ & humanitatis erga illam præbebat indicia. Illa vero benignitatem hominis erga ſe libenter amplectens, *bono animo eum eſſe* juſſit: *ſe namque poſt obitum ſalutem ipſius a Domino impetraturam* [7], *& collata in ſe beneficia brevi remuneraturam eſſe*. Hæc cum dixiſſet, ferventi pice per varia corporis membra, ab imis pedibus ad ipſum uſque capitis verticem, lente ac paullatim circumfuſa, mortem conſtanti animo pertuliſſe memoratur. Et hujuſmodi quidem certamen nobiliſſima virgo decertavit.

VII. Brevi autem poſtea Baſilides, cum ob neſcio quam cauſam, a contubernalibus ſuis ſacramento adigeretur, *nefas ſibi eſſe* affirmavit *omnino jurare; quippe Chriſtianum ſe eſſe, idque palam profiteri*. Illi primo quidem hominem jocari arbitrabantur; verum cum id conſtanter aſſeveraret, ad judicem perductus eſt. apud quem fidei ſuæ conſtantiam profeſſus, in vincula conjicitur. Cumque quidam in Domino fratres eum adiiſſent, & cauſam ſubitæ illius atque inſperatæ converſionis interrogarent; dixiſſe fertur, *Potamianam, tertio poſt martyrium die, noctu ſibi aſſiſtentem, coronam capiti ſuo impoſuiſſe, dixiſſeque, ſe ipſius cauſa Dominum oraſſe, atque id quod petierat impetraſſe; nec diu poſtea ipſum ad ſuperos migraturum*. Poſt hæc ſignaculo Domini a Fratribus accepto, poſtridie Chriſtum glorioſe confeſſus, capite truncatus eſt. Plures quoque alii ex Alexandrinis civibus, eodem tempore ad fidem Chriſti ſubito tranſiiſſe memorantur, quos ſcilicet Potamiæna in ſomnis apparens ad id faciendum [8] provocaverat. Verum de his hactenus.

*Baſilidis mira converſio.*

6 Hic eſt qui cap. 3. hujus libri 6. Euſebii dicitur Præfectus Ægypti, cum Origenes decimum octavum ætatis annum ageret.

7 Itaque Sanctos, etiam poſt mortem, pro vivis Deum deprecari, certa jam erat fidelium perſuaſio.

8 Sic habet Rufinus lib. 6. cap. 4. *aſſiſtens eis per viſum, & coronas martyrii impetratas a Domino deferens.*

## DE SANCTA POTAMIANA
### Virgine & Martyre Alexandrina.

Extat in hiſtoria Lauſiaca Palladii epiſcopi Hellenopolis, cap. 3. brevis narratio martyrii ſanctæ Potamianæ, quam a magno Antonio ſe didiciſſe beatus Iſidorus ibi profitetur. Verum Potamiana, de qua hic agitur, ſub Maximini vel Maximiani perſecutione paſſa memoratur. Unde Cardinalis Baronius duas hujus nominis Martyres extitiſſe putavit, quarum una ſenior ſub Severo; altera vero ſub Maximiano imperatore martyrium conſummarit. At cum eadem fere omnino de poſteriori in Palladii hiſtoria dicantur, quæ de priori Euſebius ſcripſerat, vix dubitamus eamdem omnino eſſe; cujus cum hiſtoriam ſanctus Antonius ſuis diſcipulis retuliſſet, incaute Maximini vel Maximiani nomen, quod beatus ille pater non dixerat, Iſidorus addidit. Certe Potamiænæ veteris hiſtoriam celeberrimam apud Ægyptios, & maxime vulgatam ſuo tempore fuiſſe refert Euſebius ſupra num. 5. Euſebii autem tempore vixit ſanctus Antonius & ipſe Ægyptius, immo & ipſemet Iſidorus presbyter & Xenodochus eccleſiæ Alexandrinæ, atque ſancto Athanaſio notiſſimus, ut ex ipſomet Palladio conſtat, qui cap. 1. ſuæ hiſtoriæ ejuſdem Iſidori vitam exhibet. Verum ut ut ſit, cum nec de ſancti Antonii auctoritate, qui eodem tempore quo utraque Potamiana (ſi verum ſit duas fuiſſe) Alexandriæ potuit verſari, nec de beati Iſidori viri ſanctiſſimi bona fide dubitare liceat, Palladii locum proferimus, ſuum cuique ea de re judicium permittentes.

*An duplex Potamiana.*

MAR-

## MARTYRIUM

### Sanctæ POTAMIANÆ virginis Alexandrinæ.

*Ex Hiſtoria Palladii ad Lauſium cap. 3.*

I. BEatus ergo Iſidorus Xenodoebus, qui beatum Antonium convenerat, narravit mihi ſe ab eo audiviſſe rem dignam quæ mandetur litteris. *Potamiana ob caſtitatem accuſatur ut Chriſtiana.* POTAMIANA quædam puella formoſiſſima, tempore Maximini [1] perſecutoris, fuit ancilla cujuſdam intemperantis & libidinoſi. quam cum multum rogaſſet, & ei varia promiſiſſet ejus dominus, eam non potuit decipere. Quo factum eſt ut is tandem furore percitus, eam traderet præſidi Alexandrino, qui erat eo tempore, tamquam Chriſtianam, & quæ tempora & Imperatores infectaretur maledictis propter perſecutiones; pollicitus ſe ei magnam pecuniæ vim daturum ob ejus calamitatem, dicens: Si ei perſuaſeris ut meo deſide rio aſſentiatur, eam cuſtodi nullo affectam ſupplicio. Quod ſi manſiſſet in ea quam ab initio oſtenderat auſteritate, rogavit ut ea ſupplicio affecta moreretur; Ne, dicens, viva meam irrideat intemperantiam.

II. Producta autem ante tribunal virgo fortis, diverſis ad pœnas ſumendas comparatis inſtrumentis, corpore fuit excruciata, & adverſus multas ac varias rationes mente, tamquam turris firma ac ſtabilis, reſiſtebat. Inter inſtrumenta autem ſuppliciorum, crudelius quoddam ceteris tormentum ab eo qui tunc erat judex, inventum eſt. Jubet enim magnum lebetem pice repletum vehementiſſimo igne accendi. Cum bulliret ergo pix & valde arderet, converſus ad illam beatam ſævus Præſes dixit: Abi, pare voluntati domini tui. alioqui, ut intelligas, jubeo te devolvi in lebetem. Illa vero reſpondit, dicens: *Abſit ut ſit judex adeo iniquus, qui me jubeat paree libidini & intemperantiæ.* Ille *In pice bulliente moritur.* itaque furore percitus, jubet eam exui & in lebetem injici. Illa vero vocem emittit dicens: *Per caput Imperatoris* [2] *quem tu times, ſi ſtatuiſti ſic me ſupplicio afficere, ne juſſeris me exui* [3], *ſed jube me paullatim in picem ferventem dimitti, ut videas quantam mihi largitus eſt patientiam Chriſtus quem tu ignoras.* Quæ ſic paullatim demiſſa ſpatio trium horarum [4], emiſit ſpiritum, cum pix perveniſſet ad ejus collum.

1\. In Heraclidis Paradiſo, & in altera Palladii verſione id *Maximiani* temporibus contigiſſe refertur. Græci *Maximini* & *Maximiani* nomina ſæpius confundunt.

2 Quamvis ob ejuſmodi loquendi modis multi Chriſtiani abhorruerint, aliqui tamen eo uſos fuiſſe etiam in aliis Actis legimus. Judæi vero nec per nomen Cæſaris jurare, nec ſtatuas ejus in urbem recipere volebant, ex Joſeph. lib. 18. Antiquitat. cap. 10. & ſeq. immo nec trophæa erigi patiebantur, quod in iis ſimulacra eſſent, imagines ſcilicet armis contectæ, ex lib. 15. cap. 11.

3 In eodem libro Paradiſi, loco horum verborum; *Ne juſſeris me exui*, habetur, *Non ſimul totam, ſed* &c.

4 In eodem libro Paradiſi, *per unius horæ ſpatium*. At in laudata ſuperius verſione, pix refrixiſſe dicitur. Unde fideles qui aderant, viſo tanto miraculo, confirmati ſunt in fide. Nihil autem hic de Potamianæ morte habetur.

## *ADMONITIO*

### IN EPISTOLAM SANCTI DIONYSII Alexandrini, de pluribus Martyribus Alexandrinis.

I. INter alia ſacræ antiquitatis monumenta quæ Euſebius Cæſarienſis hi- *Martyres Alexandrini.* ſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ inſeruit, exſtat inſigne fragmentum epiſtolæ ſancti Dionyſii Alexandrini epiſcopi ad Fabium, ſeu (ut ſcribit Rufinus cum aliquot codd. mſſ. etiam græcis a Valeſio relatis,) Fabianum, Antiochenum epiſcopum, ubi multa præ-

clara

elara refert, tom de ſanctis Martyribus qui in populari tumultu paullo ante Philipporum imperatorum necem, tum etiam de iis qui aono ſequeotl, promulgata jam immani Decii perſecutione, io urbe Alexandrina mortem ſubieruot. Ejus autem ſanctiſſimi viri narrationem, qui ea quæ coram viderat ſcripſit, pro ut ab Euſebio refertur lib. 6. hiſt. capp. 41. & 42. ex editione Valeſiana proferimus.

*Sub duplici perſecutione.*

2. Porro etſi ex prædicta ſaocti Dionyſii epiſtola certum ſit Metram, Quintam, Apollooiam & Serapionem in populari ſeditione adverſus Chriſtianos concitata interemtos fuiſſe; cum tameo paullo poſt ſubſecuta ſit Decii perſecutio, in qua, ut jam diximus, ceteri Martyres io ea epiſtola memorati vitam finierunt; omnes fere Martyrologiorum ſeriptores eorum omnium mortem ad Decii imperium retulere. Unum tamen circirer annum inter primorum & aliorum necem interceſſiſſe ſanctus Dionyſius expreſſis verbis affirmat, tam apud Euſebium, quam apud Rufioum lib 6. hiſt. cap. 30. ubi iſte primæ perſecutionis incentorem fuiſſe refert qoemdam dæmonis miniſtrum, qui in civitate Alexandrina dicebatur *Divinus*, qua voce non hujus viri nomen, ſed profeſſionem deſignari eertom eſt.

*Tempus martyrii.*

3. Ex dictis patet, horum Martyrum neeem qui in priori perſecutione paſſi ſunt, ad extremum Philipporum imperii anoum reſerendam eſſe, id eſt aonum Chriſti CCXLIX. ceterorum vero qui Decii edictis animadverſi ſunt, ad annum ſequentem, ſeilicet CCL. Quibus vero diebus eorum omniom ſeſtivitates recolantur, io ootulis ad textum ioſra monebimus.

---

*Anno Christi 249. & 250.*

## EPISTOLA S. DIONYSII ALEXANDRINI
### Epiſcopi ad Fabium Antiocbenum.

## DE MARTYRIO SANCTORUM
### METRÆ, APOLLONIÆ, & plurimorum aliorum.

*Apud Euſeb. lib. 6. Hiſt. Eccleſ. capp. 41. & 42.*

*Perſecutio popularis.*

I. NEquaquam ex Imperatoris edicto perſecutio cœpta eſt, quippe quæ integro anno anteverterat. Etenim inſauſtus quidam vates ac poeta, quiſquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adverſus nos gentilium turbas, ad innatam genti ſuperſtitionem animos eorum incendens. Ab hoc igitur homine ſtimulati, omnemque ad patranda ſcelera licentiam nancti, banc ſolam pietatem, cultumque dæmonum ſuorum exiſtimabant, ſi cædibus adverſus noſtros ſævirent.

*Metra lapidibus obrutus.*

II. Primum itaque ſenem quemdam, METRAM [1] nomine, correptum impia verba proſerre jubent. Quod cum ille abnueret, ſuſtibus hominem verberantes, & acutis arundinibus vultum ejus oculoſque pungentes, deductum in ſuburbium lapidibus obruerunt. Poſt bæc fidelem quamdam mulierem, QUINTAM [2] nomiue, ad idoli templum perductam, adorare illud coegerunt. Quod cum illa averſaretur atque exſecraretur, constrictis pedibus eam per totius civitatis vicos aſpero ſilice conſtiatos rapientes, ſaxis illiſam molaribus, flagris inſuper verberantes, ad ſuburbium itidem abducunt; ibique lapidibus interficiunt. Omnes deinde uno impetu in domos Chriſtianorum irruere cœperunt; & quos quiſque ſibi vicinos noverat, eos ilico properantes agebant, ſpoliabant ac diripiebant: ea quidem quæ maxime pretioſa eſſent in ſinum ſuum congerentes, viliora autem & lignea quæque disjiciebant, ac per vias concremabant; captæ ab hoſtibus urbis ſpeciem atque imaginem exhibentes. Fratres vero declinabant; & ſubducebant ſe ſuga, ac direptionem bonorum ſuorum perinde ac illi, de quibus Paulus

*[illegible] & Quinta*

1 *Metra* ſeu, ut ex Rufino vulgo a Latinis dicitur, *Metranus*, colitur in Martyrologiis die 31. Januarii. Eccleſiam ipſius nomini dicatam Alexandriæ exſtitiſſe norat Bollandus ex vita S Johannis Eleemoſynarii c. 31. quæ exſtat apud eumdem Bollandum die 23. Jan.

2 Alii Cointa, græce χοΐντα, ejus nomen varie a variis ſcribitur. De ea Baronius & Bollandus cum Martyrologiis, die 8. Februarii.

lus teſtificatus eſt, cum gaudio excepcrunt. Nec eorum quiſquam, quod eqnidem ſciam, niſi fortaſſe unus aliquis, in illorum manus incidens, hactenus qnidem Deum negavit.

*Apollonia fortitudo.*

III. Sed & admirandam illam provectæ jam ætatis virginem APOLLONIAM [3] tunc comprehenderunt, & maxillas quidem ejus verberantes, cunctos ei dentes excuſſerunt. Accenſo autem extra urbem rogo, minabantur vivam ſe illam combuſturos, niſi una cum ipſis impia verba pronuntiaret. At illa veniam deprecari paullisper viſa, atque interim dimiſſa, celeriter in ignem inſiliit, & conflagravit.

*Serapion ex cœnaculo dejectus.*

Præterea SERAPIONEM [4] quemdam, cum in ædibus ſuis deprehendiſſent, acerbiſſimis tormentis excruciarunt, & membris omnibus confractum, ex cœnaculo præcipitem dejecerunt. Porro nuſquam, non per viam publicam, non per angiportus incedere, aut noctu aut interdiu nobis licebat; cum omnes ubique & aſſidue calamitarent: Quicumque impia illa verba proferre abnuiſſet, eum illico trahendum eſſe, & flammis ultricibus abſumendum. Et hæc quidem diutiſſime viguerunt ad hunc modum. Secuta deinde ſeditio & bellum civile miſeros excipiens, crudelitatem qua in noſtros graſſati fuerant, in ipſos mutuo convertit. Ac nos quidem paullulum reſpiravimus, dum illorum ceſſaret furor.

*Persecutio Decii sævissima.*

IV. Sed continuo imperii illius erga nos benigniſſimi [5] mutatio nobis nuntiata eſt & graviſſimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum imperatoris (Decii) illud ipſum fere quod a Domino noſtro prædictum eſt, horrificum ac terribile exhibens, adeo ut ipſi etiam Electi, ſi fieri poſſet, ſcandalum paterentur. Omnes certe mirum in modum exterriti ſunt; ac multi quidem ex illuſtrioribus, præ metu ſtatim occurrerunt. Alii qui rem publicam adminiſtrabant, ipſa actuum ſuorum neceſſitate pertracti veniebant; alii a notis & familiaribus adducebantur, & nominatim citati, ad impura & profana ſacrificia accedebant: nonnulli quidem pallidi ac tremebundi, quaſi non ſacrificaturi, ſed ipſi potius victimarum loco idolis immolandi eſſent; adeo ut a circumſtante multitudine deriderentur, quippe qui palam omnibus oſtenderent, ſe tum ad moriendum, tum ad ſacrificandum puſillo animo eſſe. Alii vero promtius ad aras accurrebant, audacter affirmantes numquam ſe antea Chriſtianos fuiſſe. De quibus veriſſime prædixit olim Dominus, ejuſmodi homines ægre ſalutem conſecuturos. Ceteri autem partim alterutros eorum quos diximus ſequebantur, partim ſe in fugam dabant, partim comprehendebantur. Ex quibus nonnulli cum uſque ad vincula & cuſtodiam progreſſi eſſent, quidam etiam pluſculos dies in carcere perſtitiſſent, prius tamen quam in judicium inducerentur, fidem ejurabant. Nonnulli vero cum aliquamdiu tormenta fortiter ſuſtinuiſſent, ad reliqua quæ intentabantur ſupplicia animos deſponderunt.

*Math. 24. 24.*

*Multi labuntur.*

V. Verum beati illi ac ſtabiles columnæ Domini, ab ipſo confirmati, & fidei ſuæ robori congruentem, & ex æquo reſpondentem vim atque conſtantiam nancti, admirabiles regni illius teſtes effecti ſunt. Quorum JULIANUS [6] vir podagræ doloribus constrictus, qui nec ſtare poterat nec incedere: una cum duobus aliis qui ipſum portabant, adductus eſt. Horum alter ſtatim negavit; alter nomine CRONION, qui EUNUS cognominabatur, necnon & ſenex ipſe Julianus, cum Chriſtum confeſſi eſſent, per univerſam urbem, quæ quidem, ut noſtis, maxima eſt,

*Alii fortiter occumbunt.*

camelis

[3] Apolloniæ nomen etiam apud Latinos celebre: cujus feſtum agunt die 9. Februarii.

[4] Ejus natalis dies in Martyrologiis notatur 14. Novembris. Exſtabat Alexandriæ eccleſia ipſius nomini dicata, cujus meminit S. Epiphanius hæreſ. 69. n. 2.

[5] Cum ſcilicet Philippis imperatoribus Chriſtianis, aut certe erga Chriſtianos propenſiſſimis, Decius ſucceſſit, de cujus ſævitia in Præfatione egimus.

[6] Julianus cum Euno & Beſa memorantur in Martyrologiis Latinis die 27. Februarii. In Menæis autem Græcorum, omiſſo Beſa, Juliani & Cronionis feſtum die 30. Octobris recolitur. Eulogius Alexandrinus Patriarcha S. Juliani Baſilicam reſtauravit, uti legitur in Prato ſpirituali cap. 146.

camelis inſidentes, flagris ſublimes verberati, tandem ardentiſſimo igne circumfuſa totius populi multitudine conſumti ſunt. Miles vero qui ipſis, dum ad ſupplicium ducerentur, adſtabat, & contumelias inferentes propulerat, BESAS nomine, conclamante adverſus eum populo, in jus adductus eſt; ubi fortiſſimus Dei pugnator, cum in magno illo pro pietate certamine ſtrenue ſe geſſiſſet, ſecuri percuſſus eſt. Alius item oriundus ex Libya, & vocabulo & divina benedictione vere MACAR [7], cum a judice omnibus modis ſollicitatus ut Chriſtum negaret, flecti numquam potuiſſet, vivus comburitur. Poſt hos EPIMACHUS [8] & ALEXANDER, cum poſt diuturnum carceris horrorem in quo vincti permanſerant, ferreos ungues, flagra ac mille dolorum genera pertuliſſent, vivæ calcis incendio etiam ipſi colliquefacti perierunt.

VI. Eumdem cum ipſis exitum ſortitæ ſunt quatuor mulieres. AMMONARIUM [9] quidem virgo ſanctiſſima, propterea cum a judice diutiſſime torta fuiſſet, ingenti cum pertinacia, quod palam prædixerat, nihil eorum quæ judex juſſerat prolaturam ſe eſſe: pollicitationem ſuam exſecutioni mandans, ad ſupplicium abducta eſt. Reſiduæ vero, MERCURIA ſcilicet, anus in primis veneranda, & DIONYSIA plurimorum quidem liberorum mater, ſed quæ pignora ſua minori quam Dominum caritate complexa eſt; & alia rurſus AMMONARIUM, cum Præfectum jam puderet eas ulterius incaſſum torquere, & a feminis ſuperari, gladio cæſæ ſunt, nullis prius tormentis ſubditæ. Etenim earum princeps & anteſignana Ammonarium, pro omnibus tormenta pertulerat. (*Item & ſanctæ mulieres.*)

VII. HERON [10] etiam & ATER, & ISIDORUS Ægyptii, cumque illis DIOSCORUS puer annos circiter quindecim natus judici oblati ſunt. (*Item alii.*) Et cum judex primum ante alios adoleſcentem Dioſcorum, partim ſermonibus ut flexibilem decipere, partim tormentis ut mollem ac tenerum cogere tentaviſſet: ille nec perſuaſionibus ceſſit, nec tormentis. Reliqui crudeliſſime verberati, cum cruciatus fortiter ſuſtinuiſſent, igni etiam ipſi ſunt traditi. Dioſcorum vero qui in omnium conſpectu inclaruerat, & qui ad omnia interrogata ſapientiſſime reſponderat, admiratus judex dimiſit, ſpatium ſe illi ad pœnitentiam concedere affirmans ob ætatis infirmitatem. (*Dioſcorus adoleſcens.*) Et nunc nobiſcum verſatur divinus Dioſcorus, in majus ac diuturnius certamen reſervatus. Sed & NEMESION [11] quidam, etiam ipſe Ægyptius, primum quidem falſo accuſatus fuerat, tamquam ſocius & contubernalis latronum. Poſtea vero cum apud Centurionem hanc calumniam, a ſe utique alieniſſimam, depuliſſet, delatus quod Chriſtianus eſſet, ad Præfectum vinctus adducitur. At ille iniquiſſimus judex, poſtquam eum duplo gravioribus quam reliquos latrones tormentis ac verberibus affeciſſet, inter latrones juſſit incendi. Et ſic vir beatiſſimus ſimilitudine Chriſti honoratus eſt.

VIII. Porro univerſus ſimul militum manipulus, AMMON [12] ſcilicet, ZENO; PTOLEMÆUS & INGENUUS, cumque illis ſenex THEOPHILUS, ante prætorium ſtabant. (*Milites.*) Et cum quidam ob Chriſtianam religionem in judicium inductus, jamjamque negaturus Chriſtum videretur, illi adſtantes

7 Græce Μάκαρ, latine *Beatus*. Ejus nomen Latini in Martyrologiis die 8. Decembris celebrant.

8 Eorum natale Martyrologium Romanum cum aliis Latinis refert ad diem 12. Decem.; Græci ad diem 31. Octob. Epimachi vero tranſlationem Conſtantinopolim 11. die Martii. An vero *Epimachus* hic memoratus, is ſit qui die 10. Maii cum Gordiano Romæ colitur, incertum eſt.

9 Utraque Ammonarium cum Mercuria & Dionyſia memorantur in Martyrologiis die 12. Decembris.

10 Heronis & trium ſequentium memoria habetur in Martyrologiis die 14. Decembris, ſed Ater a Baronio *Arſenius*, a Rufino *Arſenus* appellatur; Græcus tamen textus habet Ἄτηρ, quamvis apud Syncellum & Nicephorum dicatur Ἄρσηρ. Photius in Bibliotheca cod. 119. Iſidorum Pierii celebris Alexandrinæ Scholæ magiſtri fratrem germanum atque in martyrio collegam fuiſſe refert. In fine tamen monet, quod etſi nonnulli tradiderint Pierium martyrio vitam finiſſe, alii ipſum poſt ſedatam perſecutionem Romæ vitam tranſegiſſe dicant.

11 Nemeſius dicitur in Martyrologio Romano, ubi, & in aliis Latinis Martyrologiis die 19. Novembris memoratur.

12 Et hos quinque Martyres Latini in Martyrologiis recolunt die 20. Decembris.

tes dentibus ſtridere, vultu innuere, manus extendere, ac totius ſimul corporis motus geſtuſque edere cœperunt. Cumque omnium in ſe oculos convertiſſent, priuſquam ab aliquo comprehenderentur, ipſi ad ſubſellium [13] accurrentes, Chriſtianos ſe eſſe profeſſi ſunt. Quo facto Præfectus & aſſeſſores qui in conſilio aderant, metu perterriti ſunt. Ac rei quidem ipſi ad ea quæ perpeſſuri erant, promtiſſimi & confidentiſſimi cernebantur. Judices autem ipſi contremiſcebant. Iſti igitur ex prætorio ovantes proceſſerunt; exſultantes ob fidei confeſſionem, cum Deus per ipſos glorioſe triumpharet.

*Plures Martyres in vicis & oppidis.* IX. Sed & alii complures per opida & vicos a gentilibus diſcerpti ſunt, ex quibus unum exempli gratia commemorabo. ISCHYRION [14] mercede conductus procurator erat cujuſdam magiſtratum gerentis. Hic ab eo cujus rem procurabat, juſſus idolis immolare, cum minime obtemperaret, primum injuria affectus eſt. Poſtea cum in eadem ſententia perſtaret, variis ab eodem vexatus eſt contumeliis. Quæ omnia cum patienter ſuſtineret, ille prægrandi ſude correpta, transfixum per media viſcera hominem interfecit.

*Item plures in ſolitudinibus.* X. Jam quid opus eſt commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per ſolitudinem oberrantes, fame & ſiti, frigore ac morbis, & latronum aut beſtiarum incurſu oppreſſi interiere? Ex quibus hi qui ſuperfuerunt incolumes, teſtes ſunt electionis illorum atque victoriæ. Unicum duntaxat facinus ad declarandam rei veritatem hic adjiciam. CHÆREMON [15] erat quidam grandævus Nili [16] urbis epiſcopus. Hic una cum conjuge in Arabicum [17] montem fuga delatus, non ulterius reverſus eſt. Et Fratres quamvis accurate omnia perſcrutati, nec ipſos poſt hac, nec ipſorum cadavera reperire potuerunt. Porro multi in Arabico illo monte a barbaris Saracenis capti, & in ſervitutem redacti ſunt. Ex quibus alii ſoluto ingenti pretio vix tandem redemti, alii nondum hactenus redimi potuerunt.

XI. Atque hæc non fruſtra, frater cariſſime, a me commemorata ſunt; ſed ut ſcias quæ & quam gravia nobis mala contigerint. Quæ profecto melius intelligunt ii qui magis experti ſunt .... Ceterum hi divini Martyres, qui nunc aſſeſſores ſunt Chriſti & regni illius conſortes ac judicii participes una cum ipſo judicaturi, dum hic apud nos eſſent, quoſdam e Fratribus lapſos, & idolis ſacrificaſſe convictos, ſuſceperunt, & converſionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicaſſent eam placere poſſe illi qui peccatoris pœnitentiam mavult quam mortem, eos admiſerunt & collegerunt, atque in cœtum ſuum receperunt: & in orationibus ac cibo cum iiſdem communicarunt.

13 Locus in quo rei interrogabantur.

14 *Schyrionem* poſt Rufinum appellat Uſuardus. Alii *Chyridionem*. Euſebii præferenda eſt auctoritas. Ejus feſtum in Martyrologio Romano die 22. Decembris habetur.

15 Eum cum pluribus aliis Martyribus celebrant Martyrologia eodem die 22. Decembris.

16 Nilus ſive Nilopolis urbs Ægypti, in occidua Nili fluminis ripa inter Memphim ad Boream & Herculis urbem in meridiem, ubi Nili templum celebre. Ibi poſtea Sedes epiſcopalis erecta, quæ in tabulis Labbeanis Metropolitano Oxyrincorum Arcadiæ, ſive Mediæ Ægypti ſubjecta dicitur.

17 Hujus montis Herodotus meminit, ut notat Valeſius, qui a Ptolemæo, & aliis Troicus dicitur.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem S. SATURNINI Epiſcopi Toloſani & Martyris.

s. Toloſa, Galliæ civitas multis titulis clara, atque in metropolim a Joanne vigeſimo ſecundo ſummo Pontifice erecta, primum antiſtitem habuit ſanctum Saturninum, quem anno circiter CCXLV. in Gallias adveniſſe credunt. Hic poſt quiquennium ejus civitatis inſtitutus Epiſcopus, aliquanto poſt tempore ibidem glorioſum martyrium conſummavit. Ejus Acta ſincera ex codice Foſſatenſi, qui ad annos 900. *Acta unde ſumta.* accedit cum multis aliis codd. mſſ. Surianaque editione collata proferimus: quorum au-

ctor etſi rebus geſtis non interfuerit, cum tamen paullo poſt, id eſt quinquageſimo inde anno, ut babet codex Foſſatenſis, hæc ſcripſerit, integram fidem meretur. Quæ vero de ejuſdem beati Martyris translatione in iiſdem Actis referuntur, videntur eſſe ptiori narrationi adſuta eirea ſæcoli quinti initium, quippe non longe poſt obitum beati Exſuperii epiſcopi Toloſani.

*Confirmantur ex antiquis ſcriptoribus.*

2. Gregorius Tutonenſis epiſcopus lib. 1. hiſtoriæ Francorum cap. 30. aſſerens aliquot epiſcopos in Gallias ſub Decii tempore acceſſiſſe, Gratianum ſcilicet Turones, Trophimum Arelatem, Paulum Narbonam, Saturninum Toloſam, Dionyſium Pariſios, Stremonium Arvernos & Martialem Lemovicas; ex quibus Dionyſium & Saturninom martyres obiiſſe dicit: ita laodat ſancti Saturnini Acta, quaſi borum omnium antiſtitum miſſiones in bis contineantur: idque nonnullis viris doctis in nuperis de miſſione ſancti Dionyſii Pariſienſis controverſiis perſuaſom ſuit. At eertum eſt eo loci nihil aliud voluiſſe Gregorium, quam ex Actis ſancti Saturnini, ubi ſancti huius Martyris tempus miſſionis expreſſum habetut, aliotum quoque epiſcopntum memoratorum, quos aliunde eum Saturnino in Gallias adventaſſe exiſtimabat, ætatem deducere. Id autem patet ex loco Actorum, quem ipſe Gregorius ibidem profert, in quo de aliis præter Saturninum epiſcopis nulla penitus mentio babetur. *Hujus*, inquit, *tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati in Gallias miſſi ſunt, ſicut biſtoria paſſionis ſancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim:* (verba paſſionis refert quæ tempus, non hos Epiſcopos deſignant.) *Sub Decio & Grato Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana civitas ſanctum Saturninum babere cœperat Sacerdotem.* Deinde narrationem ſuam proſequitur Gregorius: *Hi ergo miſſi ſunt* &c. De ejuſdem ſancti Saturnini miraculis agit idem auctor lib. 1. de gloria Martyrum eap. 48.

3. Circa idem Gregorii tempus beati Satutnini laudes carminibus celebravit Venantius Fortunatus lib. 2. carminibus 8. & 9. ubi de ejuſdem ſancti viri martyrio & ſepultura eadem omnino refert, & qnæ in ejus Actis habentur, qua in re Sidoniom Apollinarem Arvernorum epiſcopum imitatus eſt, qui lib. 9. epiſtola 16. ad Firminum de ſancto Saturnino bæc habet, poſtquam pollicitus eſt ſe nonniſi de ſanctis Martyribus carmina ulterius editurum.

*E quibus primum mihi pſallat bymnus,*
*Qui Toloſatem tenuit cathedram,*
*De gradu ſummo capitoliorum*
*Præcipitatum.*
*Quem negatorem Jovis ac Minervæ,*
*Et crucis Chriſti bona confitentem,*
*Vinxit ad tauri latus injugati*
*Plebs furibunda.*
*Ut per abruptum bove concitato*
*Spargeret curſus lacerum cadaver,*
*Cautibus tinctis calida ſoluti*
*Pulte cerebri.*

*Et liturgiis.*

4. Memoriam ejuſdem beati viri celebrem ſemper in Eccleſia foiſſe prætet Mattyrologia teſtantor antiquæ Liturgiæ, in quibus ſingularis de beato Saturnino Miſſa occurrit. In Miſſali Gotbieo, quod ex Thomaſio edidit noſter domnus Johannes Mabillonius lib. 3. Liturgiæ Gallicanæ, Satorninus, *conclamantiſſimus teſtis nominis divini* appellatur, *quem turba gentilium cum impulit e fano, intulit cælo.* Ibidem *ex partibus Orientis in urbem Toloſatium deſtinatus* dicitur. quem tamen Fortunatus lib. 2. carm. 9. ex Romana orbe adveniſſe ſcribit. Verum ntraqne opinio ſtare poteſt. quamquam Miſſalis præſerenda videtor aoctoritas non ob antiquitatem tantum, verum etiam, quod in Narbonenſi provincia, intra quam tunc civitas Toloſana continebatur, in uſu fuerit. Non minus in Hiſpania quam in Gallia ſolemne erat ſancti Satutnini feſtum, ut ex celeberrimo Mozarabum Miſſali patet, ubi in Miſſa, quæ de eo ſancto Antiſtite habetur, ejus paſſionis tota ſeries eodem modo, ac in ejus Actis, enarratur. Eadem Acta metrice in hymno Breviarii eorumdem Mozarabum referuntur.

*Tempus paſſionis.*

5. Quo anno Saturninus mortem oppetietit, incertum eſt. Ipſum *Decio & Grato conſulibus*, id eſt, anno CCL. Epiſcopum Tboloſæ datum fuiſſe Acta teſtantut; at quamdio ibi motatus fuerit, non explicant. Ejuſdem ſancti Martyris memoriam vulgata Mattyrologia celebrant die 29. menſis Novembris, qua etiam die in Sacramentario Gregoriano *ſancti Saturnini martyris natale* recolitur, quem tamen alinm eſſe a noſtro Saturnino eertum eſt, utpote qui in Miſſali Gelaſiano, ac in nonnullis codd. mſſ. Sacramentarii Gregoriani, Cbryſanto, Dariæ aliiſque Martyribus Romanis adjungitut. Et quidem bac ipſa die Saturninum, qui ſub Maximiano imperatore cum Siſinnio diacono Romæ paſſus dicitur, Martyrologia volgata celebrant. Cujus Saturnini tumulum, qui in via Salaria exſtabat, ſanctus Damaſus Papa verſibus exornavit, quos inter alia ejus Pontificis opuſeula Romæ edidit Martius Mileſius Sarazanius, carmine 25. In duobus tamen eodd. mſſ.

abba-

abbatiæ Corbeienſis, quibus Hugo Menardus pro editione ejuſdem Sacramentarii uſus eſt, atque ſub nomine Rorradi & Raholdi deſignavit, ſanctus Saturninus Toloſatium epiſcopus celebratur, ut idem Menardus in notis obſervat pag. 188.

Poſt annum Chriſti 250.

# PASSIO

## Sancti SATURNINI Epiſcopi Toloſani & Martyris.

*Ex compluribus codd. mſſ.*

I. SI eorum virorum beatiſſimas paſſiones debita admiratione veneramur, quos procul a ſedibus noſtris, non tantum remotarum immenſitate terrarum, verum etiam marinorum quoque fluctuum interpoſitione diſcretas, famæ deferentis officio & audimus, & credimus felici martyrio conſecratos; atque illos dies, quibus in Dominici nominis confeſſione luctantes, beatoque obitu regnis cæleſtibus reuaſcentes, ejuſdem Domini laudem, cujus in decertatione viribus adjuvati poſt victoriam coronantur; vigiliis, hymnis ac Sacramentis etiam ſolemnibus honoramus, ut eorum patrocinia atque ſuffragia in conſpectu Domini orando quæramus, honorando mereamur: qua ſanctum iſtum diem ſollemnitate venerabimur, quibus gaudiis excolemus, in quo vir beatiſſimus SATURNINUS, epiſcopus Toloſanæ civitatis & martyr, in eadem civitate geminatam [1] coronam, Deo largiente, promeruit, & de ſacerdotii dignitate, & de honore martyrii? ut quem jam venerabilem vita fecerat, etiam paſſio conſecraret.

Sancti celebrandi.

II. Tempore illo quo poſt corporeum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum, exortus in tenebris Sol juſtitiæ, ſplendore fidei illuminare occidentalem plagam cœperat, poſtquam ſenſim & gradatim in omnem terram Evangeliorum ſonus exivit, parique progreſſu [2] in regionibus noſtris, Apoſtolorum prædicatio coruſcavit; cum raræ in aliquibus civitatibus eccleſiæ paucorum Chriſtianorum devotione conſurgerent; ſed nihilominus crebra miſerabili errore gentilium nidoribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent: ante annos L. ſicut actis publicis [3], id eſt, Decio & Grato [4] Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum & ſummum Chriſti Toloſa civitas ſanctum Saturninum habere cœperat Sacerdotem. Cujus fide atque virtute eorum, qui in urbe eadem colebantur, dæmonum cœperunt ceſſare vaticinia, commenta nudari, artes detegi, omniſque illorum apud gentiles potentia, omniſque fallacia, Chriſtianorum fide creſcente, decreſcere. Cumque ſupradicto Epiſcopo ad eccleſiam id temporis parvulam juxta capitolium, quod inter domum ſuam & domum Dei erat, frequens itus eſſet ac reditus; ſancti viri præſentiam ſuſtinere fallax dæmonum turba non potuit: & ut erant muta ſimulacra nonnullis adumbrata phantaſiis [5], ad ſacrilega obſequia & ſollicita conſulentium vota cœperunt in ſilentio permanere.

Saturninus primus Epiſcopus Toloſæ.

III. Cuncti itaque ſacrilegæ ſuperſtitionis antiſtites conſulentes tanta rei novitate permoti, inter ſe invicem quærere, unde in numina ſua venisset inuſitata tantis temporibus taciturnitas; quiſnam ſemper iſta garrula oracula [6] clauſiſſet, ut nec invocantium precibus excitata, nec fuſo cruore taurorum, & tantis hoſtiis delinita, aliquod conſulentibus

Obmuteſcunt oracula.

1 Unus cod. Germ. *geminatam*.

2 Cod. unus Germanenſis habet, *grandique progreſſu*, alii quinque codd. *tardoque progreſſu*.

3 Supplendum fortaſſis, *continetur*. Plures codd. habent, *ante annos ſatis plurimos*. In aliis, *ante annos plures*. Cod. Foſſat. antiquiſſimi lectionem retinuimus, in quo hæc verba, *ante annos* L., altius exarata ſunt, hæc iſta ſequebantur, *ſubter plurimis*; ſupra quæ hæc verba, *ſicut Actis publicis*, primaria, aut certe æquali manu inſerta ſunt.

4 Cod. 1. German. *ſub Decio & Germanico*. Conch. vero, *ſub Decio Germanico & Grato*.

5 Sic cod. Foſſat. & Colbert. At Surius cum aliquibus mſſ. *nullis* Unus autem German. *in illis obumbrata phantaſiis*.

6 Surius, *ita garrula ora clauſiſſet*.

lentibus afferre reſponſum aut irata, aut abſentia denegarent: audiunt a quodam Religionis noſtræ inimico, novam neſcio quam ſurrexiſſe ſectam ſuperſtitioni gentilitatis inimicam, quæ Chriſtiana appellatur, & in deorum ſuorum excidium niteretur. Hujus etiam fidei eſſe epiſcopum Saturninum, cujus crebro juxta capitolium [7] tranſitu, ad conſpectum viri illius exterrita deorum ſuorum ora ſiluiſſent, nec facile poſſe reſerari, niſi epiſcopum illum mors maturata ſubtraheret. O infelix error; & cæca dementia! Audiunt diis hominem eſſe terrori; & a delubris atque a ſedibus ſuis dæmones ad tranſitum ipſius exſulare non ſolum audiunt, ſed etiam intelligunt. Et hunc virum adoratis ſibi idolis etiam ſine præmiſſa interminatione terribilem, interficere potius quam bonorare malunt miſeri: non conſiderantes, quod nullum magis quam illum colere deberent, cujus ſervi ſuis nominibus imperarent. Quid enim ſtultius, quam timere metuentes; & illum qui dominatur dominantibus non timere?

*Sanctus apprehenditur.* IV. Inter hæc ergo conquirentium & ſtupentium ſtudia, cum magna fuiſſet hominum multitudo congregata, & omnes ſtudioſius vellent, parato ad victimam tauro, etiam certi aliquid de his quæ dicebantur agnoſcere, & deos ſuos litatione tam ingentis hoſtiæ vel reducere cuperent, vel propitiare [8]: ecce ipſum Saturninum, ad officium ſollemne venientem, unus ex illa malignantium turba eminus agnoſcit, & dicit: En ipſum adverſarium cultibus noſtris, novæ religionis ſigniferum, qui deſtruenda prædicat templa, qui deos noſtros dæmonum appellatione condemnat, cujus poſtremo præſentia conſueta nos prohibet obtinere reſponſa. Itaque quia ipſum nobis opportuno in tempore debitus ipſi finis exhibet, noſtram pariter, deorumque noſtrorum vindicemus injuriam, quos jam nunc compellentibus nobis, aut ſacrificando placet, aut moriendo lætificet. Ad tam ſacrilegæ vocis impulſum, omnis ſanctum virum inſanientium turba circumdat, ac presbytero uno ac duobus diaconibus, qui obſequiis ejus adhæſerant, per fugam lapſis, ad capitolium ſolus attrahitur; & cum immolare dæmoniis cogeretur, clara voce teſtatur: *Unum & verum Deum novi. Huic laudis hoſtias immolabo. Deos veſtros dæmones ſcio: quos incaſſum non tam hoſtiis pecudum, quam animarum veſtrarum mortibus honoratis. Quomodo autem vultis ut ego eos timeam, a quibus, ut audio, dicitis me timeri?*

V. Ad hanc ſancti Epiſcopi vocem, *Occiditur.* omnis ille ſacrilegæ multitudinis tumultus incanduit, tauroque illo qui fuerat victimæ præparatus, fune lateribus ipſius circumacto, & poſt terga demiſſo, ad miniſterium ſuæ crudelitatis utuntur. Poſtrema enim parte funis illius, quæ ad poſteriora tauri ipſius defluebat, ſancti viri pedes inligant, actumque ſtimulis acrioribus taurum de ſuperiori capitolii parte in plana præcipitant. Nec mora: inter primos deſcenſus ipſius gradus, capite colliſo, cerebroque excuſſo, & omni membrorum parte corpore lacerato, dignam Deo animam Chriſtus excepit; ut quam pro nomine ſuo fideliter dimicantem, ſuppliciis furor gentilis extorſerat, ſuis poſt victoriam laureis coronaret [9]. Exanime tamen corpus neque obnoxium jam ullius injuriæ, uſque ad eum locum, tauro furente, perductum eſt, ubi fune diſrupta, tumulariam [10] eo tempore meruit ſepulturam. Nam paucis id temporis Chriſtianis, ipſiſque, propter furorem gentilium, ſancti viri corpus humare metuentibus, duæ tantum mulierculæ, ſexus infirmitatem fidei virtute vincentes, & viris omnibus fortiores, & ſui Sacerdotis exemplo, credo, ad toleran-

7 In præcipuis imperii civitatibus capitolia fuiſſe obvia exempla probant: immo fortaſſe non temere quis aſſereret, præcipuum loci templum, etiam in opidis, *capitolium* communi uſu appellatum fuiſſe. Carthaginis Capitolium laudat S. Cyprianus in lib. de Lapſis. alii auctores alia memorant in variis urbibus. Videſis Baron. in notis ad Martyrolog. d. 29. Novembr.

8 Codd. mſſ. habent *probare*.

9 Hic deſinit unus e codd. noſtris mſſ.

10 Sgr. *tumultuariam*.

rantiam paſſionis animatæ, beati viri corpus ligneo feretro immiſſum, quam maxime in proximo loco, coactis apte ſcrobibus, condiderunt: ut venerandas ſibi ſanctas reliquias, non tam ſepelire, quam abſcondere viderentur: ne forte ſacrilegæ mentis homines, ſi aliquid conditi corporis tumulo viderent honoris adhiberi, effoſſum ſtatim corpus, in fruſta diſcerperent, & eriperent etiam ipſam tenuem ſepulturam [11].

*Baſilica lignea dicata.* VI. Manſit aliquamdiu ſub vili cæſpite, omnibus quidem inhonorum, ſed honoratum a Deo Martyris corpus: donec ſanctus HILARIUS [12], poſt multum temporis in Toloſana urbe Epiſcopus ordinatus, de anteceſſoris ſui obitu inſtructus & merito, effoſſa uſque ad ipſum ſepulcrum ligneum terra, ſanctas veritus commovere reliquias, tranſvolutionem deſuper multo latere [13] diligenter exſtruxit, baſiliculam etiam admodum parvulam vilibus lignis * ad locum tantum arationis adjecit; abſcondendo videlicet Martyris corpus, ne perfidi homines effoſſum eum deriperent. Procedente dehinc tempore, cum multorum ad baſiliculam illam fideliter a ſæculo recedentium pro ſolatio propter corpus Martyris quieſcentis deferrentur exſequiæ, & locus omnis tumulatorum corporum multitudine fuiſſet impletus; ſanctus SILVIUS [14], epiſcopatum ſupradictæ urbis indeptus, pulcram & ſpecioſam baſilicam magnis ſumtibus parans ad venerandi Martyris transferendas illuc reliquias, ante conſummationem cœpti operis receſſit e ſæculo. Poſt cujus obitum ſanctus EXSUPERIUS [15] in ſummum ſacerdotium cooptatus, vir abſque ullius præceſſorum injuria, abſque ullius qui id temporis eccleſias regere videbantur invidia, non ſolum nulli ſecundus; verum etiam ipſi beato Martyri virtutum meritis comparandus, baſilicam quam deceſſor ſuus fideliter inchoaverat, inſtantiſſime conſummavit, & feliciter dedicavit [16]. Qui cum transferre illuc ſancti Martyris reliquias, non pro ſua incredulitate, ſed pro ipſius honore dubitaret; admonitus per quietem eſt, ne infideliter negligeret, quod fideliter credidiſſet; nullam fieri vel diminutione [17] cinerum, vel commotione membrorum ſpiritibus injuriam: quia manifeſta res eſſet hoc Martyribus proficere ad honorem, quod profuiſſet credentibus ad ſalutem. Statimque tali viſione firmatus, religioſis Imperatoribus precem detulit, ac ſine mora ulla quod tam pie popoſcerat impetravit, ut translatas ad baſilicam omni ſtudio præparatam ſancti viri reliquias, non tam temeraria violaret audacia, quam ambitioſius venerantis coleret obſequela [18].

* al. tignis.

VII. Quod nunc huic opuſculo ſupereſt, omnes legentes, omnes intelligant audientes, cauſam ſalutis noſtræ in fide ſtare; neque ſine cauſa Dominum evangelica voce dixiſſe: Credis hoc? Cui cum reſponſum fuiſſet, Credo; ait: Fiat tibi ſecundum fidem tuam. Non quod Dominus, ſcrutator cordis & renum, de illius credulitate neſciret: ſed ut de his, quæ de dominicis virtutibus dicerentur, aut his quæ nobis tribui poſceremus, non debere nos dubie credere commoneret. Unde quia & ipſe Salvator de talibus viris dixit: *Si feceritis voluntatem meam, jam non dicam vos ſervos, ſed amicos;* & idem ſub prophetali voce teſtatus eſt, *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus;* & iterum, *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, qui laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni; qui* [19] *ſequuntur Agnum;* de

*Collectaris epilogus.*
Matth. 9. 29.
Johan. 15. 15.
Pſalm. 138. 16.
Apoc. 22. 14.

11 In uno e noſtris codd. mſſ. hic ponitur clauſula, *Gratias Deo omnipotenti, qui coronavit Martyrem ſuum in pace, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.* Deinde ſub titulo, *De ejus translatione. In diebus illis, manſit aliquamdiu* &c. Quæ ſequuntur prioribus Actis poſtmodum adjecta videntur.

12 In catalogo epiſcoporum Toloſanorum Hilarius beato Saturnino ſubjungitur; ſed nihil de ejus ætate certum habetur. Vide Bollandian. tomo 5 Maji die 21. pag. 10.

13 Surius cum aliquot mſſ. *labore*.

14 Non magis quam ejus deceſſor Hilarius, nobis notus eſt Silvius.

15 Hujus Exſuperii laudes vide apud Hieronymum epiſt. ad Ruſticum monachum & in altera ad Furiam. Ipſi etiam idem S. Doctor commentarios in Zachariam prophetam nuncupavit. Eidem Exſuperio Innocentius I. Papa egregiam epiſtolam ſcripſit, quæ multa eccleſiaſticæ diſciplinæ capita, & ſacrorum librorum canonem continet.

16 De baſilica in ejuſdem ſancti Martyris honorem a Launechilde ejuſque uxore conſtructa, agit Fortunatus lib. 2. carm. 9.

17 Cod. Floriacenſis, *Vel diminutionem cinerum, vel commotionem membrorum, vel ſpiritibus quieſcentium injuriam.*

18 Hic deſinit unus cod. German.

19 In codd. Foſſat. *ſanguine ſuo illi ſequuntur.*

Pſalm. 91. 13. de quorum beatitudine dictum eſt: *Plantati in domo Domini, in atriis Dei noſtri* Pſalm. 115. 5. *florebunt*; & iterum: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*; & ite- Pſalm. 149. 5. rum: *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*; & iterum: Ibid. v. 9. *Gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus*, quibus non ſolum credere in Chriſtum, ſed & pro Chriſto pati, ac ſtatim poſt reſolutionem corporum cum Chriſto eſſe donatum eſt: amicos Dei, ac dilectos Deo non negligamus ut mortuos, ſed honoremus ut vivos; quia non dubia fide certum eſt, quod ſi eorum fideliter ſuffragia poſtulemus, feliciter patrocinia ſentiemus. Quia etiam ſi illorum ſtudia ceſſarent, ille optata præſtaret, qui cogitationum non ſolum præſentium inſpector, verum etiam cognitor futurorum, dum rogatur in ſuis ſe intelligit honorari, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

Anno Chriſti 251.

## DE SANCTO ALEXANDRO

### Epiſcopo Jeroſolymitano & Martyre.

Geſta ex vet. Script. collecta.

I. QUamvis Acta confeſſionum beati ALEXANDRI Jeroſolymitani antiſtitis non habeantur, operæ tamen pretium duximus pauca hic de eo proferre, quæ ex Euſebii hiſtoria, aliiſque veterum ſcriptorum monumentis mutuabimur. Nec enim decet tam illuſtris Martyris nomen in hac noſtra de Martyrum Actis collectione deſiderari.

Alexander Confeſſor ſub Severo.

II. De ejus patria, aut priori vitæ inſtituto nihil habent ſcriptores antiqui, ſed ipſum nobis prima ſpecie veluti fortiſſimum athletam, in vinculis pro Chriſtiani nominis confeſſione decertantem, repreſentant. Id ſub Severi imperatoris perſecutione contigit, anno Chriſti circiter CCIV. quo tempore ipſum in Cappadocia jam epiſcopum fuiſſe exiſtimarem, niſi ab hac ſententia demoverer ex epiſtola, quam tunc temporis ad Antiochenſes de ordinatione Aſclepiadis e carcere conſcripſit, ubi non ſe Epiſcopum, ſed tantummodo *ſervum Dei & vinctum Jeſu Chriſti* appellat.

Ex ignota ſede ad Jeroſolymitanam translatus.

III. Verum poſt Severi mortem, pace Eccleſiæ reddita, Alexander, cum eccleſiæ cuidam, cujus nomen nobis eſt ignotum, in Cappadocia jam præfectus eſſet, orandi & ſacra loca viſitandi deſiderio permotus Jeroſolymam advenit, eo tempore quo Narciſſus Jeroſolymorum antiſtes poſt diuturnam abſentiam redux, hanc eccleſiam, quantum ejus ætas provectior ferre poterat, (erat enim annos circiter centum natus) adminiſtrabat. qui cum tanto oneri ſuſtinendo ſibi impar videretur, Alexandrum retinere conatus eſt, quod re vera factum eſt. Aſſentientibus quippe aliis Palæſtinæ epiſcopis, unanimi Narciſſi ac ejus cleri & plebis conſenſu, Alexander in eccleſiæ Jeroſolymitanæ ſolio conſtitutus fuit. Hanc electionem miraculis perſpicuis comprobatam, immo & ad hanc antiſtitum, fideliumque populorum animos divinis revelationibus permotos fuiſſe teſtatur Euſebius. quæ re vera neceſſaria videbantur, ut adeo inſolitum facinus contra ſacros Canones & conſuetudines eccleſiaſticas admiſſum ab aliis eccleſiis non improbaretur. Rem ſic contigiſſe narrat idem auctor lib. 6. Hiſt. eccleſ. cap. 11. *Verum*, inquit, *cum* Narciſſus *propter extremam ſenectutem miniſterium ſuum obire amplius non poſſet: ſupradictum Alexandrum, alterius eccleſiæ epiſcopum, divina diſpenſatio per revelationem quamdam, quæ illi in ſomnis apparuerat, ad participandum cum Narciſſo Sacerdotis officium evocavit. Hac igitur viſione, tamquam divino admonitus oraculo, Alexander, cum ex Cappadocia in qua primum epiſcopus fuerat ordinatus, Jeroſolyma profectus fuiſſet, tum orandi, tum locorum viſendorum gratia, fratres illius eccleſiæ humaniſſime eum excipientes, reverti poſt hæc in patriam non ſiverunt. Alia quippe revelatio etiam ipſis per ſomnum viſa fuerat; & vox quædam evidentiſſima ab iis qui ſanctitate inter ipſos eminebant, audita. Significabat enim ipſis, ut extra portas civitatis egreſſi, deſtinatum ſibi a Deo Epiſcopum ſuſciperent. quod cum illi conſentientibus vicinarum eccleſiarum epiſcopis feciſſent, manere deinceps eum apud ſe coegerunt*. Quas hic non ſatis perſpicue revelationes refert Euſebius, optime exponit Rufinus Hiſt. lib. 6. cap. 8. ubi relato Alexandri Jeroſolymam adventu, hæc ſubjungit: *Oſtendebatur enim evidenter a Domino non ſolum ipſi beato viro Narciſſo, ſed & aliis plurimis per revelationes in plebe, ut ipſum in Loco ſancto Epiſcopum detinerent. Præter ea,*

quod

*quod ſupra cetera omnia magis terrificum fuit, eo die quo ingreſſurus urbem Alexander nuntiatus eſt, & multitudo fratrum plurima extra portas in occurſum ejus egreſſa eſt; vox cœlitus manifeſtiſſime omnibus audientibus facta eſt, dicens: Suſcipite Epiſcopum, qui vobis a Deo deſtinatus eſt. Cumque ex his omnibus evidenter apud eos fuiſſet Dei diſpenſatio declarata, Epiſcopi urbium viciuarum, compertis omnibus, quibus de eo res geri Dei judicio docebatur, reſidere inibi cum neceſſario compulerunt.* Eamdem hiſtoriam referunt Hieronymus in Catalogo, Nicephorus lib. 5. Hiſtor. eccleſ. cap. 10. aliique paſſim ſcriptores eccleſiaſtici, quam ad ioitium imperii Antonini Caracallæ conſignant. Eam Papebrochius in hiſtoria Chronologica epiſcoporum Jeroſolymitanorum, tom. 3. Maji refert ad annum 2. ejuſdem Imperatoris, Chriſti vero 212.

IV. Alteram præter ea rationem aſſumendi io epiſcopum Jeroſolymitanum Alexandri profert Euſebius, ob inſignem ſcilicet ejus ſancti viri confeſſionem, quam pro Chriſti nomine tempore perſecutionis ediderat. Id teſtatur Euſebius libro 6. c. 8. quo etiam in loco ejus electionis tempus deſignatur his verbis: *Interea cum Severus decem & octo annis imperium tenuiſſet, Antoninus filius*, is eſt qui Caracalla ob inſolitum veſtis genus dictus eſt, *in ejus locum ſucceſſit: Qua tempeſtate Alexander unus ex eorum numero, qui in perſecutione fortiter certaverant, & qui poſt glorioſa confeſſionis certamina, divina providentia fuerant reſervati, quem nos Jeroſolymorum epiſcopum fuiſſe paullo ante retulimus; ob inſignem fidei Chriſtianæ confeſſionem, ad ſupradictam epiſcopatum promotus eſt, Narciſſo, qui prius ibi fuerat epiſcopus, adhuc ſuperſtite.* Certe Alexandrum ob *nominis Dominici confeſſionem inſignem* fuiſſe affirmat idem Euſebius in Chronico ad annum 205..... Nemo tamen memorat quænam tormenta in ea perſecutione pertulerit.

*Primus fuit epiſcopus coadjutor.*

V. Porro in ea ordinatione duo adverſus eccleſiaſticas regolas commiſſa fuiſſe, obſervant viri eruditi: primum quod Alexander ex una ſede ad alteram fuerit translatus; ſecundum vero quod epiſcopo adhuc in vivis agenti ſubſtitutus, aut ſaltem adjunctus fuerit: cujus quidem facti nullum exemplum in Eccleſia tunc temporis præceſſerat: ad quod proinde epiſcoporum coadjutorum, qui jam nunc frequentiores ſunt, origo refertur. Verum, ut obſervat Henricus Valeſius, Alexander potius Narciſſi ſucceſſor, quam coadjutor dici debet: idque innuit ipſe Alexander in epiſtola ad Antinoitas, ſic ſcribens apud Euſebium libro 6. capite 11. jam laudato. *Salutat vos*, ait, *Narciſſus, qui ante me epiſcopalem hujus eccleſiæ ſedem tenuit, & qui nunc mihi conjunctus eſt in orationibus, annos natus ſexdecem ſupra centum.* Narciſſus itaque ante Alexandum *epiſcopalem* eccleſiæ Jeroſolymitanæ *ſedem tenuerat*, ſed poſt Alexandri ordinationem ipſi tantum *in orationibus conjunctus* erat. Unde dici poteſt, Narciſſum quidem honorem epiſcopalem ac nomen epiſcopi nudum retinuiſſe; Alexaodrum vero ipſum juriſdictionem, ut ajunt, non quidem Narciſſi nomine, ut ſolent epiſcopi coadjutores, ſed ſuæ ipſius electionis & ordinarioois jure exercuiſſe. Sic eam rem intellexiſſe videtur Michael patriarcha Alexandrinos in epiſtola ad Baſilium imperatorem, quæ refertur in Actione 9. Concili VIII. generalis ubi legitur, Alexandrum *per divinam revelationem præſulem Jeroſolymorum conſtitutum fuiſſe ſene Narciſſo multum eum rogante.* Textus græcus habet κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν πατριάρχης γέγονεν Ἱεροσολύμων. Fatendum tamen eſt veteres ut plurimum dixiſſe Alexandrum Narciſſo io epiſcopatu adjunctum, aut ejus collegam fuiſſe.

*Quas Eccleſia Epiſcoporum translationes vetat, aut Coadjutores.*

VI. Ceterum quamvis ſacri Canones ad comprimendam nonnullorum ambitionem aut avaritiam prohibuerint epiſcoporum ex una in alteram ſedem tranſmigrationes, aut etiam ne quis alteri viventi epiſcopo adjungeretur, ne alias una eccleſia duos epiſcopos, ſeu ſponſos haberet; cum tamen id aliqua eccleſiæ neceſſitas exigere videbatur, aut eccleſiarum, non vero perſonarum, poſtulabat utilitas, Epiſcopi io Concilio provinciali congregati illas regulas relaxare poterant, ut patet ex multis exemplis, quæ paſſim in hiſtoria eccleſiaſtica habentur. Porro hæc omnia in ſancti Alexandri translatione contigiſſe probat eccleſiaſticæ diſciplinæ callentiſſimus vir Ludovicus Thomaſſinus, in ſuo egregio opere de veteri & nova diſciplina Eccleſiæ part. 2. libro 2. capite 55. n. 10. ubi poſt expoſitam Alexandri electionis hiſtoriam hæc ſubjungit: *Eodem afflati Spiritu caritatis ſancto Epiſcopi provinciæ, duplici ſubſcripſere diſpenſationi, ut & Alexandrum prioris Eccleſiæ nexa ſolverent, & coadjutorem illum Narciſſo, ac coepiſcopum darent. Eo invitabat utilitas, eo neceſſitas adigebat. Erat enim Narciſſus centum annos natus, & Alexandri non paullo eminentius erat virtutum faſtigium, quam ſedis Jeroſolymitanæ. Ita compenſata eſt diſpenſatio duplex a Concilio provinciali &c.* Vide ejuſdem libri capite 61. numero 2. ubi de eodem argumento iterum diſſerit. De eadem Alexandri translatione agit Socrates libro 7. hiſt. eccleſ. capite 36. Laudanda etiam eſſet Pelagii II. Papæ epiſtola 1. ad Benignum Archiepiſcopum, tom.

5. Concil. edit. Labeanæ; niſi ejus epiſtolæ ſoſpecta eſſet auctoritas, quam nempe ex Iſidori Mereatoris offieina prodiiſſe ſentiuot viri eruditi.

*Alexandri ſtudium pro Eccleſia.*

VII. Quanto autem ſtudio pro Eccleſiæ bono æſtuaret Alexaoder, ipſemet prodit in epiſtola jam laudata ad Antiocheoſes, ubi ſe leviora exiſtimaſſe aſſeverat vincula, quibus conſtrictus io carcere tenebatur, ſtatim atque audivit, quod Aſclepiades, quem *perſecutionis tempore fidem Chriſti confeſſum, maximam gloriam retuliſſe* dicit Euſeb. lib. 6. Hiſt. eapite 11. in Serapionis Antiocheni epiſeopi deſuncti locum ſubſtitutus ſuiſſet. Iſtius epiſtolæ fragmentum reſert Euſebius loco laudato, ubi ſic loquitur Alexander: *Expedita mibi ac levia vincula Deus effecit cuſtodiæ meæ tempore, poſtquam comperi Aſclepiadem, virum fidei merito maxime idoneum, ſanctiſſimæ eccleſiæ veſtræ epiſcopatum divina providentia ſuſcepiſſe*. Hanc epiſtolam per *Clementem presbyterum* ad Antiochenſes tranſmiſſam fuiſſe ait Euſebius, quem Clementem *Antiochenæ eccleſiæ presbyterum* appellat Rufinus libro 6. Hiſt. eapite 8. quamvis veri ſimilius ſit eum eſſe Clementem eeleberrimum eccleſiæ Alexandrinæ presbyterum ; ut exiſtimat ſanctus Hieronymus in Catalogo. Certe inter hune Clementem & beatum Alexandrum magnam ioterceſſiſſe familiaritatem ; præter ea qoæ inſerius dicemus, ex eo patet, quod Clemens Alexandro nuneuparit librum, *qui*, ut ait Euſebius libro 6. capite 13. & poſt eum Hieronymus in Catalogo num. 48. *Eccleſiaſtica Regula inſcribitur, ſeu adverſus eos qui errorem Judeorum ſequuntur*. Porro alias quoque epiſtolas ſeripſit Alexander, ſed quæ penitus exeiderunt, præter breviora aliquot earum fragmenta, quæ Euſebius hiſtoriæ ſuæ variis in capitibus libro 6. ioſeruit. Unde merito ipſom inter ſeriptores eccleſiaſticos ſanctus Hieronymus in Catalogo, aliique auctores recenſent. Sane ipſum erga litteras optime affectum fuiſſe probat iuſignis bibliotheca quam Jeroſolymis eonſtruxerat, *ex qua*, inquit Euſebius lib. laudato cap. 20. *uberrimam materiam ad argumenti bujus quod præ manibus babemus*, hiſtoriæ ſcilicet eecleſiaſticæ, *tractationem in unum collegimus*.

*Affectus in litteras.*

VIII. Hæe autem Alexandri in litteras propenſio, io viros quoque etuditione & doctrina elaros promanavit. Quo affectu Pantænum ſeholæ Alexandrinæ præſectum celeberrimum, ac Clementem ejus ſuceeſſorem proſequeretor, ipſemet exponit in epiſtola ad Origenem, apud Euſeb. libro 6. capite 14. his verbis: *Patres quippe agnoſcimus beatos illos qui viam nobis præiverunt, & quos brevi ſecuti ſumus*: PANTÆNUM *ſcilicet, vere beatum ac dominum meum: & ſanctum* CLEMENTEM, *dominum item meum qui me plurimum adjuvit, & ſi quis alius fuit ejuſmodi. Per quos tu mibi innotuiſti, domine ac fratrr longe omnium præſtantiſſime*. De Paotæno viro plane apoſtolico, qui Chriſti fidem exteris gentibus annuntiavit, ſuſius agit Euſebius libro 5. hiſtoriæ eap. 10. & alibi paſſim; Hieronymus in Catalogo, atque in epiſtola ad Magnum, aliique auctores eceleſiaſtiei, enjus ſeſtum vulgata Martyrologia die 7. menſis Julii celebrant. Clementem vero iidem etiam auctores laudant, ejuſque memoriam Uſuardus aliique nonnulli Martyrologiorum ſcriptores die 4. Decembris reeolunt. Sed is præter ea ſcriptis ſuis, quorum maxima pars ad noſtram uſque ætatem ſervata eſt, maxime innoteſcet. Ejus elogium paucis verbis præſtringit Hieronymus in epiſtola ad Magnum oratorem Romanum: *Clemens Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, vir, meo judicio, omnium eruditiſſimus, octo ſcripſit Stromatum libros &c.*

*Pantænum, Clementem &c.*

IX. Sed præ eeteris Origenem, tune temporis eruditione, pietate & multis confeſſionibus celeberrimum, Alexander ſingulari affectu coluit, quem ipſe & Theoctiſtus Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus, *ut magiſtrum*, teſte Euſebio libro 6. eapito 27. auſcultabant. Undeeum ipſe Origenes ex Ægypto ſugure eompulſus ſuiſſet, ae domicilium fixiſſet Cæſareæ in Palæſtina, ut idem Euſeb. reſert libro laudato capite 19. *ab illius regionis epiſcopis*, quorum ſcilieet præcipui erant Theoctiſtus Cæſarienſis metropolitanus, & Alexaoder Jeroſolymitanus, *rogatus eſt ut publice in eccleſia diſſereret, & divinas Scripturas; tametſi nondum presbyter ordinatus, exponeret*. Quod ſactum eum a Demetrio Alexandriæ epiſcopo improbatum fuiſſet, hæc ad ipſum Alexander & Theoctiſtus reſcripſere, vel potius Alexander ſuo & Theoctiſti nomine apud Euſeb. eapite 19. jam laudato. *Quod vero in tuis litteris adjeciſti, numquam antea viſum, ut præſentibus Epiſcopis laici concionarentur: in eo neſcio quomodo a veritate longiſſime aberraſti. Nam ſicubi reperiuntur qui fratribus prodeſſe poſſint, eos ſancti Epiſcopi ultra adhortantur ut ad populum conciones babeant. Sic Evelpis Larandis rogatus eſt a Neone; Paulinus Iconii a Celſo; Theodorus apud Synnada ab Attico fratribus noſtris beatiſſimis. Idque etiam alibi fieri credibile eſt, quamvis nos ignoremus*. Porro haoc diſeiplinam pro locorum ac temporum varietate diverſam fuiſſe nemo neſeit.

X. Ori-

X. Origenes a Demetrio Alexandriam revocatus, paullo poſt in Achaiam ad aliqua eccleſiaſtica negotia peragenda, id eſt ad hæreſes compeſcendas, ut ait ſanctus Hieronymus, ire cogitur. qua occaſione cum *per Palæſtinam tranſiret*, teſte Euſebio in libro 6. capite 23. *presbyterii gradum per impoſitionem manuum Cæſareæ ab illius regionis Epiſcopis accepit*. Quinam hi epiſcopi fuerint, aperit in capite 8. ejuſdem libri, ubi eamdem narrans hiſtoriam ait: *Probatiſſimi & maxime inſignes apud Palæſtinam antiſtites, Cæſarienſis ſcilicet & Jeroſolymitanus, cum Origenem prærogativa & ſupremi honoris apice dignum judicaſſent, manus ei imponentes presbyterum ordinaverant*. Id ſanctus Hieronymus in Catalogo numero 72. *juxta Demetrii teſtimonium* factum fuiſſe ſcribit; ſed quid his verbis ſanctus Doctor intelligat, difficile eſt exponere. Si enim Demetrius commendatitias tantummodo litteras Origeni dediſſet ad Palæſtinæ epiſcopos, ſuffeciſſe non videntur ad ordinandum alterius provinciæ hominem, qui ne quidem in ea regione, in qua ordinabatur, commorari debebat. Origenes enim tunc in Achaiam properabat, ut vidimus ex Euſebio & ipſo Hieronymo. Si autem re vera iſtud Demetrii *teſtimonium*, de quo ſanctus Hieronymus loquitur, ad Origenis ordinationem ſuffeciſſet: quid ob hanc cauſam, totius orbis Chriſtiani Epiſcopos, non ſolum in Origenem commovit Demetrius, ſed etiam in ipſos Antiſtites, qui eidem Origeni manus impoſuerant? ut teſtis eſt Euſebius libro 6. ſæpius laudato cap. 8. *Illos etiam*, inquit, *qui cum ad presbyterii honorem evexerant, accuſationibus ſuis conatus involvere &c.* Nihil tamen aliud Demetrius habuiſſe dicitur ibidem quod Origeni objiceret, præter *facinus quod olim in ſe adoleſcens patraverat*, nempe ut caſtitati ſuæ conſuleret. Ceterum hæc controverſia occaſionem præbuit Alexandro, *ad Origenem & pro Origene, & contra Demetrium* epiſtolas ſcribendi, ut refert ſanctus Hieronymus in Catalogo num. 72.

*Preſbyterum ordinat.*

*Qua occaſione varias epiſtolas ſcribit.*

XI. Tot labores, quos pro Eccleſiæ bono pertulerat Alexander, Deus glorioſo martyrio coronavit. De eo agit Euſebius lib. 6. cap. 39. his verbis: *Philippo interim, cum ſeptem annis regnaviſſet ſucceſſit Decius: qui præ odio adverſus Philippum, perſecutionem intulit Eccleſiæ. In qua perſecutione cum* FABIANUS *Romæ martyrium pertuliſſet, in ejus locum Cornelius ſubrogatus eſt epiſcopus. In Palæſtina autem* ALEXANDER *Jeroſolymorum epiſcopus, rurſus propter Chriſtum ad præſidis tribunal adductus, cum ex ſecunda hac confeſſione magnam gloriam retuliſſet, Cæſareæ in carcerem conjectus eſt; vir decora ſenectute & veneranda canitie conſpicuus. Qui cum poſt præclaram atque illuſtrem fidei Chriſtianæ confeſſionem, in præſidiali judicio editam, tandem in cuſtodia animam exhalaſſet, Mazabanes in ejus locum epiſcopus Jeroſolymorum renuntiatus eſt. Eodemque modo apud Antiochiam epiſcopo* BABYLA *poſt confeſſionem in vinculis mortuo, Fabius eccleſiæ illi præficitur*. De ſancti Alexandri *beato exitu* Cornelium Papam certiorem fecit ſanctus Dionyſius epiſcopus Alexandrinus in epiſtola ad eumdem Pontificem ſcripta, apud Euſeb. lib. 6. capite 46. De eodem agunt Epiphanius libro de ponderibus & menſuris numero 18. Hieronymus in Catalogo, auctor Chronici Alexandrini ad primum annum Decii imperatoris, Nicephorus Calliſtus Hiſtor. lib. 5. cap. 27. aliique rerum eccleſiaſticarum ſcriptores. Addunt Græci in Menæis, & Maximus Cytheræus ad diem 12. Decembris, Alexandrum ante mortem diverſis tormentis exagitatum fuiſſe, atque etiam feris objectum; ſed ab his nihil læſum, orantem, ſpiritum emiſiſſe. Nicephorus innuere etiam videtur loco ſuperius laudato, hunc beatum Antiſtitem multa tormenta pertuliſſe. quibus præivit Rufinus lib. 6. Hiſtoriæ cap. 28. his verbis: *In Jeroſolymis vero Alexander epiſcopus, rurſum pro confeſſione Chriſti Judici ſiſtitur, & vinculis carceris traditur. quique cum longævæ ætatis veneranda canitie præfulgeret, poſteaquam frequenter paſſionibus ſuis & cruciatibus glorificaverat Dominum, dum de vinculis ad tribunal, & a tribunalibus revocatur ad vincula, inter ipſa viciſſim ſibi ſuccedentia tormenta defecit*.

*Martyrio coronatur.*

XII. Alexandri martyrium ſub Decio imperatore conſummatum fuiſſe unanimi conſenſu tradunt omnes ſuperius laudati auctores. Id ad annum CCLII. refert Euſebius in Chronico, Bollandiani vero ad diem 18. Martii, ipſum ad annum CCL. conſignant, & Papebrochius in Hiſtoria chronologica epiſcoporum Jeroſolymitanorum ad annum CCXLI. Nos autem media incedentes via, Alexandrum circa anni CCLI. finem, in carcere obiiſſe exiſtimamus. Græci, ut jam obſervavimus, feſtum ejus recolunt in Menæis die 12. Decembris: quamvis in iiſdem Menæis, die 15. menſis Martii, *Alexandri epiſcopi Jeroſolymitani*, an alterius, nuda commemoratio fiat. Latini autem in Martyrologiis vulgaris ejus memoriam die 18. menſis Martii recolunt. Dubitant vero nonnulli, an Alexander, qui in Martyrologio Romano, aliiſque vetuſtioribus, die 30. Ianuarii memoratur, idem ſit ac ille de quo agimus. Alium eſſe

*Martyrii tempus.*

*Menolo.*

cenſet Cardinalis Baronius in notis ad eamdem diem: cui facile interim ſubſcribimus, donec certiora recentioribus Martyrologiis proferantur monumenta, quæ eumdem eſſe probent qui diverſis diebus adſcribitur.

## ADMONITIO

### In Paſſionem ſancti PIONII Martyris, & ſociorum ejus.

*De Pionii ætate duplex ſententia.* 1. QUamvis nemo dubitet, beatum PIONIUM glorioſiſſimo martyrio in Smyrna civitate Aſiæ percelebri conſummatum fuiſſe; gravis tamen eſt inter viros doctos controverſia, ſub quanam perſecutione id contigerit, nonnullis ejus martyrium ad Marci Aurelii imperatoris tempora referentibus, aliis vero ad Decii perſecutionem. Primam ſententiam amplexi ſunt Dionyſius Petavius, Joſephus Scaliger in animadverſionibus Euſebianis, ac tandem vir doctiſſimus Johannes Pearſonius in diſſertatione 2. de annis priorum Romæ Epiſcoporum cap. 19. Pro ſecunda vero ſententia ſtant illuſtriſſimus Card. Baronius, Jacobus Uſſerius Armachanus, Henricus, Johannes Bollandus, aliique viri doctiſſimi.

2. Verum tota difficultas in his poſita videtur, primo an re vera exiſtimaverit Euſebius, ſanctum Pionium eodem tempore, id eſt, eodem, aut ſequenti anno, quo beatus Polycarpus paſſus eſt, martyrium pertuliſſe. Deinde hoc ſemel admiſſo, an Euſebii ſententiæ ſtandum ſit, præferendaque ipſius auctoritas Actis ſancti Pionii, quæ jam a variis auctoribus vulgata ſunt, noſque infra ex mſſ. codd. exhibebimus. Quod ad primum attinet Euſebii ſententia ejus verbis exponenda eſt, ſcilicet ex lib. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 15. ubi poſt recitatam magna ex parte Smyrnenſium epiſtolam de ſancti Polycarpi martyrio, hæc de ſancto Pionio aliiſque Martyribus ſubjungit. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ, καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας. Μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνῄρηται. τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἷς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος. Quæ verba ſic vertit Valeſius: *Sed & alia martyria ſub idem tempus quo Polycarpus paſſus eſt, apud Smyrnam facta in eodem epiſtola* (Bollandus, *in eodem commeatario*, & quidem horum Martyrum paſſiones in epiſtola de martyrio ſancti Polycarpi contentas non fuiſſe certum eſt. nam ipſe Euſebius infra laudat epiſtolam de ſancti Pionii martyrio.) *conjunctim leguntur. In quibus & Metrodorus quidam, qui Marcionis ſectæ presbyter dicebatur, flammis conſumtus interiit. Celeberrimus quoque inter reliquos ejus temporis Martyres fuit Pionius.* Hæc Euſebius: qui his verbis, ut quidem mihi videtur, ſe exiſtimaſſe innuit, eos omnes Martyres quos hic memorat, eodem tempore paſſos fuiſſe: & ita Valeſio perſuaſum fuit, ut aſſeruerit, *Euſebium excuſari a nemine poſſe, qui Pionium non ſub Decio, ſed ſub Marco Antonino paſſum eſſe docet; cui* inquit *cauſam erroris præbere potuit, quod in uno & eodem codice Acta ſancti Polycarpi cum Actis ſancti Pionii & Carpi, aliorumque Smyrnenſium martyrum ſimul compacta legerentur.* Euſebium excuſat Baronius, quaſi dixerit Pionium eodem tempore, id eſt eodem die vel menſe, non autem eodem anno, ac ſanctus Polycarpus, martyrium ſubiiſſe. quem tamen Euſebii locum qui ſubſecuti ſunt auctores de eadem perſecutione incaute ſunt interpretati: ut ſi quis Vincentium & Anaſtaſium, Cornelium & Cyprianum eodem tempore obiiſſe diceret, quod eodem die & eodem menſe, quamvis diverſo, ut certum eſt, anno martyrium conſummarint.

3. At quiſquis tandem ſit horum Euſebii verborum ſenſus, numquam poterunt Actorum ſancti Pionii auctoritati prævalere, quæ ſi quis attente ac abſque ullo partium ſtudio legat, ſincera & pura reperiet. Sed ne eorum auctoritas ex ſola legentium judicio repeti videatur, ex ipſius Euſebii verbis confirmanda ſunt. Eorum enim [illegible]ti argumentum ſive compendium exhib[illegible] [illegible].b. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 15. ubi quæ in Actis fuſius referuntur, paucis his verbis exprimit. *Acta legitima probantur.* *Celeberrimus quoque inter reliquos ejus temporis Martyres fuit Pionius. Cujus ſingulas confeſſiones ac libertatem in dicendo, utque coram populis ac præſidibus pro fidei noſtræ defenſione peroraverit; conciones item de inſtitutione fidei, præterea cohortationes, atque invitationes ad eos qui perſecutionis tempore lapſi fuerant; allocutiones etiam & conſolationes quas in carcere poſitus adeuntibus ipſum fratribus adhibuit; quæ ſuper his tormenta, quantoſque dolores ſuſtinuerit; clavorum inſuper confixiones, & mirabilem in medio rogo conſtantiam*

*ſtantiam; mortem deniqae ipſam quæ cuncta illa miracula ſabſecuta eſt, ſi qui volent cognoſcere, eos ad epiſtolam de illias martyrio uberrime conſcriptam amandamus, quam aos iaopere de priſcis Martyribus, quorum paſſioaes collegimus, ordiae ſuo iaſeraimus.*

4. Eadem Acta Cbrooici Alexandrini ſcriptoris auctoritate confirmari etiam poſſunt, qui de Pionii martyrio, quod ad Decianam perſecutionem refert, hæc habet, *Smyrae Aſiatica civitate Pioaias cum aliis baad paucis Cbriſti cauſa occubuit. Vir erat eruditus, & Cbriſtiaaarum diſcipliaarum ſaaſtiore cognitioae probe imbutus; Proclo Quiztiliano Aſiæ Proconſale IV. Idus Martias, boc eſt, Aſiaticorum calculo ſexto menſe XII. Sabbati bora decima curſum confecit.* Hæc hujus auctoris verba ex Actis quæ infra exhibituri ſumus deſumta eſſe nemo videtur ioficiari poſſe, aut ſane ex antiquiſſimis aliis monumentis, quæ Pionii mortem ad Decii principatum ſub Procli Quiotiliani Aſiæ proconſulatu referebant. Unde merito infertur, hanc ſententiam nec a Simcone Metaphraſte, nec ab aliquo *mediæ ætatis Latiao conſarciaatore*, ot putavit Pearſonius, excogitatam fuiſſe. Ex hoc etiam Cbronici Alexandrioi loco refellitur aliud ejuſdem viri eruditi pronunciatum, aſſerentis oum. 2. neminem umquam dixiſſe, Polycarpum & Pionium *ſub diverſis imperatoribus paſſos eſſe*. Id enim expreſſe affirmat laudati Chronici auctor, qui ad imperatorum Marei Aurelii & Lucii Veri annum quartum de martyrio ſancti Polycarpi pluribus agit, ejuſque compendium ex Actis exbibet, nulla Pionii facta mentione; cujus alias, ut diximus, paſſionem refert ad Decii tempora, ubi oe unum quidem verbum de Polyearpo habetur. Quin & noo ſolum ſub diverſis imperatoribus hos ſanctos Martyres paſſos fuiſſe memorat; ſed etiam ſub diverſis Aſiæ Proconſulibus, Polycarpum nempe ſub *Tatio Quadrato*, & Pionium ſub *Proclo Quintiliano*. quod utriſque horum Martyrum Actis concordat. Verum quidem eſt Sozomenum ſcripſiſſe lib. 7 Hiſt. eccleſ. cap. 19. controverſiam de Paſchate fuiſſe a Victore epiſcopo Romano, & a Polycarpo Smyrnæo diſſolutam: certum eſt quoque Socratem lib. 5. Hiſt. cap. 22. *Polycarpi Smyrnæi epiſcopi* martyrium ad Gordiaoi tempora retuliſſe. at neminem ex antiquis auctoribus, præter Euſebium ejuſque interpretes, reperire licet, qui Polyearpi & Pionij martyria eodem tempore contigiſſe dixerit. Immo nec id Euſebius in Cbronico affirmavit. Quamvis enim in Latina ejuſdem Chronici editione ad anoum Marci Aurelii & Lucii Veri ſeptimum, *perſecutione orta ia Aſia Polycarpat & Pioaius feciſſe martyriam* dicantur; id ab aliquo poſterioris ætatis homine additum fuiſſe patet ex cjus Chronici exemplaribus Græcis, in quibus, ſicut & in ipſa Scaligeri græca editione, Pionii nomen deſideratur. Nec ſavent Pearſonii ſententiæ Græcorum Menæa, quæ die 23. menſis Februarii feſtum ſancti Polycarpi celebrant; eumque ſancti Johanois Evangeliſtæ diſcipulum affirmant fuiſſe: die vero undecima Martii Pionium recolunt, quem ſub Decio imperatore per ignem martyrium coosummaſſe dicunt. At in Polycarpi officio nulla eſt de ſancto Pionio memoria; ſicut nec io Pionii commemoratione nihil de ſancto Polycarpo habetur. Maximus quidem Cytbereenſis epiſcopus ſanctum Polycarpum diſcipulum ſancti Johannis apoſtoli fuiſſe, & ſub Decii perſecutione martyrium ſubiiſſe tradit, ſed ibi nihil habet de ſancto Pioοio. Tandem ex veteribus Martyrologiorum ſcriptoribus Ado & Notkerus revocaot quidem ſancti Pionii martyrium ad M. Aurelii tempora; ſed Euſebii aut potius Rufini verbis decepti ſunt. Cetera vero Martyrologia vetera, Romanum ſcilicet ſancto Hieronymo attributum, Roſvveidanum, Uſuardi, Rbabani, & alia quæque vetuſtiora, Pionii paſſionis tempus non deſignant. Flnrus habet: *In Nicomedia paſſio Pionii presbyteri, qui paſſus eſt ſub Proconſule Aſiæ Julio Proculo & Quintiliano; qui poſt carceres & corporis dilaceraticaem confixus ligno, cum Metrodoro presbytero igni traditus eſt.*

5. His ita ſtatutis, Pionii mortem ad Decii perſecutionem referendam eſſe non dubitamus, quam *Decio & Grato Conſulibus*, id eſt anno Chriſti CCL. contigiſſe Acta ſinceriora teſtantur. Ejus autem feſtum vulgata Latinorum Martyrologia die I. Februarii celebrant; quamvis ejus paſſio in duobus codd. mſſ. bibliotbecæ Colbertinæ referatur 11. ſeu, ut loquimur, pridie *Kaleadas Januarii*. Melius vero, ut ex Actis patet, io cod. mſ. illuſtriſſ. Abbatis *de Noailles* circa diem undecimum menſis Martii. quo etiam die a Græcis ſancti Pioni feſtom recolitur. Porro Ado, Uſuardus, ceterique ut plurimum Martyrologiorum ſcriptores, nonnullos ſocios Pionio adjungunt, quos alii plures, alii pauciores eoumerant. *Martyrii tempus.*

6. Pauca oceurruot quæ de beati Piooii ſcriptis dicantur. Sane cum inter alios ſcriptores eccleſiaſticos neque in antiquis, neque io recentioribus caralogis locum umquam habuerit; veri ſimile eſt nihil aliud ex eo ad poſteros perveniſſe præter ea quæ *Scripta.*

io

io ejus Actis habentur. Ao is autem ſit ille Pionius qui in fine Actorum ſancti Polycarpi dicitur *exemplaria inveſtigaſſe, & ſcripſiſſe ex revelatione quæ ſibi de beato Polycarpo patefacta eſt*, iocertum.

7. Ceterum omiſſis beati Piooii Actis, quæ ex Simeone Metaphraſte poſt Lipomanum & Surium Bollandus ad 1. diem Februarii edidit, alia, aut potius eadem, ſed diverſæ alterius verſionis ex 4. codd. mſſ. proferimus. Hæc autem Acta Bollaodianis prætulimus, tum ob verſionis antiquitatem, quæ ſane ante Simeonis Metaphaſtis ætatem videtur facta, habetur enim in uno cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ qui ad annos 800. accedit: tum quia nondum edita erat, in eaque nonnulla abſunt, quæ aliquibus viris doctis in Bollaodiaois Actis diſplicuere. Ea vero prout in codd. mſſ. habentur etiam cum mendis repræſentamus; ne ſi ea expungere voluerimus, id nobis objiciatur quod Pearſonios in Baronio arguit. Cum enim Acta ſancti Pionii *a ſe diligenti ſtudio emendata* ſe exhibere profeſſus fuerit illuſtriſſ. Cardinalis; hæc ejus verba ſic interpretatus eſt Pearſonius, quaſi ex iis Actis multa rejeciſſet. *Emendata*, inquit, *id eſt, reſectis iis quæ ſuppoſitionem nimis manifeſte indicabant*. Quæ tamen in Bollandianis Actis obſervanda occurrunt, in notulis referimus. Porro ex 4. codd. mſſ. quibus in hac editione uſi ſumus, duo ſunt inſignis bibliothecæ Colbertinæ, in quorum primo Acta integra habentur, io altero ob detracta aliquot folia ex codice, mutilia. Tertius codex eſt illoſtriſſimi Abbatis *de Noailles*; quartos tandem Principalis monaſterii Einſidlenſis, alias beatæ Mariæ de Eremo, Ordinis noſtri Benedictini io Helvetia, ex quo cod. ea Acta deſcribi curavit noſter domnus Johannes Mabillonius, cum in Germaniam aliquot abhinc annis profectus eſt. Porro in his duobus ultimis codd. aliqua paſſim deſont. His adjungi poteſt cod. mſ. monaſterii ſancti Maximini Trevirenſis, ex quo eorumdem Actorum aliquot fragmenta Bollandus edidit.

*Acta ex codd. mſſ.*

---

*Anno Christi 250.*

# P A S S I O

## Sanctorum PIONII & ſociorum ejus Martyrum.

### *Ex quatuor codd. mſſ.*

*Geſta Martyrum memoranda.*

I. REferri oportere ac debere memorari ſanctorum merita Apoſtolus præcipit, eo quod ſciat, rerum geſtarum memoria egregiis viris flammam io pectore creſcere, bis ante omnia qui imitari tales viros vel maxime ſtudent, vel præcipua æmulatione contendunt. Unde PIONII martyris debet paſſio non ſileri, quia & dum eſſet in luce, multis fratribus ignorantiæ diſcuſſit errorem, & poſtea Martyr effectus, quibus vivus doctrinam infuderat, paſſus oſtendit exemplum.

II. Secundo[1] itaque die ſexti[2] menſis, qui dies eſt quarto Idus Martias, die ſabbati majore, natale Polycarpi martyris celebrantes genuinum[3], Pionium, Sabioam, Aſclepiadem, Macedoniam quoque & Lemoum[4] presbyterum catholicæ Eccleſiæ, vis perſecutioois invenit. Sed quia bonæ fidei totum Dominus oſteodit, Pionius quæ imminebaot ſupplicia quia non timebat advenientia, futura prævidit. Ergo ante diem quam natalis Polycarpi martyris adveniret, cum Sabina & Aſclepiade dum jejuniis devotus ioſiſteret; vidit in ſomois ſequeoti die ſe eſſe capiendum. Quæ cum aperte & indubitaoter agooſceret, eo quod tam lucide omnia viſus appareret, ſuois vioculo ſua & Sabinæ & Aſclepiadis colla circumdedit: ut cum ab illaturis vincula vioƈti inveoireotur, ſcirent qui veoerant nihil ſe oovi eſſe facturos: intelligerentque oon eos, ſicut ceteros qui deguſtabaot ſacrificia,

*Pionius & alii Christiani.*

1 Boll. *Vigeſima-tertia menſis Februarii die, cum Sabbatum magnum intraret, Natali ſcilicet beati martyris Polycarpi vigente Decii imperatoris perſecutione Pionius presbyter* &c.

2 In utroque cod. Colb. deeſt, *Sexti*.

3 Sic optime codd. Colb. 1. & Einſidl. At in altero Colb. habetur *Jenuinum*. In cod. ſancti Maximini apud Boll. *genuinum*. In cod. Noail. omnino deeſt iſtud nomen. Porro *Natalis genuinus dies* dicitur in L. 21. & 29. cod. Theodoſ. de Proximis, Comitibus &c. apud Eruditiſſimum Cangium in Gloſſario, ubi plura de hac re, & in diſſertatione ejuſdem de Nummis imperatorum Byzantinorum.

4 Sic codd. Noail. & Einſidl. Cod. S. Maximin. *Lenbus*. Colb. *Linus*.

Digitized by Google

ficia, eſſe ducendos, cum eſſent vincula, priuſquam juberentur, impoſita, & fidei teſtimonium, & voluntatis indicium.

III. Facta ergo oratione ſolemni, cum die ſabbato ſanctum panem & aquam deguſtaviſſent, Polemon neochorus [5] ſive æditus advenit, ſtipatus turba eorum quos ad inveſtigandos Chriſtianos Polemoni judicia majora ſociaverant. Qui ubi Pionium vidit, talia profano ore verba profudit: Scitis manifeſte Principis eſſe præceptum, quod ſacrificia celebrare vos jubeat? Pionius dixit: *Scimus quidem præcepta; ſed illa ſola quæ Deum nos venerari jubent.* Æditus dixit: Venite ad forum, ut pernoſcatis vera eſſe quæ dixi. Sabina vero & Aſclepiades clara voce dixerunt: *Nos Deo vero obedimus*. Et cum ad forum ducerentur oblati, repente vincula cervicibus eorum indita vulgus aſpexit, & ut ſolet in populo rationis experte viſendæ cujuſque rei cupiditas inhiare, ita ſe mirantes ſtipabant [6], ut dum ipſi alios pellerent, ab aliis pellerentur. Ergo [7] ut ad forum ventum eſt, repente immenſa multitudine, quicquid ſpatii in medio fuit, & ſuperpoſita paganorum ædiculis tecta completa ſunt. Innumeræ quoque aderant feminarum catervæ, quia erat dies ſabbati & Judæorum feminas ab opere diei feſtivitas relaxabat. Omnis autem circumfuſa undique viſendi ſtudio ruebat ætas: & quos ad videndum deſtituebat brevitas corporis, ſuprapoſiti ſcamnis, aut aſcendentes arcas, ne ſubtraherentur miraculo, æquiparabant ingenio quod natura ſubtraxerat.

Comprehenduntur.

IV. Tum Martyribus in medio conſtitutis, Polemon ait: Bonum eſt, Pioni, & te ſicut ceteros obedire, ac juſſa complente, declinare ſupplicia. Sed beatus Martyr Polemonis ſermone percepto [8], extenſa manu, læto & alacri vultu tali oratione reſpondit: *Vos viri qui exultatis pulcritudine mœnium, & Smyrnæ civitatis decore gaudetis, & Homero* [10] *poeta gloriamini, & ſi qui vobiſcum ex Judæis adſunt, paucis audite, vos alloquor. Audio enim quod irrideatis eos qui ad ſacrificandum, aut ſponte proſiliunt, aut alio cogente non renuunt; & in illis levitatem pectoris, in his ſpontaneum damnetis errorem, cum oporteret vos Homero* [11] *doctori veſtro, ac magiſtro pariter obedire, qui aſſerit nefas eſſe exultare de defunctis* [12], *nec ullum conflictum cum luce caſſis, aut certamen debere eſſe cum mortuis. Vos autem, Judæi, decuerat Moiſi obedire præceptis, qui ait:* Inimici tui animal ſi ceciderit, oportet te prius levare quam tranſeas. *Pari quoque ſententia & ſimili Salomon oratione ſignificavit:* Inimico cadente non exultes; nec aliena infelicitate jactes. *Unde ego mori malo, atque omnia perferre ſupplicia, & in quaslibet ærumnas deductus immenſos ſentire cruciatus, donec non pervertam aut illa quæ didici, aut illa quæ docui. Nunc ergo quomodo Judæi riſu ſe cachinnante diſſolvunt, irridentes eos qui aut coacti, aut ſponte ſacrificant; ne a nobis quidem temperant riſum & inſultanti voce proclamant, diu nos licentiæ tempus habuiſſe. Eſto inimici eorum ſumus, attamen homines. Quid enim a nobis pertulere jacturæ? quæ per nos ſenſere ſupplicia? quos lingua læſimus? quos odio perſecuti iniquo ſumus? quos ferina crudelitate graſſati ad ſacrificia* [13] *compulimus? Non ſunt eorum peccata his ſimilia, quæ propter timorem hominum nunc aguntur. Longa diſcretio eſt inter invitum & ſponte peccantem; & hoc intereſt inter eum qui* cogi-

9 Pionii oratio ad Gentiles & Judæos.

Deuter. 22: 4.

Prov. 24: 17.

5 In cod. Einſidl. *Polemon*, in Noaill. *Polemon ſive æditus*. Neochorus creditur apud antiquos fuiſſe ædis ſacræ æditus. Quamquam ea vox, ut obſervat eruditiſſ. Cangius in Gloſſario latino, antiquariis & nummariæ rei ſtudioſis multum negotii faceſſit.

6 Codd. Einſidl. & Noaill. & S. Maximini, *interſe mirantes ſtupebant*.

7 Boll. *Et cum in forum veniſſent, & in portica ad Orientem ſita ad portam duplicem conſtitiſſent, impletum eſt totum forum & ſuperiores porticus, tum viris Græcis atque Judæis, tum etiam mulieribus. Nam cum magnum eſſet ſabbatum, feriabantur. Quia etiam fundamenta arcaſque conſcenderant, uſpellarent*.

8 Cod. Noaill. *ſermo e contento*.

9 Uterque cod. Colb. *vidi*.

10 Inter urbes quæ ſibi Homeri natale attribuunt, prima vulgo recenſetur Smyrna.

11 Acta Boll. *Homerum audivitis qui hominem interfectum lætari piam negat.* Id deſumtum eſt ex Odyſſeæ lib. 22. v. 412. ubi Ulyſſes inducitur Euricleam nutricem ſuam reprehendens, quod de procorum cæde exultaret.

12 Cod. S. Maximin. *inſultare defunctis*.

13 Einſidl *ſupplicia*.

*cogitur, & illum quem nemo compellit, quod ibi mens, hic tempus in culpa eſt.*
Pſalm. 105. 28. & ſeqq.
*Quis coegit Judæos aut myſteriis Beelphegor* [14] *imbui, aut intereſſe parentalibus* [15],
Num. 25.
*& deguſtare ſacrificia mortuorum? Quis cum filiabus Allophylorum turpes coitus agere, & exercere meretriciam voluptatem?*
Exod. 15. & 16.
*Quis ſuos filios concremare, quis adverſus Deum murmur exercere, aut de*
Num. 14. & 16. &c.
*Moyſe latenter mala loqui? Quis tot beneficiorum immemores? Quis fecit in-*
* Colb. 1. ...
*gratos? Quis coegit per cor * ſuum redire ad Ægyptum? aut cum Moyſes legem aſcendiſſet accipere, dicere ad Aaron: Fac*
Exod. 32. Paganorum allegationes.
*nobis deos, & vitulum; & cetera quæ fecerunt. Sed vos, pagani, poſſunt fortaſſe decipere, aliqua aures veſtras ambage fallentes; nobis illorum nullus poterit imponere fallaciam. Recitent vobis codicem Judicum, Regum, Exodum, & cetera quibus convincuntur oſtendant. Sed quæritis cur multi ad ſacrificandum ſponte deſcendant; & propter paucos ceteros irridetis. Fingite vobis imaginem areæ, quam tritura compleverit. Palearum eſt acervus major, an tritici? Cum enim colonus aut bicorni furca triticum vertit* [16], *aut palmulari; ſine pondere palea vento auferente jactatur; triticum autem grave & ſolidum in eo loco in quo manſerit perſeverat. Quando jactant in pelago retia, nunquid totum quod educunt eſſe optimum poteſt? Scitote tales eſſe quos cernitis, & hanc eſſe rationem ut mala bonis, bona peſſimis miſceantur: ſed ubi æquare volueris diſcrepant, & quid ſit melius in comparatione monſtratur. Quonam modo itaque nos vultis hæc quæ a vobis irrogantur ferre ſupplicia? ut juſtus an ut injuſtus? (ſi ut injuſtus;) injuſtiores vos tali opere comprobabitis, ſi perſequendi cauſa non exſtat. Si ut juſtus; quid vobis ſpei ſupereſt, cum etiam juſti ita patiantur? Si juſtus enim vix ſalvatur, peccator & impius ubi parebit? Judicium namque imminet ſæculo, de cujus adventu multis ex rebus certi ſumus. Ego namque tranſgreſſus omnem Judæorum terram, cuncta perdidici, & Jordane tranſmiſſo, vidi terram* [17] *quæ excidio ſuo iram Domini teſtabatur, propter id quod peregrinos aut exſtinguebant humanitatis immemores, aut percurrentes in ſexum viros muliebria pati jugulato hoſpitis jure cogebant. Vidi terram vi divini ignis exuſtam, & in cineres favillaſque converſam, omni humore atque fertilitate viduatam. Vidi mare mortuum, & ob Dei timorem naturam mutatam ferventis elementi. Vidi aquam, nec alendis, nec ſuſcipiendis animantibus obſequentem, hominem quoque ſicut ſuſceperit & jactantem; ne iterum propter hominem, aut crimen incurrat aut pœnam. Sed quid ego hæc vobis dico procul remota, longius collocata? Vos* [18] *gentes videtis & enarratis incendium, illam æſtuantem rupibus flammam. Conferte quoque Lyciæ* [19] *& diverſarum inſularum ignem ex infimis terræ viſceribus effluentem. Aut ſi hæc non potuiſtis agnoſcere, conſiderate calidæ aquæ uſum, non dico de illa quæ fit, ſed de illa quæ naſcitur. Aſpicite fontes tepentes, & anhelantes ibi unde exſtingui ſolent flamma. Unde eſſe putatis hunc ignem, niſi quia cum inferni igne ſociatur? Dicitis enim partim igne, partim inundationibus vos ſub Deucalione* [20], *& nos ſub Noe laboraſſe. Ita enim fit, ut particulatim catholica agnoſcantur. Unde*
Geneſ. 6. Chriſtus Verbum Dei.
*prædicimus vobis de judicio per Verbum Dei Jeſum Chriſtum, qui per ignem venturus eſt. Propterea deos veſtros non* ado-

14 Seu Baal, idolum Moabitarum quod in monte Phogor colebant. Ipſum eſſe Saturnum nonnulli exiſtimant.

15 Sacra funebria, ſeu convivia, quæ in parentum ſeu propinquorum defunctorum memoriam fiebant.

16 Colb. ... , *vertis*

17 Palæſtinæ regio, in qua Sodoma aliæque civitates ſitæ erant, quæ ultricibus flammis conſumtæ feruntur in libro Geneſeos cap. 19.

18 Boll. *Hæc ego commemoro quæ procul abſunt. Vos Decapolim Lyciæ regionem igne combuſtam videtis ad impiorum exemplum uſque ad præſentem diem; Ætna item incendium & Sicilia atque Lycia inſularum.*

19 Lycia, Aſiæ minoris regio, in qua Chimæra mons flammivomus apud antiquos celebris; in cujus cacumine leones habitare dicebantur; in medio ubi paſcua erant, capræ, in radicibus ſerpentes. Hinc Chimæræ fabulæ quæ hoc animal eſſe fingit triforme flammivomum, caput & pectus leonis habens, ventrem capræ ac draconis caudam, quod monſtrum occidiſſe dicitur Bellerophon, Glauci filius, quod Chimæræ montem habitabilem reddiderit. Videſis Lucret. lib. 2. & 5. de rerum natura. Virgil. lib. 6. Æneid & alios. Hujus montis ignem aqua accendi, terra autem vel fœno extingui refert Gnidius Cteſias apud Plinium lib. 2. cap. 106. ubi plura habentur de montibus qui ignes evomunt, quos ibi ſigillatim Plinius recenſet.

20 Deucalion & Pyrrha in monte Parnaſſi ex generali diluvio ſervati lapides poſt tergum projiciendo homines & mulieres excitabant, qui genus humanum reſtituerunt. Nota fabula ex Ovid. lib. 1. Metamorphoſ. fab. 7.

*adoramus, nec imagines aureas veneramur quia in his non religio colitur, ſed quantitas æſtimatur.*

V. His ita atque talibus diu dictis dum tacere nollet, Polemon, omniſque populus ita admovit aures, ut quieſcere * nullus auderet, ac denuo dicente Pionio; *Deos veſtros non adoramus, nec imagines aureas cæleſti veneratione ſuſcipimus*, obduxerunt [21] eos in atrio [22]. Ibi circumſtans vulgus cum Polemone beatum Martyrem perſuadere tentabant tali ſermone ſuadentes: Pion obtempera nobis. multa ſunt enim propter te quæ vivere & valere conveniat. Dignus es enim vita, cum morum tuorum meritis, tum manſuetudinis cauſa. Vivere bonum eſt, & halitum hujus lucis haurire. Cumque & alia multa narrarent, Pionius ait: *Ego dico quia vivere bonum eſt & uſum lucis haurire, ſed illius quem deſideramus. Aliud eſt lumen illud quod nos cupimus, & hæc Dei munera non obliti deſerimus: ſed relinquimus, majora cupientes, & præ melioribus iſta contemnimus. Et vos quidem laudo, eo quod me dignum & amore & honore ducatis: ſed eſſe ex vobis ſuſpicamur inſidias, & ſemper minus nocuerunt profeſſa odia, quam ſubdola blandimenta.*

* ſ. inquietare.

Pionius tentatis blanditiis.

Quas reſpuit.

VI. Poſt hæc verba Alexander [23] quidam vir malignus de populo ait Pionio: Noſtris quoque ſermonibus a te præbeatur auditus. Reſpondit ille: *Te magis oportet audire; quoniam quæ tu ſcis ſcio; tu vero ignoras illa quæ novi.* Tum ille beati Martyris irridens catenas ait: Quid ſibi hæ catenæ volunt? Ille reſpondit: *Ne dum per civitatem ducimur, a quibuſdam ad ſacrificandum ire credamur: aut ne, & nos, ſicut & ceteros, ad templa ducatis: ſimul ut poſſitis advertere quia interrogatione non opus eſt, cum in cuſtodiam ſponte properemus.* Cumque tacuiſſet & populus in obſecratione & perſoaſione duraret, iteratus beatus Martyr reſpondit: *Hoc decrevimus & certum eſt in eo quod diximus permanere.* Cumque eos qui circum erant ſermonis acerbitate vehementer argueret, & relegens præterita etiam & futura prædiceret, Alexander ait: Quid opus eſt ſermonibus veſtris? cum poteſtas vivendi vobis eſſe non poſſit, quin immo ſit neceſſitas pereundi magna.

Irriſores ſupi...

VII. Sed [24] cum populus ad theatrum ire diſponeret, ut in conſcenſu caveæ multo melius beati Martyris verba poſſet audire, ad Polemonem acceſſerunt neſcio quid * dicentes atque ſuadentes, quia ſi tribuiſſet loquendi beato Martyri poteſtatem, turba & tumultus orietur. Auditis itaque bis Polemon, tali Pionium ſermone compellit: Si ſacrificare abnuis, ad templum veni [25]. Ille reſpondit: *Non expedit delubris veſtris, ut nos ad templa veniamus.* Tunc Polemon: Ergo ita obfirmaſti animum, ut tibi perſuaderi non poſſit? Et Pionius: *Utinam ego vos ut Chriſtiani eſſetis movere & perſuadere potuiſſem!* Cujus ſermonem quidam irridentes, magna voce dixerunt: Nihil tale facturus es, vel ſi vivi ardeamus [26]. Ille ait: *Pejus eſt ardere poſt mortem.* In hac ſermonum altercatione Sabinam aſpexere ridentem, ad quam, quaſi minantes, terribili voce dixerunt: Rides? Illa reſpondit: *Rideo, ſi Deus vult; quia Chriſtiani ſumus.* Tum illi: Paſſura es, inquiunt, illa quæ novis [27]. Quæ non ſacrificant enim, lupanaribus deputatæ præſtant meretricibus collegium, & lenonibus ſupplementum. Illa reſpondit: *Quidquid Deo placet* [28].

* ſ. neſcio qui

VIII. Et iterum [29] Pionius ad Polemonem

21 Boll. *duxerunt.*
22 Boll. *ſub dio.*
23 Boll. *Circumſtantes autem quidam, nomine Alexander, homo improbus ait, &c.*
24 Boll. *Sed cum populus vellet in theatro conventum fieri, ut plura illic audiret, quidam Ducis ſtudioſi ad Polemonem adeuntes accedentes et perſuaſerunt, ne ſineret in theatro populum convenire, ne tumultus fieret, & panis flagitaretur. Quibus auditis &c.* Obſervat Baronius in notis ad hunc locum ad annum 254. num. 31 plebem in conventibus publicis ſæpius tumultuoſe ſuas neceſſitates a Magiſtratibus extorſiſſe. Confer Joſeph. lib. 19. Antiqu. Jud. cap. 1. ubi de Circenſibus ludis.
25 Boll. *Si non vis ſacrificare ſaltem templum ingredere.*
26 Boll. *Tu vero ne id feceris, ut vivi comburamur.*
27 Boll. *non vis.*
28 Boll. *Sancto Deo id erit curæ.*
29 Hic omiſſa eſt interrogatio una quæ ſuppletur ex Bolland. *Pionium rurſus Polemo ſic allocutus eſt: Obtempera nobis. Pionius reſpondit &c.*

Q

monem ait: *Si autem perſuadere juſſus es, aut punire; neceſſe eſt ut punias, cum perſuadere non poſſis*. Tum Polemon ſermonis hujus aſperitate permotus: Sacrifica, inquit, (Reſpondit Pionius:) *Non faciam*. Ait rurſus illi: Cur non? Ille item: *Quia Chriſtianus ſum*. Rurſus Polemon: Quem colis Deum? Reſpondit Pionius: *Deum omnipotentem qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & nos omnes; qui nobis omnia præſtat & tribuit, quem cognovimus per Verbum ejus Jeſum Chriſtum*. Dehinc Polemon: Vel Imperatori ſacrifica. Ille reſpondit: *Ego homini non ſacrificabo*.

*Chriſtus Verbum.*

*Acta a Notariis excepta.*

IX. Poſt hæc Polemon, cum ceræ Notarius [30] quæ reſpondebantur imprimeret, ait ad Pionium: Quis vocaris? Pionius ait: *Chriſtianus*. Polemon: Cujus eccleſiæ? Pionius ait: *Catholicæ* [31]. Relictoque Pionio, ad Sabinam Polemon verba convertit, cui [32] Pionius prædixerat verba, ne in manus dominæ impiæ poſſet incidere, ut ſub Theodocii [32] vocabulo, vim crudelitatis nominis mutatione declinaret. Tunc Polemon ait: Quæ diceris? Illa reſpondit: *Theodota & Chriſtiana*. Polemon: Si Chriſtiana es, cujus eccleſiæ? At illa: *Catholicæ*. Polemon: Quem colis Deum? Illa reſpondit: *Deum omnipotentem qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, quem cognovimus per Verbum ejus Jeſum Chriſtum*. Poſt hæc cum, adſtante haud procul Aſclepiade, quis diceretur, inquireret, reſpondit Aſclepiades: *Chriſtianus*. Polemon: Cujus eccleſiæ? Aſclepiades. *Catholicæ*. Polemon: Quem Deum colis? Reſpondit: *Chriſtum*. Polemon: Quid ergo? iſte alter eſt? Reſpondit: *Non; ſed ipſe quem & ipſi paullo ante confeſſi ſunt*.

*Chriſtus Verbum Dei.*

*Chriſtus Deus.*

*Martyres in carcerem ducti.*

X. His dictis atque tranſactis ducebantur ad carcerem, magna parte vulgi, & immenſa populi copia proſequente, cujus tantum pondus ſe infuderat, ut forum Martha ſtipatione compleret, & vix undas populi præcluſus multitudine populi acceſſus egereret. Ibi quidam in beati Martyris facie animadvertentes ruborem, magna cum admiratione dixerunt: Quid eſt hoc, quod iſte ſemper albus ac lucidus pallorem ſubito in ruborem mutavit? Cumque Sabina lateri ejus, cavens incurſum populi, vincta properaret, ait quidam: Sic tunicam ejus tenes, quaſi lacte illius carere formides. Aliuſque ſumma voce clamavit: Puniantur, ſi ſacrificare detrectent. Cui Polemon ait: Faſces & [34] ligna non ad nos, & habere non poſſumus poteſtatem. Irridens autem alius ait: Ecce [35] ad ſacrificandum homunculus pergit. Hoc autem de Aſclepiade, qui erat cum Pionio, dicebatur. Sed Pionius reſpondit: *Iſtud ille non faciet*. Alius autem clara voce dicebat: Ille & ille ſacrificabunt. Pionius ait: *Habet unuſquiſque propriam voluntatem. Ego Pionius vocor. Non ad me attinet quis ut ſacrificet; cum eo qui fecerit nomen oſtendat*. Inter has diverſorum invicem loquentium voces, ait ad Pionium unus e populo: Cum in te tantum ſtudium tantaque doctrina ſit, cur obſtinata ad mortem mente feſtinas? Cui Pionius hoc ſermone reſpondit: *Quod occiſionem mei creditis, magis debeo cuſtodire quæ cœpi. Nam & vos ſcitis quam immenſa funera, & obſcœnam famem experti ſitis, & alia permulta*. Sed ait illi unus e populo: Tu quoque nobiſcum inopiam pertuliſti. Ille reſpondit: *Ego cum ſpe quam in Domino habebam*.

XI. Vix autem propter multitudinem ſervatores carceris oſtium introire potuerunt. Qui cum ingreſſi fuiſſent, Pionio

*Ubi alios inveniunt.*

30 Notarii a notis dicti, qui ſingulæ ſingula verba, aut etiam ſententias integras exprimebant. De his Auguſtin. lib 2. de Doctrina Chriſtiana, & plura apud Baron. & Spond. ad annum. 238.

31 Boll. addunt *nulla enim alia eſt apud Chriſtum*.

32 Boll. *Monuerat autem illam Pionius & ab eo fuerat Theodota appellata, ne ex nomine cognita in manus impiæ iterum dominæ ſuæ rurſus incideret, quæ imperante Gordiano, cum vellet Sabinam a fide abducere, eam vinctam in montibus relegavit, ubi clam victui neceſſaria ei a fratribus ſubminiſtrabantur. Poſt autem ſtudioſe curatum fuit, ut a domina ſervitute & a vinculis liberaretur. Plurimum autem cum Pionio verſabatur, quæ etiam in hac perſecutione capta fuit. Dixit &c.*

33 Hic avulſis aliquot foliis deſinunt Acta in noſtro cod. Colbert.

34 Boll. *Nobis non prætendant faſces neque ſecures, ut hanc habeamus poteſtatem.*

35 Boll. *Ecce homunculum ſubducit ad immolandum .... Pionius dixit: Mendacium loqueris, neque enim id facis.*

Pionio & ceteris intromiſſis, invenerunt presbyterum Catholicæ Eccleſiæ, Lemnum nomine, & mulierem, nomine Macedoniam, de Carcereno vico [16] ſectæ Phrygum. Qui cum ſimul eſſe cœpiſſent, & devoti Deo famuli convenirent; carceris agnoverunt cuſtodes, Pionium quæ offerebantur a fidelibus, certa enim ſuis voluntate reſpuere, dicentem: quod multis indigens nulli gravis fuiſſet, quomodo fieri poſſit ut nunc cogeretur accipere? Ob quod factum irati quibus carceris cuſtodia videbatur impoſita, qui [17] eos larga prius etiam de ſua humanitate ſuſceperant, in interiori eos carceris parte clauſerunt: ut omni humanitate & luce viduati, in tenebrarum ſitu & fœtore carceris conſtituti immenſos cogerentur ſentire cruciatus. Quo in loco cum viderentur abſtruſi, benedicentes Deum quæ ad hymnos ejus pertinent multa cecinerunt. Ergo cum diu in hac Domini laude duraſſent, aliquamdiu tacuerunt ſolita ſibimet & conſueta præſtantes. In cuſtodum vero pectoribus quod ira ſuaſerat, pœna ſubſecuta damnavit. ad aliam namque partem eos transferre voluerunt. Illi in loco eodem quo fuerant permanentes, clara voce dixerunt: *Gloriam tibi Domine, ſine intermiſſione fundamus, hoc quod accidit proceſſit in melius.*

XII. Tunc accepta ut agerent quæ vellent libera poteſtate, diem noctemque ita occupaverunt lectionibus, aut oratione tenuerunt, ut eſſet pertinacibus altercatio religionis, documentum fidei, & medicina ſupplicii. Cum ergo hoc eorum duraret officium, multi ad eos, Pionium perſuadere cupientes, pagani genteſque venerunt. qui dum talem virum loquentem audiunt, in miraculum verſi pæne non impune audierant, quia venerant invidere. Illi [18] vero quos illuc vis neceſſitatis incluſerat, rigabant largo fletu januas & lacrymas

*Lapſos Pionius adhortatur.*

imbrium more fundebant, ut nulla temporis quantitate gemitus reſpirarent, & repetitis ſingultibus novus ſemper quaſi luctus oriretur, maxime ab his quos incorrupta ſemper fama laudaverat. Hos ut vidit Pionius in jugi luctu & dolore maximo conſtitutos, talia cum lacrymis verba profudit: *Novum ſuppliciorum genus patior, & ita excrucior, quaſi videam me devulſa membrorum compage lacerari, cum adſpicio margaritas Eccleſiæ porcorum pedibus ſubjacere, & ſtellas cæli draconis cauda uſque ad terram fuiſſe pertractas; vitem quam Dei dextera plantaverat a ſue unico diſſipari, & ut tranſeuntem unumquemque ſuaſerit libido, decerpi. Liberi, quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis, alumni mei molles aſpera tranſierunt itinera. Nunc Suſanna in medium conſtituitur ab iniquis, impiis circumvenitur a presbyteris, & ut fruantur pulcritudine, mollem formoſamque denudant. falſa in eam teſtimonia corrupta illicitatione dicentes. Nunc* Daniel. 13.
*Aman increpat & epulatur; nunc Eſther* Eſther. 3.
*& tota civitas turbatur; nunc fames & ſitis, non panis aut aquarum penuria, ſed perſecutione. Nunc ergo, quia erant univerſæ virgines in ſopore, Domini Jeſu verba completa ſunt.* Luc. 18: 8.
*Ubinam terrarum Filius hominis poſtquam venerit, fidem poterit invenire? Audio enim quod unuſquiſque ſocium ſuum prodat, ut compleatur quod dictum eſt,* Frater fratrem
tradet ad mortem. *An quia & ipſe ſatanas nos expetit, & ignea* [19] *palmula aream purgat, ſalem evanuiſſe creditis, atque hominum pedibus ſubjacere. Nemo veſtrum æſtimet, o filii, Deum evanuiſſe, ſed nos evanuimus; Inquit:* (*Non*) *mea manus ad liberandum laſſata eſt, nec aures ad audiendum gravatæ. Noſtra nos a Deo peccata diſtringunt, & ut non exaudiat, facit hoc non Chriſti inclementia, ſed noſtra perfidia. Quid enim non malefecimus? Nos neglexímus* Matth. 10: 21.

*Deum*

16 Boll. *ex vico Carena, & ex hæreſi Phrygum quemdam, nomine Eutychianum.* Phryges ſeu Cataphryges Montaniſtæ heretici dicti ſunt, quod ipſe Montanus in Phrygia Aſiæ minoris regione natus eſſet.

17 Boll. *qui ab fideliſ.... ſolebant munera accipere .... At illi Deum collaudantes acquieverunt, & quæ dari ſolita erant illis præbuerunt, adeo ut carceris præfectus admiraretur, & poſtmodum eos in locum vellet reducere. At illi &c.*

18 Boll. *Intrabant etiam illi qui per vim tracti fuerant ad immolandum, & magnum fletum excitabant &c.*

19 Boll. *Ignitum porro ventilabrum eſt in manu Dei, ut purget aream.*

*Deum. Contemſerunt alii, nonnulli avide leviterque peccaverunt, & accuſantes ſe invicem atque prodentes mutuis periere vulneribus. quamquam nos oporteat aliquid plus habere juſtitiæ, quam Grammathei Phariſæique habuerunt.*

XIII. *Audio enim quod quoſdam ex vobis Judæi ad Synagogam vocent. Videte quia majus accidit cuique ex tali voluntate peccatum, ne quis in inconceſſum nec amplius remittendum, quod ad blaſphemiam ſancti Spiritus pertinet, crimen admittat. Ne ſitis una cum ipſis (principes) populis Gomorrhæ & judices Sodomitæ, quorum manus innocentium ſanguine & ſanctorum cruore maduerunt. Nos enim nec Prophetas occidimus, nec tradidimus Salvatorem. Sed quouſque ego multa narrabo? revocate in memoriam quæ audiſtis. Comperi enim Judæos nefando ore ſceleſta verba proferre, eo quod jactent & inaniſſimo per loca omnia ore diſpergant Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut hominem, ad mortem vi eſſe compulſum. Dicite quæſo: Cujus hominis diſcipuli qui ſit per vim mortuus, dæmonas tot per annos ejecerunt* [40]*, facturique ſunt. Pro cujus magiſtri nomine per vim mortui, tot diſcipuli, totque alii libenti animo pertulere ſupplicia? Quid memorem & aliqua mirabilia, quæ in Catholica Eccleſia contigerunt, cum iſti ignorent illum ſolum male & per vim mori qui de hoc ſæculo vitam peroſus ſua manu & propria voluntate diſceſſerit? Nec hoc quidem ſacrilegis mentibus ulla poteſt ratione ſufficere. Addunt ſceleri ſe ejus* [41] *& blaſphemium dum egreditur ſumit augmentum. Dicunt Dominum Jeſum Chriſtum cum cruce ad ſuperos facta umbrarum excitatione remeaſſe. Et ea quæ Scriptura aut apud nos, aut apud illos pro Chriſto & Domino dicit, illi in blaſphemium ſacrilego ſermone commutant. Nonne qui hæc loquuntur peccatores ſunt? nonne perfidi? nonne iniqui?*

XIV. *Repetam nunc quæ Judæi ſæpius, me in prima ætate poſito, differebant, quæ eſſe mendacium ſequenti redarguens ſermone convincam. Scriptum namque eſt ita: Saul interrogavit mulierem Pythoniſſam, & dixit ei: Excita mihi Samuelem prophetam. Et vidit mulier aſcendentem virum cum ſtola. Saul Samuelem credidit, & interrogabat eum quæ volebat audire. Quid ergo? Vates illa poterat excitare Samuelem? Si potuiſſe conſenſerint, iniquitatem plus juſtitia poſſe confeſſi ſunt: ſi negaverint ſic mulierem reduxiſſe, neceſſe eſt ut Dominum Jeſum Chriſtum non ſic rediſſe convincantur. Ita fiet, ut in hac contentione aut damnentur, aut cedant. Ratio ergo verbi hujus talis eſt. Quomodo* [42] *poterat vatis mulieris dæmon ſancti Prophetæ excitare animam jam olim in ſinu Abrahæ poſitam, & in paradiſo quieſcentem; cum ſemper quod minus valet a potentiore vincatur? Ergo ut arbitrantur, Samuel in lucem reductus eſt? Minime. Quid eſt ergo? Sicut omnibus qui Deum pura mente ſuſpiciunt, Angeli adeſſe feſtinant: ita veneficis vel incantatoribus, vel ſortilegis, vel furorem ſub vaticinationis ſpecie per devia rura vendentibus,*

1. Reg. 28. Samuel a Pythoniſſa non ſuſcitatus.

Probat Pionius Chriſti reſurrectionem.

40 Eodem argumento adverſus Gentiles utuntur Juſtin. Martyr Apol. 1. Cyprian. de idolorum vanitate & lib. ad Demetrianum. Eccleſiam vero ab hæreticorum ſectis diſtinguit Irenæus lib. 2. adv. hæreſ. cap. 57. & 58. quod in ea multa mirabilia fierent, qua de re Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 7. Porro id non ſolum in primis Eccleſiæ ſæculis verum eſt. Vide tom. 5. Concil. col. 834. quid ea de re Nicetius epiſc. Trevir. ad Chlodoſvindam reginam Langobardorum ſcribat ut Alboinum ejus virum ab Ariana hæreſi revocaret, ubi laudat miracula ſanctorum epiſcoporum Martini, Germani, Hilarii, Lupi, Remigii & Medardi. Ejuſdem ſancti Remigii Remorum epiſcopi miraculis idolorum in Gallia deſtructionem, & veræ fidei amplificationem attribuit Avitus Viennenſis epiſcopus in Collatione adv. Arianos anno 499. coram rege Gundebaldo. Spicileg. Acheriani tom. 5. Item Reccaredus rex Wiſigotorum in Hiſpania epiſcopis Arianis exprobrat quod nulla ederent miracula, quæ tamen frequentia erant apud Catholicos. Vide Gregor. Turonenſ. lib. 9. Hiſt. num. 15. & lib. de gloria Confeſſorum cap. 13. Miracula quæ ſuo tempore in Italia fiebant exponit Gregorius M. in 4. libris Dialogorum.

41 Locus mendoſiſſimus. Boll. *Neſciunt autem eum ita eſſe mortuum, ut propria voluntate animam egerit. Dicunt præterea Chriſtum necromantiam exercuiſſe, ejuſque vi poſt crucem falſo ſuſcitatum.*

42 Eamdem ſententiam ſequuntur Tertullianus lib. de anima capite 57. S. Hieronymus in cap. 13. Ezechielis, Auctor quæſtionum Chriſtianarum & Reſp. apud Juſtinum Martyrem. quæſt. 52. Auctor operis de mirabilibus ſacræ Scripturæ apud Auguſtinum lib. 2. cap. 11. & apud eumdem, auctor quæſtionum veter. & novi Teſtamenti quæſt. 27. In utramque vero partem hanc quæſtionem fuſius agitat ipſemet Auguſtinus quæſtione 3. ad Simplicianum, & quæſtione 6. ad Dulcitium. At in libro de cura pro mortuis gerenda capite 15. in eam ſententiam propendet qua aſſerit, Samuelis animam vere ab inferis revocatam fuiſſe. cui etiam videtur favere liber Eccleſiaſtici capite 46. verſ. 23. Id vero diſerte affirmat Joſephus lib. 6. Antiquitatum Judaicarum capite 15. quam ſententiam plerique alii præſertim recentiores ſequuntur. Hanc quæſtionem antiquam eſſe patet ex diſſertatione Euſtathii epiſcopi Antiocheni adverſus Origenem *de Engaſtrimytho*, in qua Origenem refellit, qui in cap. 28. lib. 1. Regum affirmaret animam Samuelis vere Sauli apparuiſſe. Utrumque ea de re opuſculum edidit Leo Allatius, eiſque Syntagma ſubjunxit, in quo fuſius hanc quæſtionem agitat, ac in Euſtathii favorem concludit. Hoc viri doctiſſimi opuſculum neminem vidiſſe pigebit.

*dentibus, dæmones obſequuntur. Dixit autem Apoſtolus: Si ſatanas in angelum lucis transformatur; nibil magnum, ſi miniſtri ejus transfigurantur. unde & antichriſtus quaſi Chriſtus. Ideo ergo Samuel non eſt reductus, ſed illi mulieri & prævaricatori Sauli dæmones ad perſonam illius ſe oſtendere formati. quod ita poſtmodum Scriptura moſtravit. Dicit enim Samuel ad Saulem: Et tu hodie mecum eris. Quomodo poterat cum Samuele inveniri deorum cultor & dæmonum? Cui non manifeſtum eſt quod Samuel cum injuſtis non erat? Si ergo non potuit eſſe poſſibile ut Prophetæ animam aliquis excitaret; quo pacto credi poteſt, Dominum Chriſtum quem in cælum recipi viderunt diſcipuli; quod ut non negarent libenti animo mortem pertulerunt, de terra & de ſepulcro carminibus excitatum. Quod*[43] *ſi hæc non poteſtis ingerere, diſcite ex bis*[44] *qui prævaricatores ſunt dæmonumque cultores, ſponte perfecti eſſe & meliores.* 2 Cor. 11.

XV. Cum longa & diutina diſpoſitione dixiſſet, atque ut egrederentur carcerem protinus imperaret; advenit Polemon[45] ſectatorum turba comitante, terribili voce proclamans: jam ſacrificavit qui vobis præerat, voſque ad templum Magiſtratus celeriter venire præcepit. Cui Pionius ait: *Eos quos carcer incluſerit, mos eſt adventum Conſulis operiri. Quid rem alteri debitam illicita temeritate præſumitis?* Poſt banc repulſam regreſſi, ad carcerem rurſus cum turba majori redierunt. Tunc Hyparcbus ſubdolo atque compoſito Pionium ſermone compellat: Nos quos eſſe cernis ingreſſos, Proconſul deſtinavit, juſſitque ut Epbeſum pergeretis. Et Pionius ait: *Qui miſſus eſt veniat, & incunctanter egredimur.* Et ad hæc Hyparcbus[46], ſive, ut tum carnifices vocabantur[47], Turmarius, vir ſpectabilis venit: Sed ſi præceptis obedire detrectes, ſenties, quid poteſtatis poſſit habere Turmarius. Dum hæc loquitur, tam forte Pionii colla connexuit, ut præcluſo gutture ſpiritum haurire non poſſet: atque apparitoribus tradidit ad ducendum hominem; quem ita adſtrinxerunt, ut non haberet nec recipiendi, nec exhalandi ſpiritus facultatem. Trabebatur itaque ad forum & ceteri, & Sabina, magna voce clamantes: *Chriſtiani ſumus*. Et, ut mos invitis eſt, ad terram membra jacere, ut eo tardior corporum tractus, quo ad templum difficilior eſſet acceſſus. Pionium namque ſex apparitores portabant pariter & trabebant. Cumque feſſi laſſatis humeris in utraque parte jam cederent, latera ejus calcibus verberabant, ut aut leve onus præberet, aut victus dolore ſequeretur. Sed nihil illorum profecit aſperitas, nec effectum habuit injuria. Nam ita immobilis erat, quaſi ejus corpori pondus apparitorum calcibus adderetur. Quem poſtquam tam immobilem niſui ſuo viderent eſſe, auxilia popoſcerunt, ut vel numero vincerent, quia virtute jam ceſſerant.

Pionius &c. ad forum trahuntur.

XVI. Abreptum itaque Pionium cum magna lætitia & exultatione portantes, juxta aram, tamquam victimam collocaverunt, eo in loco ubi erat[48] ille quem paullo ante ſacrificaſſe dicebant. Tunc Judices ſevera voce dixerunt[49]: Cur non ſacrificatis? Illi reſponderunt: *Quia Chriſtiani ſumus*. Judices iterum dixerunt: Quem DEUM colitis? Pionius reſpondit: *Hunc qui cælum fecit, & ſideribus ornavit, qui terram ſtatuit, & floribus arboribuſque decoravit; qui ordinavit circumflua terræ & maria, &* Confeſſio coram Judicibus. Chriſtus Deus. conf. num. xix

*ſtatuta*

43 Boll. *Dicite adverſum illos: Nonne vobis qui nulla neceſſitate adducti ſicut alii eſtis, & idola coluiſtis, nos meliores ſumus? Et nolite illos aſſentiri & animos deſpondere. Sed reſipiſcite fratres, & pœnitentiam agite, & ad Chriſtum, qui benignus eſt voſque iterum ſuſcipiet, confugite.*

44 Cod. Colb. *Diſcite ab bis.*

45 Boll. *Æditus Polemo & Theophilus magiſter equitum cum ſatellitibus & multa turba ſupervenerunt, atque dixerunt: Ecce Eudæmon (apud Baronium ad marginem, alias Auſtemon) præſul veſter immolavit. Vos item obtemperate; interrogabunt vos in templo Eudæmon & Lepidus. Reſpondit Pionius &c.*

46 Hyparchus eſt Præfectus provinciæ ſeu exercitus, qui alii etiam majori ſubeſt.

47 Forte, *ſive ut eum carnifices vocabant*, Turmarius. Cod. Einſidl. addit, *Turmarius princeps vir ſpectabilis venit. Sed ſi principi obedire* &c. Turmarii dicebantur qui turmas tironum exigebant, hique inter vilia officia numerantur. Tamen hic *Turmarius vir ſpectabilis* dicitur, qui ſane dignitatis titulus, ut obſervat eruditus Cangius, inter *illuſtris* & *clariſſimi* titulos medius erat. Forte legendum *Turmarcha*, id eſt, turmæ ſeu regionis Præfectus. Apud Bolland. poſt Pionii reſponſionem hæc habentur: *Atqui Princeps, inquit, magiſter equitum dignus eſt cui fides habeatur. Atqui Princeps, inquit, ſum. Et arripiens illum laqueumque collo injiciens* &c.

48 Boll. *ubi adhuc adſtabat Eudæmon, qui idolis ſacrificaverat.*

49 Apud Boll. hæc interrogatio a Lepido facta dicitur.

*ſtatuta terminorum vel littorum lege ſignavit*. Tum illi: Illum dicis qui CRUCIFIXUS eſt? Et Pionius: *Illum dico, quem pro ſalute orbis Pater miſit* [50]. Et judices inter ſe: Cogamus eos dicere, ita ut Pionius poſſet audire. Quibus ille reſpondit: *Erubeſcite culturam Dei* [51], *& juſtitiæ aliquantulumcunque deferte. ſin vero, ut veſtris legibus placet? Cur jura veſtra culpatis, non exſequendo quæ juſſa ſunt? Juſſi enim eſtis, contradicentibus non vim inferre, ſed mortem.*

*Pionius Ruſinum confutat.*

XVII. Poſt hæc verba ait Rufinus quidam, pollens eloquentia, & facundia atque oratoria arte præcellens: Quieſce Pioni. Quid inanem gloriam vana jactatione præſumis? Cui Pionius reſpondit: *Hoc te hiſtoriarum tuarum volumen edocuit, hoc codices tui monſtrant? Atqui hæc ab Athenienſibus ſapientiſſimus Socrates ille non pertulit. An inſipientes erant, ac militari ſtultitiæ ac bellis potius quam legibus nati, Socrates* [52], *Ariſtides & Anaxarchus, in quibus quo major doctrina, eo major facundia? Nulla illi pompa ſermonis aut loquendi ambitione jactantes arrogantiam ſumſere ſermonum, cum ad juſtitiæ rationem, moderationem, temperantiam, philoſophiæ ſcientia perveniſſent. Eſt enim in laudibus propriis ut laudanda moderatio, ita odioſa jactatio.* Tali Rufinus beati Martyris ſermone ſuſceptus, tamquam fulmine ictus obticuit.

XVIII. Quidam [53] vero ait in excelſo honore hujus ſæculi conſtitutus: Noli clamare Pioni. Cui ille reſpondit: *Noli eſſe violentus, ſed rogum conſtrue, ut in flammas ſponte pergamus*. Dixit vero ex alia parte neſcio quis: Sciatis etiam alios, ne ſacrificent, iſtius ſermone & auctoritate firmari. Poſt hæc coronas quas ſacrilegi geſtare conſueverunt, Pionii capiti conabantur imponere. quæ diſſipante eo ante ipſas quas ornare conſueverant aras in fruſtra jacuerunt. Tunc ſacerdos [54] tepentia veribus exta circumferens, tamquam Pionio daturus advenerat. Sed repente contritus, cum ad nullum auſus fuiſſet accedere, funeſtas nefando pectori dapes coram omnibus ſolus ingeſſit. Illis autem, *Chriſtiani ſumus*, clara voce dicentibus: cum quid facere invenire non poſſent, inlidente alapas populo, priſtinæ redire cuſtodiæ (coegerunt.) Illis ergo ad cuſtodiam carceremque pergentibus, multas eis contumelias ſacrilegi intulere ridentes. Unus namque Sabinæ ait: Tu non poteras in patria tua mori? Sabina reſpondit: *Quæ eſt mea patria? Ego Pionii ſoror ſum*. Ad Aſclepiadem vero munerum editor [55] ait: Ego te quaſi damnatum ad gladiatorum certamina repoſcam. Ingredienti autem Pionio carcerem unus ex apparitoribus caput tam vehementer inſiliit, ut eodem [56] impetu in tumorem latera manuſque tranſierint. Ingreſſi vero carcerem, hymnum Domino dixere cum gratia, qua [57] in ejus nomine in catholica fide & religione duraſſent.

*In carcerem reducti.*

*Pionius coram Proconſule ſiſtitur.*

XIX. Igitur poſt paucos dies Smyrnam Proconſul, ut mos erat, rediit; oblatumque Pionium ſic cœpit audire [58]. Quis vocaris? Reſpondit Pionius: *Pionius*. Rurſum Proconſul: Sacrifica. Ille reſpondit: *Minime*. Rurſus Proconſul: Cujus ſectæ es? Pionius reſpondit: *Catholicæ*. Rurſus Proconſul: Cujus catholicæ? Reſpondit: *Catholicæ Eccleſiæ presbyter*. Rurſus Proconſul: Tu præceptor [59] eorum eras? Rurſus ille: *Docebam*. Rurſus Proconſul: Stultitiæ [60] præceptor eras. Reſpondit ille: *Pietatis*. Rurſum Proconſul: Cujus pietatis? Ille reſpondit: *Pietatis illius quæ ad Deum*

50 Boll. *Principes hic valde clamantes riſerunt, & Lepidus ipſum deteſtabatur. Clamabat autem Pionius &c.*

51 Cod. Noaill. *Erubeſcite cultores deorum.*

52 Socrates Philoſophus Athenienſis Apollinis oraculo ſapientiſſimus, qui primus Philoſophiam moralem docuit. De eo Laertius lib. 2. Ariſtides ob ejus mores egregios *Juſtus* cognominatus, Anaxarchus Abderita, de cujus mira conſtantia Laertius lib. 9. & alii veteres paſſim.

53 Huic Acta Boll. Lepidum adjungunt.

54 Boll. *At magiſter publicus idolis immolatum accepit &c.*

55 Boll. *Terrentius vero qui eam venationes curabat, ad Aſclepiadem.* Hinc colligi poteſt, venatores appellatos fuiſſe eos, qui ad munera (ſic ludus appellabant) exhibenda inſerviebant. Vide Acta ſanctarum Perpetuæ & Felicitatis num. 18. & 19.

56 Boll. *Sed percuſſoris manus & latera ſic inflammata ſunt & intumuerant, ut reſpirare vix poſſet.*

57 Boll. *Quod adverſus inimicum & ſimulatorem Eudæmonem fortes conſtanteſque permanſiſſent.*

58 Boll. *Ante quartum Idus Martii Quintilianus Proconſul ſedens pro tribunali, ſic interrogavit &c.*

59 Boll. *doctor.*

60 Boll. *Cujus partis magiſter es?*

*Deum pertinet, illum qui fecit cælum & terram & mare.* Rurſum Proconſul: Sacrifica ergo. Ille reſpondit: *Ego DEUM vivum adorare didici.* Tum Proconſul: Omnes deos colimus, & cælum, & eos qui in eodem ſunt. Quid autem aera[61] aſpicis? Sacrifica. Ille reſpondit: *Non aſpicio aera, ſed Deum qui aera fecit.* Rurſus Proconſul: Dic quis fecit? Ille reſpondit: *Non licet, prodi.* Rurſus Proconſul: Neceſſe eſt te Jovem dicere qui in cælo eſt, cum quo dii deæque omnes ſunt. Ergo ſacrifica illi qui eſt deorum omnium cælique regnator.

*Pionius appenſus torquetur.*

XX. Cumque tacuiſſet, Proconſul eum juſſit appendi, & quod verbis non poterat, voluit extorqueri tormentis. Poſtea ergo quam cœperat ſubjacere ſuppliciis, ait Proconſul: Sacrifica. Ille reſpondit: *Minime.* Rurſus Proconſul: Multi ſacrificaverunt, declinanteſque tormenta, luce potiuntur. Sacrifica. Et ille reſpondit: *Non ſacrifico.* Rurſus Proconſul: Sacrifica. Ille ait: *Minime.* Rurſus Proconſul: Non penitus? Reſpondit ille: *Minime.* Rurſus Proconſul: Quid tam elatus, ad mortem neſcio qua feſtinas perſuaſione? Facito quod juberis. Ille reſpondit: *Non ſum elatus; ſed æternum Deum timeo.* Rurſus Proconſul: Quid dicis? ſacrifica. Ille reſpondit: *Audiſti me Deum vivum timere.* Rurſus Proconſul: Sacrifica diis. Ille reſpondit: *Non poſſum.* Poſt hanc beati Martyris fixam firmamque ſententiam, Proconſul diu habitis cum conſiliatore[62] ſermonibus, rurſus ad Pionium verba convertit: Perſtas in propoſito, & pœnitentiam nec ſero teſtaris? Reſpondit ille: *Minime.* Rurſus Proconſul: Habes liberam poteſtatem, quid te facere expediat majore conſilio, & longa deliberatione metire. Ille reſpondit. *Minime.* Tunc Proconſul: Quoniam feſtinas ad mortem, vivus paſſurus incendium es. Et recitari juſſit ex tabula[63]: Pionium ſacrilegæ virum mentis[64], qui ſe Chriſtianum eſſe confeſſus eſt, ultricibus flammis jubemus incendi: ut & hominibus metum faciat, & diis tribuat ultionem.

*Sententia in Pionium.*

XXI. Ibat itaque vir tantus futurus Chriſtianis in exemplum, ſacrilegis voluptati. Nec, ut ituris ad mortem ſolet, lababant veſtigia, titubabant genua, membra torpebant. Non mens mali præſcia dubitabat, nec cetera jam mortis relabentibus veſtigiis impediebant inceſſum; ſed pedibus velox, alacer corpore, mente ſecurus, abſolutæ animæ ferebatur ad mortem. Cumque ad ſtadium perveniſſet, priuſquam commentarienſis juberet, corpus ſuum ipſe nudavit. Qui poſtquam integra & illibata membra reſpexit[65], ad cælum aciem vertit oculorum, agens Deo gratias, quod ita fuiſſet ipſius pietate ſervatus. Impoſitus itaque pyræ quam gentilis extruxerat furor, ut clavis trabalibus figeretur, membra ſua compoſuit. Quem populus[66] cum vidiſſet infixum, ſive miſericordia, ſive ſollicitudine commotus; Pœniteat te, inquit, Pioni. tolluntur clavi, ſi facturum te ſpondeas quod jubetur. Tum ille: *Senſi*, inquit, *vulnera, & utrum ſim fixus intelligo.* atque interpoſito tempore ait: *Hæc me ducit cauſa, hæc me potiſſimum ratio compellit ad mortem, ut populus omnis intelligat reſurrectionem futuram eſſe poſt mortem.* Poſt hæc Pionium & Metrodorum presbyterum[67], cum bis in quibus fixi erant ſtipitibus, erexerunt, evenitque ut Pionius ad dexteram, Metrodorus ſtaret ad lævam, ad orientem oculis animoque[68] converſis. Sed cum allatis lignis, ac ſubditis nutrimentis vires ignes acciperet, & per ardentem pyram fortiter populatrix flamma crepitaret,

61 Boll. *Cur aeri prorſus ſtandis? ipſi ſacrifica.*

62 Id deeſt in Actis Bollandianis, quod tamen antequam ſententia ferretur obſervari ſolebat. Vide Acta S. Cypriani infra. Hunc ferendæ ſententiæ ritum exponit Baſilius Magnus epiſt. 79. ad Euſtathium Sebaſtiæ antiſtitem.

63 Boll. *Ex tabella autem hæc verba Romane ſcripta ſententia legebatur.* Sententias adverſus Chriſtianos ex tabella recitatas fuiſſe teſtatur Tertullianus Apologet. cap. 2. Obſervat autem Baronius eas, etiam in his regionibus ubi vulgaris erat lingua græca, litteris Latinis exaratas fuiſſe, ob Romani imperii dignitatem.

64 Cod. Noail. *Pionium ſacrilegum qui ſe &c.*

65 Boll. *Corporis ſui reſtitutem ut decus agnoſcens, ingenti repletus eſt gaudio, & in cælum &c.*

66 Boll. *et rurſum miniſter ait.*

67 Boll. addunt, *ex ſecta Marcioniſtarum.*

68 Noail. *animiſque.*

pitaret; clauſis Pionius oculis [69], tacita, ut bene quieſceret, Deum ſuum oratione poſcebat. Nec multo poſt nimium vultu læto ignem reſpexit, & *amen* dicens, animam, quaſi eructaret, evomuit, commendans ſpiritum ſuum ei qui meritam vicem redderet, & condemnatarum injuſte animarum rationem repromiſit exquirere, dicens: *Domine ſuſcipe animam meam*.

XXII. Hic finis beati Pionii. Hæc paſſio fuit viri, cujus vita incorrupta ſemper ac libera, omnique culpa vacua, pura ſimplicitas, fides pertinax, innocentia perſeverans: cujus pectus vitia excluſit, quia Deo patuit. Ita ille per tenebras feſtinavit ad lucem; & per anguſtam gradiens portam, ad plena & ſpatioſa [70] properavit. Coronæ quoque ejus Deus Omnipotens, oſtendit indicium. Subito [71] namque illi quos illuc aut miſericordia, aut videndi cura conduxerat, tale corpus Pionii viderunt, ut addita ſibi membra poſſent credi. Habebat erectas aures, meliores crines, barbam florentem, atque ita erat omni membrorum mole compoſitus, ut juvenis crederetur. Et corpus poſt ignem quaſi minorem in ætatem redactum oſtenderet & illius meritum, & reſurrectionis exemplum. Mira præterea gratia, de vultu ejus arriſit, & multa angelici decoris ſigna fulſerunt, adeo ut Chriſtianis fiducia, metus gentibus adderetur.

XXIII. Acta [72] ſunt hæc ſub Proconſule Julio Proclo & Quintiliano Conſule imperatore Gajo Menſe Quinto, Trajano Decio & Vizeto Grato, & Romani dicunt, IIII. Idus Martii, & ut Aſiani dicunt menſe ſexto, die ſabbati, hora decima. Sic autem facta ſunt, ut nos ſcripſimus, imperante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, amen.

*Acta Bollandiana ſic habent*. Hæc Acta ſunt Julio Aſiæ Proconſule, Proclo & Quintiliano magiſtratum gerentibus, Conſule tertium Meſſio Quinto Trajano, & Deltio Grato ſecundum, Trajano Decio Auguſto, ante IV. Idus Martias more Romanorum, Aſiæ autem more ſeptimi menſis undecimo, die Sabbati, hora decima, ut nos autem loquimur, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui &c.

*Codex mſ. ſancti Maximini Treviren-ſis apud eumdem Bollandum*: Acta ſunt hæc ſub proconſule Julio Proculo & Quintiliano. C. Meſſio Quinto Trajano Decio, Vicio Grato, ut Romani dicunt &c. *ut in noſtro Colbertino*.

*Codex mſ. illuſtriſſ. Abbatis* de Noailles *ſic habet*: Acta ſunt hæc ſub proconſule Iulio Proculo & Quintiliano, Gajo Meſſio Quinto Trajano Decio Vitiotrato, quarto Idus Martii, die Sabbati, hora decima. Sunt autem facta ut ſcripſimus &c.

69 Boll. addunt, *turba illum animam egiſſe ſuſpicabatur*.

70 Cod. Einſid. *plenam & ſpecioſam*. Cod. Noail. *planam & ſpecioſam*. Cod. S. Maximin. *planam & ſpatioſam*.

71 Boll. *Etenim cum ignis extinctus eſſet; nos qui præſentes eramus, talem ipſum vidimus, quale vigentis ætatisque pugilis corpus exſiſtit. Siquidem aures &c.*

72 Singulorum codicum ipſiſſima verba exhibemus, ne cui fucum facere velle videamur. Lectio omnium melior Colbertina, quæ ſic reſtituenda eſt: *Proconſule Julio Proclo Quintiliano, Conſule imperatore Caio Meſſio Quinto Trajano Decio & Vitio Grato*. Cui lectiani aperte concordant alii 2. codd. S. Maximini & Noail. Quid in Einſid. ſcriptum fuerit, amiſſa ultima exempli noſtri pagina ignoramus; ſicut & in altero cod. mſ. Colbert. ex quo, ut diximus, aliquot folia, neſcio qua infauſta manu, detracta ſunt. Cæterum hæc omnia Decii imperatoris agnomina quæ in his Actis referuntur, in aliquot ejus nummis ſic expreſſa habentur. *Imp. C. M. Q. Trajanus Decius Aug.* Hinc colliges litteram C. hoc non *Caium*, ut aliqui volunt, ſed *Caium* ſignificare.

*A D M O N I T I O*

In Acta ſancti ACHATII Epiſcopi & Martyris.

*Achatius an Epiſcopus Melitenæ.*

1. ACHatium cujus hic Acta exhibemus, eumdem eſſe putant Bollandiani ad diem 31. Martii, eum *Acacio* quem Græci ſub epiſcopi Melitenæ in minori Armenia titulo variis diebus celebrant. Hæc ſententia confirmari poteſt Menæorum

Græ-

Græcorum, ac Maximi Cythereenſis epiſcopi auctoritate, qui ad diem 31. Martii, quo potiſſimum die apud ipſos ſancti Acacii Melitinenſis feſtivitas celebratur, idem videntur affirmare, cum ea quæ fuſius in Actis infra poſitis habentur, compendioſe de Acacio Melitinenſi narrant. Verum cum id neque ex ipſis Actis poſſit inferri, neque ex antiquorum ſcriptorum teſtimonio comprobari, majorem ad id aſſerendum lucem exſpectamus.

2. Porro beatum Achatium, de quo hic agimus, epiſcopum fuiſſe certum videtur ex toto Actorum contextu *Antiochiæ* ſeu *Antiochenæ regionis ſcutum* fuiſſe dicitur num. 1. ex quibus verbis colligi poteſt Antiochiæ cujuſdam civitatis epiſcopum fuiſſe. quod tamen de Antiochia magna intelligi non debet, cum epiſcoporum, qui tunc temporis huic civitati præfuerunt, nomina certiſſime ſciamus; ſed plures alias orbes ſub Antiochiæ nomine fuiſſe nullus ignorat. Non minus nobis ignotus eſt *Piſo Trajanorum epiſcopus*, qui videtur ſancti Achatii ſocius fuiſſe, ex num. v.

3. Beati Achatii nomen non ſolum Græci in Menæis, ſed etiam Latini in ſuis Martyrologiis commemorant, quorum nonnulla videri poſſunt apud Bollandianos ad diem 31. menſis Martii. In Rabani Martyrologio aliiſque nonnullis die IV. *Kalendas Aprilis*, id eſt die 29. Martii, *paſſio ſancti Achatii* recolitur, alia cum edita tum mſſ. Kalendaria diem ſequentem aſſignant. Certe iſta dierum varietas in Actis occurrit, ut infra ſuo loco monebimus.

---

Anno Christi circ. 250.

## ACTA DISPUTATIONIS

### Sancti ACHATII Epiſcopi & Martyris.

*Ex cod. mſſ. illuſtriſſimi Abbatis* de Noailles *cum editis collato.*

I. Quotienſcumque ſervorum Dei glorioſa facta memoramus, illi referimus gratiam *, qui & patientem tuetur in pœna; & victorem coronat in gloria. Martianus itaque Conſularis a Decio imperatore præfectus[1], Chriſtianæ legis inimicus, ACHATIUM ad ſe juſſit adduci, quem ſcutum quoddam ac refugium Antiochiæ regionis[2] audierat: & eo introducto ad ſe, ait: Debes amare principes noſtros, homo Romanis legibus vivens. Reſpondit Achatius: *Et cui magis cordi eſt, vel a quo ſic diligitur Imperator, quemadmodum ab hominibus Chriſtianis? Aſſidua enim nobis eſt pro eo ac jugis oratio, ut prolixum ævum in hac luce conficiat, ac juſta populos poteſtate moderetur: & pacatum maxime imperii ſui tempus accipiat. Deinde pro ſalute militum, & pro ſtatu mundi & orbis*[3]. Martianus ait: Hæc & ipſe collando. ſed ut obſequium tuum plenius Imperator agnoſcat, ſacrificium illi ſolve nobiſcum. Achatius dixit: *Ego Dominum meum, qui eſt verus & magnus, pro ſalute regis obteſtor: ſacrificium vero nec ille exigere, nec nos debemus exſolvere. Quis enim homini ſacra perſolvat?* Martianus ait: Reſponde, cui Deo precem fundis? ut ipſi etiam nos ſacra reddamus. Achatius dixit: *Ego Deum meum opto te ſcire quod proſit, & Deum qui eſt verus agnoſcere.* Martianus ait: Nomen ejus mihi enuncia. Achatius dixit: *Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Jacob.* Martianus ait: Deorum iſta ſunt nomina? Achatius reſpondit: *Non iſti, ſed qui locutus eſt iſtis, ille eſt Deus verus, illum timere debemus.* Martianus ait: Quis eſt iſte? Reſpondit Achatius: *Altiſſimus Adonai, ſedens ſuper cherubim & ſeraphim.* Martianus ait: Quid eſt ſeraphim? Cui Achatius: *Altiſſimi Dei miniſter, & excelſæ ſedis antiſtes.*

* *al.* gloriam

*Chriſtiani pro Principibus & Imperio orabant.*

*Achatius renuit ſacrificare Imperatori.*

II.

[1] Boll. *proveſtus*.

[2] In mſ. Noaillianо loco *Antiochiæ regionis* habetur *illius regionis*. Mombritius autem *Antiochiæ* nomen exprimit, at pro *regionis* habet *religionis*. In cod. mſ. ſancti Laurentii Leodienſis apud Bolland. hæc Adoni antiqua manu addita ſunt: *Item ſancti Achatii, qui tempore Decii imperatoris ſcutum quoddam & refugium Antiochenæ regionis, qui adductus ad Martianum* &c. Ita & in Floratio mſ. apud eumdem Bolland.

[3] Mombrit. *pro ſtatu orbis terrarum*.

[4] Cod. Noaillin. *Ego Deo meo ſervio, qui eſt verus* &c.

II. Martianus ait : Quæ te philoſophiæ diſputatio vana decepit ? Sperne inviſibilia; potius deos veros quos aſpicis recognoſce. Reſpondit Achatius : *Qui ſunt dii, quibus ſacrificare me præcipis*? Martianus ait : Apollini [5] ſervatori noſtro, famis & peſtilentiæ depulſori, per quem omnis mundus ſervatur & regitur. Reſpondit Achatius : *Illi vere, ut putatis, interemto? qui infelix cum puellæ amore flagraret currebat attonitus, ignarus perditurus ſe optatiſſimam prædam. Apertum eſt itaque, quia nec divinus fuit, qui iſta neſcivit : nec deus, quem puella decepit* [6]. *Nec hic ſolum dolores excepit; ſed crudeliori illum damno mox* [7] *fortuna multavit. Nam ut erat turpis in pueros : forma Hyacinthi* [8] *cujuſdam captus, ut bene noſtis, incaluit : & miſer atque ignarus futuri, diſco, illum quem optabat videre, occidit. Ipſi* [9] *qui cum Neptuno aliquando ſervivit* [10]; *ipſi qui aliena pecora ſervavit* [11]; *huic ſacrificare me præcipis. Au Æſculapio fulminato* [12], *an adulteræ Veneri* [13], *& portentis ceteris* [14] *ſacrificium impendam ? Vel ob hujus vitæ exitum adorabo ego eos, quos non dignor imitari? quos contemno, quos accuſo, quos horreo; quorum facta nunc ſi quis admittat, num ſeveritatem legis veſtræ poterit effugere? Et modo in aliis colitis, quæ in aliis vendicatis* ? Martianus ait : Chriſtianorum conſuetudo eſt, multa in deos noſtros maledicta confingere. Propterea te venire mecum ad Jovem, Junonemque præcipio; ut ſimul celebrantes dulce convivium, numinibus quæ ſunt digna reddamus. Reſpondit Achatius : *Quomodo hic ſacrificabo illi, cujus ſepulcrum eſſe conſtat in Creta? Numquid reſurrexit a mortuis?*

*De diis gentilium ſugillatio.*

III. Martianus ait : Aut ſacrifica, aut morere. Reſpondit Achatius: *Hæc & Dalmatæ* [15] *faciunt, latrocinandi arte callentes : ubi anguſtias viarum & ſecreta itineris loca obſederint ad necandum; venantur ſingulos tranſeuntes : Et ubi quiſque viator illuc pedem tulerit, hac pactione conſtringitur, ut aut pecuniam relinquat, aut vitam. Nemo itaque ibi quid ſit rationis* [16] *interrogat, ſed quid poſſit ille qui cogit. Similis eſt tua ſententia, qui aut injuſta impleri præcipis, aut minaris exitium. Nihil formido, nihil timeo. Jus publicum punit ſcortatorem, adulterum, furem, corruptorem ſexus virilis; maleficum & homicidam. Horum ſi reus ſum, ante vocem tuam jam me ipſe condemno : ſin vero, eo quod Deus qui eſt verus colo, ducor ad pœnam; non legis, ſed judicis voluntate condemnor. Propheta clamat interminans* : Non eſt qui faciat bonum, omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt. *Ideo purgare te non potes. Scriptum eſt enim* : Omnis in quo judicat, ſic & judicabitur. *Et iterum* : Ut judicas, ſic & judicaberis : & ut facis, ſic & erit tibi. Martianus ait : Ego non ſum juſſus judicare, ſed cogere. Unde ſi contemſeris, certus eſto de pœna. Reſpondit Achatius : *Et mihi præceptum eſt, ne quando Deum meum negem. Si ſervis homini fragili atque carnali cito ab hoc ſæculo receſſuro, quem mox a vermibus ſcis edendum : quanto magis ego potentiſſimo Deo obedire debeo, cujus virtus conſtat in ſæcula* [17]? *& cujus illud eſt dictum* : Qui me denegaverit coram hominibus,

*Achatii conſtantia.*

Pſalm. 13. & 52.

Matth. 7.

Luc. 6.

Matth. 10. 33.

5 Mombrit. *Conſervatori Apollini*, codex autem Noailliinus, *Conſervatori Salvatori & Apollini . . . . per quos omnis mundus &c.*

6 Daphne Penei fluminis filia, quæ Apollinis amorem fugiens in laurum verſa eſt. Unde hæc arbor ipſi ſacra.

7 Mombrit. *mortis*.

8 Male Mombritius, *Jacentis*. Hyacinthi autem fabulam refert Ovid. lib. 10. Metamorph. Fab. 5. ex eo Hyacinthus flos nomen accepit.

9 Hic incipit Achatii reſponſio apud Bollandum.

10 In ædificandis ſcilicet urbis Trojæ mœnibus ſub Laomedonte rege Ilii filio.

11 Admeti ſcilicet Theſſaliæ regis, quod divinitate privatus facere coactus eſt per novem annos, quod Cyclopes Vulcani miniſtros occidiſſet, qui Jovis fulmina fabricare dicebantur.

12 Æſculapius a Jove fulminis ictu occiſus eſt, quod Hippolytum ab equis diſcerptum, Dianæ precibus vitæ reſtituiſſet. De ea te Virgil. lib. 7 Æneid.

13 Mombrit. & cod. Noailliinus. *Nemeſi*. Hæc autem dea dicebatur ſcelerum ultrix, & bonorum muneratrix.

14 Sic de iiſdem diis loquitur Cyprianus lib. de idolorum vanitate. *Melicertes & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſtmodum maris numina. Caſtor & Pollux alternis moriuntur ut vivant. Æſculapius ut in Deum ſurgat fulminatur. Hercules ut hominem exuat Oeteis ignibus concrematur. Apollo Admeti pecora pavit. Laomedonti Neptunus muros inſtituit, nec mercedem operis infelix ſtructor accepit. Antrum Jovis in Creta viſitur &c.*

15 Apprime ad hunc locum L. Florus lib. 4. hiſt. Rom. cap. 12. habet, *Dalmatæ plerumque ſub ſilvis agunt, inde in latrocinia promptiſſimi.* Et apud Capitolinum Marcus *Latrones Dalmatiæ atque Dardaniæ milites feciſſe* dicitur.

16 Mombrit. *inquirit*.

17 Bolland. *cujus virtute firmata ſunt omnia quæ conſiſtunt in ſæculo*,

bus, & ego denegabo eum coram Patre meo, qui eſt in cælis; cum venero in gloria & virtute prædicta judicare vivos & mortuos.

*Verbi generationem expoſcit.*

IV. Martianus ait: Quod diſcere ſemper optabam, repente confeſſus es errorem veſtræ perſuaſionis & legis. Habet ergo, ut dicis, filium Deus? Reſpondit Achatius: *Habet*. Martianus ait: Quis eſt Filius Dei? Reſpondit Achatius: *Verbum veritatis & gratiæ*. Martianus ait: Hoc habet nomen? Reſpondit Achatius: *Non de nomine interrogaveras, ſed de ipſa filii poteſtate*. Martianus ait: Nomen explana. Sanctus Achatius reſpondit: Jesus Christus *vocatur*. Martianus ait: Ex qua dic [18] uxore conceptus eſt? Reſpondit ſanctus Achatius: *Non hominum more Deus filium ex muliebri coitu genuit; ſed Adam primum dextera ſua facientе formavit. Nam abſit, ut tu majeſtati divinæ contactum puellæ mortalis affirmes. Luto primi hominis membra compoſuit: & ubi integram jam compleverat effigiem, animam ſpiritumque conceſſit. Sic & Filius Dei Verbum veritatis ex Dei corde proceſſit. ideo ſcriptum eſt*: Eructavit cor meum verbum bonum. Martianus ait: Corporalis igitur Deus eſt? Achatius dixit: *Ipſe ſolus agnoſcit, nos vero non cognoſcimus inviſibilem formam, ſed virtutem potentiamque veneramur*. Martianus ait: Si in corpore non eſt, etiam cordis ignarus eſt. Nam ſenſus non poteſt eſſe ſine membris. Reſpondit Achatius: *Non in his membris ſapientia naſcitur: ſed a Deo datur. Quid ergo pertinet corpus ad ſenſum?* Martianus ait: Cataphryges aſpice, homines religionis antiquæ [19], ad mea ſacra converſos reliquiſſe quæ fuerant [20], & nobiſcum diis vota perſolvere: & tu ſimiliter parere feſtina. Omnes Catholicæ legis collige Chriſtianos & cum

*Chriſtus Verbum Dei, ut e Deo natus.*
*Pſalm. 44.*

bis religionem noſtri Imperatoris imitare. Veniat tecum omnis populus, ex tuo pendet arbitrio [21]. Reſpondit Achatius: *Illi omnes non meo nutu, ſed Dei præcepto reguntur. Audiant me itaque, ſi juſta perſuadeam; ſin vero perverſa & nocitura, contemnant*.

V. Martianus ait: Omnium trade mihi nomina. Reſpondit Achatius: *Nomina eorum cæleſti libro & divinis paginis ſunt annotata. Quomodo ergo oculi mortales aſpicient, quod immortalis virtus Dei & inviſibilis annotavit?* Martianus ait: Ubi ſunt magni ſocii artis tuæ, vel doctores hujus artificioſæ fallaciæ? Reſpondit Achatius: *Nos omnia meruimus a Deo & meremur; ſectam vero magicæ artis horremus*. Martianus ait: Ideo magi eſtis quia novum neſcio quod genus religionis inducitis. Reſpondit Achatius: *Illos deſtruimus quos vos prius facitis, & a vobis factos ipſi timetis. Deficient enim vobis dii, ſi artifex ſaxo, aut ſaxum non abundaret artifici. Timemus enim nos illum, non quem fabricamus, ſed a quo fabricati ſumus. qui nos creavit ut Dominus, amavit ut pater, & æternæ morti, quaſi bonus patronus* [22], *eripuit*. Martianus ait: Da nomina, ne pœnæ ipſe ſuccumbas. Reſpondit Achatius: *Ante tribunal ipſe aſſiſto; & nomen inquiris? An ſperas quod multos valeas vincere, quem ego ſolus exſtinguo? Si cordi tuo nomina ſunt, Achatius dicor: & ſi proprium nomen meum exploras, vocor* [23] *Agathoſ-angelus & Piſo Trojanorum epiſcopus, & Menander presbyter. Fac jam* [24] *quod placet.* Martianus ait: Recipieris in carcerem, ut imperator geſta cognoſcat; & ejus nutu quid de te agi debeat decernatur. Lectis itaque omnibus geſtis, Decius imperator alterationem jam redditæ [25] reſponſionis admirans, verſus in riſum eſt: & Martiano præfectu-

18 Mombrit. *Dei*.
19 Cod. Noail. *regionis Liantiquæ*.
20 Bolland. *Quod fuerant*. Cod. mſ. S. Maximini apud eumdem *reliquere quod fuerant*.
21 Ex his verbis patet Achatium epiſcopum fuiſſe.
22 Cod. S Maximin. *paſtor*.
23 Magna in omnibus fere codicibus diverſitas. Mombritius, *Dicor Agathoſangelus & Piſo Trojanorum epiſcopus*. Cod. Noail. *Vocor Agatangelus* &c. Cod. Ultraject. apud Bolland. *Vocor Agathangelus & Piſtrojanus*. Apud eumdem cod. Carthuſian. Colon *Agangelus & Piſo Trojanus*. Ante hæc verba *Piſo Trojanorum*, addidit Bollandus iſta, & *ſocii mei*.
24 Cod. Noail. *ſacientque quod placet*.
25 Boll. *tam crebræ*.

ſecturam Pamphyliæ mox dedit. Achatium vero vehementer admirans, æſtimationi propriæ & legi ſuæ reddidit. Hæc facta ſunt a Martiano Conſulari, Imperatore Decio, quarto Kalendas Aprilis.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſancti MAXIMI Martyris.

*Acta ex pluribus edit. & mſſ.* 1. Acta ſancti Maximi martyris, quæ *proconſularia & quo breviora ſunt eo fideliora*, Cardinalis Baronii Judicio, *cenſeri debent*, laudat Ado Viennenſis in Martyrologio ad diem 30. Aprilis. Ea vero Surius ad eamdem diem & idem Baronius ad annum 254. ediderunt; quæ poſtea Godefridus Henſchenius ad quatuor codd. mſſ. ut ipſe teſtatur, collata, Aprili Bollandiano inſeruit, nos quoque eadem ad plures alios codd. mſſ. & varias editiones iterum recenſita proferimus.

*Martyrii locus.* 2. Hunc ſanctum Martyrem Epheſi paſſum fuiſſe refert recens Martyrologium Romanum: ſed nec Acta, nec ullum ex aliis Martyrologiis quæ videre licuit, id habent. etſi vix quiſquam inficiari poſſe videatur eum Martyrem in Aſia paſſum fuiſſe, cum id non ſolum Acta aſſerant, ſed etiam antiquiora Martyrologia Adonis, Flori & alia, quæ apud Bollandianos ad diem 30. Aprilis laudantur. Porro in uno cod. mſ. hujus monaſterii ſancti Germani a Pratis habentur Acta ſancti Maximi Levitæ & Martyris, Actis ſancti Maximi quæ proferimus omnino ſimilia, præter quaſdam interpolationes in reſponſionibus. Is vero Maximus in fine Actorum paſſus dicitur *apud Ambienſem provinciam quarto decimo Kalendas Novembris*. Verum ex Actis nihil certi deduci poteſt. In Notitia Eccleſiæ Africanæ recenſetur inter Epiſcopos Mauritaniæ Cæſarienſis, *Felix Epiſcopus Ambienſis*; at in Africa martyrium pertuliſſe non videtur Maximus.

3. Nonnulla de loco in quo paſſus eſt beatus ille Martyr, obſervavit R. P. Daniel Papebrochius ad diem 29. Maii. Ibi enim vir eruditus multa profert, ex quibus conjici poteſt ſanctum Maximum, de quo hic agimus, in urbe Aſiſia, quæ Liburniæ civitas eſt, multis abhinc ſæculis exciſa, paſſum fuiſſe; cujus corpus inde translatum eſt Æmoniam, ac paullo poſt ad Civitatem-novam, quæ in Iſtria ex Æmoniæ ruinis ſurrexit. Verum Civitate-nova ob aeris inclementiam pæne deſerta, Venetias tandem idem ſacrum corpus delatum eſt, ubi in eccleſia ſancti Cantiani Martyris, cum ſancti Pelagii diaconi & martyris, alterius ſcilicet Æmoniæ patroni, corpore aſſervatur & colitur. Duo potiſſimum viri eruditi conjecturis favent. Primo quod in ipſis Actis & in omnibus fere Martyrologiis beatus Maximus *apud Aſiam* paſſus dicatur. quæ ſane verba potius civitati, quam provinciæ congruere veri ſimillimum eſt. quin & Maurolycus ſcribit, *In Aſia civitate ſancti Maximi &c.* Aſia autem facile pro *Aſiſia* ſcribi potuit. Favet eidem opinioni Iſtriæ eccleſiarum traditio, Lectiones enim quæ in ejus Martyris feſto Venetiis leguntur, ex Actis ſancti Maximi quæ proferimus videntur deſumtæ. quod etiam de Genuenſis eccleſiæ officio obſervavit Papebrochius, ubi ejuſdem ſancti Martyris feſtum celebratur, ob ſacras ejus reliquias, quas apud ſe aſſervari dicunt. Probabile vero eſt has eccleſias hujus Martyris geſtorum notitiam, cum ejus ſacris reliquiis, ex Civitate-nova hauſiſſe. Uſuardus & Ado in vetuſtioribus mſſ. XIII. Kal. Novembris non modo eumdem Sanctum celebrant ſub Levitæ & martyris titulo, ſed etiam ejus Actorum brevem habent epitomen; eumque paſſum dicunt apud *Avienſem provinciam*. Erat *Avia* urbs olim Epiſcopalis apud Veſtinos in Italia, jam dudum exciſa. Occurrit etiam oppidum *Abia*, Ptolemæo *Abea*, in Meſſenia Peloponenſi regione ſitum; ſed hæ orbeculæ tanti momenti numquam fuerunt, ut provinciæ nomen darent. Verum utut ſit de his omnibus, facile Tillemontii ſententiæ accedo, dicentis Maximum de quo hic agimus, re ipſa martyrium in Aſia ſub Optimo Proconſule, alias bene noto, pertuliſſe, Maximum vero Italicum, ſi quis eſt, ab iſto eſſe diverſum.

4. Pauca ſuperſunt quæ de anno & die martyrii ſancti Maximi dicantur. Id ad annum circiter CCL. referri poſſe putamus; quo tempore Decii perſecutio per totas imperii Romani provincias maxime ſæviebat. Diem vero pridie Idus Maii, id eſt decimum quartum ejus menſis, Acta in omnibus fere codd. mſſ. aſſignant. quo die in Græcorum Menæis atque in nonnul- *Martyrii tempus.*

lis

lis Latinorum Martyrologiis, quæ apud Bollandianos videri poſſunt, ejus memoria celebratur, quamvis in nonnullis ſub *Maximini* aut *Maximiani* nomine. Ejus tamen ſancti Martyris Acta ad diem 30. Aprilis retulit Henſchenius, quod eo die in Martyrologiis Adonis, Flori, aliiſque antiquis ejus feſtivitas recoleretur. Porro ſanctus Maximus appellatur *epiſcopus* in Actorum titulo unius cod. Colb. & *Levita* in Actis interpolatis alterius cod. hujus monaſterii ſancti Germani a Pratis, & in vetuſtis aliquot monaſteriis. At hæc Actis ipſis videntur adverſari.

---

Anno Chriſti circ. 250.

# ACTA

## Sancti MAXIMI Martyris.

### *Ex compluribus codd. mſſ. & editis.*

I. DEcius imperator volens opprimere vel ſuperare [1] legem Chriſtianorum, decreta conſtituit per univerſum orbem, ut omnes Chriſtiani recedentes a Deo vivo & vero, dæmoniis ſacrificarent: qui vero noluiſſent, ſuppliciis ſubjacerent. Eo tempore famulus Dei MAXIMUS, vir ſanctus, ultro ſe palam oſtendit. Erat vero plebejus [2] negotii ſui curam gerens. Comprehenſus igitur oblatus eſt Optimo proconſuli apud Aſiam [3]. Proconſul dixit ad eum: Quis vocaris? Reſpondit. *Maximus dicor*. Proconſul dixit: Cujus conditiones es? Maximus dixit: *Ingenuus natus* *, *ſervus vero Chriſti*. Proconſul dixit: Quod officium geris? Maximus reſpondit: *Homo ſum plebeius, meo negotio vivens* [4] Proconſul dixit: Chriſtianus es? Maximus reſpondit: *Etſi peccator, Chriſtianus tamen ſum.* Proconſul dixit: Non cognoviſti decreta inviƈtiſſimorum Principum, quæ nuper * advenerunt? Maximus reſpondit: *Quæ?* Proconſul dixit: Ut omnes Chriſtiani relicta ſuperflua ſuperſtitione, cognoſcant verum Principem, cui omnia ſubjacent; & ejus deos adorent. Maximus reſpondit: *Iniquam regis hujus ſæculi prolatam ſententiam cognovi, & ideo me palam oſtendi.* Proconſul dixit: Sacrifica ergo diis. Maximus reſpondit: *Ego non ſacrifico niſi ſoli Deo, cui me ab ineunte ætate ſacrificaſſe congratulor.* Proconſul dixit: Sacrifica ut ſalveris, quod ſi nolueris, variis faciam te deficere tormentis. Maximus reſpondit: *Hoc eſt quod ſemper optavi. Propterea enim me manifeſtavi, ut tandem carens miſerabili & temporali vita, æternam reciperem* [5].

*Maximus comprehenditur.* * *al.* natura.

* *al.* nunc.

II. Tunc Proconſul juſſit eum fuſtibus cædi. Cumque cæderetur, dicebat ei: Sacrifica, Maxime, ut ab his liber ſis * tormentis. Maximus reſpondit: *Hæc non ſunt tormenta, quæ pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti inferuntur, ſed ſunt unctiones. Si enim receſſero a Domini mei præceptis, quibus ſum de Evangelio eius eruditus, vera & perpetua mihi manebunt tormenta.* Tunc Proconſul juſſit eum in equuleo ſuſpendi, Cumque torqueretur, dicebat ad eum: Jam reſipiſce, miſer, ab inſipientia tua & ſacrifica ut animam lucreris. Maximus reſpondit: *Animam meam lucrabor, ſi non ſacrificavero; quod ſi ſacrificavero, perdo eam. Mibi enim nec fuſtes, nec ungulæ, nec ignis ſentiendi dant dolorem; quia in me manet gratia Chriſti, quæ* [6] *me ſalvum faciet in æternum, omnium ſanctorum orationibus, qui in hac colluctatione certantes, veſtras ſuperaverunt inſanias, nobiſque virtutum exempla reliquerunt.* Tunc Proconſul dedit in eum ſenten-

*Fuſtibus cæſus.*

* *al.* liberetis

*Æquuleo ſuſpenditur.*

1 Cod. Silvæ majoris, *volens ſuperare legem*. Sur. *profligare*.

2 Sic codd. Remigian. Cæleſtin. tres Germ. Silv. cum Surio. At Colb. 1. & Michaelin. *Erat vero negotii ſui curam*. Boll. *Erat enim plebei negotii autem*.

3 Sic cod. Silv. Cæleſtin. & 1. German. cum Baronio, At Remig. *oblatuſque Proconſuli Aſiæ*. Ceteri codd. mſſ. & editi, *Optimo nomine, Conſulari apud Aſiam*.

4 Cod. Remig. & 3. Germ. *meo negotio vacans*. Cod. alter German, Sur. & Baron. *mei negotii curam gero*. In cod. autem Silv. primæ interrogationi ſanctus Maximus reſpondet, *Maximus dicor, ingenuus natus, ſervus vero Chriſti, negotii mei curam gerens*. Porro in tertio cod. German. Maximus ſe Levitam eſſe reſpondet; ſed codex eſt interpolatus.

5 Alii codd. *merear*. Cod. 1. Colb. *merear accipere*.

6 Hæc verba uſque ad, *Tunc Proconſul*, deſunt in codd. Silv. & duobus German. habentur tamen in aliis codd. quorum unus Colb. ad annos 800. accedit.

ſententiam dicens: Eum qui ſacris [7] legibus aſſenſum noluit accommodare, ut magnæ deæ Dianæ ſacrificaret; ad metum reliquorum Chriſtianorum obrui lapidibus præcepit [8] divina clementia. Et ſic raptus eſt athleta Chriſti a miniſtris diaboli, gratias agens Deo & Patri per Jeſum Chriſtum filium ejus. qui eum dignum judicavit certando diabolum ſuperare; ductuſque foras muros, lapidibus cæſus reddidit ſpiritum [9]

*Lapidibus obruuntur.*

III. Paſſus eſt autem famulus Dei Maximus apud Aſiam provinciam, ſecundo Idus Maii, ſub Decio imperatore, & Optimo proconſule, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

7 Cod. Michael. & Boll. *divinis legibus*. Cod. 3. Colb. *Eum quod divinis legibus &c.*
8 Cod. Silv. Caleſtin. & German. *obrui lapidibus præcipio*.

9 Hic deſinunt codd. German. 2. Silv. & Remig. Alter cod. German. quo uſus eſt Henſchenius, habet, *animam reddidit Conditori ſuo XIII. Kal. Decembris*.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſanctorum Martyrum PETRI, ANDREÆ &c.

*Acta.*

1. ACta ſanctorum Martyrum Petri & ſociorum ejus jam bis edita habentur, primo quidem a Laurentio Surio, ſed ob ſtylum, pro more ſuo, immutatum aliquatenus vitiata, deinde a Godefrido Henſchenio ad diem 15. Maii Bollandiani, ubi hæc Acta a ſe ad 5. pervetuſtos codd. mſſ. collata fuiſſe vir doctus atteſtatur. Eadem vero ad alios plures codd. mſſ. recenſita, emendata exhibemus.

*Cultus.*

2. Antiquus eſt ſanctorum Petri & ejus ſociorum cultus apud Latinos, ut patet ex eorum Martyrologiis, in quibus iſtorum Martyrum celebritas ad diem 15. Maii conſignatur. Mortis eorum genus ex Actis mutuatum ſic exprimit Martyrologium Flori. *Apud Lampſacum Paſſio ſanctorum Petri, Pauli, Andreæ & Dionyſiæ virginis: quorum Petrus poſt diverſa tormenta gladio eſt percuſſus; Andreas & Paulus lapidibus obruti; Dionyſia gladio deputata.* Cetera Martyrologia locum tantummodo & horum Martyrum nomina proferunt. At Græci, qui in Menæis excuſis 18. ejuſdem menſis Maii eorumdem Martyrum feſtivitatem recolunt, Acta non adeo ſincera habuere. *Dionyſium* quippe pro *Dionyſia* ſcribunt, quibus addunt *Chriſtianam virginem*, *Eraclium*, *Paulinum & Benedimum*. Menæis conſentit Maximus Cythereenſis epiſcopus ad eumdem diem, qui eum *ipſis* Petrum Lampſaci, ceteros vero Athenis paſſos fuiſſe affirmat.

3. Porro hos omnes Martyres, qui in noſtris Actis Latinis memorantur, ſub Decio, Lampſaci martyrium conſummaſſe certum eſt ex Actis num. 6. Unde etſi tres poſteriores Proconſuli Troadem pergenti oblati fuerint; non tamen extra urbem perducti ſunt; ſed ibi detenti a Proconſule vel poſt reditum, vel dilato ad alteram diem itinere, ante profectum condemnati mortem ſubierunt. *Lampſacum* autem urbs eſt Aſiæ minoris in minori Mœſia ad Helleſpontum, etiamnunc culta, olim civitas epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno Helleſponti metropolitano, cui etiam parebat epiſcopus Troadis, quæ civitas fuit ab Alexandro Magno ex antiquæ Trojæ ruderibus exſtructa. Hinc ejuſdem urbis antiſtes aliquando *epiſcopus Trojanus* appellatus eſt.

## A C T A

### Sanctorum Martyrum PETRI, ANDREÆ, PAULI & DIONYSIÆ virginis.

*Anno Christi [illegible] ſub Decio imper.*

*Ex compluribus codd. mſſ.*

I. TEmpore [a] iniquitatis, quando certamen fiebat famulis Dei [b], & omnis terra florebat de beatiſſimo ſanguine Martyrum; in locis Lampſaci com-

a Omnes fere mſſ. ſic incipiunt, *Apud Lampſacum tempore*. Sed priora duo verba e titulo in textum videntur irrepſiſſe. nam paulo poſt in pleriſque codd. reperitur, *in locis Lampſaci*.
b Alii codd. *Certabant pro fide Chriſti milites religionis Chriſtianæ*.

*Petrus comprehenſus.* ci compreheuſus eſt quidam [3], PETRUS nomiue, valde quidem ſortis in fide; pulcher animo, & ſpecioſus corpore, & oblatus eſt [4] Proconſuli. Proconſul dixit ad eum: Quis diceris? Reſpondit: *Petrus*. Cui Proconſul dixit: Chriſtianus es? Petrus reſpondit: *Etiam, Chriſtianus ſum*. Proconſul dixit: Habes ante oculos decreta inviċtiſſimorum Principum. Sacrifica ergo magnæ deæ Veneri. Petrus reſpondit: *Miror, ſi perſuades mihi, Optime Proconſul, ſacrificare impudicæ mulieri & ſordidæ, quæ talia opera egit ut confuſio ſit enarrare, cum [5] apud vos hiſtoria arguat ejus impudicitiam. Nam & vos turpia, quæ geſſit in impudicis, punitis. Et ſi vos impiam illam nominatis & publicam meretricem, quomodo me tam ſordidam meretricem adorare, & ſacrificare compellitis? Oportet ergo me magis* DEO *vivo & vero, Regi ſæculorum [6] omnium* *Chriſtus Deus.* CHRISTO, *ſacrificium [7] offerre orationis, deprecationis, compunċtionis & laudis*. Audiens hæc Proconſul, juſſit eum adhuc ætate adoleſcentulum tendi in rotis, & ligna in circuitu poſita [8], vinculis ferreis totum corpus ejus fecit *Torquetur.* conſtringi: ut contortus [9] & confraċtus, minutatim oſſa ejus comminuerentur. Quanto autem plus torquebatur famulus Dei, tanto magis fortior apparebat. Conſtans [10] vero aſpeċtu, & ridens de ejus ſtultitia, conſpiciens in cælum ait: *Tibi ago gratias, Domine Jeſu Chriſte, qui mihi hanc tolerantiam dare dignatus es ad vincendum nequiſſimum tyrannum* [11]. Tunc Proconſul videns tantam ejus perſeverantiam, & nec his quidem defeciſſe tormentis juſſit eum gladio percuti.

*Gladio perimitur.* II. Eodem tempore, eunte Proconſule ad Troadem civitatem cum multa ambitione, oblati ſunt ei alii tres, *Alii tres comprehenſi.* ANDREAS, PAULUS & Nicomachus. Cumque [12] eos interrogaſſet, unde eſſent, vel cujus eſſent religionis; Nicomachus impatienter magna voce reſpondit: *Ego Chriſtianus ſum*. Proconſul dixit ad Andream & Paulum: Vos quid dicitis [13]? Reſponderunt ei: *Nos Chriſtiani ſumus*. Proconſul Nicomacho dixit: Sacrifica diis, ſecundum quod juſſum eſt. Nichomachus reſpondit: *Ut ſcis, Chriſtianus non debet ſacrificare dæmoniis*. Itaque Proconſul juſſit eum appenſum torqueri. Cumque nimium ve- *E quibus unus perit.* xaretur, & jam prope eſſet, ut redderet ſpiritum, exclamavit voce magna: *Numquam fui Chriſtianus, ſed [14] ſacrifico diis*. Statim fecit eum Proconſul deponi. Cum ergo ſacrificaſſet; ſtatim arreptus a dæmone, & in terram alliſus, dentibuſque linguam ſuam comedens, emiſit ſpiritum.

III. Ex ſpeċtantibus autem turbis, *V. Cyprian. lib. de Lapsis* quædam puella & virgo, nomine DIONYSIA, annos habens ſexdecim [15], exclamavit dicens: *Miſer & infeliciſſime homo, cur propter unius horæ ſpatium acquiſiſti tibi perpetuam & inenarrabilem pœnam!* Et cum hæc audiſſet Proconſul; juſſit eam in medium pertrahi [16], & interrogavit eam, ſi eſſet Chriſtiana. At illa reſpondit: *Etiam, Chriſtiana ſum. Propter quod infelicem iſtum plango, quare [17] adhuc modicum non toleravit, ut perpetuam requiem inveniret*. Proconſul dixit: Iſte [18] modo requiem invenit, quando diis & inviċtiſſimis principibus, ſacrificando, ſatisfecit. Sed propter veſtram vanam religionem ne improperia ſuſtineret, magna Diana [19] & Venus eum rapere dignatæ ſunt. Tu igitur *Dionyſia comprehenſa.* ſacrifica, ne turpiter te illuſam vivam incendam. Dionyſia reſpondit: *Deus meus*

3 Cod. Colb. *quidam juvenis, Petrus nomine.*
4 Idem cod. *Optimo proconſuli.*
5 *Cum* &c. uſque ad *Nam*, ex mſſ. ſupplevimus, in quibus fere omnibus deſunt quæ ſequuntur uſque ad, *Et ſi.*
6 In cod. Remig. deeſt, *ſæculorum.*
7 Pleriquе mſſ. *Sacrificia ſanċta pro orationes offerre & laudes.*
8 Sic omnes codd. Videtur tamen legendum, *inter ligna*, vel *ſingula . . . . poſitis*.
9 Codd. Eccleſiæ Remenſis, Remig. & Colb. *quo contortis & fraċtis minutatim oſſa ejus deſecerunt*. Codd. Celeſtin. Urſicampi & Longipontis, *quo contorto, fraċto minutatim oſſa ejus deſecerunt.*
10 Quæ ſequuntur de Petr. morte, aliis verbis habentur apud Bolland.
11 Boll. *hoſtem.*
12 Hunc locum ex duobus codd. Colb. ſic reſtituimus.
13 Mſſ. *Qui eſtis.*
14 Boll. *& paratus ſum ſacrificare.*
15 Codd. German. 1. Celeſtin. Longip. & Urſicampi habent, *decem, & ſeptem.*
16 Mſſ. *adduci.*
17 Boll. *Quare momentaneam pœnam.*
18 Sic omnes codd. mſſ. At Bolland. *Hic nunc requiem dum diis immolavit invenit, & invictiſſimis principibus acquieſcendo ſacrificavit.*
19 Codd. mſſ. *Magna dea Venus . . . . dignata eſt.*

*meus major eſt quam tu. ideoque minas tuas non timeo, qui potens eſt mihi dare in omnibus quæ intuleris tolerantiam.* Tunc Proconſul tradidit [20] eam duobus juvenibus corrumpendam: Andream vero & Paulum juſſit in cuſtodiam recludi. Juvenes ergo acceptam caſtiſſimam Dei puellam duxerunt ad ſuum hoſpitium. Cumque uſque ad mediam noƈtem inſiſterent, ut ei vim turpitudinis inferrent, marceſcebat cupiditatis eorum libido. Circa autem mediam noƈtem, quidam ſplendidus juvenis apparuit eis, illuminans totam domum. Illi vero timore percuſſi magno ceciderunt ad pedes mundiſſimæ puellæ. At illa elevavit eos dicens: *Nolite timere, iſte eſt enim tutor meus* [21] *& cuſtos, pro eo quod vobis a nequiſſimo judice ſum tradita.* At illi rogabant ut interveniret pro eis, ne quid eis male contingeret.

IV. Mane autem faƈto, venit proclamans omnis turba ad Proconſulem, petentes ſibi tradi Andream & Paulum: inter quos Oneſicrates [22] & Macedon ſacerdotes Dianæ excitabant ſeditionem in populo. Cumque eos præcepiſſet adduci, Proconſul dixit eis: Andrea & Paule, ſacrificate mirandæ Dianæ. Andreas & Paulus reſponderunt: *Nos neque Dianam neque alia dæmonia quæ colitis, cognoſcimus* [23], *nec aliquando coluimus* [24] *niſi ſolum Deum.* Cum hæc audiſſet turba orabant Proconſulem ut eos traderet

*Andreas & Paulus lapidantur.*

eis exſtinguendos. Videns autem Proconſul quod nequiret ſanƈtorum ſuperare perſeverantiam; flagellis cæſos populo tradidit lapidandos. Illi ergo eos acceptos trahebant extra civitatem, ligatis pedibus, ut lapidarentur.

V. Et cum lapidarentur, audivit hæc virgo Dei Dionyſia. Clamans ergo & plorans, & de cuſtodia ſe proripiens [25], cucurrit ad locum, jaƈtavitque ſe ſuper eos, dicens: *Ut vobiſcum poſſim vivere in cælis, opto vobiſcum hic mori in terris.* Nunciatur igitur Proconſuli, quod Dionyſia quæ fuerat juvenibus tradita deludenda, a quodam ſplendidiſſimo juvene fuiſſet ſervata; quodque de cuſtodia fugiens, jaƈtaverit ſe ſupra corpora Andreæ & Pauli, cum ipſis lapidibus occidenda. Proconſul igitur iuſſit [26] ut ſepararetur, & duceretur ut decollaretur. quod & faƈtum eſt.

VI. Taliter igitur venerabiles Martyres hi, in uno agone certantes [27] cum ſæculo & diabolo & proconſule Optimo, meruerunt viƈtores effici, Chriſto propitio. Petrus itaque diverſis pœnis, Andreas & Paulus lapidibus, atque Dionyſia gladio martyrizati ſunt. Aƈtum apud Lampſacum die Iduum Maiarum [28], Decio imperatore, Optimo [29] proconſule, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt gloria, honor & poteſtas.

*Dionyſia gladio percutitur.*

20 Sic cod. Colb. cum Boll. At ceteri mſſ. *Proconſul dixit: Tradite eam &c.*

21 Mſſ. *Dominus & cuſtos*: pro quo.

22 Sic etiam codd. Noaill. Remig. & alii. Unus autem German. *Egrates*; alter Germ. cum Cæleſtin. Longip. Urſic. *Inter quos omnes, Egrates*: Colb. 1. *Rimſigrates*.

23 Codd. Eccl. Remenſ. *quæ colitis deos eſſe cognovimus.*

24 Sic cod. 1. Colb. quidam alii codd. *aliquem colimus.*

25 Mſſ. plerique, *Evadens a cuſtodibus .... dicens: Confidar & ego vobiſcum ut ab hac collaƈtatione veſtra inveniar aliena.*

26 Mſſ. *Juſſit eam gladio interfici.*

27 Iidem mſſ. *certantes, diabolum cum Proconſule ſuperare meruerunt.*

28 Unus codex Germanenſis habet, *Idibus Martii*, ſed mendoſe, cum tam Græci quam Latini Idibus Maii eorum feſtum recolant.

29 Omnes codd. mſſ. conſtanter ubique eum Proconſulem *Optimum* appellant. Hic tamen apud Boll. ex 3. codd. legitur, *Optimo Proconſule*, unde ſupra num. 1. hæc verba: *Optime Proconſul*, in ea edit. ſcripta ſunt, quaſi *Optimus* non proprium nomen eſſet Proconſulis.

## *ADMONITIO*

### In Aƈta ſanƈtorum Martyrum TRYPHONIS & RESPITII.

*Acta unde habita.*

I. Jam abſoluta erat prima hujus operis editio, cum in Aƈta beatorum Martyrum TRYPHONIS & RESPICII, quæ in collectione de Sanƈtis Siculis ab Oƈtavio Cajetano adornata habentur, incidimus; & quidem, uti nobis viſum eſt, talia ſunt, quæ inter antiqua monumenta bonæ notæ locum obtinere debeant. Quamvis enim in iis non deſint aliquot nævi, facile tamen ſanari poſſunt; utpote qui nonnisi ex amanuenſium

Google

nuenſium inſcitia, aut incuria interpretum qui hæc Acta e Græco in Latinum tranſtulerunt, videntur irrepſiſſe. Eo vero majoris pretii cenſeri debent, quo ea fere omnia quæ de illis ſanctis Martyribus antea habebantur, incerta erant & fabulis ut plurimum referta, ut patet ex iis quæ a Vincentio Bellovacenſi, Petro Equilino, aliiſque ejuſmodi ſcriptoribus vulgo narrantur. Nec multo majoris auctoritatis erant Acta illa, quæ apud Surium die 1. Februarii ex Simeone Metaphraſte relata ſunt, in quibus etſi nonnulla ex Actis ſinceris mutuata legantur: ea tamen adeo involuta ſunt rebus incertis & fictitiis, ut difficilimum ſit vera ab adulteratis, & certa ab incertis diſcernere.

*Locus paſſionis.* 2. Porro inter alia quæ aliquid negotii faceſſere poſſunt in iis Actis quæ hic proferimus, locum habere debent nomina urbium in manuſcripto codice depravata; ut cum Martyres a Frontone pacis principe *Aprimæ* civitatis apprehenſi dicuntur, indeque ad civitatem *Meetem* tracti. Utrobique enim erratum eſt, nec errori tollendo ſufficit alia lectio, quam ex codice Romano Bibliothecæ Vallis-cellæ habemus, in quo pro *Aprimæ* legitur *Apriniæ*. Magis arridet lectio Baronii ex codice mſ. quem laudat in notis ad Martyrologium Romanum, in quo hi Martyres natione Phryges dicuntur, Apameæ tenti, ac perducti Nicæam, ubi paſſi ſunt. Hanc nempe lectionem ſinceram eſſe innuunt ipſa noſtra Acta, in quibus *Apamea* civitas inſerius, & Martyres Phrygii diſerte dicuntur. Acta Suariana idem habent ac Baronii codex; & pleraque Martyrologia, etiam vetuſta, Tryphonem Nicææ paſſum fuiſſe commemorant. Inde tamen naſcitur alia difficultas. Si enim iſti Martyres Nicææ puniti fuerint, qua ratione id fieri potuerit juſſu Aquilini Orientis præfecti? Non enim in tota Syria, aut vicinis provinciis quæ ad Orientem pertinebant, ullam repræſentant urbem tabulæ Geographicæ, quæ Nicææ nomine inſignita fuerit. Verum hic nodus facile ſolvitur, ſi urbes in illis Actis laudatæ non ad Syriam, ſed ad Bithyniam dicantur pertinuiſſe. Habebat enim & Bithynia, in qua Nicæa celebris eſt, ſuam Apameam, ut ex veteribus & novis tabulis conſtat. Præfectus vero Orientis, qui hos Martyres damnaſſe memoratur, non Orienti proprie dicto præerat, ſed alicui ex illis provinciis, quæ ad Orientem late ſumtum pertinebant; uti certe erat Bithynia, quam ad Orientem eo modo dictum ſpectaſſe dicere potuit bona fide homo Latinus & Chriſtianus, qui hæc Acta longe poſt martyrii tempus in ſuam linguam tranſtulit. Inde etiam *Præfecti* nomen in eadem Acta invectum eſt, qua voce non utebantur veteres ad deſignandos rectores provinciarum.

3. Hos Martyres Decii temporibus agonem ſuum conſummaſſe conſtat, proindeque anno CCL. aut ſequenti. Si vero id menſe Novembri, quo eorum feſtivitatem recolit eccleſia Romana, contigerit, paſſi ſunt anno CCL. quod ad annum ſequentem revocare oportet, ſi Græcos ſequamur, qui eorum natale in Menæis & Menologiis menſe Februario conſignarunt. Certe poſteriorem ſententiam priori præferri debere multa ſuadent. Nam iſti Martyres in Græcia paſſi ſunt: proindeque Græcis magis noti fuere; apud quos celebres illos fuiſſe probant non modo Faſti eccleſiaſtici, ſed etiam inſignes baſilicæ in honorem ſancti Tryphonis in ipſa orbe regia erectæ, de quibus agunt Procopius, Codinus & alii ſcriptores. Immo Imperatores duo, ſi Leoni Allatio in libro de Simeonibus id referenti credamus, panegyricos ſancto Tryphoni dixerunt. Deinde Acta horum Martyrum ſincera græce primum ſcripta ſunt, & in iis uti & in aliis Actis paſſi dicuntur hiemis tempore, quod Februario magis quam Novembri congruit. Conſentiunt etiam multa Latinorum Martyrologia, a Bollando ad primam & duas ſequentes Februarii dies laudata. Sicut & Uſuardus in vetuſtioribus codicibus, & potiſſimum in noſtro Germanenſi, ut putatur, autographo. Celebris tamen eſt ſanctorum Tryphonis & Reſpicii memoria in Martyrologio Romano die x. Novembris. ſed ſi bene conjicimus, ob aliquam translationem. Eorum nempe reliquiæ Romæ duabus in baſilicis aſſervantur; in eccleſia ſcilicet ſancti Tryphonis in Campo-Martio, quæ ſtatione ſabbati poſt Cineres nobilitatur; & in eccleſia Sancti Spiritus in Saxia, ubi eorum & beatæ Nymphæ corpora ferme integra ſub majori altari locata etiamnunc viſuntur. Porro occaſione hujus eccleſiæ quæ in Saxia, ſeu, ut veteres paſſim ſcribebant, in Saxonia, ſita eſt, nonnulli eoſdem Martyres in Saxonia Germaniæ provincia celebri paſſos fuiſſe commenti ſunt. Alii quod eorumdem reliquiæ ſimul cum beatæ Nymphæ corpore in uno & eodem altari incluſæ ſerventur, in alium errorem impegerunt, aſſerendo eos omnes ſimul in uno loco & tempore eodem martyrium pertuliſſe. Denique mirum eſt quod in Actis Surianis, immo in pleriſque etiam vetuſtioribus Martyrologiis, omiſſa beati Reſpicii memoria, unicus beatus Tryphon celebris ſit. Sed de his omnibus fuſius diſputare ſupervacaneum foret, cum facile emendari poſſint ope Actorum, quæ hic proferimus ad mſ. codicem Romanum Vallis-cellæ exacta. *Tempus.*

Anno Christi 250.

# ACTA

## Sanctorum TRYPHONIS & RESPICII Martyrum.

I. MOrtuo Gordiano Cæſare & ſucceſſore ejus Philippo, cum regnaret Decius, relatum eſt Aquilino Præfecto Orientis, quod ſcientiæ divinæ cultura potiſſimum haberent erga ſanctos TRYPHONEM atque RESPICIUM; non enim latere potuerant, quoniam aliquot annos per donum & gratiam Dei, præditi erant variis meritorum virtutibus. Miſſis igitur ex officio apparitoribus rapti ſunt a Frontone pacis principe Apritnæ [1] civitatis, qui exierat ad exquiſitionem ſanctorum cum perſecutoribus. Hoc autem erat inductum a Præfectis. quos inventos tradiderunt militibus, qui ligaverunt eos & traxerunt in civitatem Meetem *, ibique in carcerem miſſi ſunt ab Aquilino Præfecto, qui a publicis negotiis fuerat occupatus. de eis magna fama volitabat, quod eſſent Deo Chriſtianorum digni, & in omni virtutum promotione perfecti.

* ſive Niceam

Prima quæſtio.

II. Poſt paucos dies juſſit eos introduci. Ingreſſi autem ſuccenſi ſunt vehementer igne Spiritus Sancti, & cum omni fiducia loquebantur verbum Domini, ſic optimum Dominicæ confeſſionis certamen imperterriti aggreſſi ſunt. Pompeianus vero primiſcrinius magno officio dixit: Adſunt, o Præfecte, ſancti de Apameæ finibus de Sanforo [2] vico appliciti circa eminentiſſimum & illuſtre tuæ poteſtatis tribunal interrogandi. Tyberius Gracchus Claudius Aquilinus dixit: Quod nomen eſt vobis? Sancti reſponderunt: *Alter noſtrum Tryphon, alter vero Reſpicius vocamur*. Tyberius dixit: Cujus fortunæ eſtis? Sanctus Tryphon dixit: *Fortuna ſiquidem nulla eſt apud Chriſtianos, ſed omnia ex divina diſpoſitione aguntur, arte vero a quibuſdam hominibus nominata eſt. Sed & ſi vis ſcire genus, ingenuis quidem ſumus natalibus*. Pompeianus primiſcrinius dixit: Scio utique, & tales juſſit Imperator vivos incendi, niſi ſacrificaverint diis. Beatus Reſpicius dixit: *Utinam digni inveniamur pro Chriſto Domino noſtro ignibus vivi cremari; tu autem quod tibi præceptum eſt, implere ſatage*. Aquilinus dixit: Sacrificate diis, qnia video vos legitimam ætatem habentes, perfectumque intellectum poſſidere. Sanctus Tryphon reſpondit: *Perfectum intellectum habemus in Domino Jeſu Chriſto: ideo cupimus perfectum pro eo intellectum poſſidere, & ad plenum producere agonem*.

III. Hic Aquilinus juſſit eos torqueri, ſi minime conſentirent. At illi proinde depoſuerunt veſtimenta ſua, & ultro dederunt ſe quæſtionariis ad torquendum. Et cum fortiter torquerentur nullam vocem emiſerunt; ſed patienter ſuſtinuerunt, quia timorem Domini in animo retinebant. Et cum fere per trium horarum intervallum torquerentur, non ceſſerunt carnificibus, ſed omnipotentia Dei & pœna colentium idola cum Præfecto fortiter diſceptabant. Hæc audiens Aquilinus, juſſit ut egredientes in venationem alligatos ſanctos traherent glaciali tempore pruina diſcendente * & ideo diſruptæ ſunt plantæ eorum. De venatione autem regreſſos in palatium, juſſit Præfectus ſanctos præſentari, & ait ad eos: Poteſtis ne vos de reliquis [3] caſtificari. Tryphon reſpondit: *Semper caſtificamus nos coram Domino, cui inceſſanter ſervimus*. Aquilinus dixit: Recipiantur in carcerem, ut dilatione conceſſa moneant interim ſe ipſos, qnatenus abjecta dementia promte Imperatoris juſſa ſequantur. Nam teſtor deos noſtros, quia niſi immolaveritis, ingentibus pœnis & cruciatibus conſumemini.

Dies ſequentes

* decidente

IV. In

1 Cod. mſ. ut monuimus, *Apriniæ*. Infra *principes pacis*. Is vulgo *Irenarcha* dicebatur, ut alias diximus.

2 Acta Suriana *Campſade*.

3 Cod. mſ. *poteſtis vos de religione veſtra &c.*

*Secunda quæſtio.* IV. In ipſis diebus Præfectus profectus eſt ad alias civitates, & poſt aliquot dies reverſus Nicæam civitatem ſuam, juſſit ſibi Sanctos Dei præſentari, & dixit eis: Deliberaſtis apud vos per tanti temporis ſpatium, quemadmodum horrifica verbera evadatis. Audite me, filii, & ſacrificate diis. Sanctus Tryphon reſpondit: *Caſtificat nos judex omnium Deus, totius creaturæ formator.* Rurſumque ajunt: *Nihil a nobis primum quæras, nihil extremum requiras, niſi quæ a nobis in primis audiſti, quia fidem noſtram nemo ſubvertere poteſt. Nam Dominus Jeſus Chriſtus dixit: Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo.* Aquilinus dixit: Vobis ipſis miseremini, & magnis diis immolate, quia video in vobis diſciplinam & ſapientiam. Sanctus Reſpicius dixit: *Nobis ipſis miſereri melius non poſſumus, quam conſtanter confiteri Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, judicem verum, qui ſingulorum acta diſcutere veniet.* Aquilinus dixit: Deferantur clavi, & configantur pedes eorum. Quod cum factum fuiſſet, per medium civitatis in aſperitate hiemis, in vehementia tempeſtatis trahebantur. Non enim eis diabolus nocere potuit; ſed magis ac magis confortabantur in Domino. Aquilinus dixit: Quid eſt? Non ſentitis tormenta? Sancti reſponderunt: *Non: quia clavi non ſunt fixi in pedibus noſtris, ſed quaſi in calceamentis.*

V. Præfectus autem admirans tantam eorum perſeverantiam, juſſit eos manibus poſt tergum ligatis nudos cædi; & cum acerrime cæderentur, quæſtionarii deficiebant. Præfectus ira repletus juſſit ungulas ac lampades eorum lateribus applicari. Quæſtionarii accedentes juſſa complebant. Igitur applicantibus eis lampades, adſtitit Sanctis Angelus Domini coronas habens in manibus, gemmis & floribus ornatas, quas capitibus eorum impoſuit, atque fortes in agone perfecit. Quod cum viderent miniſtri, cadentes in terram facti ſunt veluti mortui. Elevantes autem Sancti oculos ad cœlum dixerunt: *Domine Jeſu Chriſte, ne diabolus prævaleat adverſus nos; ſed exaudi nos, & perfice curſum noſtrum, ut tua ſicut pugna, & tua ſit victoria.* Tunc Aquilinus dixit tortoribus: Niſi conſenſerint Imperatori, torquete illos quouſque poſſint ſuſtinere. Cumque nimium torquerentur, non ſentiebant dolores: quia quæ illis inferebantur, forti animo reſpuebant. Dixit eis Præfectus: Diſcedite a tali dementia, & conſulite ætati veſtræ. Sanctus Reſpicius dixit: *Jam, maligne, audiſti a nobis, quia nos ſubvertere non poteris talibus verbis. Nam hoc ſcire poteris, quod numquam lapidibus & lignis inclinamus, quia verum Deum colimus, & illi ſoli ſervimus. Igitur quia talem Dominum habemus, nulla nos pœna poterit ſeparare a caritate ejus.*

VI. Poſtera igitur die Aquilinus ſedens pro tribunali dixit Sanctis: Obeditis præceptis Imperatoris? *Tertia quæſtio.* Sanctus Tryphon reſpondit: *Sæpe diximus tibi quia Deum vivum, qui in cælis eſt, colimus & timemus.* Aquilinus dixit: Plumbatis eos tundite intolerabilius. Cumque prolixius cæderentur, non prævaluit in eis varietas tormentorum. Tunc Præfectus ira maxima commotus juſſit gladium adduci, & conſilio accepto, ſententiam protulit dicens: Pueros hos genere Phrygios, Chriſtianos, Imperatorum juſſis obedire nolentes, decollari jubemus. Milites itaque duxerunt Sanctos ad locum decollationis. Elevantes autem manus ſuas inviƈtiſſimi Teſtes Chriſti, Tryphon atque Reſpicius, dixerunt: *Domine Jeſu Chriſte: ſuſcipe animas noſtras & colloca eas in ſinu Patriarcharum.* Et hæc dicentes victimæ Chriſti præbuerunt ultronei cervices gladiatori; ſicque mucrone jugulati beatiſſimas Creatori animas reddiderunt. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace, & ſequuntur Agnum quocumque ierit. Convenerunt autem religioſi viri & ſacerdotes Domini, & dedi-

dedicaverunt martyrium illorum cum omni honore, atque diſciplina reverentiæ participaverunt myſterium redemtionis noſtræ, commendantes animas ſuas Sanctis beatorum Martyrum patrociniis.

*A D M O N I T I O*

In Acta ſanctorum Martyrum LUCIANI & MARCIANI.

*Acta unde hauſta.* 1. Acta ſanctorum Luciani & Marciani martyrum, quæ hic ad *audientium ædificationem* ſe referre pius & fidelis auctor profitetur, duas in partes dividi poſſunt. Prima ea continet, quæ ipſe auctor aliundo quam ex Actis publicis didicerat, quæque ipſis Actis præmiſit, ut non ſolum horum Martyrum paſſionem, ſed & miram eorum converſionem ac pœnitentiam ad poſterorum notitiam tranſmitteret. Altera vero narrationis pars Acta ipſa complectitur, quæ hic videntur referri prout a notariis publicis excepta ſunt. Hæc omnia ad Mombritium collata proferimus ex duobus vetuſtis mſſ. codicibus, quorum unus eſt bibliothecæ Colbertinæ, alter vero inſignis monaſterii Benedictini Silvæ-majoris in diœceſi Burdigalenſi.

2. Omnia fere Martyrologia excuſa die *Martyrii locus.* 26. Octobris ſanctorum Luciani, Marciani Flori & aliorum Martyrum, qui Nicomediæ paſſi dicuntur, memoriam celebrant: quorum duos priores, Lucianum ſcilicet & Marcianum, illos eoſdem eſſe exiſtimat Cardinalis Baronius in notis ad ipſum diem, quorum hic Acta a nobis proferuntur, ob id maxime quod eodem die 26. Octobris in ipſis Actis paſſi referantur. Favet Baronii ſententiæ Flori Lugdunenſis eccleſiæ diaconi Martyrologium ad 3. codd. mſſ. exactum, in quo ad eamdem 26. menſis Octobris diem hæc leguntur: *Nicomediæ natalis ſanctorum martyrum Marciani, Flori, & Luciani qui tempore Decii imperatoris igni traditi ſunt ſub Sabino proconſule*. Hos tamen Martyres Nicomedienſes a noſtris Luciano & Marciano diſtinguere videtur Martyrologium Romanum a Petro Galeſinio editum. Ibi enim præter illos Martyres, quos cum ceteris Martyrologiis Nicomediæ paſſos refert, eadem die poſt aliquorum Martyrum Africanorum commemorationem hæc de aliis ſubduntur: *In Africa item beatorum martyrum Luciani & Marciani, qui in ipſo etiam Decianæ perſecutionis impetu pro fide dimicando, invicta pietatis defenſione coronantur*. Galeſinii Martyrologio ſuffragatur aliud Martyrologium bibliothecæ Barbarinæ, quod inter additiones ad Bedæ & Flori Martyrologia ediderunt ſocii Bollandiani tom. 2. Martii. In eo quippe 26. die menſis Octobris feſtum ſanctorum Luciani, Marciani, Flori &c. Martyrum Nicomediæ paſſorum celebrat, quamvis præcedenti die, jam *paſſionis ſanctorum Luciani & Marciani* ſine ulla loci deſignatione meminiſſet.

3. Pæne omiſeram Hiſpanos etiam ſibi hos ſanctos Martyres vindicare velle, ut patet ex eorum Martyrologio a Tamayo Salazar edito, ubi hic auctor ad diem 26. Octobris contendit Lucianum & Marcianum, de quibus præſens eſt quæſtio, cives fuiſſe urbis Vicenſis in Tarraconenſi provincia, in eaque martyrium conſummaſſe, quorum etiam ſacras reliquias ibi hactenus aſſervari obſervat. Id probat ex vetuſtiſſima ejus urbis eccleſiæ traditione, quam ex ipſius *antiquo breviario, ex vetuſtiſſimo Flore ſanctorum mſſ. atque ex ſcriptura in archivo ejuſdem eccleſiæ reperta* deducit. Ferrarius in Catalogo generali ſanctorum eodem die 26. Octobris ſic habet: *Vici in Hiſpania ſanctorum martyrum Luciani & Marciani ſub Decio*. quod in notis ſe ex tabulis eccleſiæ Vicenſis accepiſſe fatetur. Subſcribit tamen Galeſini Martyrologio, in quo hi Martyres in Africa paſſi dicuntur, ſed addit eorum corpora Vici quieſcere. Porro Vicus, vulgo *Vich*, urbs eſt Cataloniæ parva quidem; ſed epiſcopali ſede ornata. Ejus antiſtes ſæpius *Auſanus epiſcopus* dicitur, quod Auſæ celebri olim urbi, Vicus ſucceſſerit.

4. Porro etſi hos ſanctos Martyres ſub *Tempus.* Decii perſecutione conſummatos fuiſſe inficiari non poſſumus; quo tamen id anno contigerit, incompertum nobis eſt. Paullo certiores de eorum mortis die eſſemus, ſi codex mſ. Silvæ-majoris cum codice Colbertino & Mombritio concordaret. At iſte codex, cum in Actorum capite, tum in fine, eoſdem Martyres VIII. *Kalendas Novembris* paſſos fuiſſe diſerte refert: quorum tamen martyrium codex Colbert. & Mombritius cum Martyrologiis ſupra laudatis ad diem ſequentem referunt. Codici Silvenſi Martyrologium Barbarinum ſupra laudatum ſuffragari videtur. Ceterum

Græci

*Alii Martyres.* Græci in Menæis, & aliquot Martyrologia Latina cum Romano, Marcianum martyrem, die VIII. Kalendas Novembris, id eſt, 25. Octobris celebrant: ſed hunc a noſtro Marciano alium eſſe nemo dubitat. Is quippe eſt Marcianus Cantor & Lector ſacrarum Scripturarum, qui cum Martyrio ſubdiacono ſub Conſtantio imperatore, agente Macedonio Conſtantinopolitanæ ſedis invaſore, a Philippo præfecto Conſtantinopoli interfectus eſt. Uterque fuerat beati Pauli ejuſdem urbis epiſcopi, qui & ipſe Arrianorum inſidiis periit, domeſticus & contubernalis, de quibus agit Sozomenus lib. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 2. & 3. Iidem dicti ſunt *Sancti Notarii*, ut obſervavit Cangius libro 4. Conſtantinop. Chriſtianæ pag. 130. ubi de illorum eccleſia.

---

Anno Christi 200... ſub Decio Imper.

# ACTA

## Sanctorum LUCIANI & MARCIANI Martyrum.

*Ex 2. codd. mſſ. & Mombritio.*

*Lucianus & Marcianus magi.*

I. MArtyrium vobis, fratres enarrabo LUCIANI, & MARCIANI, quod audientes ædificationem accipiatis. Hi enim cum in errore gentilitatis tenerentur, ita dæmonibus tunc erant dediti, ut pæne omnem animam ad ſuam ſectam ſacrilegam perſuadentes adducerent. Nam & magicis artibus & maleficiis omnes coinquinabant adulteriis. Erant primi in ſubverſione auctores, in magicis veneficiis ſubverſores; ita ut omnes quærentes voluntates ſuas perficere, vel quibuſdam [1] nocere, ad eos concurrerent. Sed Deus qui ingratis tribuit gratiam, & non cognoſcentes eum ad cognitionem nominis ſui perducere dignatus eſt, in iſtis oſtendit eſſe converſus [2].

II. Famula quædam erat Dei caſta & fidelis, nuptias contemnens, virginitatem cuſtodiens; forma ſpecioſa, & anima tamen pulcrior, non aliud niſi Deum diligebat: petebat autem nullo perſuadente, ſed perſeverante, ut eam cuſtodire dignaretur. Lucianus & Marcianus hanc concupierunt; & cum non haberent quo genere cupiditatis ſuæ impudicitiam optinerent; converſi non aliter ſe niſi magicis dæmonicis ſuperantes hanc judicaverunt & maleficiis obtinere. Cum ergo omnia artibus ſuis oſtendiſſent, nihilque ſibi prodeſſe viderent; converſi in furias, fremebant quod in nullo poterant prævalere. Illa vero ſerviens Deo, pernoctabat in vigiliis & oratione. At illi quædam magica [3] phantaſmata facientes affligebant deos ſuos, ut eis reſponderent [4]. Et dæmones eis reſponderunt: Quaſcumque animas non cognoſcentes Deum qui eſt in cælo, voluiſtis ſubvertere, invocantes nos, facillimum nobis fuit vobis præſtare. Sed quia ad hanc caſtiſſimam animam certamen nobis eſt; multa quidem fecimus, ſed nihil potuimus proficere adverſus eam. Hæc vero virginitatem illibatam ſervat Jeſu Chriſto, Domino ſuo & Deo omnium, qui [5] crucifixus eſt pro ſalute omnium: ipſe eam cuſtodit & nos affligit. Ideo nihil contra eam facere poſſumus, nec in aliquo ſuperare. Cum hæc publice gererentur [6], ſtupore & timore percuſſi ceciderunt in faciem velut mortui. Poſt paululum reverſi ad ſe, facientes alia magica, a ſe dæmones dimiſerunt. Conquerebantur vero ad invicem dicentes: Quoniam multum

1 Cod. mſſ. *quoſdam*. Mombrit. *quoſquam*.
2 Sic cod. Colb. In cod. Silv. *converſos*; at Mombrit. *in iſtis*. *Sic oſtendit eos eſſe converſos*.
3 Cod. Silv. *Quæcumque magica & phantaſmata*.
4 Hunc locum ex codd. inter ſeſe & cum Mombrit. collatis ſic reſtituimus. Porro occurrunt paſſim apud veteres exempla eorum, qui ejuſmodi magicis artibus dæmones evocabant. Celebre eſt id quod ea occaſione a Sozomeno lib. 5. Hiſt. eccleſ. cap. 3. & a Theodoreto Hiſt. etiam eccleſ. lib. 3. cap. 3. de Juliano apoſtata refertur. Cum enim ejuſmodi incantationibus operam daret, ſpectris quæ ad magorum voces apparuerant deterritus, quaſi in magno diſcrimine eſſet, pro Chriſtianorum conſuetudine, quam didicerat, ſe ipſum ſigno crucis conſignavit; cujus virtute ſpectra evanuerunt. Vide & Gregorium Nazianzenum invectiva in Julianum, & Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 10.
5 Hæc verba uſque ad *ipſe eam*, deſunt in cod. Silv.
6 Cod. Colb. mendoſe, *publice gerentur*. Tamulus, *Cum hæc publice fatentur irruunt dæmones*.

mnltum poteſt bie Jeſus Chriſtus crucifixus, qui omnium dnminatur, & dæmnnes & omnes artes nnſtras magicas & veneficia ſuperat. Ad ipſum ergo nos oportet enuverti, & ipſum timere & cnlere, qnnniam plus nnbis poterit præſtare, quam illi quos ſine cauſa coluimus.

*Convertuntur.* III. Sed ubi abnndavit peccatum, ſuperabundavit & gratia. Sic ſtatim eodiees ſuns publice in media deferentes eivitate igni eombuſſerunt. Stupebant vero bæc videntes omnes. At illi dieebant ad turbas: *Quoniam aperuit Dominus ſenſum noſtrum, ut de tenebris & umbra mortis quibus nunc uſque detinebamur, nos liberatos ad ſalutem veram perduceret. Hæc autem vana & inania ſunt, & a dæmonibus inventa quæ geſſimus.* *Christus Deus.* *Nos autem illum cognoſcimus verum Deum eſſe, & in illo ſpem noſtram ponimus.* Sie quoque euntes ad Eecleſiam, eonſeſſi ſunt omnia quæ geſſerant. Cumque facti fuiſſent Chriſtiani, & poſtea baptizati, perſuſi lumine, omnibus derelictis loea ſeereta petiernnt. qui per omne tempus maeerantes ſe, & eaſtiganres corpus ſuum, ennfitebantur Domino nmnia quæ geſſerant: ita ſe jejuniis & orationibus affligebant, ut tertio qunque die nihil aliud quam panem & aquam aecipiebant.

*Christum prædicant.* IV. Pnſt hæc autem prædicabant Verbum Dei eum fiducia, & nbjurgabant nmnes gentes, qund inanibus erroribus derinerentur. Audiens vero eos turba mirabatnr, dicens: Eeee qui nos docebant, & ſuis artibus deſideria noſtra implebant, nune illum Crucifixum prædicant quem antea expugnabant. At illi dieebant ad ens: *Credite nobis, fratres, quod ſi boc melius non cognoviſſemus, numquam converſi fuiſſemus ad eum. unde & vos convertimini ad eum, ut ſalvemini.* At illi repleti ſurnre, *Adducuntur ad Proconſulem.* cnmprebenſos adduxerunt ens ad Proconſulem Sabinum. nam in ipſo tempore perſecutiones Chriſtianorum ſuerant datæ a Decio imperatore. Cumque oblati ſuiſſent Proeonſuli, dixerunt: Ecce quæ ante prædieabant, nunc impugnant; & quæ impugnabant prædicant.

*Adducuntur Proconſuli.* V. Sabinus Proconſul ad Lucianum dixit: Quis diceris? Reſpondit: *Lucianus.* At Prneonſul dixit: Quid genus es? Lneianus dixit: *Aliquando perſecutor venerandæ Legis, nunc autem licet indignus, ejus tamen ſum prædicator.* Proeonſul dixit: Qun autem nfficin ſungeris ut ſis prædicatnr? Lucianus dixit: *Omni animæ conſuetudo eſt lucrare fratrem ſuum de errore, quo & ſibi conferat gratiam, & illum liberet de laqueis diabolicis.*

VI. Prneonſul Sabinus dixit ad Marcianum: Quis vocaris? Reſpondit: *Marcianus.* At Proeonſul dixit: Quid genus es? Mareianus dixit: *Ingenuus & cultor Sacramentorum Dei.* Proconſul Sabinus dixit ad Marcianum: Quis vobis perſuaſit, ut relinquentes venerandos & verns deos, a quibus multa eſtis eonſecuti, atque amnrem in populo babebatis; ad mnrtuum & crueifixum vos transferretis, qui nec ſeipſum ſalvum ſaeere potuit? Mareianus reſpondit: *Ille nobis donavit, qui & ſancto Paulo, qui cum eſſet eccleſiarum perſecutor, poſtea ejus gratia factus eſt prædicator.* Proconſul Sabinus dixit: Conſulite vobis, & redite ad priſtina, ut & venerandns dens & invictiſſimos Prineipes habeatis prnpitios, & vitam luueremlni. Lucianus dixit: *Loqueris quaſi unus de inſipientibus. nos autem inſufficienter? Deo gratias agimus, qui nos erutos de tenebris & umbra mortis ad banc gloriam perducere dignatus eſt.* Prneonſul Sabinus dixit: Quomodo vos defendit, ut modo in meas manus traderet vos? quare vobis non adeſt ne mortem incurratis? Præterea ſcin vos, cum recte intelligeretis, multis plurima præſtitiſſe. Sanctus Mareianus dixit: *Chriſtianorum gloria bæc eſt, ut bac, quam putas eſſe vitam, carentes, veram & perpetuam, perſeverantes in fi-*

y Cod. Silv. *Suſcipiente nos Deo.* Mombrit. *Nos autem Deo gratias &c.*

Digitized by Google

*in finem conſequamur. Nam optamus ut talem gratiam & intellectum tibi dare dignetur, quo cognoſcas eum qualis ſit, vel quantus, & quantum præſtet credentibus in ſe.* Sabinus proconſul dixit: Sic apparet quantum vobis præſtitit, ut nunc, ſicut dixi, in manus meas vos traderet. Sanctus Lucianus reſpondit: *Jam diximus, quia gloria Chriſtianorum talis eſt, & Domini promiſſio, ut qui fideliter certaverit cum diabolo* [8]*, minas & quæ ſunt præſentia caduca contemſerit, perpetuam & futuram vitam conſequatur.* Sabinus proconſul dixit: Anilia ſunt quæ loquimini. Audite me & ſacrificate diis, implentes regalia præcepta, ne excitatus furore, novis vos & exquiſitis pœnis impendam. Sanctus Marcianus reſpondit: *In hoc parati ſumus, ut quibus volueris nos impendas tormentis; quam denegantes vivum & verum Deum, in tenebras exteriores, & ignem inexſtinguibilem, quem paravit Deus diabolo & ejus miniſtris ingrediamur.*

Sententia in Martyres.

VII. Tunc videns eorum perſeverantiam Sabinus proconſul, dedit adverſus eos ſententiam dicens: Quoniam Lucianus & Marcianus, tranſgreſſores divinarum noſtrarum legum, qui ſe ad Chriſtianam vaniſſimam legem tranſtulerunt, hortati a nobis atque conventi, ut adimplentes invictiſſimorum Principum præcepta, ſacrificarent & ſalvarentur, & contemnentes audire noluerunt; flammis exuri præcipio. Cumque perducti eſſent ad locum, tamquam ex uno ore gratias Deo agentes, dixerunt: *Tibi, Domine Jeſu, inſufficientes laudes dicimus, qui nos miſeros & indignos de errore gentilitatis erutos, ad hanc ſummam & venerabilem paſſionem propter nomen tuum perducere dignatus es, atque omnium ſanctorum tuorum participes efficere. Tibi laus, tibi gloria, tibi etiam animam & ſpiritum noſtrum commendamus.* Et cum complevifſent orationem, ſtatim quæſtionarii ſuppoſuerunt [9] ignem. Sic quoque venerabiles Martyres complentes agonem ſuum, paſſioni Domini participare meruerunt.

VIII. Paſſi ſunt autem beatiſſimi Martyres Lucianus & Marcianus VII. [10] Kalendas Novembris, ſub Decio imperatore, & Sabino proconſule, regnante [11] Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, virtus & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

8 Cod. Silv. & Mamb. *contra diaboli minas*.

9 Mamb. *in ſuppoſitum ignem eos ſuſtulerunt*. Porro Quæſtionarii dicti ſunt carnifices, qui reos cruciabant ut veritatem ab eis extorquerent. Vide append. cod. Theodoſ. Conſt. 9. aliquando etiam iſti a Græcis dicti ſunt χαιρτουνίγαι, ut notat eruditiſſ. Cangius in Gloſſar. Latino.

10 In cod. Silv. VIII.

11 Colb. *præſtante*.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti HIPPOLYTI.

Hippolytus unicus apud Prudentium.

I. Communis eſt recentiorum opinio, Prudentium in hymno IX. περὶ στεφάνων, ex tribus ſanctis Hippolytis, uno ſcilicet epiſcopo Portuenſi, altero Antiocheno presbytero, & tertio milite Romano, unicum conflaſſe. Verum cum id nullo antiquorum teſtimonio comprobari poſſit, nemini ingratum fore putamus, ſi Prudentii, viri antiquitate, doctrina, & ſinceritate clariſſimi, auctoritatem quibuſcumque novorum ſcriptorum conjecturis præferamus. Non igitur alium agnoſcimus Hippolytum in hoc Prudentii hymno, præter Portuenſem Martyrem celeberrimum, cui hæc omnia, quæ ab hoc auctore referuntur, optime competere exiſtimamus. Unde eum hujus Martyris nulla alia Aera ſupperant, Prudentii hymnum, qui de eo ſcriptus fuit, hic proferre viſum eſt.

2. Verum etſi Prudentium hic ab errore vindicemus, non tamen imus inficias, alios quoque præter hunc Hippolytus fuiſſe, quos Eccleſia agnoſcit & celebrat. Illuſtris eſt inter eos magnus Hippolytus martyr, cujus opuſcula recenſet Euſebius lib. 6. Hiſtoriæ capite 22. quemque antea capite 20. alicujus eccleſiæ Epiſcopum ſeu Præfectum, προεστώς, appellaverat. De eodem Hippolytus epiſcopus.

dem Hippolyto & ejus opuſculis plura habes apud Hieronymum in Catalogo, ubi illum ignotæ ſibi ſedis epiſcopum fuiſſe dicit. Gelaſius libro de duabus naturis eumdem *Arabiæ metropolitanum* appellat: ſed falſus eſt ex male intellecto Euſebii loco, uti ſcite obſervavit Cotelerius in notis ad vitam ſancti Eutbymii tomo 2. Monumentor. Eccl. Græcæ, coll. 639. 640. ubi ex ipſis Euſebii verbis oſtendit vir eruditus Hippolytum Epiſcopnm quidem fuiſſe, ſed non Arabiæ Metropolitanum. Alii paſſim Portuenſem epiſcopum fuiſſe dicunt. Sic Photius ipſum ſancti Irenæi, alii vero Clementis Alexandrini diſcipulum fuiſſe tradunt. Ejuſdem quoque meminit Epiphanius bæreſi 31. aliique fere ſcriptores eccleſiaſtici. cujus feſtum agunt Martyrologia vulgata die 22. aut 23. menſis Auguſti, ejuſque martyrium ad Alexandri Severi tempora referunt. Anno MDLI. in agro Verano effoſſa eſt ſtatua bominis in catbedra ſedentis, circa ſe cyclom habentis Paſchalem annorum ſexdecim, qui cyclus ab iſto Hippolyto inventus dicitur. Hunc cyclum Bucherins, Gruterus & Scaliger ediderunt: de quo & de ceteris ejuſdem ſancti viri operibus, vide Bibliotbecam novam ſcriptorum eccleſiaſticorum, quam nuper gallice Pariſiis edidit eruditus vir Ludovicus *Ellies du' Pin*, Facultatis Pariſienſis doctor Theologus, & Cavium parte 2. pagina 25. *& ſeqq.*

*Alter Hippolytus.*

3. Alter ex Hippolytis, quem cum aliis duobus volunt recentiores a Prudentio confuſum fuiſſe, presbyter Antiochenæ eccleſiæ fuiſſe dicitur. Verum quidem eſt in Martyrologiis Uſuardi, Adonis, Notkeri & aliis, Hippolytum presbyterum Antiochenum die 30. Januarii celebrari, *qui Novati ſchiſmate aliquantulum deceptus, operante gratia Chriſti correctus ad Eccleſiæ caritatem rediit, pro qua & in qua illuſtre martyrium conſummavit*. Sed hæc Prudentii auctoritatem quibuslibet bis Martyrologiis præferendam non elevant. Tum deinde potuit Hippolytus Antiochenſis presbyter Novati errore deceptus fuiſſe, ſicut & Romanus. Ceterum Prudentii verba, quæ Hippolyto Antiocheno in Romano Martyrologio recentiori aptantur, in nullo mſ. aut excuſo habentor ante Cardinalis Baronii recenſionem. Martyrologia vero quæ Adonem præceſſere, & aliqnot ex iis quæ poſt ejus ætatem ſcripta ſunt, nudum Hippolyti nomen die 30. Januarii exbibent.

*Item Hippolytus miles.*

4. Sancti Hippolyti, de quo Prudentins agit, feſtum Romæ Idibus Auguſti celebratum fuiſſe certum eſt ex eodem auctore. Sed Martyrologia vulgata Bedæ, Adonis, Uſuardi, Rabani, Notkeri, Baronii, Roſvveidi & alia, ipſa quidem die ſanctum Hippolytum martyrem commemorant, ſed a noſtro diverſum, militem ſcilicet, qui cnm a ſancto Laurentio martyre ad fidem converſus fuiſſet, triduo poſt ſancti Levitæ paſſionem cum Concordia nutrice ſua & novemdecim ex ſua ipſius familia Chriſtianis martyrium conſummavit. Eumdem Hippolytum celebrat vetnſtiſſimum Miſſale Gotbicum editum lib. 3. Liturgiæ Gallicanæ num. LX. ubi etſi nihil de Hippolyti nutrice & familia habeatnr; ipſe tamen a beato Laurentio ad fidem converſus dicitur in immolatione Miſſæ his verbis: *Vere ..., Deus qui beatum Hippolytum, tyrannicis adbuc obſequiis occupatum, ſubito feciſti Laurentii ſocium*. Conſentit Miſſale Muzarabum in officio ſancti Lanrentii, ubi *Hippolytus cuſtos* memoratur. Vide etiam ſerm. 38. de diverſis apud Auguſtinum, in nova edit. 316. Appendicis, & Gregor. Turon. lib. 1. Hiſt cap. 30. Unde exiſtimamus duplicem Hippolytum hac die 13. Auguſti celebrari: unum a Prudentio memoratum, alterum vero beati Laurentii ſocium, cui nonnulla ex primi Actis tributa ſunt. Porro antiquiora Kalendaria, Romanum ſcilicet ab Ægidio Bucherio editum, & Carthaginenſe, cum Romano Martyrologio quod ſancto Hieronymo attribuitur, Miſſale Gelaſianum & Sacramentarium Gregorianum, hac ipſa die Iduum Auguſti ſanctum Hippolytum, ſeu, ut vulgo veteres ſcribunt, *Yppolytum*, martyrem celebrant ſine nlla ſociorum mentione, aut aliqua ſpeciali nota, quæ ipſum ſancti Laurentii ſocium, aut alterum fuiſſe deſignet. Porro Hippolyti noſtri martyriom ad annum circiter CCLII. referimus, quo tempore Romæ vigebat Novati ſchiſma.

*Prudentius quis?*

5. Hic locus eſſet exponendi quiſnam ſit Prudentius, ex quo bymnum de ſancto Hippolyto mutuati ſumus, niſi is auctor ſuis ſcriptis ſatis notus eſſet, ex quibus varios hymnos in officiis divinis omnes eccleſiæ Occidentales poſt eccleſiam Romanam adoptarunt. Natus eſt anno 348. ſub *Saliæ* conſultatu, ut ipſe teſtatur in Præſatione *Catbemerinon*. Ejus operum, quæ jam pluries edita ſunt, Catalogum texit Gennadius in Catalogo virorum illuſtriom, & poſt eum ceteri ejuſmodi Catalogorum ſcriptores. Eumdem Sidonius Apollinaris lib. 2. epiſt. 9. ad Donidium ob pietatem ſcientiæ adjunctam laudat: quem Beda *de Arte metrica* circa finem, *nobiliſſimum Hiſpaniarum ſcholaſticum* dicit. Ex recentioribus unicum Eraſmum laudare ſufficiet, qui in commentario quem in 2. Prudentii

hymnos

Digitized by Google

hymnos edidit tom. 5. eum *Pindarum* ſuum appellat. Sed his omnibus præſtantior eſt beatus Avitus Viennenſis antiſtes, qui paullo poſt Prudentium floruit. Hic in poemate VI. *de laude virginitatis*, poſt multa quæ de virtutibus tractavit, laudat Prudentii Pſychomachiam his tribus verſibus,

*Has virtutis opes, hæc ſic ſolatia belli*
*Deſcribens mentis varias cum corpore pugnas*
*Prudenti quondam cecinit Prudentius ore.*

---

## *HYMNUS AURELII CLEMENTIS PRUDENTII*

### De martyrio ſancti HIPPOLYTI presbyteri Romani.

*Ex lib.* περὶ στεφάνων *ſeu de Coronis, Hymn.* XI.

*Innumeri Martyres Romæ.*

INnumeros cineres ſanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Chriſti Valeriane [1] ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris
Nomina? difficile eſt ut replicare queam.
Tantos juſtorum populos furor impius hauſit,
Cum coleret patrios Troja [2] Roma deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod [3].
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora, quæ ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum jaceant congeſtis corpora acervis,
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.

*Plures anonymi.*

Sexaginta illic, defoſſas mole ſub una,
Reliquias, memini me didiciſſe hominum:
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus,
Utpote quos propriæ junxit amicitiæ.
Hæc dum luſtro oculis, & ſicubi forte latentes
Rerum apices veterum per monumenta ſequor;
Invenio Hippolytum, qui quondam ſchiſma Novati [4]
Presbyter attigerat, noſtra ſequenda negans;

*Hippolytus Novatianus.*

Uſque ad martyrii provectum inſigne, tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicii.
Nec mirere ſenem perverſi dogmatis olim,
Munere ditatum catholicæ Fidei.
Cum jam veſano victor raperetur ab hoſte,
Exultante anima, carnis ad exitium,
Plebis amore [5] ſuæ multis comitantibus ibat.
Conſultus quænam ſecta foret melior.

*Ad Eccleſiam redit.*

Reſpondit: Fugite, o miſeri, execranda Novati
Schiſmata; catholicis reddite vos populis.

*Ad Eccleſiam redit.*

Una

1 Hic videtur eſſe Valerius Cæſaraugustanus epiſcopus, qui anno 381. interfuit Concilio Cæſaraugustano contra Priſcillianiſtas hæreticos in Hiſpaniis pullulantes.

2 Romani ſe a Trojanis genus ducere & religionem didiciſſe jactitabant. Æneas quippe Lavinium, quod condidiſſe fertur, ſacra intulerat, unde ea Albani, & ex illis Romani acceperant.

3 Mirum eſt Dodvvellum Prudentii auctoritatem ad paucitatem Martyrum probandam attuliſſe, qui tam aperte ejus hic ſententiam explodit.

4 Hic poſt excitatas in Africa turbas Romam venit, ubi Novatiano primo omnium antipapæ junctus, graviores adverſus Cornelium Papam tumultus concitavit, de quibus vide beati Cypriani epiſtolas.

5 Hæc ad Hippolytum epiſcopum referunt; Sed quid vetat preſbyterum aliquam plebis partem ſuæ curæ commiſſam habuiſſe? Tales ſunt hodie quos Parochos ſeu Curiones appellamus. Refert Sozomen. lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 15. hunc morem Alexandriæ obſervatum fuiſſe, *ut ſub uno Epiſcopo, qui omnibus præeſt, presbyteri ſeparatim eccleſias obtineant, & populum ad illas convenire ſolitum colligant.* Idem Romæ uſitatum fuiſſe docet Dionyſius Petavius. Vide Valeſii notas in hunc Sozomeni locum, & Commentarium prævium D. J. Mabillonii in Ordinem Romanum cap. 3.

Una fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt:
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.
Quæ docui, docuiſſe piget, & venerabile Martyr [6]
Cerno, quod a cultu rebar abeſſe Dei.
His ubi detorſit lævo de tramite plebem,
Monſtrabitque ſequi, qua via dextra vocat;
Seque ducem recti ſpretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui prius auctor erat:
Siſtitur infando Rectori, Chriſticolas tunc
Oſtia [7] vexanti per Tiberina viros.
Illo namque die Roma ſeceſſerat, ipſos
Peſte ſuburbanos ut quateret populos:
Non contentus humum celſa intra mœnia Romæ
Tinguere juſtorum cædibus aſſiduis.
Janiculum [8] cum jam madidum, Fora, Roſtra, Suburram
Cerneret eluvie ſanguinis affluere:
Protulerat rabiem Tyrrheni [9] ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima Portus habet.
Inter carnifices, & conſtipata ſedebat
Officia, exſtructo celſior in ſolio.
Diſcipulos fidei, deteſtandique rebelles
Idolii ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina contra
Juſſerat, horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra [10]
Stridere, virgarum concrepitare fragor.
Ungula [11] fixa cavis coſtarum, cratibus altos
Pandere receſſus, & lacerare jecur,

*Martyrum tormenta.*

Ac jam laſſatis judex tortoribus ibat
In furias, caſſa cognitione fremens.
Nullus enim Chriſti ex famulis per tanta repertus
Supplicia auderet qui vitiare animam.
Inde furens quæſitor ait: Jam, tortor, ab unco
Deſine, ſi vana eſt quæſtio [12], morte agito.
Huic abſcinde caput, crux iſtum tollat in auras,
Viventeſque oculos offerat alitibus.

Hos

6 Id eſt, Teſtis ſum hæc eſſe veneranda. Vel, Nunc ego Martyr &c.

7 Tiberis ſe exonerat in mare Tyrrhenum duobus oſtiis, ubi duæ urbes ſitæ ſunt celebres olim, nunc tantum Cardinalium titulis illuſtres. Una dicitur, Oſtia, altera vero Portus-Romanus.

8 Loca Romæ notiſſima. Janiculum aliqui ſic dictum a Jano putant. Fora loca erant ubi judicia publica exercebantur. Roſtra, templum ante curiam Hoſtiliam ubi conciones habebantur, ferebantur leges, & alia ejuſmodi agebantur in ſuggeſtu ex roſtris navium Antiatium confecto. Subura tandem vicus, quem alii *Suburranam* aut *Succuſam* appellant.

9 Alias Thuſcum ſeu Inferum, pars eſt maris Mediterranei, quæ meridionales Italiæ plagas alluit, variaque pro variis regionibus nomina ſortitur.

10 Septem flagellorum ſpecies diſtinguebant. *Lora*, ſcilicet ex corrigiis facta. *Nervos* animalium præcipue boum. *Fuſtes* craſſiora erant flagella ex ligno. *Virgæ* vero teneriora, quandoque etiam ex metallo. *Plagæ* fuſtibus & aut tenuiora, ſed virgis craſſiora. *Scorpiones* autem erant virgæ ſpinoſæ aut nodoſæ. *Plumbatæ* tandem vocabantur flagella ex loris aut funiculis confecta, quorum ſummitatibus glandes plumbeæ alligabantur. De his conſule Gallonium lib. de Martyrum cruciatibus cap. 4.

11 Tribus potiſſimum inſtrumentis carnes Martyrum diſcerpebantur, ungulis, uncis, pectinibus. *Ungulæ* erant quoddam forcipis genus, non ad ſcindendum aptum, ſed cujus extremitates erant dentatæ, ita ut utramque partem comprimendo carnes Martyrum dentibus diſcerperentur. *Uncus* erat baculus oblongus, habens in extremitate ferramentum incurvum ac retortum. *Pectines* ferrei fere ſimiles erant iis quibus lana pecti ſolet, ſed longioribus bacillis affixi. Hæc in Gallonii jam laudati figuris melius exponuntur pag. 122. Videſis etiam Baronium in notis ad Martyrologium Rom. qui varias virgarum ſpecies exponit, ad d. 19. Januarii, ſcorpiones, 12. Junii, plumbatas, 6. Junii; ungulas, 8. Martii. de uncis & uncinis agit 19. Januarii. de carceribus 4. Martii, de crucis ſupplicio, 9. April. de crurifragio, 23. Maii, de equuleo, 21. Januarii; de laminis ardentibus, 28. Maii; de rotis 25. April. de ſartagine, 28. April. de ſubulis candentibus, 13. Junii; de carcnniis & lautumiis, 25. Junii; de metallis, 10. Febr. de pœnis muſcarum 16. Febr. & 28. Julii; de venditione corporum, 6. Junii.

12 Quæſtionis nomine deſignat tormenta, quæ ad confeſſionem eliciendam adhibebantur, non enim tantum ad eamdem rem ſignificandam uſurpata. Ab ea *Confeſſores quæſtionati & torti* dicuntur apud Cyprian. epiſt. ad Florentium novæ edit. 66. Pamel. 69. Quæſtionem a tormentis diſtinguit Rigaltius. *Cognitione*, inquit, *data*, *primo habetur quæſtio*, *dein tormenta adhibentur*.

Digitized by Google

Hos rape præcipites, & vinctos conjice in ignem:
Sit pyra [13] quæ multos devoret una reos.
En tibi, quos properes rimoſæ incumbere cumbæ *, * cymbæ
Pellere & in medii ſtagna profunda freti.
Quos ubi ſuſceptos rapidum maleſuta per æquor
Vexerit, & tumidis cæſa labarit aquis;
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant undique naufragium.
Squammea cœnoſo præſtabit ventre ſepulcrum
Bellua, conſumtis cruda cadaveribus.
Hæc perſultanti celſum ſubito ante tribunal
Offertur Senior nexibus implicitus.
Stipati circum juvenes clamore fremebant,
Ipſum Chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret exſtinctum propere caput; omnia vulgi
Pectora Romanis ſponte litanda deis.
Inſolitum læti poſcunt genus, & nova pœnæ
Inventa, exemplo quo trepident alii.
Ille ſupinata reſidens cervice: Quis, inquit,
Dicitur? adfirmant dicier HIPPOLYTUM.
Ergo ſit Hippolytus [14], quatiat turbetque jugales,
Intereatque feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille; duo cogunt animalia freni
Ignara, inſueto ſubdere colla jugo:
Non ſtabulis blandive manu palpata magiſtri,
Imperiumque equitis ante ſubacta pati:
Sed campeſtre vago nuper pecus e grege captum,
Quod pavor indomito corde ferinus agit.
Jamque reluctantes ſociarant vincula bigas,
Oraque diſcordi fœdere nexuerant.
Temonis vice funis ineſt, qui terga duorum
Dividit, & medius tangit utrumque latus,
Deque jugo in longum ſe poſt veſtigia retro
Protendens trahitur, tranſit & ima pedum.
Hujus ad extremum ſequitur qua pulvere ſummo *Equis indomitis alligatus.*
Cornipedum refugas orbita trita vias.
Crura viri innectit laqueus, nodoque tenaci
Adſtringit plantas, cumque rudente ligat.
Poſtquam compoſito ſatis inſtruxere paratu
Martyris ad pœnam verbera, vincla, feras [15];
Inſtigant ſubitis clamoribus, atque flagellis;
Iliaque infeſtis perfodiunt ſtimulis.
Ultima vox audita Senis venerabilis hæc eſt:
*Hi rapiunt artus; tu rape, Chriſte, animam.* *Extrema ejus verba.*
Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur,
Qua ſonus atque tremor, qua furor exagitant;

Incendit

13 Pyra quandoque ſtipitem deſignat, cui homines comburendi alligabantur: aliquando autem rogum ſeu ipſam lignorum ſtruem.

14 Alludit ad Hippolyti nomen, quod ab equis diſſolutum ſignat, quo fortuna fuit alterius Hippolyti apud gentiles celebris, qui patris iram fugiens, equis fortuito perterritis, loris implicitus, miſere diſcerptus eſt. Ab Æſculapio poſtea vitæ reſtitutus dicitur, & in deum aſſumtus dictus eſt Virbius. Qua de re Ovid. libro 15. Metamorphoſ. fab. 45.

15 Sic codd. mſſ. præter unum S. Fermani, qui habet *fruor*. edidi *feras*.

Incendit ſeritas, rapit impetus, & fragor urget:
Nee curſus volueer mobile ſentit onus.
Per ſilvas, per ſaxa ruunt: ooo ripa retardat
Fluminis aut torreus oppoſitus eohibet.
Proſteruunt ſepes, & euncta obſtacula rumpuut:
Proua, ſragoſa petunt; ardua tranſiliuut.
Sciſſa minutatim labeſacto eorpore fruſta
Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.

*Diſcerpitur.*

Pars ſummis pendet ſcopulis, pars ſeotibos hæret:
Parte rubent ſrondes, parte madeſeit humus.

*Hiſtoria in pariete picta.*

Exemplar ſceleris paries habet illitus, inquo
Multieolor fueus digerit omne uefas.
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris,
Effigiaos tracti membra eroenta viri.
Rorautes ſaxorum apices vidi, optime Papa [16],
Purpureaſque ootas vepribus impoſitas.
Docta manus virides imitando effingere dumos
Luſerat e minio ruſſeolam ſaoiem.
Ceruere erat, ruptis eompagibus ordioe oullo
Membra per ineertos ſparſa jaeere ſitus.
Addiderat caros, greſſu laerymiſque ſequeutes;
Devia qua fractum ſemita monſtrat iter.
Mœrore attooiti, atqoe oculis rimaotibus ibaot:
Implebantque ſious viſeeribus laeeris.
Ille eaput oiveum complectitur, ac reverendam
Caoitiem molli eouſovet in gremio.
Hie humeros, truncaſque manus, & brachia, & ulnas;
Et geuua, & crurum fragmina nuda legit.

*Partes corporis collectæ Romam deferuntur.*

Palliolis etiam bibulæ ſiecantur areoæ.
Ne quis io inſecto pulvere ros maneat.
Si quis & iu ſudibos recalenti aſpergine ſanguis
Inſidet, hune omnem ſpongia preſſa rapit.
Nee jam denſa ſacro quidquam de corpore ſilva
Obtioet, aut plenis ſraudat ab exſequiis.
Cumque receoſitis cooſtaret partibus ille
Corporis integri qui ſuerat oumerus:
Nec purgata aliquid deberent avia toto
Ex homioe, exterſis ſroodibus & ſcopulis:
Metando eligitur tumulo locus: Oſtia liuqouot:
Roma placet, ſanctos quæ teoeat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Merſa latebroſis crypta patet ſoveis.
Hujus io occultum gradibus via prooa reflexis
Ire per anſractus luce lateote docet.
Primas oamque fores ſuiomo teuus intrat hiatu.
Illuſtratque dies limioa veſtibuli.
Inde ubi progreſſu ſaeili oigreſcere viſa eſt
Nox obſeura, loei per ſpeeus ambiguum;

Occur-

[16] Nomen diu omnibus episcopis commune quod Gregorius VII. soli Romano Pontifici reservavit.

Occurrunt cæſis [17] immiſſa foramina tectis,
Quæ jaciant claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus,
Arta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis.
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa, eademque
Cuſtos fida ſui Martyris appoſita,
Servat ad æterni ſpem Judicis oſſa ſepulcro;
Paſcit item ſanctis Tibricolas [18] dapibus.
Mira locis pietas, & prompta precantibus ara. *Ibi altari.*
Spes hominum placida proſperitate juvat.
Hic corruptelis animique, & corporis æger
Oravi quoties ſtratus opem merui.
Quod lætor reditu, quod te, venerande Sacerdos,
Complecti licitum eſt, ſcribo quod hæc eadem,
Hippolyto ſcio me debere: Deus cui Chriſtus *Chriſtus Deus.*
Poſſe dedit, quod quis poſtulet annuere.
Ipſa, illas animæ exuvias quæ continet intus,
Ædicula, argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas dives manus æquore levi
Candentes, recavum quale nitet ſpeculum,
Nec Pariis [19] contenta aditus obducere ſaxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane ſalutatum concurritur, omnis adorat
Pubis [20]: eunt, redeunt ſolis ad uſque obitum.
Conglobat in cuneum Latios ſimul & peregrinos
Permixtim populos relligionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo:
Balſama defundunt, fletibus ora rigant. *Ejus feſtum celebre.*
Jam cum ſe renovat decurſis menſibus annus.
Natalemque diem paſſio feſta refert;
Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi,
Quæve celebrando vota coire Deo?
Urbs auguſta ſuos vomit effunditque Quirites.
Una & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Diſcrimen procerum [21], præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exultant fremitus variarum hinc inde viarum;
Indigena & Picens [22] plebs & Etruſca venit.

Con-

17 Cod. mſ. ſancti Michaelis in periculo maris habet. *ceſſ.*
18 Romani ſic dicti a Tiberi fluvio.
19 Id eſt ex Paro adductis, quæ inſula eſt maris Ægei, una e Cycladibus, marmore candido abundans.
20 Codd. mſſ. *pubes*. Ut tamen ſervetur metrum, legendum, *pubis*. uti etiam habet codex noſter Germanenſis.
21 Nobiles a plebeiis diſcernebantur per umbones ſeu clypeos. In Nobilium quippe clypeis majorum aut propria geſtarum facta quædam præclariora pingi ſolebant: Plebeii vero aut tyrones ſcutis albis utebantur. Id Romanos ad Hippolyti ſcriptam properantes neglexiſſe ait Prudentius.
22 Populi Italiæ, ſicut & ſequentes, notiſſimi.

Coocurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, jamque Nolanus adeſt.
Quiſque ſua lætus cum coojuge dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
Anguſtum taotis illud ſpecus eſſe catervis,
Haud dubium eſt, ampla ſauce licet pateat.
Stat ſed juxta aliud, quod tanta frequentia templum
Tunc adeat, cultu nobile regifico,

*Templi descriptio.*

Parietibus celſum ſublimibus, atque ſuperba
Majeſtate poteos, muneribuſque opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet, auratis ſuppoſitus trabibus.
Adduotur graciles tecto breviore receſſus,
Qui laterum feriem jugiter exſinuent,
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis, exſurgens editiore apice.
Froote ſub averſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Aotiſtes [23] prædicat unde Deum.
Plena laboraotes ægre domus accipit undas [24],
Artaque confertis æſtuat in foribus,
Materoum pandeos gremium quo coodat alumnos,
Ac foveat fetos accumulata ſinus.
Si beoe commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Auguſti menſis, ut ipſa vocat
Priſco more diem: quem te quoque, ſancte Magiſter,
Aooua feſta inter dinumerare velim.
Crede ſalutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia reſtituens.
Inter ſollemnes Cypriani, vel Chelidoni,
Eulaliæque dies, currat & iſte tibi.
Sic te pro populo, cujus tibi credita vita eſt,
Orantem Chriſtus audiat omnipoteos.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ovili,
Agna oec ulla tuum capta gregem minuat,
Sic me gramineo remanentem deoique campo
Sedulus ægrotam paſtor ovem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleveris agnis,
Raptus & ipſe ſacro ſis comes Hippolyto,

23 Tamen Sozomenus libro 7. Hiſt. eccleſ. capite 19. ait in urbe Romā, *nec Epiſcopum, nec alium quemquam in eccleſia docere*, quæ verba Caſſiodorus in hiſtoria Tripertita inſeruit. Certe ante Leonem Magnum nullius Pontificis Romani ſermones ad populum habentur. Nec enim talis debet cenſeri oratio Liberii Papæ ad Marcellinam virginem, ſororem ſancti Ambroſii, quam ipſe S. Doctor libro 3. de velandis virginibus refert. Negotium tamen aliquod faceſſit is *Prudentii poëſis* oculati locus, ad quem Valeſius in notis ad hunc Sozomeni locum non attendit. Certe Caſſiodori auctoritas nihil evincit, qui verba Sozomeni Tripertitæ inſeruit libro 9. cap. 39. etiamſi dubitare non poſſet Romanos Pontifices in eccleſia publice docere ſolitos fuiſſe, eo ipſo tempore quo Tripertitam adornabat.

24 Id eſt magnam hominum copiam, quæ ut undæ fluere videtur. Sic in Actis S. Pionii §. 10. Hujus templi rudera adhuc Romæ extare non longe a celebri baſilica ſancti Laurentii in agro Verano refert Baronius in notis ad Martyrolog. Romanum.

DE

Anno Chriſti 250. 257. & 264.

## DE SANCTO DIONYSIO

### Alexandrinu Epiſcopo.

*Dionyſius Martyribus accenſendus.*

I. NOn immerito ſane Dionyſio Alexandriæ epiſcopo, quem Græci Patres MAGNUM DIONYSIUM appellant, locus ioter Chriſti Martyres conceditur. Quamvis eoim perſecutorum gladio noo occubuerit; bis tamen pro Chriſtiana fide tentus, & io exſilium actus fuit, atque nonniſi poſt ingentes ſuperatos labores, calamitateſque ob fidei Chriſtianæ confeſſionem ſæpius perpeſſas vitam finiit. Uode a Græcis ſub Ἱερομάρτυρος titulo die 3. menſis Octobris celebratur.

*Fuit genere nobilis.*

II. Dionyſium ex illuſtri familia prodiiſſe probat Henricus Valeſius ex ipſiuſmet ſancti viri epiſtola ad Germanum, ubi ſe *ubjectiones dignitatem, coutemtum gloriæ ſæcularis, laudum a Præfectis ac Decurionibus profectarum deſpectum* pertuliſſe refert. *Dignitas* autem, inquit Valeſius, *ex generis nobilitate præcipue ducitur*. Hinc in geſtis purgationis Cæeiliani, quæ a viro clariſſimo Stephano Baluzio edita ſunt libro 2. Miſcellaneorum, Victor ioterrogatus cujuſoam eſſet *dignitatis*: reſpondit: *Patre Decurione Conſtantinienſium, avo milite qui in commitatu militaverat*. ad quem Zenophilus Conſularis ſtatim dixit: *Memor fidei & boneſtatis tuæ &c.* Cujus autem profeſſionis eſſet Dionyſius, ex ſancto Maximo martyre diſcimus, qui in cap. 5. libro de Hierarchia cæleſti Dionyſii, *Magnum Dionyſium Alexandrinum epiſcopum Rhetorem* ſeu Oratorem, ὁ ἀπὸ ῥητόρων fuiſſe refert. Certe diſcendi ſtudium ei ad fidem ſuſcipiendam occaſionem præbuiſſe, ipſemet teſtatur in epiſtola ad Philemonem presbyterum Romanum apud Euſeb. libro 7. Hiſt. eccleſ. cap. 7. ubi etiam refert ſe ad hæreticorum libros legendos impulſum fuiſſe oraculo cæleſti. *Ego vero*, inquit *in libris & traditionibus hæreticorum agnoſcendis operam poſui... & cum frater quidam ex presbyterorum ordine probiberet me, veritus ne forte nequitiæ illorum cæno commiſcerer... viſione cælitus miſſa confirmatus ſum. Et vox ad aures meas perlata diſerte mibi præcepit boc modo: Lege omnia quæcumque in manus venerint. Idoneus namque es, qui ſingula diſquiras & examines. bucque primum occaſione ad Chriſti fidem impulſus es*. Eumdem Origenis diſcipulum, & ſcholæ Alexandrinæ præfectum fuiſſe tradit Euſeb. Hiſt. libro 6. capite 29. & poſt eum ſanctus Hieronymus in Catalogo.

*Et presbyter.*

III. Presbyterum quoque Dionyſium fuiſſe ante quam ad epiſcopatum eveheretur, colligi poteſt ex illo celeberrimo ſancti Hieronymi epiſtolæ ad Evagrium loco, ubi ait: *Alexandriæ a Marco Evangeliſta uſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum, epiſcopum nominabant. quomodo ſi exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de ſe quem induſtrium noverint, & Arcbidiaconum vocent &c.* Quibus verbis maouum impoſitionem, quæ alias ab epiſcopis fieri debebat, excludi falſo nonnulli exiſtimant. Hic enim exponitur ſolummodo ſingulare presbyterorum Alexandrinorum privilegium, ex quorum gremio ſemper ab eis unus aſſumebatur in epiſcopum: cum in aliis eccleſiis diaconi etiam & exteri presbyteri eligi poſſent: immo ad electionem non ſolum civitatis epiſcopalis clerus, ſed etiam plebs adeſſe, & vicinarum civitatum epiſcopi convocari debebant, ut obſervat ſanctus Cyprianus epiſt. novæ edit. 67. Pamel. 68. Itaque ea tantum quæ ſingularia erant, in gratiam presbyterorum protulit Hieronymus, eum ad modum, quo aliam ejuſdem Alexandrinæ eccleſiæ conſuetudinem retulit Liberatus diaconus in Breviario capite 20. *Conſuetudo quidem eſt*, inquit, *Alexandriæ illum qui defuncto ſuccedit, excubias ſuper defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti ſuo imponere, & ſepulto manibus ſuis accipere collo ſuo beati Marci pallium, & tunc legitime ſedere*. Nemo ſane inficiabitur, Liberati ævo, id eſt ſæculo ſexto, præter bas ceremonias ab eo memoratas, manuum etiam epiſcoporum impoſitionem in epiſcopi Alexaodrini ordinatione adhibitam fuiſſe; quamvis ſola hæc pernoctatio, & alia quæ memorat, ab eo ad *legitime ſedendum* requiri videantur. In ejuſmodi enim rebus ea tantum quæ extra ordinem communem ſunt, memorari ſolent. Ceterum presbyterorum Alexaodrinorum privilegium, quo ex eorum numero eligi deberet epiſcopus, aliquandiu poſt ſancti Dionyſii tempus perſeveraſſe ſcribit Eutychius, quod ab Alexandro ſancti Athanaſii deceſſore ſublatum fuiſſe dicit. Certe Athanaſius ex diacono factus eſt Epiſcopus, apud Epiphan. hæreſi 69. num. 11. Cum vero Ariani objeciſſent, eumdem Athanaſium poſt Alexandri mortem a ſex aut ſeptem Epiſcopis in loco obſcuro ordinatum

*Presbyterorum Alexandriæ privilegium.*

dinatum

dinatum fuiſſe, Patres Concilii Alexandrini in epiſtola ſynodica ad univerſos Epiſcopos Eccleſiæ catholicæ teſtati ſunt *omnem multitudinem populumque catholicæ Eccleſiæ in unum coactum* ... *clamoribus & vociferationibus poſtulaſſe Athanaſium epiſcopum dari*. Hæc fuſius videſis in Apologia 2. ſancti Athanaſii ad Conſtantium imperatorem.

IV. Verum defuncto Heracla, qui per annos circiter ſexdecim Alexandrinæ eccleſiæ præfuerat, Dionyſius in ejus locum ſubſtitutus eſt. quod Euſebius in Hiſtoria libro 6. capite 35. ad tertium Philippi imperatoris annum, id eſt Chriſti 247. in Chronico vero ad ejuſdem Imperatoris annum quintum refert. Tunc quidem ſub Philipporum imperio ſumma pace fruebatur Eccleſia, ſed quam paullo poſt tam ſæva ſubſecuta eſt perſecutio, ut toto Imperatorum gentilium tempore vix ulla fuerit acerbior. Ejus perſecutionis occaſione Dionyſius litteras ad Fabium Antiochenum epiſcopum conſcripſit de compluribus Martyribus, qui eo tempore Alexandriæ paſſi ſunt. Quas litteras protulimus ſupra ad annum 249. & pag. 124. Quid autem circa ſe ipſum tunc temporis contigerit, ipſemet exponit in epiſtola adverſus Germanum, cujus fragmentum ex Euſeb. lib. 6. Hiſt. eccleſ. cap. 40. hic exhibemus.

*Dionyſius fit epiſcopus Alex.*

*Decii perſecutio.*

## Fragmentum epiſtolæ ſancti Dionyſii Alexandrini, de iis quæ ſibi ipſi in Deciana perſecutione contigerunt.

EGo vero coram Deo loquor, & ipſe ſcit me nequaquam mentiri, numquam mea ſponte, nec ſine Dei nutu fugam inii. Sed & prius cum perſecutionis edictum ſub Decio propoſitum fuiſſet, Sabinus frumentarium qui me requireret, eodem temporis momento miſit. Atque ego quidem quatriduo domi manſi, adventum exſpectans Frumentarii. Ille vero omnia circumeundo perſcrutabatur, vias, fluvios, agros, ubi me occultari, aut qua tranſiturum eſſe ſuſpicabatur. Verum caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi conſiſtere graſſante adverſus me perſecutione. Vixque poſt diem quartum, cum Deus mihi ut alio migrarem præcepiſſet, ac præter opinionem omnium viam aperuiſſet; ego & famuli multique ex fratribus ſimul egreſſi ſumus. Atque id divinæ providentiæ opus fuiſſe rerum eventus poſtea declaravit. Si quidem nonnullis fortaſſe haud quaquam inutiles fuimus.

*[illegible] fugit Dionyſius.*

*Paucis interpoſitis ea quæ ipſi poſt fugam contigerunt ſubjungit his verbis*: Ego quidem circa ſolis occaſum una cum comitibus meis a militibus comprehenſus, Taposirim perductus ſum. Timotheus vero, Deo ita diſponente, tum quidem non adfuit, nec comprehenſus eſt. Sed cum poſtea adveniſſet, domum vacuam reperit, & ſatellites qui eam cuſtodiebant. Nos vero in ſervitutem abductos &c.

*Comprehenſus.*

*Et aliquanto poſt*: Quiſnam vero divinæ illius diſpoſitionis ordo ac modus fuit? Dicam enim quæ vera ſunt. Aufugienti & perturbato Timotheo agreſtis quidam occurrens, cauſam feſtinationis percontatur. Ille rem ut erat expoſuit. Ruſticus re audita, (pergebat tunc forte ad nuptiale convivium. Solent enim in hujus modi conviviis totam noctem pervigilare) ingreſſus rem diſcumbentibus narrat, qui confeſtim quaſi ſigno dato omnes uno impetu conſurrexerunt; & concito curſu in nos irruentes clamorem ediderunt. Continuo ſatellitibus qui nos cuſtodiebant in fugam verſis ſupervenientes, nos, ut eramus, nudis in grabatis jacentes deprehenderunt. Ac primo quidem adſpectu, Deum teſtor, latrones eſſe exiſtimans, qui ſpoliandi ac diripiendi cauſa veniſſent; manens in lectulo meo nudus, ſola opertus linea tunica, reliquam veſtem quæ juxta me poſita erat, eis porrexi. At illi conſurgere me, & quam celerrime proficiſci juſſerunt. Tunc demum intelligens cujus rei gratia veniſſent, vociferari cœpi, rogans atque obteſtans ut abirent, noſque illic dimitterent. Quod ſi de nobis bene mereri vellent, orabam ut eos qui me abducebant ſatellites prævenirent, ipſique caput mihi demerent. Hæc me vociferantem, ut norunt ii mihi conſortes & participes ærumnarum

omnium

omnium fuere, invitum ſurgere coegerunt. Ac me quidem ipſe humi ſupinum abjeci: illi vero pedibus manibuſque comprehendentes, me trahere atque educere cœperunt. Sequebantur me Caius & Fauſtus, Petrus ac Paulus, qui horum omnium teſtes fuere. Qui me ſuſcipientes ex opidulo exportarunt, ac deinde nudo impoſitum aſino abduxerunt.

V. Hæc anno CCL. contigere. Porro Dionyſius e ſatellitum manibus ereptus, *in deſerto & ſqualido Libyæ loco*, ut refert in epiſtola ad Domitium & Didymum, *concluſus* manſit, & quidem, ut videtur, uſque ad Decii mortem. Ea enim quæ Dioniſius de ſe & de aliis Martyribus Ægyptiis in hac epiſtola narrat, ad Decii perſecutionem revocanda ſunt. quæ tamen ſub Valeriano contigiſſe Euſebius incaute exiſtimavit. Certe ſocii Dionyſii, in iſta epiſtola memorati, iidem omnino ſunt, quos ipſe ſecum fuiſſe memorat in ſuperiori epiſt. adverſus Germanum, cum ſub Decio in exſilium abductus, a Mareotis liberatus eſt. Alia argumenta ambas epiſtolas inter ſe conferendo ſatis intelliguntur. unde ſufficiet hic ejuſdem epiſtolæ fragmentum exhibere, quod Euſebius Hiſtoriæ ſuæ lib. 7. cap. 11. inſeruit. *Altera Dionyſii epiſtola, de Decii perſecutione.*

Fragmentum alterius epiſtolæ ejuſdem ſancti Dionyſii Alexandrini epiſcopi ad Domitium & Didymum, de his quæ ſibi & aliis Martyribus Ægyptiis in Deciana perſecutione contigerunt.

*Martyres multi.* Noſtros vero (Martyres) ſuperfluum eſt nominatim recenſere, cum & plurimi ſint, & vobis ignoti. Id tantum in univerſum vos ſcire convenit, viros & mulieres, juvenes ac ſenes, puellas & anus, milites ac paganos [1], ex omni denique hominum genere atque ætate alios flagrorum verberibus, alios ferri acie, alios ignibus in certamine ſuperatis coronas retuliſſe. Nonnullis vero longiſſimum temporis ſpatium non ſatis fuit ad hoc ut Deo acceptabiles viderentur, ſicuti nec mihi in hunc uſque diem. Scilicet in aliud opportunum tempus, quod ipſi probe cognitum eſt, me diſtulit Dominus, qui dicit: In tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis opitulatus ſum tibi. *Iſai. 49. 8.*

De rebus autem noſtris quando quidem ſciſcitamini, ac certiores fieri vultis, quo in ſtatu agamus. Audiviſtis quidem omnino, quo pacto cum ego & Caius & Fauſtus cum Petro & Paulo vincti duceremur a Centurione & magiſtratibus, militibuſque & apparitoribus, qui una cum ipſis erant, ſupervenientes quidam ex Mareotis, invitos nos nec ſponte ſequentes per vim abſtraxerint. Ego quidem nunc & Petrus & Caius ſoli, reliquis fratribus orbati, in deſerto & ſqualido quodam Libyæ loco concluſi ſumus, tridui itinere diſtantes a Paratonio.

*Et aliquando poſt*: In urbe autem occultarunt ſe ut fratres clanculo inviſant, presbyteri quidem, Maximus, Dioſcorus, Demetrius & Lucius. Fauſtinus enim & Aquila, utpote in majore hominum luce poſiti, per Ægyptum vagantur. Diaconi vero poſt illos qui morbo conſumti ſunt ſuperſtites, Fauſtus, Euſebius, Chæremon. Euſebius inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit, impulitque ut Confeſſoribus in cuſtodia poſitis miniſteria ſtrenue exhiberet, utque conſummatorum ac beatorum Martyrum cadavera non ſine capitis ſui periculo ſepeliret. Nam in hunc uſque diem non ceſſat Præfectus noſtros qui præſentiæ ipſius exhibentur, partim interficere crudeliſſime, partim tormentis dilaniare, partim ſqualore carceris & vinculis macerare, interdicens ne quis ad eos accedat, & perſcrutans num quis forte videatur accedere. Verum tamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum ſolatium aſſidue præſtat afflictis. *Quædam huic fragmento ſubjungit Euſebius de nonnullis qui in eo commemorantur, quæ referre non pigebit.* Sciendum porro eſt, *inquit*, Euſebium quidem, quem Dionyſius diaconum appellat, brevi

[1] Græc. ἰδιώτας, id eſt homines privati qui non militant.

brevi poſtea Laodiceæ in Syria epiſcopum eſſe conſtitutum; Maximum vero qui a Dionyſio presbyter dicitur, poſt obitum ipſius Dionyſii adminiſtrationem eccleſiæ Alexandtinæ ſuſcepiſſe: Fauſtum denique qui tunc temporis confeſſionis titulo una cum Dionyſio inclaruit, ad noſtri uſque temporis perſecutionem reſervatum, grandævum jam ac pæne dectepitum noſtra ætate capite amputato martyrium conſummaſſe. *De Euſebio aliqua etiam habentur cap.* 32.

*In perſecutione Lapſi.*

VI. Porro diuturna Eccleſiæ tranquillitas ita Chriſtianorum animos a fidei vigore relaxarat, ot in primo perſecutionis impetu plurimi in univerſis fere orbis Romani provinciis a Chriſtiana religione defecerint. Hinc originem habuere famoſa nomina, *Lapſorum* ſcilicet; qui thus idolis adoleverant; & *Libellaticorum*, qui libellis a magiſtratibus pecunia obtentis, quibus fides fiebat, quamvis falſo, tales homines ſacrificaſſe, tormenta & ipſam mortem evadebant. Hanc calamitatem alia, uti mos eſt, excepit. cum nempe miteſcente paollulum perſecutione, pleriſque ex iis lapſis ad Eccleſiam revertentibus, de iis recipiendis actum fuit. Multa de eo argumento apod Cyprianum paſſim habentur, nec animus eſt id fuſius tractare. Hic monere ſufficiat plora hac occaſione a noſtro Dionyſio ſcripta ſuiſſe quæ in capite 46. libro 6. Hiſtoriæ Euſebianæ commemorantur.

*Dionyſius ad miſericordiam proclivis.*

Ceterum in ejuſmodi occaſionibus ad elementiam proclivior erat Dionyſius, erga eos maxime qui facti pœnitentes ad Martyrum ſuffragia recurrerant. (Is enim tonc mos erat, ut lapſi a Martyribus libellos obtinerent, quorum beneficio mitius erga ſe agebatur.) Mentem ſuam ea de re aperit in epiſtola ad Fabium Antiochenum epiſcopum, ſic loquens apud Euſebium.

*Martyres Chriſti aſſeſſores.*

lib. 6. cap. 42. *Ceterum hi divini Martyres, qui nunc aſſeſſores ſunt Chriſti & regni illius conſortes, ac judicii participes una cum ipſo judicaturi; dum hic apud nos eſſent, quoſdam e fratribus lapſos & idolis ſacrificaſſe convictos ſuſceperunt; & converſionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicaſſent eam placere poſſe illi qui peccatoris pœnitentiam mavult quam mortem, eos admiſerunt & collegerunt, atque in cœtum ſuum receperunt, & in orationibus ac cibo cum iiſdem communicarunt. Quid ergo nobis, fratres, de his ſuadetis? quid nos agere debemus? Utrum ſententiæ Martyrum accedemus, & rem ab illis judicatam, ſeu potius gratiam conceſſam tuebimur: & cum iis quos illi miſeratione proſecuti ſunt benigne agemus? An contra judicium illorum irritum faciemus, noſque ipſi ſententiæ illorum diſcuſſores ac judices conſtituemus, clementiam dolore afficiemus, ordinem conſtitutum evertemus, Dei ipſius indignationem provocabimus?* Hic ſcito obſervat Valeſius, duplicem fuiſſe in Eccleſia communionem quæ lapſis indulgeri poterat, primam privatam & orationum; alteram publicam & ſacramentorum. Privatam vocat, quæ a privatis, non vero ab epiſcopo coocedebatur: ut ſi quando Martyres aut Confeſſores benigne excepiſſent lapſos ad ſe recurrentes, & eorum interceſſionem efflagitantes; vel ſi cum eis Deum orare ipſis permiſſent. Hæc autem communio jus oullum ad Eccleſiæ ſacramenta percipienda, aut ad publicas Eccleſiæ orationes accedendum preſtabar, licet epiſcopos ad mitius erga ejuſmodi lapſos agendum excitaret. Altera vero communio ea erat, qua pœnitentibus jus reſtitoebatur Eccleſiæ ſacramentis & publicis precibus participandi. His vero explanatis jam facile eſt intelligereDonyſium in epiſtolæ fragmento quod protulimus, de pœnitentibus agere, qui prima commuoione a Martyribus donati, alteram ab Epiſcopis nondum conſecuti fuerant.

*Novatianum impugnat.*

VII. Aliam Dionyſio plura ſcribendi occaſionem præbuit Novatianus. Hic enim, ut ait Euſebios lib. 6. cap. 43. *arrogantia elatus, quaſi nulla ſalutis ſpes lapſis ſupereſſet, tametſi omnia explerent quæ ad ſinceram converſionem puramque confeſſionem pertinent, propriæ cujuſdam ſectæ, eorum qui tumore mentis elati ſe ipſos Catharos cognominarunt, auctor exſtitit.* Novatianus Novato adjunctus, qui poſt excitatas in Africana eccleſia moltas turbas Romam acceſſerat, a tribus epiſcopis ex Italiæ finibus callide advocatis contra Cornelium legitimum pontificem in epiſcopum ordinatus, primum ſchiſma Romanum excitavit. Quo de facinore cum a Papa Cornelio monitus fuiſſet Dionyſius, nihil prætermiſit, quo minus pacem eccleſiæ Romanæ reſtitueret. Exſtant ejus de hoc argumento epiſtolæ non ſolum ad Cornelium, ſed & *ad fratres Romæ conſtitutos de pace & pœnitentia*; item *ad Confeſſores qui Novato favebant*, aliæque ad eoſdem, poſtea quam ad Eccleſiæ unitatem rediiſſent, quas epiſtolas commemorat Euſebius lib. 6. cap. 46. Quin & ad ipſum Novatianum (quem Euſebius Novatum vocat, Græcorum more, qui *Novati* & *Novatiani* nomina ſæpius confundunt) egregiam epiſtolam ſcripſit apud Euſeb. libro laudato cap. 45. in qua quantum a ſchiſmate abhorrendum eſſet, aureis ſane verbis exponit. *Satius quidem*, inquit, *fuerat*

*A ſchiſmate abhorret.*

*quidvis*

*quidvis pati ne Eccleſia Dei diſcinderetur. Nec minus glorioſum fuiſſet idcirco ſubire martyrium ne Eccleſiam ſcinderes, quam ut ne idolis ſacrificares. Immo illud meo quidem judicio illuſtrius fuiſſet. Hic enim pro ſua unius anima; illic pro omni Eccleſia martyrium quis ſuſtinet.* Hanc epiſtolam ad Novarianum ſcriptam fuiſſe diſerte affirmat ſanctus Hieronymus in Catalogo. Rufinus lib. 6. Hiſt. cap. 34. ait quidem eamdem epiſtolam ad Novatum a Dionyſio ſcriptam: ſed alteram etiam iiſdem omnino verbis ad Novatianum ab eodem exaratam fuiſſe aſſerit.

VIII. His internis tumulribus agitata Eccleſia, poſt aliquantulam perſecutionis remiſſionem rurſus à Gallo imperarore vexata eſt, qui, ut ipſe Dionyſius in epiſtola ad Hermammonem ſcribit, apud Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 1. *neque culpam Decii intellexit, nec proſpexit quid tandem illum peſſum dediſſet.* Verum gravior exorta eſt tempeſtas occaſione eorum qui ex hæreſi ad Eccleſiam accedebant, Cypriano cum tota Africana eccleſia aſſerente tales homines denuo eſſe baptizandos: adverſus quem Stephanus Romanus pontifex antiqua rraditione fultus, baptiſmum ab hæreticis collatum validum eſſe propugnabat, proindeque non eſſe iterandum. Scripſit ea de re beatus Dionyſius complures epiſtolas ad Srephanum Papam, ad Sixtum ipſius ſucceſſorem, & ad alios nonnullos, de quibus Euſebius in prioribus lib. 7. hiſtoriæ eccleſ. capitibus diſſerit. Porro etſi ſanctus Hieronymus in Catalogo diſerte aſſerat, Dionyſium *in Cypriani & Africanæ ſynodi dogma conſenſiſſe, ac de rebaptizandis hæreticis varias epiſtolas ſcripſiſſe*; nullatenus tamen id ex Dionyſii epiſtolis, quas Hieronymus laudat, videtur evinci poſſe. Stephani quidem nimiam ſeveritatem arguit in epiſtola ad Sixtum ejus ſucceſſorem; eumque monet, ſicur & alios ad quos ſcripſit, Cappadociæ, Ciliciæ, finitimarumque provinciarum Epiſcopos Africanorum ſententiam propugnaſſe in Iconienſi, Synnadenſi, aliiſque ſynodis: at nuſquam abſolute exigit, ut ab univerſis admittatur. In epiſtola ad Philemonem presbyterum Romanum tria de hac re dicit. Primo ſe hanc regulam & formam à beato Heracla ſuo deceſſore accepiſſe affirmat, hæreticos ad Eccleſiam redeuntes *nequaquam iterato baptiſmate* recipiendos eſſe. Sed de his loquitur, qui in Eccleſia catholica baptizari, ab ea poſtea defecerant, qua de re nulla controverſia. Obſervat poſtea Dionyſius Afrorum morem de hæreticis rebaptizandis ab his non invectum fuiſſe, *quippe qui multo antea ſuperiorum epiſcoporum temporibus, in eccleſiis populoſiſſimis & in Concilium fratrum apud Iconium & Synnada, & apud alios plurimos idem ſancitus fuerat.* Unde concludere videtur, unumquemque in ſuæ eccleſiæ uſu permittendum eſſe. *Quorum*, inquit, *ſententias & ſtatuta ſubvertere, eoſque ad jurgia & contentiones excitare equidem nolim. Scriptum eſt enim: Non commutabis terminos proximi tui, quos parentes tui conſtituerunt.* Vide & ejuſdem epiſtolam ad Sixtum pontificem Romanum apud Euſeb. lib. 7. cap. 9. ubi refert, ſe a ſene quodam, qui olim ex hæreſi ad Eccleſiam acceſſerat, ſollicitatum diu fuiſſe, ut eum denuo baptizaret. quod tamen ſe *de integro renovare non auſum fuiſſe* dicit. Cum vero eumdem ſenem, qui ab hæreticis baptizatus fuerat, etiam ante Heraclæ tempora ſine novo baptiſmo receptum fuiſſe rradat; hanc eccleſiæ ſuæ fuiſſe traditionem evidenter oſtendit, quod ejuſmodi homines iterum non eſſent baptizandi; eamque ſervavit ipſe huic ſeni baptiſmum novum denegaodo.

IX. Sabellianorum hæreſim, perſonarum diſtinctionem in ſanctiſſima Trinitate impugnaotem, quæ apud Prolemaidem Pentapoleos urbem pullulabat, Dionyſius oppreſſit, variis hoc de argumento litteris & tractatibus editis. Sed cum ea occaſione a oonnullis incuſaretur, quaſi in contrarium errorem impegiſſet; quatuor libros hac de re ad ſanctum Dionyſium epiſcopum Romanum conſcripſit, quibus ſe ab eo errore immunem eſſe plane demonſtravit, ut refert ſanctus Athanaſius in epiſtola de ſententia Dionyſii contra Arianos. *Quidam*, inquit, *ex eccleſia fratres, recte quidem ſentientes, ſed tamen cum ipſum non interrogaſſent ut ediſcerent quo pacto ſcripſiſſet, Romam aſcenderunt, ibique eum apud Dionyſium ejuſdem nominis Romanum præſulem accuſaverunt* &c Sed quam egregie has calumnias a ſe Dionyſius depulerit, exponit paullo infra Athanaſius. *Quod autem*, inquit, *ad Præſulem Alexandrinum Dionyſium attinet, ex Apologia ejus ſatis apparet, eum non illius ſententiæ, cujus iſti dicunt, fuiſſe, aut quicquam pravarum opinionum Arii recepiſſe: immo potius ſcripta quibus ſolum ſe Dionyſius defendit, ad Arianos plane damnandos ſufficiunt, & ad efficaciter demonſtrandum calumnias eſſe, quibus in vulgus ſparſis ab eis ſit impetitus.* Hanc Dionyſii Alexandrini ad Dionyſium Romanum Apologiam integram refert idem ſanctus Athanaſius in libro de ſynodis Arimini & Seleuciæ. Sed ea de re præcipue legenda eſt ejuſdem Athanaſii epiſtola, quam ſic contra Arianos inſcripſit: *De Dionyſio epiſcopo Alexandriæ quod & ipſe contra Arianam hæreſim ſentiebat, ut Nicæna ſynodus:*

Controverſia de hæreticorum baptiſmo.

An pro Cypriano ſteterit Dionyſius.

Deuter. 19. 14.

Ab Arianorum calumniis vindicatur.

*dus*: *& fruſtra ipſam calumniantur Ariani*, *quaſi ſuæ ſententiæ adſtipulatorem*. In eo opuſculo Athanaſius Dionyſium *beatæ memoriæ* virum appellat, & *catholicæ Eccleſiæ magiſtrum*.

X. Verum etſi hæ ſancti Dionyſii, tam à ſe ipſo, quam à beato Athanaſio ſcriptæ Apologiæ omnes Arianorum calumnias ab eo amoliri debuiſſent, tanta tamen fiducia etiam poſt has Athanaſii editas lucubrationes in vulgus ſpargebant nebulones illi ſe beatiſſimi hujus viri doctrinæ inhærere, ut viros, etiam pietate & doctrina celeberrimos ſefellerint. Ex his fuit Baſilius Magnus, qui in epiſtola 41. ad Maximum Philoſophum proferre non dubitavit, Dionyſium, *quantum ſibi liqueret*, *primum hominibus impietatis Anomϖanæ ſeminaria præbuiſſe*, *non ex malitia quidem*, *ſed quod Sabellio obluctari cuperet*. At paullo ante faſſus fuerat, ſe nullum ex Dionyſii libris legiſſe. *Venerunt quidem ad nos*, inquit, *illius admodum multa*, *libri vero nondum adſunt*. Et quidem dubium non eſt, quin poſt viſa ejus opera aliter judicarit. Id colligi videtur ex libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium Iconii epiſcopum, ubi ſecundam Dionyſii Alexandrini ad Dionyſium Romanum epiſtolam laudat, quod ſanctæ Trinitatis glorificatio ſine conjunctione aut præpoſitione in ejus fine habeatur his verbis: *Deo Patri & Filio Domino noſtro Jeſu Chriſto cum ſancto Spiritu gloria & imperium &c.* Idem dicendum de auctore *libri de dogmate Chriſtiano*, ubi *Dionyſius fons Arianorum* appellatur. Hic liber vulgo Gennadio tribuitur, quamvis in nonnullis codd. mſſ. ſancti Auguſtini nomen falſo præferat: de quo videſis Appendicem novæ Auguſtini operum editionis.

At ob aliorum ſuſpicionibus.

XI. Dum itaque totus expugnandis Sabellianis hæreticis incumberet Dionyſius, Gallo poſt biennii imperium è vivis ſublato, Valerianus in ejus locum ſubſtitutus eſt. Is initio quidem erga Chriſtianos optime affectus, ſed paullo poſt inſtigante Archiſynagogo & magiſtro magorum Ægypti ita permutatus fuit, ut ſæviſſimam adverſus Chriſtianos perſecutionem concitarit. De his Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 10. ubi Dionyſii noſtri epiſtolam laudat. *De hoc vero*, inquit, *quæ tradat Dionyſius ex epiſtola ejus ad Hermammonem licet cognoſcere*, *in qua ita ſcribit*: *Johanni quoque ſimiliter revelatum eſt*. *Ait enim*: *Et datum eſt illis ut loquens magna & impia*; *& data eſt illi poteſtas & menſes quadraginta duo. Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet*, *illudque ante omnia conſiderare*, *cujuſmodi is ante perſecutionem fuerit*, *qualiter manſuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei*. *Neque enim ullus ſuperiorum Principum*, *ne illi quidem ipſi qui palam Chriſtiani fuiſſe dicuntur*, *tanta humanitate ac benevolentia noſtros complexus eſt*, *quantam ille præ ſe ferebat initio principatus ſui*. *Totaque ejus familia piis hominibus abundabat*, *ac Dei eſſe Eccleſia videbatur*. *Verum magiſter & Archiſynagogus magorum Ægypti ei tandem perſuaſit*, *ut ab hoc inſtituto deſciſceret*, *jubens &c.* Imperatores autem qui, Dionyſio teſte, hic *palam Chriſtiani fuiſſe dicuntur*, non alii videntur eſſe quam duo Philippi. Id etiam de Alexandro Severo intelligi poteſt qui, teſte Lampridio, *Chriſti imaginem in larario ſuo* habuit, unde à multis, præſertim gentilibus, Chriſtianus dici potuit.

Valeriani perſecutio.

Apocal. 13. 5.

XII. Hæc tempeſtas Dionyſium cum multis aliis involvit. Quo autem modo ſeſe res habuerit, ex ipſiuſmet verbis audiendum eſt, in epiſtola ſcilicet adverſus Germanum quemdam epiſcopum qui eum calumniis impetebat. Hanc autem epiſtolam refert Euſebius lib. 7. hiſtoriæ cap. 11. ex quo eam deſcripſimus.

In qua tentus eſt Dionyſius.

## Fragmentum epiſtolæ ſancti Dionyſii Alexandrini epiſcopi de perſecutione Valeriani, in qua tentus ipſe, & in exſilium actus fuit.

EQuidem vereor, ne in dementiam ac ſtuporem lapſus eſſe videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac diſpenſationem. Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait Scriptura, laudandum eſt, Dei autem opera prædicare glorioſum: adverſus Germani impetum cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non ſolus, ſed comitantibus me Maximo compresbytero, & Fauſto, Euſebio ac Chæremone diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiſcum ingreſſus eſt. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi ſupervacuum erat ac poſtremum, ad id quod primum ac præcipuum eſt recurrenti. Quippe haud quaquam curabat, ne alios congregarem: ſed id

Coram præſide ſiſtitur.

agebat

agebat ne ipſi Chriſtiani eſſemus. Et ab eo cultu deſiſtere me jubebat: ratus ſcilicet ſi ego ab eo cultu deſciviſſem, ceteros exemplum meum ſecuturos. Reſpondi non improbabiliter, nec longe accerſita reſponſione: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Sed palam & aperte conteſtatus ſum, *me illum qui ſolus eſt Deus, neque alium ullum præter hunc adorare: nec a propoſito diſceſſurum me eſſe, nec commiſſurum umquam ut Chriſtianus eſſe deſinerem.* Poſt hæc abire nos juſſit in vicum quemdam ſolitudini proximum, cui nomen eſt Cephro. Sed verba ipſa quæ ab utroque noſtro dicta ſunt, ſicut Actis publicis inſerta leguntur, accipite.

Inducto Dionyſio, Fauſto, Maximo, Marcello & Chæremone Æmilianus præfectus dixit: Non ſolum ſcripto, ſed *Alia coram præſide.* etiam viva voce vobiſcum diſſerui de humanitate Principum noſtrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim poteſtatem fecerunt ſalutis veſtræ redimendæ, dummodo ad id quod naturæ conſentaneum eſt ferri, deoſque imperii illorum cuſtodes adorare, & eorum quæ naturæ ipſi repugnant obliviſci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis. Neque enim vos ingrato animo fore ſpero adverſus eorum clementiam; quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionyſius reſpondit: *Non omnes ab omnibus coluntur dii; ſed eos ſinguli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano* * Θεοφιλεστάτοις. *& Gallieno ſacratiſſimis * Auguſtis imperium tradidit, colimus & adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut ſtabile & inconcuſſum permaneat.* Æmilianus præfectus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quominus & hunc, ſi quidem Deus eſt, cum iis qui natura dii ſunt, adoretis? Deos enim colere juſſi eſtis; eoſque quos cuncti norunt deos. Dionyſius reſpondit: *Nos nullum alium adoramus*. Æmilianus præfectus dixit: Video vos ingratos eſſe ſimul ac ſtupidos, qui clementiam Auguſtorum minime ſentiatis. Quam ob rem non manebitis in hac urbe, ſed mittemini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum juſſu Auguſtorum noſtrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis, nec quibuſcumque aliis, conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod ſi quis ad eum quem juſſi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus; is ſibi ipſe periculum arceſſet. Non enim deerit congrua animadverſio. Abſcedite igitur quo juſſi eſtis.

Statimque me, tametſi ægrotantem, *In exilium mittitur.* proficiſci compulit, ne diei quidem unius dilatione conceſſa. Quomodo igitur conventus agere, aut non agere vacuum mihi deinceps fuit?... Sed neque a corporali conventu, Domino juvante, abſuimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac ſi adeſſem, majore ſtudio congregavi in eccleſiam; abſens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præſens. Apud Cephro vero nobiſcum magna fidelium adfuit multitudo, partim eorum qui nos ab urbe ſecuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis pateſecit Deus ad prædicationem verbi ſui. Et initio quidem perſecutionem paſſi, & lapidibus impetiti ſumus. Poſtmodum vero non pauci ex gentilibus relictis ſimulacris ad Deum converſi ſunt. Tunc enim primum apud illos verbi divini per nos ſparſa ſunt ſemina, cum illud antea non ſuſcepiſſent. Ac prorſus quaſi Deus ejus rei cauſa nos ad illos perduxiſſet; poſtquam illud miniſterium implevimus, iterum nos alio tranſtulit.

Etenim Æmilianus in aſperiora quædam loca, &, ut credebat, magis Liby- *Locum exilii mutare cogitur.* ca, nos tranſportare conſtituit. Et cunctis undecumque ad Mareoticam præfecturam confluere juſſis, vicos per regionem illam diſperſos ſingulis adſignavit; nos vero magis ad viam publicam, ut primi comprehenderemur, collocavit. Id enim præcipue agebat ac moliebatur, ut quandocumque voluiſſet, omnes nullo negotio capi poſſemus. Ego vero cum Cephro primum abire juſſus ſum; tametſi ubinam locus ille ſitus

eſſet

eſſet ignorabam: quippe qui ne nomen quidem illius antea fere audiviſſem, nibilominus alaeri conſtantique aoimo perrexi. Poſteaquam vero mihi renuntiatum eſt, ut ad Colluthionis regiooem migrarem; noruot ii qui tum præſentes aderant, quomodo affectus animo fuerim. Hie enim memet ipſe aeeuſabo. Principio quidem ægre admodum ac moleſte tuli. Et ſi enim regio illa notior nobis magiſqne familiaris erat quam Cepbro; tameo fratribus ac probis viris vacuus eſſe locus dicebatur, & viatorum turbis latronnmque incurſionibus obnoxius. Sed mnltum mibi conſolationis attulit, qnod ſratres me admonuerunt, locum illum a civitate propius abeſſe. Itaqne quamvis Cepbron maximam nobis multitudioem fratrum ex Ægypto confluentium adduxiſſet, adeo ut laxius jam conventus agere poſſemus: illic tamen ob vicioitatem orbis, cariſſimorum & conjunctiſſimorum hominum adſpectu crebrius nos ajebant eſſe fruituros. Eos quippe acceſſuros, ibique commoraturos: & tamquam io ſuburbiis remotioribus particulares illic conventus futuros. Idque ita contigit.

Sed fortaſſe Germanus multis fidei coofeſſionibus gloriatur. Multa prædicare poteſt adverſus ſe geſta. Quot vero enumerare poteſt perinde atque ego, ſententias judienm, publicationes, proſcriptiones, direptiones bonornm, abjectiones dignitatum, eontemtus gloriæ ſæenlaris, laudum a Præfectis ac Deeorionibus profectarum deſpectus; minarum denique quæ coram inteotabantur voeiferationum, diſcrimioum, perſecutionum, fugæ, ærumnarom, & cujuſque modi malorum tolerantiam: cujuſmodi ſunt ea quæ ſub Decio & Sabino, & quæ in hunc uſque diem ſob Æmiliaoo oobis cootigerunt.

XIII. Dum io hoc exſilio Dionyſius moraretur, quod abſens verbo non poterat, epiſtolis exſequebatur. Aliquot ex iis laudat Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 20. Sed Va-
Valeriano capto pax reſtituitur. leriano imperatore à Perſis capto & multis contumeliis affecto, apud quos ita male habitus dieitur, ut quoties Sapor eorum rex equum vellet conſcendere, ipſo tamquam ſcabello uteretur, & tandem excoriatus & ſale conditus fuerit; pax Eccleſiæ à Gallieno ejus filio reſtituta eſt. Exſtat ea de re bujus Imperatoris edictum apud Euſcb. lib. 7. cap. 13. quod ad Dionyſium alioſque Epiſcopos direxit. Statim itaque Dionyſius Alexandriam regreſſus eſt. Motus civiles Alexandriæ.
Sed ea civitas paullo poſt tot tumultibus ac ſeditionibos agitata ſuit, ut ipſo Paſcbæ die ex ipſa urbe, tamquam ſi longe fuiſſet poſitus, ſuos per litteras conveoire & alloqui coactus fuerit. Hæc contigiſſe videntur ſub Æmiliano, qui ex Ægypti præfecto imperium aſſumſit, ut refert Trebellius Pollio *iu duobus Gallienis*; iſque ipſe eſt qui apud eumdem Trebellium Pollionem inter triginta tyranoos, qui tempore Gallieni imperium affectarunt, vigeſimus primus uumeratur. Quot quantiſque calamitatibus tune oppreſſa fuerit Alexandrioa civitas, deſcribit Dionyſius in epiſtola ad Hieracem Ægyptium epiſcopum apud Euſeb. lib. 7. cap. 21. *Quid vero*, inquit, *mirum ſi grave ac difficile mibi eſt homines longius remotos vel per epiſtolas alloqui, cum nec mecum ipſe colloqui, nec uuimæ meæ conſulere facile poſſim? Etenim ad mea ipſius viſcera, ad contubernales & uuanimes fratres, ejuſdemque eccleſiæ municipes, miſſis epiſtolis opus babeo, eaſque quo modo tranſmittam vix reperio. Facilius euim quis, non dicam extra fines provinciæ, ſed ab Oriente ad regiones Occidentis ultimas commeare poſſit, quam ex ipſa urbe Alexandria Alexaudriam pergere. Quippe vaſta illa &c.... Qui vero civitatem ipſam alluit fluvius.... cædibus & cruore & ſubmerſionibus bominum continuis inquinatus evolvitur.* Cetera videſis apud eumdem Euſebium loco laudato.

XIV. Bellum civile lues immaniſſima excepit, qoa hominum infinita prope modum multitudo periit. De hac peſte, ab altera quæ Gallo imperante contigit, diſtinguenda, ſcripſit Dionyſius epiſtolam unam cum tempus paſcbale immineret. Ejus epiſtolæ fragmentum ex Eoſebii lib. Dolor peſtis ſæviſſima.
7. cap. 22. proferimus, cum ſit quoddam veluti compendium eorum omnium, quæ ſanctus Dionyſius io variis Eccleſiæ procellis pertulit: tum quod in bis quæ enarrat Cbriſtiaoorum caritas tempore peſtis maxime enituerit, quorum merita ipſorum Martyrum digoitati æquiparare non veretur, qui re quidem vera ſub eo titulo in Martyrologio Romano eelebrantur die 28. Februarii.

Frag-

## Fragmentum epiſtolæ ſaocti Dionyſii Alexandrini, de peſte quæ Alexandriæ graſſabatur.

ALiis quidem hominibus præſens hoc tempus non videatur eſſe tempus feſtivitatis. Neque vero illis tempns feſtivitatis eſt, oec boc quod a nobis celebratur, oec ullum aliud, noo dicam eorum quæ luctuoſa ſuut, ſed etiam eorom quæ vel maxime læta & hilaria exiſtimantur. Nunc quidem certe plena ſunt omnia lamentationum. Lugent cuncti: & ob mortoorom hominum ac quotidie morieotium multitudinem, tota urbs gemitibos circumſonat. Prorſus enim ut de primogenitis Ægyptiorum io ſacris libris ſcriptum habetur, ita nunc quoque clamor ingens excitatus eſt. Nolla quippe domus eſt io qna non ſit aliquod ſuous. Atqoe utioam unum dnmtaxat io uoaquaque domo eſſet.

Multa quldem & acerba aote hanc calamitatem nobis cootigerunt. Primum enim nos urbe expoleruot. Cumque ſoli ab omoibus ſugaremur atque opprimeremur, oihilomious tuoc quoque feſtos egimus dies. Quivis denique locos io quo varias ærumnas ſingillatim pertulimus, ager, inquam, ſolitudo, oavis, ſtabulum, carcer iuſtar templi ad ſacros conventus peragendos ſuit. Sed omnium lætiſſimam feſtivitatem egeruot conſummati Martyres qui in cælo epulati ſunt. Poſt hæc bellum & fames excepit: quæ quidem nos cum geotilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala quibns nos attriverunt, ſoli ſoſtinuimus: quæ aotem ipſi ſibi viciſſim intulerunt ac paſſi ſunt, eorom partem toleravimus. Sed rurſus objectavit nos pax illa, quam Chriſtus oobis ſolis indulſit.

Cum autem breviſſimo temporis ſpatio nos & illi reſpiraſſemos; repente ingruit lues illa, ipſis quidem res omnium formidoloſiſſima & calamitoſiſſima, & quæ ſola, ut proprius qnidam ipſorum ſcriptor loqoitor, omnium ſpem opi-
Chriſtianorum charitas. nionemque ſuperavit. Nobis vero non ejoſmodi fuit, ſed potius meditamentum quoddam ac probamentum perinde ac cetera. Neque enim a nobis abſtinuit lues illa, licet plurimum in gentiles graſſata ſit. *Addit deinde*: Plurimi qnidem ex fratribus ooſtris ob nimiam caritatem, curam omoem propriæ ſalutis abjicieotes, ſibique mutuo adbæreſcentes, dum ægros ſecure atque audacter inviſunt, eiſque aſſidue miniſtraot, & curationem adhibent in Chriſto, una cum illis mortui ſunt; aliorum ægritudioe libeotiſſime ſeſe implentes, & proximorum morbum in ſemetipſos quodammodo attrahentes, doloreſque eorum ſponte ſua exprimentes atqoe extergentes. Multique adeo qui alios ægrotantes curaverant & in priſtinam valetudinem reſtituerant, ipſi interieruot: mortem illorum io ſe ipſos traduceotes, verbumque illud vulgare, quod officioſæ dumtaxat comitatis hactenos viſom ſuerat, re ipſa adimplentes, cum aliorum peripſema effecti ex hac vita migrareot. Et hoc quidem pacto optimi quiqne ex fratribus noſtris, qoorom nonnulli presbyteri eraot ac diaconi, & ex populo laudatiſſimus quiſque mortem oppetierunt: adeo ut geous hoc mortis, ob pietatem fideiqne conſtantiam, nequaqoam inſerius martyrio cenſeatur.

Hi ergo Sanctorum corpora ſupinis manibus gremioque excipientes, oculos illis & ora claudeotes, bajulantes eadem humeris ſuis, componentes, adhæreſcentes illis, complectentes, lavacro & veſtimentis ornantes, paulo poſt eadem officia ab aliis conſecuti ſunt; cum ſuperſtites ſemper eorum qni præceſſerant, veſtigiis inſiſterent. Gentiles vero prorſus contraria his egerunt. Nam & eos qui ægrotare incœperant exturbabant, & cariſſimos reſugiebaot, eoſque in viis ſemioeces deſtituebant, aut mortuos inſepoltos projiciebant, averſantes mortis participationem ac ſocie-

ſocietatem, quam tamen licet multiplici adhibita cautione ac diligentia evitare non poterant.

XV. Poſt hanc epiſtolam, aliquot alias laudat Euſebius, quas rebus Alexandriæ pacatis, ad diverſos beatus Dionyſius conſcripſit, de Paſchate ſcilicet aliiſque negotiis eccleſiaſticis, in quarum una Gallienum imperatorem plurimum laudat de pace Eccleſiæ reſtituta. *Religioſiſſimus*, inquit, *Deique amantiſſimus* (ὁσιώτερος καὶ φιλοθεώτερος) *temperator, ſeptennalem circulum jam emenſus nonum imperii annum degit, quo nos feſta celebraturi ſumus.*

*Dionyſii ſcripta adverſus Nepotem & Millenarios.*

XVI. Duos item libros edidit Dionyſius adverſus Nepotis Epiſcopi cujuſdam Ægyptii jam defuncti errorem, qui docuerat regnum Chriſti corporalibus refertum deliciis poſt generalem corporum reſurrectionem, mille annorum ſpatio in terris duraturum. Hinc dicti *Millenarii*, qui eam opinionem poſtea amplexi ſunt. Sed hanc ſectam Dionyſius, omnino expugnavit, tum in duobus libris de *Promiſſionibus* adverſus Nepotis librum, quem *Confutationem Allegoriſtarum* appellavit, tum familiaribus colloquiis, quibus aliquot presbyteros, qui in eum errorem impegerant, ad fidei unitatem revocavit. Id ipſemet Dionyſius enarrat in lib. ſecundo de *Promiſſionibus*, apud Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 24. ex quo quæ ad colloquia pertinent huc proferam, propterea quod inde qua animi ſinceritate veritas ſit indaganda, quiſque diſcere poſſit. *Cum eſſem*, inquit, *in Arſinoitica præfectura, in qua jampridem, ut noſti, increbruit hæc opinio, adeo ut ſchiſmata & integrarum eccleſiarum defectiones fierent; convocatis presbyteris ac doctoribus qui per ſingulos vicos fratribus prædicabant, præſentibus item fratribus qui adeſſe voluerant, hortatus ſum illos, ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum*, Nepotis ſcilicet, de confutatione Allegoriſtarum, *tamquam ſcutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi oppoſuiſſent; tres continuos dies a prima luce uſque ad veſperam cum ipſis ſedens, quæcumque in eo libro ſcripta erant diſcutere aggreſſus ſum. Tum vero fratrum conſtantiam, & ardentiſſimum cognoſcendæ veritatis ſtudium, & docilitatem atque intelligentiam magnopere ſum admiratus. Adeo moderate & ordine interrogationes rationeſque dubitandi, & aſſenſiones a nobis fiebant. Ac ſtudioſe quidem cavebamus, ne ea quæ ſemel nobis placuiſſent, tametſi falſa eſſe deprehenderentur, pertinaciter defenderemus. Nec aliorum objectiones ſubterfugiebamus: Sed, quoad fieri poterat, ad ea de quibus inſtituta erat diſputatio eniti, eaque ſtabilire conabamur: ſin autem rationibus convicti eſſemus, non pudebat nos mutare ſententiam, & aliis aſſentiri. Quin potius cum bona animi conſcientia, abſque ulla ſimulatione, expanſis ad Deum cordibus, quæcumque certiſſimis argumentis & auctoritate ſacræ Scripturæ confirmata eſſent, ſuſcipiebamus. Tandem denique Coracio, qui hujus doctrinæ auctor & ſignifer fuerat, audientibus cunctis qui aderant fratribus, pollicitus nobis & conteſtatus eſt, ſe in poſterum hanc opinionem amplexurum non eſſe, nec de ea diſputaturum, nec locuturum, nec populo prædicaturum: quippe qui argumentis oppoſitis ſatis ſuperque convictus fuiſſet. Fratribus autem qui aderant, hæc diſputatio & omnium inter ſe reconciliatio atque conſenſio non mediocrem attulit voluptatem.*

*Quomodo in colloquiis agendum.*

XVII. Quo vero animo adverſus errores ſcribendum ſit exemplo ſuo, paucis his verbis aperit. *In plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem, tum ob diligentiam & ſtudium ſcripturarum..... magnoque honore ac reverentia hominem proſequor, vel ob id maxime quod ex hac vita migravit. Sed veritatem magis diligo, cunctiſque præferendam cenſeo. Etenim ea quidem quæ recte dicta ſunt, abſque invidia laudare ac probare debemus: ſi quid vero ſecius ſcriptum eſt, id examinari a nobis & corrigi decet. Quod ſi ipſe præſens adeſſet, & opinionem ſuam viva voce promulgaret; ſufficeret fortaſſe ſimplex abſque ſcripto colloquium..... Verum cum in publicum editus ſit liber, iſque, ut nonnullis videtur, ad perſuadendum aptiſſimus.....neceſſe eſt ut adverſus fratrem meum Nepotem, quaſi præſentem, diſputationem inſtituam.*

*Et ſcribendum.*

XVIII. Cum vero Millenarii beati Johannis libri Apocalypſis auctoritate potiſſimum niti viderentur; obſervat Dionyſius hunc librum a pleriſque, qui eum præceſſerant, repudiatum fuiſſe. quod tamen ſe non audere ſubjungit, ne librum quem non intelligebat, & alii approbabant, temere rejiceret. *Ego vero*, inquit, apud Euſeb. cap. 25. *librum illum rejicere omnino non auſim, præſertim cum multi ex fratribus eum magni faciant. Sed hujuſmodi de illo opinionem concipiens, quaſi ſenſus mei modum excedat, arcanam quamdam planeque admirabilem ſingularum rerum intelligentiam latere exiſtimo. Nam etſi ipſe non intelligo; ſuſpicor tamen altiorem quemdam ſenſum verbis ſubeſſe; eaque non meo ipſius judicio metior atque æſtimo: ſed plus fidei tribuens, ſublimiora eſſe cenſeo, quam ut a me percipiantur. Nec ea condemno quæ intelligere non potui: verum inde admiror magis quod capere non poſſim.* Sic erat cum ſumma doctrina in Dionyſio conjuncta ſumma modeſtia & humilitas.

*Dionyſii modeſtia.*

XIX.

*Chriſti divinitas.*

XIX. Dionyſius tandem morti proximus CHRISTI DIVINITATEM, quam ſanguinis ſui effuſione toties profiteri voluerat, ſcriptis adverſus Pauli Samoſateni epiſcopi Antiochenſis blaſphemias propugnavit. Cum enim ad Concilium Antiochenum adverſus hunc hæreſiarcham convocatum invitatus fuiſſet, *ſenectutem*, inquit Euſebius libro 7. cap. 27. *& infirmitatem corporis cauſatus, quid de hac quæſtione ſentiret per epiſtolas indicavit*. Has litteras laudant Antiocheni Patres in epiſtola ſynodica, quam cum earum exemplari ad Dionyſium Romanum Pontificem & Maximum Dionyſii ſucceſſorem tranſmiſerunt. Obſervant vero iidem patres, Dionyſium ita Pauli blaſphemias abhorruiſſe, ut cum ea de re ad Antiochenam eccleſiam ſcriberet, *erroris ducem ne ſalutatione quidem dignatus fuerit: neque ad eum nominatim, verum ad univerſam Antiochienſium eccleſiam litteras ſuas direxiſſe*. Periit tam illuſtre antiquitatis monumentum cum ceteris fere omnibus egregii hujus viri ſcriptis, præter aliquot opuſcula, & aliorum quorumdam fragmenta quæ Euſebii hiſtoriæ inſerta, aut a beato Athanaſio relata ſunt. Exſtat præterea tom. 1. Concil. edit. Labb. col. 831. epiſtola canonica ejuſdem Dionyſii Alexandrini ad Baſilidem. Item & altera ſub ejuſdem nomine ad Paulum Samoſatenum, quam eamdem eſſe putat Cardinalis Baronius, quæ ab Antiochenis Patribus laudatur. At aliter ſentiunt viri eruditi, qui in hac epiſtola, ante Turrianum primum ejus editorem plane ignota, plurima animadvertunt, quæ cum Dionyſii ſtylo, ac modis loquendi, immo & cum his quæ de Dionyſii epiſtola Patres Antiochenſes obſervarunt, nullatenus poſſunt cohærere. Stylus quippe omnino eſt a Dionyſiano, qui apud Euſebium obſervari poteſt, alienus. In primis vox ὁμοούσιον, quam Dionyſius numquam adhibuit, in hac epiſtola & approbatur, & a Patribus approbata dicitur. Deinde ad Paulum ipſum inſcribitur, quem *ne ſalutatione quidem dignatum fuiſſe* Dionyſium, ut vidimus, teſtantur Antiocheni Patres. Ceterum ex Dionyſii Alexandrini operum jactura magnum diſpendium eccleſiam pertuliſſe ex paucis quæ ſuperſunt facile judicari poteſt. Hæc porro plura fuiſſe quam quæ ab Euſebio, aut a ſancto Hieronymo in Catalogo recenſentur, ex ipſo Euſebio facile intelligitur.

*Scribit adverſus Paulum Samoſatenum.*

XX. Tandem eo tempore, quo *Paulus Samoſatenſis*, ut ait Euſebius lib. 7. cap. 28. *dogmatis ſui novitatem occultare adhuc niteretur; & illinc Sacerdotes hæreſim illius & adverſus Chriſtum blaſphemiam denudare atque in medium producere laborarent; Dionyſius extremum diem obiit anno principatus Gallieni duodecimo, cum Alexandriæ epiſcopatum ſeptemdecim annis obtinuiſſet*. Euſebio ſubſcribit Hieronymus in Catalogo, ubi Dionyſii mortem ad eumdem Gallieni annum duodecimum refert, quem annum Cardinalis Baronius, biennio pro ſuo more peccans, cum anno CCLXVI. ceteri vero, & quidem rectius, cum anno CCLXIV. componunt. Ejus feſtum Latini in Martyrologiis recolunt die 17. menſis Novembris; Græci vero in magnis Menæis & apud Maximum Cythereenſem die 3. Octobris, quo quidem die præcipue feſtum agunt alterius Dionyſii Martyris, nempe Areopagitæ. Hinc forte in Menologio Baſilii imperatoris apud Ughellum edito, quod pariter die 3. Octobris Dionyſium Areopagitam celebrat feſtum Dionyſii Alexandrini, ad diem ſequentem translatum eſt. In Romano etiam Martyrologio, in quo Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus, ſicut & in ceteris, die 17 Novemb. recolitur, fit etiam memoria Dionyſii & aliorum Martyrum die 3. Octob. & item ſequenti die, aliorum Martyrum Alexandriæ conſummatorum, qui tamen omnes alii non ſunt a ſancto Dionyſio Alexandrino ejuſque ſociis, uti vel ex ſola lectione manifeſtum eſt. Porro Dionyſium Alexandrinum & Firmilianum Cæſareæ Cappadociæ epiſcopum *beatæ recordationis viros* appellant Patres Antiocheni in laudata jam epiſtola ſynodica apud Euſebium lib. 7. cap. 30. ſanctus Epiphanius hæreſi 69. quæ Arianorum eſt, inter alias eccleſias urbis Alexandrinæ quas recenſet, unam *Dionyſii* nomine donatam fuiſſe obſervat. Eumdem *nobiliſſimum Patrum & clarum in epiſtolis Dionyſium* appellat Rufinus libro 7. hiſt. eccleſ. cap. 1. quem jam capite 26. præcedentis libri *confeſſionibus clarum & pro paſſionum tormentorumque diverſitate magnificum* dixerat. quæ verba Martyrologiorum Latinorum plerique ſcriptores adoptarunt. Plures ei ſocios Martyres adjungunt Græci in Menæis locis jam ſupra laudatis, quamvis ipſum in pace Eccleſiæ obiiſſe certum ſit.

*Dionyſii obitus.*

## *ADMONITIO*

### In Martyrium Sancti LAURENTII.

*Laurentii Martyrium ex Prudentio & Ambroſio.*

1. QUandoquidem ſancti Laurentii Acta, qualia vulgo circumferuntur, viciata ſunt, ejus paſſionis noticiam aliunde repetete viſum eſt. Ex multis autem ſanctorum Patrum & veterum ſcriptorum opuſculis, quæ de ejus beatiſſimi Martyris laudibus & paſſione ſcripta ſunt, hymnum ſecundum libri περὶ Στεφάνων, ſive de Coronis, Aurelii Prudentii ſelegimus, quod ibi tota rerum geſtarum ſeries clare & dilucide, continenter exponatur. Huic tamen ſubjungimus duo loca inſigniora ex ſancti Ambroſii Officiis, ne extrema aliquot tanti Martyris ad mortem pro Chriſto ſubeundam anhelantis verba tantopere celebrata, hic a nobis prætermiſſa nonnemo queratur. De eodem Martyre egregium ſermonem habuit ſanctus Petrus Chryſologus, qui eſt inter editos 135. & quatuor beatus Auguſtinus, ſcilicet 302. & tres ſequentes novæ editionis, præter alios tres in Appendicem rejectos, qui antea inter ſermones de Sanctis editi erant. Laurentium item laudant Ambroſius & Auguſtinus paſſim variis in locis: de quo etiam exſtat ſermo ſancti Leonis Papæ, & tres habentur homiliæ ſancti Maximi Taurinenſis epiſcopi editæ in bibliotheca Patrum. His adjungi poſſunt ſanctus Damaſus Papa Carminibus 18. 19. 20. 37. & 38. Gregorius Magnus, Fortunatus lib. 9. poem. 14. Gregorius Turonenſis lib. de gloria Martyrum cap. 42. & lib. 1. Hiſt. cap. 30. & innumeri alii auctores, quos enumerare prolixius eſſet.

*Orat. SS. Patrum teſtimonia.*

2. Hi ſunt indubitatæ fidei teſtes, & omni ſane exceptione majores, quos ad aſſerendam ſancti Laurentii martyrii veritatem profero, de qua tamen dubitaſſe videtur novæ operum Cypriani editionis Oxonienſis illuſtrator, qui in notis ad epiſtolam 80. ſe majora quam Martyrologiorum teſtimonia velle ait, ut de iis quæ de Felici, Agapeto.... Laurentio, Epolito & aliis quos ibi recenſet narrantur, fieret certior. Sed quamvis ſanctus Cyprianus nonniſi QUARTUM cum XYSTO *animadverſum* in cœmiterio fuiſſe dicat; in eadem tamen epiſtola, plures quoque alios paullo poſt in eadem perſecutione interfectos fuiſſe his verbis declarat: *Sed & huic perſecutioni quotidie inſiſtunt Præfecti in urbe, ut ſi qui ſibi oblati fuerint animadvertantur: & bona eorum fiſco vindicentur*. Cum itaque Cyprianus referat multos in urbe Roma Chriſtianos paullo poſt beati Sixti paſſionem martyrio affectos fuiſſe; quidni credamus Laurentium alioſque nonnullos, quos antiquiora Martyrologia celebrant, ex his fuiſſe, cum certiora aliunde habeamus ejuſdem rei argumenta? De Hippolyto plura diximus in admonitione ad alterius ſancti Hippolyti martyrium ſupra pag. 156. Romanus memoratur in libro Reſponſoriorum & Antiphonarum ſancti Gregorii Papæ, quem anno 1686. Romæ edidit eruditus vir Joſephus Thomaſius. Quod vero ad Feliciſſimum & Agapitum attinet, octavo Idus Auguſti memorantur in vetuſtiſſimo Kalendario Bucheriano ſimul cum beato Sixto. quamvis facile crediderim, hos Martyres eodem quidem menſis die, at non eodem anno, aut ſaltem non ſimul cum beato Sixto paſſos fuiſſe. quos nihilo minus Actorum beati Sixti conſarcinator ita conjunxit, ac ſi omnes ſimul martyrium pertuliſſent. Huic opinioni favent ſancti Cypriani verba ex epiſt. 80. jam laudata, qui unicum Quartum ſimul cum beato Sixto *animadverſum* agnovit. Eadem ſententia confirmari poteſt: Primo ex locorum diverſitate. Sixtus enim *in Calliſti*; Agapitus vero & Feliciſſimus *in Prætextati* cœmiteriis jacere memorantur. Deinde nullus ex antiquis hos ſimul Martyres conjunxit; immo in Sacramentario Gregoriano recolitur octavo Idus Auguſti *Natale ſancti Sixti epiſcopi*, cum Miſſa ipſi propria: cui deinde ſubjungitur alia ſingularis etiam Miſſa, cum novo titulo: *Eodem die natale ſanctorum Feliciſſimi & Agapiti*. In Miſſa autem de ſancto Sixto nihil de his dicitur; ſicut nec in horum Miſſa nihil de ſancto Sixto. quod ſane fieri non ſolet de iis ſanctis qui ſimul martyrium ſuſtinuerunt. Deinde Sanctus Ambroſius in libro 1. officiorum cap. 41. quod infra referemus, dicit Sixtum *abſque diacono* ad martyrium properaſſe. Et quidem ex ejuſdem Ambroſii narratione patet evidenter Beatum Laurentium ſolitum fuiſſe Sixto Pontifici, cum ſacrificaret, miniſtrare, ita ut mirum videretur, eum abſque Laurentio fuiſſe apprehenſum. Conſtans etiam eſt Romanæ Eccleſiæ traditio, Laurentium inter miniſtros primum ſeu Archidiaconum in ea Eccleſia tunc temporis

*S. Sixtus Papa & ſoli mart.*

poris

poris fuiſſe, qui, uti infra ait Prudentius, *ceteris erat præſtantior*.

Laurentius ubique celebris. 3. Verum etſi de iſtis Martyribus non adeo certa habeтemus teſtimonia, longe tamen aliter judicandum eſſet de ſancto Laurentio, de quo beatus Auguſtinus ſermone 303. novæ edit. ſic loquitur: *Quam non poteſt abſcondi Roma, tam non poteſt abſcondi Laurentii corona*. & Petrus Chryſologus ſermone jam laudato affirmat *egregii hujus Martyris merita nullam partem orbis Romani ignorare*. Omitto ceteros, pro quibus ſufficiet unicus Leonis Magni locus, qui in ſermone de hoc beato Martyre ait, *a ſolis ortu uſque ad occaſum Leviticorum luminum coruſcante fulgore, quam clarificatam eſſe Jeroſolymam Stephano, tam illuſtrem factam fuiſſe Romam Laurentio*. Aſt etiamſi tot ſanctorum Patrum ſcripta ad nos uſquenon perveniſſent, Laurentii gloriæ præcones haberemus lapides ipſos tot eccleſiarum, quæ in primis eccleſiæ pacis temporibus in hujus Martyris honorem conſtructæ fuerunt. Unius apud Ravennam conſtructæ meminit Auguſtinus ex Pauli libello, in ſermone 322. novæ edit. alias quæ in Galliis exſtabant Fortunatus & Gregorius Turonenſis jam laudati commemorant. Sed ceteris illuſtrior eſt quæ extra urbis Romæ muros in agro Verano etiam nunc perſtat, ac inter ſeptem præcipuas, id eſt Patriarchales Urbis eccleſias locum obtinet; ſervatque etiamnunc non modo beati Martyris reliquias, ſed etiam inſtrumenta martyrii. Alia eſt baſilica in Urbe ſancti Laurentii in Damaſo appellata, quod ab hoc beato Pontifice conſtructa vel potius reſtaurata, ac carminibus illuſtrata fuerit, cujus meminit Gregorius Magnus Dialogorum lib. 4. cap. 31. Item baſilicam ſancti Laurentii a Langobardis incenſam in Nurſiæ provincia idem Papa commemorat lib. 3. Dialog. cap. 37. Certe jam tempore ſancti Auguſtini, inter præcipuos Romæ patronos recenſebatur beatus Laurentius, ut patet ex ejus ſermone 296. novæ edit. ubi agens de ſanctorum reliquiis quæ Romæ aſſervabantur, unicum Laurentium cum Apoſtolis Petro & Paulo ſingulatim exprimit. Ingens miraculum ob ejuſdem Martyris ſepulcrum incaute apertum refert Gregorius M. lib. 3. epiſt. 30. ad Conſtantinam Auguſtam, in qua epiſtola multa reperies de ſumma cautela quæ in contrectandis Sanctorum reliquiis adhiberi debet. Idem ſanctus Pontifex libro 2. Indict. 11. epiſt. 33. ad Dynamium Patricium Galliarum tranſmittit *crucem parvulam cui de catenis ſancti Petri beneficia inſerta ſunt, quæ*, inquit, *illius quidem ad tempus ligaverunt, ſed veſtra colla in perpetuum a peccatis ſolvant. per quatuor vero in circuitu partes de beati Laurentii craticula in qua perustus eſt, beneficia continentur*.

Eccleſiæ ſub ejus nomine.

SS. reliquiæ.

Martyrii tempus. 4. Laurentii martyrium ſub Deciana perſecutione contigiſſe refert Euſebius in Chronico ad annum 252. ſed hæc merito viſa ſunt Joſepho Scaligero intruſa in Euſebii textum, utpote quæ in nonnullis codicibus deſunt, ut idem Scaliger obſervat in animadverſionibus num. MMCCLXVII. Melius in Hiſtoria lib. 6. cap. 39. ubi eadem habentur, Fabianus pro Laurentio ponitur. Aliunde itaque repetendum eſt beati Laurentii mortis tempus, nimirum ex ſancti Cypriani epiſtola 80. ſuperius laudata, quam paullo ante ſuam paſſionem, id eſt anno CCLVIII. ad Succeſſum conſcripſit. In ea Sixtus *in cœmeterio animadverſus dicitur octavo Iduum Auguſtarum*, id eſt ſexta ejus menſis die. Quare cum inter beati hujus Pontificis mortem & Laurentii martyrium triduum interceſſerit, ad diem ejuſdem menſis decimam ſancti Laurentii paſſio referenda eſt. qua quidem die ejus feſtum in Kalendariis Bucheriano & Carthaginienſi, in Martyrologiis tam vetuſtis quam recentioribus, in Liturgiis Romana, Gothica & Mozarabica, aliiſque faſtis eccleſiaſticis recolitur. Apud Græcos celebre etiam fuit hujus ſancti Martyris nomen, cujus feſtum, ut apud Latinos, die decima menſis Auguſti celebrant. Quin & initio libri 1. Excerptorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Theodori Lectoris refertur, Pulcheriam Auguſtam in ejuſdem Martyris honorem baſilicam Conſtantinopoli erexiſſe; eaque videtur eſſe, quam, teſte Procopio lib. 1. de ædificiis Juſtiniani, idem imperator auxit, & in meliorem formam reduxit.

Memoria & cultus.

---

Anno Christi 258

## AURELII PRUDENTII HYMNUS

### De Martyrio ſancti LAURENTII.

*Ex lib.* περὶ στεφάνων *Hymno* 2.

Rhoma laus.

1 Antiqua fanorum parens,
Jam Roma Chriſto dedita,
LAURENTIO victrix duce
Ritum triumphas barbarum.

2 Reges ſuperbos viceras,
Populoſque frenis preſſeras,
Nunc monſtruoſis idolis
Imponis imperii jugum.

3 Hæc ſola deerat gloria
Urbis togatæ inſignibus,
Feritate capta gentium
Domaret ut ſpurcum Jovem.

4 Non turbulentis viribus
Coſſi [1]; Camilli aut Cæſaris;
Sed martyris Laurentii
Non incruento prœlio.

5 Armata pugnavit fides,
Proprii cruoris prodiga,
Nam morte mortem diruit,
Ac ſemet impendit ſibi.

6 *Xyſtus Papa Laurentii martyrium prædicit.*

6 Fore hoc Sacerdos dixerat
Jam XYSTUS adfixus cruci [2],
Laurentium fleotem videns
Crucis ſub ipſo ſtipite:

7 *Deſiſte diſceſſu meo*
*Fletum dolenter fundere:*
*Præcedo, frater; tu quoque*
*Poſt hoc ſequeris triduum.*

8 Extrema vox Epiſcopi
Prænuntiatrix gloriæ
Nihil feſellit: nam dies
Prædicta palmam præſtitit.

9 Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo paſſionem carmine,
Digne retexens concinam?

10 *Laurentius Archidiaconus.*

10 Hic primus e ſeptem viris [3]
Qui ſtant ad aram proximi,
Levita ſublimis gradu,
Et ceteris præſtantior?

11 Clauſtris ſacrorum præerat,
Cæleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus,
Votaſque diſpenſans opes.

12 Verſat famem pecuniæ
Præfectus Urbi regiæ,
Miniſter inſani ducis,
Exactor auri & ſanguinis.

13 Qua vi latentes eruat
Nummos, operta exiſtimans
Talenta ſub ſacrariis,
Cumuloſque congeſtos tegi:

13 *Siſtitur coram judice.*

14 Laurentium ſiſti jubet;
Exquirit arcam ditibus
Maſſis refertam, & fulgidæ
Montes monetæ conditos.

15 Soletis, inquit, conqueri,
Sævire nos juſto amplius,
Cum Chriſtiana corpora
Pluſquam cruente ſcindimus.

16 Abeſt atrocioribus
Cenſura fervens motibus:
Blande & quiete efflagito,
Quod ſponte obire debeas.

17 Hunc eſſe veſtris orgiis [4]
Moremque & artem proditum eſt,
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent ut auro antiſtites.

18 Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

19 Tum ſumma cura eſt fratribus,
Ut ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.

20 Addicta avorum prædia
Fœdis ſub auctionibus
Succeſſor exheres gemit,
Sanctis egens parentibus.

21 Hæc occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis:
Et ſumma pietas creditur,
Nudare dulces liberos.

22 Deprome theſauros malis
Suadendo quos præſtigiis
Exaggeratos obtines:
Nigrante quos claudis ſpecu.

23 Hoc poſcit uſus publicus,
Hoc fiſcus, hoc ærarium,
Ut dedita ſtipendiis
Ducem juvet pecunia.

24 Sic dogma veſtrum eſt, audio:
Suum quibuſque reddito.

En

1 Tres Romanorum celeberrimi. Coſſus Veientes delevit, Camillus Gallos Capitolium obſidentes oppreſſit, Cæſar tandem nomen Imperatoribus dedit. De his paſſim in Hiſtoricis Romanis.

2 *Animadverſus* tamen dicitur apud Cyprianum epiſt. 80. nov. edit. Ejus feſtum notatur in Kalendario Carthaginenſi ac ceteris Martyrologiis die 6. Auguſti. Eccleſiæ ipſius nomini ſacratæ via Appia meminit Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 26.

3 *Apud Romanos*, inquit Sozomenus lib. 7. cap. 19. *Diaconi non plures ſunt hodieque quam ſeptem, inſtar eorum qui ab Apoſtolis primum ordinati ſunt. Apud alios vero haud quaquam deſinitus eſt diaconorum numerus.* Videſis Commentarium prævium noſtri Mabillonii in Ordinem Romanum cap. 3.

4 Ὄργια quo nomine quælibet ſacra apud Græcos ſignificabantur, teſte Servio; quamvis poſtea ſingulariter Bacchi ſacris hæc vox attributa ſit, ſic dicta ab ὀργή, id eſt, *furor ſeu impetus*, quo ejuſmodi ſacra peragebantur.

En Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma nummis inditum.
25 Quod Cæſaris ſcis, Cæſari
Da: nempe juſtum poſtulo.
Ni fallor, aut ullam tuos
Signat Deus pecuniam.
26 Nec cum veniret aureos
Secum Philippos [5] detulit:
Præcepta ſed verbis dedit,
Inanis a marſupio.
27 Implete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis:
Nummos libenter reddite;
Eſtote verbis divites;
28 Nil aſperum Laurentius
Refert ad iſta aut turbidum:
Sed ut paratus obſequi,
Obtemperanter annuit.
29 *Eſt dives*, inquit, *non nego*,
*Habetque noſtra Eccleſia*
*Opumque & auri plurimum:*
*Nec quiſquam in orbe eſt ditior.*

29 *Eccleſiæ theſauri pauperes.*

30 *Is ipſe tantum non habet*
*Argenteorum ænigmatum* [6]
*Auguſtus arcem poſſidens,*
*Cui nummus omnis ſcribitur.*
31 *Sed nec recuſo prodere*
*Locupletis arcam Numinis:*
*Vulgabo cuncta, & proferam*
*Pretioſa quæ Chriſtus tenet.*
32 *Unum, ſed orans flagito,*
*Induciarum paullulum*
*Quo fungar efficacius*
*Promiſſionis munere:*
33 *Dum tota digeſtim mihi*
*Chriſti ſupellex ſcribitur:*
*Num calculanda primitus,*
*Tum ſubnotanda eſt ſummula.*
34 Lætus tumeſcit gaudio
Præfectus, ac ſpe devorat
Aurum, velut jam cooditum
Domi maneret, geſtiens.
35 Pepigere tempus tridui:
Laudatus inde abſolvitur
Laurentius, ſponſor ſui,
Et ſponſor ingentis lucri.
36 Tribus per urbem curſitat
Diebus, infirma agmina,
Omneſque qui poſcuot ſtipem
Cogeos in unum & congregaos.
37 Illic utriuſque obtutibus
Orbes cavatos præferens,
Baculo regebat prævio
Errore nutantem gradum.
38 Et claudus infracto genu,
Vel crure trunco ſemipes,
Breviorve planta ex altera,
Greſſum trahebat imparem.
39 Eſt, ulceroſis artubus,
Qui tabe corrupta fluat:
Eſt, cujus arens dextera
Nervos in ulnam contrahat.
40 Tales plateis omnibus
Exquirit, aſſuetos ali
Eccleſiæ matris penu,
Quos ipſe promus [7] noverat.
41 Recenſet exin ſingulos,
Scribens viritim nomina;
Longo & locatos ordine
Adſtare pro templo jubet.
42 Præſcriptus & jam fluxerat
Dies, furebat fervido
Judex avarus ſpiritu,
Promiſſa ſolvi efflagitans.
43 Tum Martyr: *Adſiſtas velim,*
*Coramque diſpoſitas opes*
*Mirere, quas noſter Deus*
*Prædives in ſanctis habet.*
44 *Videbis ingens atrium*
*Fulgere vaſis aureis,*
*Et per patentes porticus*
*Structos talentis ordines.*
45 It ille, nec podet ſequi.
Ventum ad ſacratam januam,
Stabant catervæ pauperum,
Inculta viſu examina.

45 *Quos Laurentius congregârat.*

46 Fragor rogantum tollitur;
Præfectus horreſcit ſtupens,
Converſus in Laurentium,
Oculiſque turbatis minax.
47 Contra ille: *Quid frendens*, ait,
*Minitaris? aut quid diſplicet?*
*Num ſordida hæc aut vilia?*
*Num deſpuenda exiſtimas?*

47 *Offert Judici.*

48 *Au-*

5 Genus nummi ſic appellatum a Philippo Macedonum rege. Vide Horatium lib. 2. epiſt. 1. ad Auguſtum.
6 Sic nummos appellat, quod Imperatoris effigie ſignati ſint. Et infra omnis nummus Auguſto ſcriptus dicitur, quod in eis præter Imperatoris effigiem ejus nomen inſcriberetur.
7 Sic ex vetuſtiſſimo cod. Regio legendum. In aliis mſſ. primus.

48 *Aurum quod ardenter ſitis,*
*Effoſſa gignunt rudera;*
*Et de metallis ſqualidis*
*Pœnalis excudit labor:*

49 *Torrens, vel amnis turbidis*
*Volvens arenis implicat:*
*Quod terrulentum ac ſordidum*
*Flammis neceſſe eſt decoqui.*

50 *Pudor per aurum ſolvitur:*
*Violatur auro integritas:*
*Pax occidit, fides perit,*
*Leges & ipſæ intercidunt.*

51 *Quid tu venenum gloriæ*
*Extollis & magni putas?*
*Si quæris aurum verius,*
*Lux eſt & humanum genus.*

52 *Hi ſunt alumni luminis,*
*Quos corpus artat debile,*
*Ne per ſalutem viſcerum*
*Mens inſoleſcat turgida.*

53 *Cum membra morbus diſſecat,*
*Animus viget robuſtior:*
*Membris viciſſim fortibus*
*Vis ſauciatur ſenſuum.*

54 *Nam ſanguis inculpam calens*
*Minus miniſtrat virium,*
*Si fervor effetus malis*
*Elumbe virus contrahat.*

55 *Si forte detur optio,*
*Malim dolore aſperrimo*
*Fragmenta membrorum pati,*
*Et pulcher intus vivere.*

56 *Committe formas peſtium,*
*Et confer alternas lues.*
*Carniſne morbus fœdior,*
*An mentis & morum ulcera?*

57 *Noſtri per artus debiles,*
*Intus decoris integri,*
*Senſum venuſti innoxium*
*Languoris expertes gerunt.*

58 *Veſtros valentes corpore*
*Interna corrumpit lepra;*
*Errorque mancum claudicat,*
*Et cæca fraus nihil videt.*

59 *Quemvis tuorum divitum,*
*Qui veſte & ore prænitent* [a],
*Magis probabo debilem,*
*Quam quis meorum eſt pauperum.*

60 *Hunc qui ſuperbit ſerico,*
*Quem currus inflatum vehit,*
*Hydrops aquoſus lucido*
*Tendit veneno intrinſecus.*

61 *Aſt hic avarus contrahit*
*Manus recurvas, & volam*
*Plicans aduncis unguibus,*
*Laxare nervos non valet.*

62 *Iſtum libido fœtida*
*Per ſcorta tractum publica*
*Luto & cloacis inquinat,*
*Dum ſpurca mendicat ſtupra.*

63 *Quid ille fervens ambitu,*
*Sitimque honoris æſtuans?*
*Merſuſne anhelat febribus,*
*Atque igne venarum furit?*

64 *Quiſquis tacendi intemperans*
*Silenda prurit prodere;*
*Vexatur, & ſcalpit jecur,*
*Scabiemque cordis ſuſtinet.*

65 *Quid invidorum pectorum*
*Strumas retexam turgidas?*
*Quid purulenta & livida*
*Malignitatum vulnera?*

66 *Tute ipſe, qui Romam regis* [b],
*Contemtor æterni Dei,*
*Dum dæmonum ſordes colis,*
*Morbo laboras regio.*

67 *Hi quos ſuperbus deſpicis,*
*Quos exſecrandos judicas:*
*Brevi ulceroſos exuent*
*Artus, & incolumes erunt.*

68 *Cum carne corruptiſſima*
*Tandem ſoluti ac liberi,*
*Pulcherrimo vitæ ſtatu*
*In arce lucebunt Patris;*

69 *Non ſordidati aut debiles,*
*Sicut videntur interim;*
*Sed purpurantibus ſtolis*
*Clari & coronis aureis.*

70 *Tum ſi facultas ſuppetat,*
*Coram tuis obtutibus,*
*Iſtos potentes ſæculi*
*Velim recenſendos dari.*

71 *Pannis videres obſitos,*
*Et muculentis naribus,*
*Mentum ſalivis uvidum,*
*Lippoſque palpebra putri.*

72 *Pec-*

a Sic ex cod. mſ. ſancti Michaelis in Periculo maris. Edit. *pœnitent.* Forte & auro pro ore reponendum eſſet.

b Præfectum Urbis alloquitur, de cujus poteſtate & prærogativis, vide L. Feneſtellum cap. 6. & ex recentioribus librum Felicis *Præfecto Urbis.*

72 *Peccante nil eſt tetrius,*
*Nil tam leproſum, aut putidum;*
*Cruda eſt cicatrix criminum;*
*Oletque ut antrum tartari.*

73 *Animabus inverſa vice*
*Corrupta forma infligitur,*
*Quas pulcher aſpectus prius*
*In corpore oblectaverat.*

74 *En ergo nummos aureos,*
*Quos proxime ſpoponderam:*
*Quos nec favillis obruat*
*Ruina nec fur ſubtrahat.*

75 *Nunc addo gemmas nobiles,*
*Ne pauperem Chriſtum putes:*
*Gemmas coruſci luminis,*
*Ornatur hoc templum quibus.*

76 *Cernis ſacratas Virgines:*
*Miraris intactas anus:*
*Primique poſt damnum thori,*
*Ignis ſecundi neſcias.*

77 *Hoc eſt monile Eccleſiæ:*
*His illa gemmis comitur:*
*Dotata ſic Chriſto placet:*
*Sic ornat altum verticem.*

78 *Eccum talenta; ſuſcipe.*
*Ornabis urbem Romulam:*
*Ditabis & rem Principis,*
*Fies & ipſe ditior.*

79 Ridemur, exclamat fremens — *79 Tyrannus in Laurentium furit.*
Præfectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur,
Et vivit inſanum caput!

80 Impune tantas, furcifer,
Strophas cavillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas,
Dum ſcurra ſaltas fabulam?

81 Concinna viſa urbanitas.
Tractare noſmet ludicris?
Ergon' cachinnis venditus
Acroma [10] feſtivum fui?

82 Adeone nulla auſteritas,
Cenſura nulla eſt faſcibus?
Adeon' ſecurem publicam
Molis retundit levitas?

83 Dicis: Libenter oppetam:
Votiva mors eſt Martyri:
Eſt iſta vobis novimus,
Perſuaſionis vanitas.

84 Sed non volenti impertiam,
Præſtetur ut mortis citæ
Compendioſus exitus:
Perire raptim non dabo.

85 Vitam tenebo, & differam
Pœnis morarum jugibus,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.

86 Prunas tepentes ſternite,
Ne fervor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.

87 Vapor ſeneſcens langueat,
Qui fuſus afflatu levi,
Tormenta ſenſim temperet
Semi-uſtulati corporis.

88 Bene eſt quod ipſe ex omnibus
Myſteriarches [11] incidit:
Hic ſolus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.

89 Conſcende conſtratum rogum;
Decumbe digno lectulo;
Tunc ſi libebit diſputa,
Nil eſſe Vulcanum meum.

90 Hæc ſante Præfecto, truces — *90 Ipſi applicatur.*
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu Martyrem,
Vincire membra & tendere.

91 Illi os decore ſplenduit,
Fulgorque circumfuſus eſt.
Talem revertens Legifer * — * Exod. 34.
De monte vultum detulit:

92 Judæa quem plebs aureo
Bove inquinata & decolor
Expavit, & faciem retro
Detorſit impatiens Dei.

93 Talemque, & ille prætulit
Oris coruſci gloriam
Stephanus, per imbrem ſaxeum
Cælos apertos intuens. — Actor. 7.

94 Illuminatum hoc eminus [12]
Recens piatis fratribus,
Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat.

95 Aſt impiorum cæcitas,
Os oblitum noctis ſitu,
Nigrante ſub velamine
Obducta, clarum non videt.

96 *Ægy-*

10 Acroma, ſeu potius Græce ἀκρόαμα, eſt feſtiva narratio, quo nomine etiam talis narrationis auditio, ſeu auditor quandoque deſignatur. Vide Ciceron. pro Archia, & pro Sextio.

11 Sic Laurentium archidiaconum appellat, quod diaconi fideles de myſteriis erudirent.

12 Id eſt, fulgorem, de quo ſtrop. 92. recens baptizati, non vero gentiles viderunt.

Exod. 10. 96 Ægyptiæ plagæ in modum:
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret, Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.
97 Quin ipſa odoris qualitas,
Aduſta quam reddit cutis,
Diverſa utroſque permovet;
His nidor, illis nectar eſt.
98 Idemque ſenſus diſpari
Variatus aura, aut afficit
Horrore nares vindice,
Aut mulcet oblectamine.
99 Sic ignis æternus Deus:
Chriſtus Deus. Nam Chriſtus ignis verus eſt;
Is ipſe complet lumine
Juſtos, & urit noxios.
100 Poſtquam vapor diutinus
Decoxit exuſtum latus,
Ultro e cataſta judicem
Compellat affatu brevi.
101 *Converte partem corporis*
*Satis crematam jugiter:*
*Et fac periclum, quid tuus*
*Vulcanus ardens egerit.*
102 Præfectus inverti jubet.
*Tunc ille: Coctum eſt, devora;*
*Et experimentum cape,*
*Sit crudum an aſſum ſuavius.*
103 Hæc ludibundus dixerat;
Cælum deinde ſuſpicit,
Et congemiſcens obſecrat,
Miſeratus urbem Romulam.
Chriſtus Deus. 104 *O Chriſte, numen unitum,*
*O ſplendor, o virtus Patris,*
*O factor orbis & poli*
*Atque auctor horum mœnium!*
105 *Qui ſceptra Romæ in vertice*
*Rerum locaſti, ſanciens*
*Mundum Quirinali* [13] *togæ*
*Servire, & armis cedere:*
106 *Ut diſcrepantum gentium*
*Mores, & obſervantiam,*
*Linguaſque, & ingenia, & ſacra*
*Unis domares legibus.*
107 *En omne ſub regnum Remi*
*Mortale conceſſit genus:*
*Idem loquuntur diſſoni*
*Ritus, id ipſum ſanciunt.*
108 *Hoc deſtinatum, quo magis*
*Jus Chriſtiani nominis,*
*Quodcumque terrarum jacet,*
*Uno illigaret vinculo.*
109 *Da, Chriſte Romanis tuis,*
*Sit Chriſtiana ut civitas:*
*Per quam dediſti, ut ceteris*
*Mens una ſacrorum foret.*
110 *Confœderantur omnia*
*Hinc inde membra in ſymbolum.*
*Manſueſcit orbis ſubditus,*
*Manſueſcat & ſummum caput.*
111 *Advertat abjunctas plagas*
*Coire in unam gratiam:*
*Fiat fidelis Romulus,*
*Et ipſe jam credat Numa,*
112 *Confundit error Troicus*
*Adhuc Catonum curiam,*
*Veneratus occultis focis,*
*Phrygum penates exules.*
113 *Janum bifrontem & Sterculum* [14]
*Colit ſenatus, (horreo*
*Tot monſtra Patrum dicere)*
*Et feſta Saturni levis.*
114 *Abſterge, Chriſte, hoc dedecus;*
*Emitte Gabriel tuum;*
*Agnoſcat ut verum Deum*
*Errans Iüli* [15] *cæcitas.*
115 *Et jam tenemus obſides*
*Fidiſſimos hujus ſpei:*
*Hic nempe jam regnant duo*
*Apoſtolorum principes.*
116 *Alter vocator gentium;* 116 Prima cathedra Romæ.
*Alter cathedram poſſidens*
*Primam, recludit creditas*
*Æternitatis januas.*
117 *Diſcede adulter Jupiter,*
*Stupro ſororis oblite,*
*Relinque Romam liberam,*
*Plebemque jam Chriſti. Fuge,*
118 *Te Paulus hinc exterminat,*
*Te ſanguis exturbat Petri:*
*Tibi id, quod ipſe armaveras,*
*Factum Neronis officit.*

119 *Vi-*

13 *Quirinus* Romuli cognomen, a quo Romani *Quirites* dicti, & Quirinalia quæ ad eos attinebant, ut hic *toga quirinalis*. Porro incertum eſt a quo Romulus id cognomen acceperit; an a Marte, qui Romuli pater dicebatur, quemque Romani dum ſæviret, *Gradivum*, dum mitis eſſet *Quirinum* appellabant? An ab ejus haſta, quam Sabini *curim* ſeu *Quirim* nominabant. Titus Livius lib. 1. Decad. 1. ait Romanos *Quirites* dictos fuiſſe ob Sabinorum cum eis unionem. Iſti autem *Curites* ſeu *Quirites* a *Curibus* ſua ipſorum urbe dicti ſunt.

14 Sterculus teſte Lactantio lib. 1. de falſa religione cap. 20. in deos relatus, quod *ſtercorandi agri primus rationem induxerit*. Alios deos & homines hic memoratos norunt omnes.

15 Iülus ſeu Aſcanius Æneæ filius, a quo Romani ducunt originem.

119 *Video futurum Principem*
*Quandoque qui ſervus Dei*
*Tetris ſacrorum ſordibus*
*Servire Romam non ſinat.*

120 *Qui templa claudat vectibus*,
*Valvas eburnas obſtruat:*
*Nefaſta damnet limina*,
*Obdens aenos peſſulos.*

121 *Tunc pura ab omni ſanguine*
*Tandem nitebunt marmora:*
*Stabunt & æra innoxia*,
*Quæ nunc habentur idola.*

122 Hic finis orandi fuit,
Et finis idem vinculi
Carnalis erupit volans
Vocem ſecutus ſpiritus.

122 *Emittit ſpiritum.*

123 Vexere corpus ſubditis
Cervicibus quidam patres [16].
Quos mira libertas viri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.

124 Repens medullas indoles
Afflarat, & coegerat
Amore ſublimis Dei
Odiſſe nugas priſtinas.

125 Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium.
Plebs in ſacellis rarior:
Chriſti ad tribunal curritur.

126 Sic dimicans Laurentius
Non enſe præcinxit latus:
Hoſtile ſed ferrum retro
Torquens in auctorem tulit.

127 Dum dæmon invictum Dei
Teſtem laceſſit prœlio,
Perfoſſus ipſe concidit,
Et ſtratus æternum jacet.

128 Mors illa ſancti Martyris,
Mors vera templorum fuit:
Tunc Veſta palladios lares [17]
Impune ſenſit deſeri.

129 Quidquid Quiritum ſueverat
Orare [18] Simpuvium Numæ,
Chriſti frequentans atria
Hymnis reſultat Martyrem.

130 Ipſa & ſenatus lumina,
Quondam luperci, & flamines,
Apoſtolorum & Martyrum
Exoſculantur limina.

131 Videmus illuſtres domos,
Sexu ex utroque nobiles,
Offerre votis pignora
Clariſſimorum liberum.

132 Vittatus olim Pontifex
Accitur in ſignum Crucis;
Ædemque, Laurenti, tuam
Veſtalis intrat Claudia [19].

133 O ter, quaterque, & ſepties
Beatus urbis incola;
Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat oſſium:

134 Cui propter advolvi licet;
Qui fletibus ſpargit locum;
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmura.

135 Nos Vaſco Iberus dividit
Binis remotos Alpibus
Trans Cottianorum Juga
Trans & Pyrenas * ninguidos

* nividos.

136 Vix fama nota eſt, abditis
Quam plena Sanctis Roma ſit
Quam dives urbanum ſolum
Sacris ſepulcris floreat.

136 *Plures Martyres Romæ.*

137 Sed qui caremus his bonis,
Nec ſanguinis veſtigia
Videre coram poſſumus:
Cælum intuemur eminus.

138 Sic ſancte Laurenti, tuam
Nos paſſionem quærimus:
Eſt aula nam duplex tibi,
Hic corporis; mentis polo.

139 Illic inenarrabili
Allectus urbi municeps,
Æternæ in arce curiæ
Geſtas coronam civicam,

140 Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem virum:
Quem Roma cæleſtis ſibi
Legit perennem conſulem.

141 Quæ

16 Hi Juſtinus & Hippolytus dicuntur in Actis vulgatis ſancti Laurentii, & apud Adonem.

17 Lares dii domeſtici, qui domos ſervare putabantur, unde Prudentius eos *Palladios* vocat a Palladis ſtatua, quæ in templo Veſtæ ſervata Urbem inexpugnabilem reddere dicebatur. Hæc ſtatua antea Trojæ celebris fuerat, de qua paſſim Homerus & Virgilius. Dicitur vulgo *Palladium*.

18 Cod. S. Michaelis habet *orare Simpuvium Numa*. De Numæ Simpuvio Juvenal. Satyr. 6. Simpuvium vas erat parvum in quo diis libabant. Norunt omnes Numam Pompilium, ſecundum Romanorum regem, omnia fere eorum religionis ſacra & ceremonias induxiſſe.

19 Hæc, ut refert Suetonius in Tiberio cap. 2. fratrem injuſſu populi triumphantem, aſcenſo ſimul curru uſque in Capitolium proſecuta eſt, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum eſſet. Alia fuit Claudia matrona quæ in pudicitiæ experimentum ſertur cingulo navim traxiſſe, in qua erat deorum mater. De hac Sueton. ibid. Tit. Liv. Decad. 3. lib. 9. Ovid. Faſt. lib. 4. Valer. Max. &c.

141 Quæ ſit poteſtas credita,
Et numeris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.

142 Quod quiſque ſupplex poſtulat,
Fert impetratum proſpere:
Poſcunt licenter, indicant,
Et triſtis haud ullus redit.

143 Ceu preſto ſemper adſies,
Tuoſque alumnos urbicos
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.

144 Hos inter, o Chriſte decus,
Audi poetam ruſticum,
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua.

145 Indignus, agnoſco & ſcio,
Quem Chriſtus ipſe exaudiat;
Sed per patronos Martyres
Poteſt medelam conſequi.

146 Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium:
Et ſervientem corpori,
Abſolve vinclis ſæculi.

*146 Orat pro ſe Martyrem.*

## EXCERPTA EX OFFICIIS
### ſancti Ambroſi de beato LAURENTIO.

*Ex lib. 1. Officiorum cap. 41.*

*Laurentius ad martyrium anhelat.*

I. NOn prætereamus etiam ſanctum LAURENTIUM, qui cum videret XYSTUM epiſcopum ſuum ad martyrium duci, flere cœpit, non paſſionem illius, ſed ſuam remanſionem. Itaque his verbis appellare cœpit: *Quo progrederis ſine filio pater? quo Sacerdos ſancte ſine Diacono properas? Numquam ſacrificium ſine miniſtro offerre conſueveras. Quid ergo in me diſplicuit Pater? numquid degenerem probaſti? Experire certe utrum idoneum miniſtrum elegeris cui commiſiſti dominici ſanguinis conſecrationem*[1]. *Cui conſummandorum conſortium Sacramentorum, huic conſortium tui ſanguinis negas? Vide ne periclitetur judicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abjectio diſcipuli detrimentum eſt magiſtri. Quid? quod illuſtres & præſtantes viri diſcipulorum certaminibus magis quam ſuis vincunt. Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmiſit: & tu, Pater, oſtende in filio virtutem tuam; offer quem erudiſti, ut ſecurus judicii tui, comitatu nobili pervenias ad coronam.* Tunc Xyſtus: „Non ego „te, fili, relinquo ac deſero; ſed majo„ra tibi debentur certamina. Nos quaſi „ſenes levioris pugnæ curſum recipi„mus; te quaſi juvenem manet glorio„ſior de tyranno triumphus. Mox ve„nies: flere deſiſte. Poſt triduum me „ſequeris. Inter Sacerdotem & Levi„tam hic medius numerus decet. Non „erat tuum ſub magiſtro vincere, quaſi „adjutorem quæreres. Quid conſor„tium paſſionis expetis? Totam tibi he„reditatem ejus dimitto. Quid præſen„tiam meam requiris? Infirmi diſcipuli „magiſtrum præcedant; fortes ſequan„tur, ut vincant ſine magiſtro, qui jam „non indigent magiſterio. Sic & Elias „Eliſæum reliquit. Tibi ergo commen„do noſtræ virtutis ſucceſſionem.

II. Talis erat contentio, digna ſane, de qua certarent Sacerdos & miniſter, quis prior pateretur pro Chriſti nomine. In fabulis ferunt [2] tragicis excitatos theatri magnos eſſe plauſus, cum ſe Pylades Oreſtem diceret; Oreſtes, ut erat, Oreſtem ſe eſſe aſſeveraret: ille ut pro Oreſte necaretur, Oreſtes ne Pyladem pro ſe pateretur necari. Sed illis non licebat vivere, quod uterque eſſet par-

1 Hic locus in nova editione a noſtris reſtitutus eſt ex omnibus fere codd. mſſ. & ex editionibus Romanam antecedentibus. Verum hæc verba *dominici ſanguinis diſpenſationem, cui erogandorum*, primi non invexere Romani editores. Etenim reperiuntur in antiquiſſimo cod. ms. Foſſatenſi, qui annos 800 videtur ſuperare, in Actis ſcilicet ſancti Sixti. Ceterum *conſecrationis* & *diſpenſationis* verba idem hic deſignant diaconi miniſterium, Pontifici celebranti aſſiſtentis & populo ſacra diſtribuentis. Sic Auguſtinus ſerm. 304. ait; *Laurentium Romæ diaconi officium geſſiſſe, ibique ſacrum Chriſti ſanguinem miniſtraſſe*. Et patres Hiſpani in Miſſali Mozarabum: *cui Sixtus cuncta myſteriorum noſtrorum ſacra tranſigenda commiſerat.*

2 Vide Ciceron. lib. 3. de fin. boni & mali.

*Laurentius igne aſſatus.*

parricidii reus; alter qui feciſſet, alter qui adjuviſſet. Hic Laurentium ſanctum ad hoc nullus urgebat, niſi amor devotionis; tamen & ipſe poſt triduum cum illuſo tyranno impoſitus ſuper craticulam exureretur: *Aſſum*[3] *eſt*, inquit, *verſa & manduca*. Ita animi virtute vincebat ignis naturam.

*Item ex libro 2. officiorum ejuſdem ſancti Ambroſii cap. 28.*

III. Tale aurum ſanctus martyr Laurentius Domino reſervavit: a quo cum quærerentur theſauri Eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi eſſent theſauri quos promiſerat, oſtendit, pauperes dicens: *Hi ſunt theſauri Eccleſiæ*[4]. Et vere theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Denique Apoſtolus ait: *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus*. Quos meliores theſauros habet Chriſtus, quam eos in quibus ſe eſſe dixit? Sic enim ſcriptum eſt: *Eſurivi & dediſtis mihi manducare, Sitivi & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram & collegiſtis me*. & infra: *Quod enim uni borum feciſtis, mihi feciſtis*. Quos meliores Jeſus habet theſauros, quam eos in quibus amat videri? Hos theſauros demonſtravit Laurentius, & vicit, quod eos nec perſecutor potuit auferre.

*2 Cor. 4. 7.*

*Matth. 25. 35.*

IV. Itaque Joachim qui aurum in obſidione ſervabat, nec diſpenſabat alimoniæ comparandæ, & aurum vidit diripi, & ſe in captivitatem deduci. Laurentius qui aurum Eccleſiæ maluit erogare pauperibus quam perſecutori reſervare, pro ſingulari ſuæ interpretationis vivacitate ſacram martyrii accepit coronam. Numquam dictum eſt ſancto Laurentio: Non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa ſacramentorum vendere. Opus eſt ut quis fide ſincera, & perſpicaci providentia munus hoc impleat. Sane ſi in ſua quis derivat emolumenta, crimen eſt; ſin vero pauperibus erogat, captivum redimit, miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere: Cur pauper vivit: nemo poteſt queri, quia captivi redempti ſunt: nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt: nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt: nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa Eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet.

*4 Reg. 24.*

[3] Auguſtin. ſerm. 303. *Jam flamma uſtus, ſed patientia tranquillus: Jam, inquit, coctum eſt; quod ſupereſt, verſate me & manducate.* Vide ſerm. S. Petri Chryſologi laudatum.
[4] Auguſtin. ibid. *Reſpondit: Hæ ſunt divitiæ Eccleſiæ &c.*

## *ADMONITIO*

### In Vitam & Acta ſancti CYPRIANI Epiſcopi & Martyris.

### *Ubi de plurimis aliis Martyribus.*

*Vita & paſſio S. Cypriani.*

I. CUm, teſte Maximo Taurinenſium antiſtite, *Cypriani non mors ſolum, ſed etiam vita in conſpectu Domini pretioſa fuerit*; haud dubium quin divina providentia factum ſit, ut non ſolum hujus ſanctiſſimi Præſulis martyrii Acta, ſed etiam reliquas ipſius vitæ actiones ab eo ſaltem tempore, quo Chriſti fidem amplexus eſt, conſcriptas haberemus. Libellum de ejus vita referre debemus acceptum Pontio ejus diacono, qui, teſte Hieronymo in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, *egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani* reliquit. Cujus quidem auctoris narratio eo certior cenſenda eſt, quod ea quibus ut plurimum interfuerat, & quæ coram poſitus viderat & audierat, ab eo referantur. Quod attinet ad ipſius paſſionis Acta, hæc prout ea nunc habemus, duplicem ipſius coram Proconſule confeſſionem continent, ex ipſis Actis publicis excerpta, quæ a ſancto Auguſtino viſa lectaque fuiſſe conſtat ex ejus ſermone 309. novæ editionis, cum is fere totus ex horum Actorum verbis contextus ſit. Quanti vero ejuſmodi Acta a fidelibus facta fuerint, illud argumento eſt, quod Cypriano etiam ſuperſtite, jam primæ ejus confeſſionis Acta in omnium manibus haberentur. Id præter Pontium Nemeſianus, aliique Martyres in metallo conſtituti aſ-

ſerunt in epiſtola, quæ eſt ioter Cyprianicas novæ edit. 77. Pamel. 78. *Quaſi bonus*, inquiunt, *& verus doctor, quid nos diſcipuli ſecuti apud Præſidem dicere debemus, prior apud Acta Proconſulis pronuntiaſti, & tuba canens Dei milites cæleſtibus armis inſtructos ad congreſſionis prœlium excitaſti.* Hæc porro Actis iis adjunctis, quæ io extrema confeſſione & ipſa morte contigerant, in unum faſcicolom a fidelibus redacta, ſimul cum Pootii de Cypriani vita libello ad nos uſque pervenerunt; eaque omnia ipſius ſancti Cypriani operibos præfixa ſuot in editione Oxonieoſi. Utraque autem ad nonnullos codd. mſſ. rurſus exacta bic denuo exhibemus; Vitam quidem ad duos optimæ notæ & aotiquitatis venerandæ codd. collatam, quorom uous ſancti Petri Foſſatenſis annos 800. ſuperat, alter vero ex Floriacenſis mooaſterii celebri olim bibliotbeca annos 600. videtur præferre: Acta vero proconſularia io plurimis quidem codd. etiam antiqoiſſimis reperta, ſed in paucis pura & omnino ſincera: quorum varietates, ſi quæ obſervatione digna occurrent, in notulis apponemus. Ceterom Paſſio ſanctorum Cornelii & Cypriani, quæ paſſim io codd. mſſ. occurrit, io cod. monaſterii ſancti Petti Resbacenſis diœceſis Meldenſis, annorum circ. 500. & io altero mooaſterii Gemeticenſis, tribuitur Hilduino his verbis: *Incipit Hiſtoria (S. Cornelii) Papæ cum paſſione, quam, jubente sereniſſimo Auguſto Hlotbario, Hilduinus arcbicancellarius de diverſis opuſculis ſancti Cypriani epiſcopi & martyris, aliiſque auctoribus geſtorum collegit & ordinavit.* Deinde ſic incipit, *In diebus illis cum univerſus orbis terrarum Romanorum ditione &c.*

Laudes ex SS. Patribus.

2. Præter hæc quæ de ſancti Cypriani vita & martyrio babemus, poſſent & alia multa proferri quæ de ejus laudibus ſancti Patres conſcripſerunt. Homilias duas de eo edidit ſanctus Maximus Taurineoſis tomo 5. bibliothecæ Patrum edit. Colon. unam Petrus Chryſologus. De eodem ſermonem egregium habuit ſanctus Fulgentius Ruſpenſis epiſcopus; & aote hos omnes Gregorius Nazianzeous onam orationem, quæ ſcilicet eſt decima octava tomi 1. de eodem ſancto Martyre compoſuit. Verum in ea illud eſt incommodi, qood magoum Cypriaoum confundit cum alio Cypriano, qui ex mago Cbriſtianus factus, cum Juſtina virgine quam veneficiis fruſtra corrompere teotaverat, martyrium Nicomediæ ſub Diocletiaoo ſubiiſſe fertur. Io eumdem ſcopulum impegiſſe videntur Prudentius io bymno de S. Cypriano, & alii nonnulli, potiſſimum e Græcis.

Alius a Cypriano mago.

At memorabile eſt quod obſervat Nazianzenus, virginem ſcilicet Juſtinam, cum ne pudori ſuo vis aliqua inſeretur timeret, Mariam Virgioem invocaſſe, ut ſibi io his angoſtiis ſubveoiret. Horum Martyrum, quibos & Theoctiſtum alias ignotum adjungit, res geſtas fuſe tribus libris proſecuta eſt Eudoxia Auguſta, uti videre eſt apud Photium io Biblioth. cod. 184. de quibus Adbelelmus in libro de virgioitate, & alii auctores agunt. Sed præ omnibus aliis io laudaodo Cypriano excelloit ſanctus Auguſtinus, qui præter ſermonem jam a nobis ſuperius laudatum, & alios quatuor quos de eo habuit ad popolum Carthaginenſem novæ editionis 310. 311. 312. & 313. molta de eo paſſim habet, ſed præſertim io libris de baptiſmo, ubi hunc ſanctum Martyrem adverſus Donatiſtarum calumoias, quem ſibi ipſis patrocinari temere contendebant, egregie viodicat; oſtendens, quod etſi circa baptiſmum ab hæreticis collatum aliquantiſper a veritatis tramite deviaverit, nomquam tameo receſſerit ab unitatis amore, io qoo verſabatur præcipoum inter Donatiſtas & Catholicos diſſeoſioois capot. Sed ut plenios innoteſcat quaotum ſemper fuerit Cypriaoi pro unitate Eccleſiæ ſervanda ſtudiom, uoicum ejus teſtimonium proferre ſufficiet ex epiſtola 73. ad Jubaianum, quod ſane magni momenti eſſe infitiari nemo poteſt, cum hæc epiſtola ſcripta fuerit eo tempore, quo maxime inter ipſum & Stephaoum Romanum pontificem diſſidium fervebat de baptiſmatis iteratione. Sic enim poſtquam multum de ea quæſtione diſputavit, hanc concludit epiſtolam. *Nos quantum in nobis eſt, propter bæreticos cum collegis & coepiſcopis noſtris non contendimus, cum quibus divinam concordiam & dominicam pacem tenemus, maxime cum & Apoſtolus dicat: Si quis autem putatur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non babemus, neque Eccleſia Dei.* 1 Cor 11. *Servatur a nobis patienter & firmiter * caritas animi, collegii bonor, vinculum fidei, & concordia ſacerdotii.* Is erat Cypriaoi pro unitate affectus: quem attendens Auguſtious, jure merito affirmavit lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas, qood etſi aliquis Cypriaoi animæ ſanctæ caodorem oævus ob eum errorem affecerit, ſtatim *a caritatis uberibus contectus fuerit*, utpote, *quem falx Paſſionis purgavit, & compenſavit caritatis ubertas*. Eumdem vero libro 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 40. *Doctorem ſuaviſſimum & Martyrem beatiſſimum* appellat. quæ verba Caſſiodorus adoptavit in lib. divioarum Lectionem cap. 28.

* al. leniter.

3 Hunc procol dubio Chriſtianæ caritatis affectum laudare voluit Hieronymos in

epiſtola

Digitized by Google

epiſtola ad Paulinum, cum hoc de Cypriani ſcriptis judicium tulit, *Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis incedit & placidus.* Et in cap. 60. Iſaiæ *ſanctiſſimum & eloquentiſſimum Martyrem* appellavit. In Catalogo autem ſcriptorum eccleſiaſticorum ejuſdem ſanctiſſimi Martyris *ingenii indicem texere ſuperfluum eſſe* exiſtimavit, *cum*, inquit, *ſole clariora ſunt ejus opera*. Ceteri etiam Patres ejus opera plurimis laudibus extulerunt: ex quibus, ut paucis abſolvam, unum aut alterum afferre ſufficiat. Lactantius, Hieronymo antiquior, Cyprianum ceteris oratoribus Chriſtianis prætulit lib. 5. Inſtitutionum divinarum, ubi cum de Minutio Felice & Tertulliano aliqua protuliſſet, hæc de iſto beato Martyre ſubjunxit. *Unus igitur præcipuus & clarus exſtitit Cyprianus .... admodum multa conſcripſit in ſuo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioſo, ſuavi, &, quæ ſermonis maxima eſt virtus, aperto: ut diſcernere nequeas, utrumne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in perſuadendo fuerit.* Eadem fere habet Caſſiodorus in aureo libello divinarum Lectionum capite 19. ubi ait: *Impoſſibile eſt omnino complecti, quantum inter alios ſcriptores (præter iteratam rationem baptiſmi, quam uſus poſtea repudiavit Eccleſiæ) conferat beatiſſimus Cyprianus, velut oleum decurrens in omnem ſuavitatem lingua compoſita, declamator inſignis, doctorque admirabilis. Quantos enim ille dubitantes non pertulit labi, lapſos vero firmiſſima prædicatione ſolidavit, Confeſſores ad martyrium ipſe perduxit? Et ne minor eſſet prædicationibus ſuis, ipſe quoque martyeii corona, Domino præſtante, decoratus eſt.*

*Cypriani doctrina.*

4. Cum itaque tot egregiis dotibus inſtructus fuerit Cyprianus, mirum non eſt quod Eccleſiæ tum vivens, tum etiam poſt mortem adeo profuerit. Ex ejus enim ſcriptis, in quibus de præcipuis fidei noſtræ & diſciplinæ eccleſiaſticæ capitibus clare & ſine ullis ambagibus diſſeruit, Eccleſia armis inſtruitur, quibus gentilium calumnias coerceat, hæreticorum errores obtundat, ſchiſmaticos ad Eccleſiæ unitatem revocet, Chriſtianorum mores recte informet, ac tandem ut quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, recte ſanciantur. Habentur adverſus Idololatras Tractatus de Idolorum vanitate, & quæ ad Demetrianum conſcripſit; Judæos in libris teſtimoniorum devicit; ſchiſmaticorum pervicaciam confregit in variis epiſtolis, præcipue in ea quam ad Cornelium conſcripſit, atque in libro de unitate Eccleſiæ in quibus tam aperte Pontificis Romani Primatum ſtabilivit, ut mirum ſit tam clara ſancti Martyris verba etiam nunc a viris doctis, qui ab Eccleſiæ Romanæ communione ſejuncti ſunt, in alium ſeorſum detorqueri. Hanc vero Eccleſiæ Catholicæ communionem, *cujus unitatis origo*, ut ipſemet loquitur, Romana eſt eccleſia, ita neceſſariam eſſe duxit, ut extra ipſam nec graviora tormenta, nec ipſum martyrium conſummatum quidquam cenſuerit proficere. Epiſcoporum auctoritatem in Eccleſia adminiſtranda, cleri & populi jura in clericorum electionibus, Exomologeſis neceſſitatem, indulgentiarum rectum uſum, paſſim exponit ac ſtabilit. In Geminii Victoris negotio ſacrificium pro defunctis ante ipſius ævum offerri fuiſſe conſuetum declarat epiſt. 1. edit. Anglic. Pamel. 66. In Eccleſia tunc temporis virgines fuiſſe, quæ *tam carne quam mente Deo ſe voverant*, docet præcipue in libro de habitu Virginum. In epiſtola vero novæ edit 62. Pamel. 60. *mœrore & cruciatu* affectum ſe dicit *ob virginum periculum* in barbarica irruptione captarum, *ne membra Chriſto dicata, & in æternum continentiæ honore pudica, virtute devota, inſultantium libidine & contagione fœdentur*. Hiſtrionem ab eccleſiaſtica communione ſemovendum cenſet epiſt. 2. edit. Angl. Pamel. 61. ſed & alias paſſim docet, quantum a ſpectaculis & theatris Chriſtiani debeant abhorrere. quos ad virtutes amplectendas inſtruit in variis tractatibus de *bono patientiæ*, *de opere & eleemoſynis*, *de zelo & livore*, *de Oratione dominica*, & in tractatu *ad Donatum*, qui primus eſt poſt ſuſceptam Chriſti fidem ejus ingenii fetus.

*Eccleſiæ utilis*

*Virgines ſacræ tempore Cypriani.*

5. Multa etiam de Sacramentis utilia ex eo habemus, ut cum baptiſmum a manuum impoſitione diſtinguit; Pœnitentiæ neceſſitatem probat; Panem & vinum aqua mixtum in calice ſacrificii materiam legitimam eſſe declarat in ep. 63. utriuſque editionis, in qua etiam ſicut & in aliis paſſim locis de corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia veritate multa habet, quæ in Officio de ſacratiſſimo altaris Sacramento novæ editionis ſimul in unum collecta reperies, cum aliis ſanctorum Patrum ea de re teſtimoniis. Exponit etiam quinam ſint ad illum vitæ panem ſumendum admittendi, quinamve ab eo arceri debeant. Multa de lapſis, ac de libellis quos a Martyribus obtinebant, habet potiſſimum in libro quem *de lapſis* inſcripſit. in quo opuſculo nonnullos eventus refert, ex quibus aliquot eccleſiaſticæ diſciplinæ ejus temporis capita ediſcimus. Sic communionem ſub unica vini ſpecie infantibus datam fuiſſe colligitur ex puellæ hiſtoria,

*Plurima de Sacramentis.*

quæ

quæ cum ex immolatitiis prægustaſſet, ex ſacro calice qui ei a Diacono porrigebatur, nihil glutire poterat. *In corpore*, inquit, *atque ore violato, Eucbariſtia*, ſic unicam vini ſpeciem appellat, (vide & epiſt. 15. alias 11.) *permanere non potuit* &c. alia deinde ſubjungit, ex quibus apparet tunc temporis fideles Euchariſtiam apud ſe ſervaſſe, etiam laicos ipſam in manibus recipere ſolitos fuiſſe, qua de re vide epiſt. 58. edit. Anglic. alias 56. ad plebem Thibaritanam, & lib. *de bono patientiæ*. Porro eamdem Euchariſtiam aliquando *ſacrificium*, aliquando *oblationem*, interdum etiam *Sacramentum* indifferenter appellat.

De fidei myſteriis.

6. Non minus diſerte de præcipuis religionis noſtræ myſteriis diſſeruit, ita ut futuros hæreticos longe antequam in Eccleſiam inſurgerent debellarit. Quid de Incarnatione, ſanctiſſima Trinitate, & divinitatis unitate apertius dici poteſt. Millenariorum ſomnia paſſim confutat, peccatum originale agnoſcit, gratiæ Chriſti neceſſitatem admittit. Sed emtuit præcipue in Chriſti divinitate vindicanda. Videſis epiſt. 73. ad Jubaianum. *Si*, inquit, *peccatorum remiſſam conſecutus eſt*... *& templum Dei factus eſt, quæro cujus Dei? Si Creatoris, non potuit qui in eum non credidit. Si Chriſti, nec ejus fieri poteſt templum, qui negat* DEUM CHRISTUM. *Si Spiritus ſancti, cum tres unum ſint &c.* Iterum unitatem Patris, Filii & Spiritus ſancti vulgato hoc Johannis epiſtolæ teſtimonio, *& hi tres unum ſunt*, probat in lib. de unitate Eccleſiæ. Sed mira de Chriſti divinitate habentur in ſententiis Epiſcoporum concilii Carthaginenſis de baptizandis hæreticis, cui ipſe Cyprianus præfuit, ad quas viros doctos non attendiſſe mirum eſt, cum de Chriſti divinitate a primorum ſæculorum Patribus agnita tractatum eſt. Sic & in iis ipſis, in quibus aliquid humani paſſus eſt, utilis Eccleſiæ fuit Cyprianus. Hinc tanta fuit ejuſdem apud Carthaginenſes auctoritas, ut eam quibuſvis argumentis præferre ſoliti fuerint. Quare ſanctus Auguſtinus, ut ipſe refert, petente Aurelio Carthaginenſi epiſcopo hujus glorioſiſſimi Martyris epiſtolam ad Fidum in manibus geſtans, errores Pelagianorum in ſermone ad populum Carthaginenſem publice confutavit. Is ſermo eſt novæ edit. 294. habitus in Natali Martyris Guddentis, (pro Gudenti) *forte Gaudentium* reſtituendum putarunt noſtri in nova Auguſtiniana editione; at potius *Gudennis* legendum exiſtimo. *Gudenis* enim, aut, ut alii ſcribunt, *Gaudenis* virgo, paſſa eſt Carthagine ſub Severo imperatore, Conſulibus Geta & Plautiano, cujus feſtum vulgata Martyrologia die 18. Julii commemorant. In eo autem ſermone ſanctus Auguſtinus ſic loquitur cap. 20. *Rogo vos ut paululum acquieſcatis, lego tantum. Sanctus Cyprianus eſt quem in manibus ſumſi, antiquus Epiſcopus ſedis hujus*.... *Ad hoc ergo lego ſanctum Cyprianum, ut videatis quomodo ſit intellectus canonicus, & catholicus ſenſus in his verbis quæ paullo ante tractavi.* Hæc vero ſe feciſſe teſtatur Auguſtinus libro de Geſtis Pelagii cap. 11. ut nefarius Pelagianorum error, qui jam in aliquorum mentes irrepſerat, penitus ab eorum cordibus evelleretur.

Deus Chriſtus.

Auctoritas.

Verum hæc de Cypriano exiſtimatio intra unius Africæ limites non coartabatur, ut ex Vincentio Lirinenſi patet, qui hunc Martyrem in Commonitorio num. 6. *ſanctorum omnium & epiſcoporum & martyrum lumen* appellat. Aliorum virorum illuſtrium aut Patrum teſtimoniis proferendis ſuperſedeo, ne nimium protraheretur oratio, ſi ſingula quæ vel in Cypriani operibus obſervanda occurrunt, vel quæ in ejus laudem ab aliis Patribus ſcripta ſunt, recenſeremus.

7. Hæc fuit profecto ſumma Cypriani auctoritas, quæ tot Martyres Eccleſiæ acquiſivit, *cujus pio & ſancto*, ut ait Auguſtinus ſerm. 312. *dominica luce radiante accendebantur eloquio*. Erat quippe veluti *tuba, qua ad proſternendum pretioſis ſanctorum mortibus diabolum Chriſto militantes & devoti Martyres excitabantur*. Proferendæ hic eſſent integræ ejus epiſtolæ, quibus eos ad tormenta ſuperanda mortemque ipſam fortiter ſubeundam adhortabatur, & conſtitutis in carcere neceſſaria curabat miniſtrari. Quin etiam exſules & captivos eleemoſynis recreabat; abſentes epiſtolis, præſentes verbis, omnes denique exemplis ad conſtantiam incitabat. Unde mirum non eſt ſi tot habuerit pretioſos laborum ſuorum fructus, Martyres dico illuſtriſſimos, quorum alios præmiſit, alios vero præceſſit ad coronam. Priorum triumphos ita ſciebat poſterioribus repræſentare, ut nihil efficacius ad ipſos excitandos excogitari poſſit. Id profitentur Romani Martyres, epiſtola inter Cyprianicas novæ editionis 21. Pamel. 26. quibus cum ille ſanctiſſimus antiſtes de Africanorum martyrio ſcripſiſſet, hæc ipſi reſpondent: *Ex tuis*, inquiunt, *litteris vidimus glorioſos illos Martyrum triumphos, & oculis noſtris quodammodo cælum illos petentes proſecuti ſumus, ac inter angelos, ac poteſtates, dominationeſque cæleſtes conſtitutos contemplati ſumus. Sed & Dominum apud Patrem teſtimonium &*...... *Hoc eſt ergo quod & nobis animum in dies ſingulos*

Martyres adhortatur.

*erigit*

*erigit, & ad conſequendos gradus tantæ dignationis incendit.*

*Dies eorum obitus notati.* 8. Quantani vero, in memoria Martyrum ſervanda, curam adhibuerit beatiſſimus Pontifex, ex ejus epiſtola 12. edit. novæ, Pamel. 37. colligitur, in qua presbyteris & diaconibus eccleſiæ ſuæ mandat, ut dies quibus ſinguli exceſſerint, diligenter annotare curent: *ut commemorationes eorum inter Martyrum memorias poſſint celebrari*. Tertullum deinde presbyterum laudat, quod ipſi dies ſignificaverit, quibus beati Confeſſores & Martyres in carcere conſtituti e vivis exceſſerant. Utinam haberemus illud Tertulli Kalendarium, ex quo *Kalendarium Carthaginenſe.* tot beatorum virorum ſaltem nomina nobis innoteſcerent! Horum aliquot tantummodo recenſet Lucianus in epiſtola ad Celerinum inter Cyprianicas 20. edit. novæ, ubi etiam eorum mortis genus exhibet his verbis: *Saluta Numeriam & Candidam, quæ ſecundum Pauli præceptum, & ceterorum Martyrum, quorum hic nomina ſubjicio*, BASSI *Aliorum Martyrum nomina.* *in Petrario*, MAPPALICI *in quæſtione*, FORTUNIONIS *in carcere*, PAULI *a quæſtione*, id eſt, ut exiſtimo, ex tormentis quæ in quæſtione pertulerat, FORTUNÆ, VICTORINI, VICTORIS, HERENI, CREDULÆ, HERENÆ, DONATI, FIRMI, VENUSTI, FRUCTI, JULIÆ, MARTIALIS, & ARISTONIS, *qui Deo volente in carcere fame necati ſunt*. De his Martyribus loquitur ipſe Cyprianus epiſtola 10. novæ edit. vet. 9. ubi ait ſe comperiſſe ex iis qui comprehenſi fuerant, *quoſdam jam fuiſſe coronatos, alios vero ad coronam victoriæ proximos eſſe*. Et quidem paullo poſt notat, MAPPALICUM in *ipſo agonis certamine conſummaſſe martyrium*. Is eſt Mappalicus, quem iterum laudat Cyprianus epiſtola 27. Pamel. 23. quique in vetuſtiſſimo Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendario notatur XIII. Kalendas Maii, in vulgatis autem Martyrologiis die XV. Kalend. ejuſdem menſis, id eſt die 17. Aprilis. De Victorino hic quoque memorato videtur intelligi debere inſcriptio apud Fabrettum relata veter. Inſcript. cap. 8. pag. 580. quæ ſic habet: *Jubente Deo Chriſto noſtro S. Martyri Victorino Quodvult.* *Chriſtus Deus.*

*Alii plurimi Martyres.* 9. Aliorum etiam Martyrum mentionem facit Cyprianus in epiſt. nunc 40 Pamel. 35. occaſione Numidici presbyteri, quem ob id maxime laudat, quod *hortatu ſuo copioſum Martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante ſe miſerit*; quod *uxorem adhærentem lateri ſuo concrematam ſimul cum ceteris lætus aſpexerit*; quod *tandem ipſe ſemiuſtulatus & lapidibus obrutus & pro mortuo derelictus*.... ſed demum a filia quæ ejus cadaver inquirebat, *refocillatus, a comitibus quos præmiſerat remanſerit invitus*. Adjungi poſſunt CASTUS & ÆMILIUS, quos, ut ipſe ait libro de lapſis, *in prima congreſſione devictos, Dominus in ſecundo prælio victores reddidit, ut fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante ceſſiſſent*. De his qui etiam in Kalendario Carthaginenſi Mabilloniano & in ceteris Martyrologiis XI. Kal. Junias celebrantur, ſermonem 285. habuit Auguſtinus. Omitto alios Martyres, quos variis in locis laudat Cyprianus: inter quos enituerunt præcipue *Rogatianus & Feliciſſimus*, qui primi omnium in carcerem truſi ſunt ex epiſtola 6. alias 81. ubi mulieres etiam & pueros cum aliis Martyribus in carcere fuiſſe memorat. Plures alios cleri & populi Carthaginenſis Martyres laudat paſſim; quales ſunt *Saturninus*, *Aurelius*, *Celerinus* & alii. Hujus Celerini Avia CELERINA, patruus & avunculus LAURENTINUS & IGNATIUS, jam antea glorioſe martyrium conſummarant, ut ipſe Cyprianus in epiſtola 39. alias 34. affirmat, ubi exponit quanta Celerinus pro Chriſti nomine tormenta pertulerit. Celerinæ baſilicam quæ exſtabat Carthagine, memorant Auguſtinus ſerm. 174. & Victor Vitenſis libro 1.

10. Sed & hanc perſecutionem per alias *Perſecutio in aliis Africæ regionibus.* quoque Africæ regiones exarſiſſe colligitur ex eodem Cypriano, qui in epiſtola 76. alias 77. ad Martyres in metallo conſtitutos, inter alios novem epiſcopos recenſet, quos *multiplici plebis portione comitatos* fuiſſe dicit, immo & *virginibus & pueris*, ut hunc *martyrii beatum gregem & ſexus & ætas omnis ornaret*. Quin & in epiſtola quam tribus ante hanc annis ad Pupianum conſcripſerat, alios ex ſuis collegis fuiſſe proſcriptos, alios in exſilium deportatos, alios tandem etiam animadverſos fuiſſe refert. Ejus verba hæc ſunt. *Quare*, inquit, *in hunc ſcrupulum non inciderunt tot coepiſcopi collegæ mei, qui vel cum de medio recederent proſcripti ſunt, vel apprehenſi in carcere & catenis fuerunt, aut qui in exſilium relegati, illuſtri itinere ad Dominum profecti ſunt, aut qui quibuſdam locis animadverſi, cæleſtes coronas de Domini clarificatione ſumſerunt.*

11. Ceteris tandem Africanis Martyri- *Maſſa Candida.* bus qui tempore beati Cypriani martyrium conſummarunt, accenſenda eſt illuſtris illa Martyrum multitudo, quam vulgo MASSAM CANDIDAM appellant. *Maſſa*, inquit Auguſtinus ſerm. 306. quem in eorum Natali habuit, *ob numeri multitudinem, Candida ob cauſæ fulgorem*. Hos Martyres *Uticenſem Maſſam candidam* appellat

pellat idem Auguſtinus ſerm. 311. qui tertius eſt in natali ſancti Cypriani. unde colligunt nonnulli, hos Martyres Uticæ paſſos fuiſſe. quamvis Martyrologia, quibus ſavere videtur Prudentius, ipſos apud Carthaginem martyrium conſummaſſe referant. Priorum tamen certior apparet ſententia, cui favere videtur idem Auguſtinus enarratione in Pſalmum 144. quam ſcilicet Uticæ in *baſilica Maſſæ Candidæ* fecit ad ejus civitatis plebem. Et quidem in ea urbe Proconſulem de Martyrum cauſis cognoviſſe certum eſt. Si quidem beatus Cyprianus paullo ante paſſionem ſuam quæſitus, ut illuc ad Proconſulem perduceretur, ſe abſcondit, ne extra civitatem ſuam, longe a plebe ſibi commiſſa, martyrium ſuum expleret, ut ipſemet teſtatur epiſtola 81. alias 83. qua clero & populo Carthaginienſi ultimi ſeceſſus ſui rationem reddit. Non magis certus eſt eorumdem Martyrum numerus, quos plures quam centum & quinquaginta fuiſſe aſſeverat Auguſtinus enarratione in Pſalm. 49. Trecentos vero cum Prudentio alii numerant, quos ex omni ſexu & ætate gladio animadverſos fuiſſe aſſerit auctor ſermonis 317. Appendicis Auguſtinianæ; quamvis aliter vulgo, ſcilicet per ignem in calcaria fornace vehementer accenſum, martyrium conſummaſſe putentur. Hoc diſertis verbis exprimit Prudentius in hymno 13. περὶ στεφάνων, de ſancto Cypriano, ubi ſanctorum Maſſæ candidæ martyrium his verſibus eleganter deſcribit.

*Fama refert foveam campi in medio patere juſſam,*
*Calce vaporifera ſummos prope margines refertam.*
*Saxa recocta vomunt ignem, niveuſque pulvis ardet,*
*Urere tacta potens; & mortifer ex odore flatus.*
*Appoſitam memorant aram, fovea ſtetiſſe ſumma,*
*Lege ſub hac ſalis aut micam, jecur aut ſuis * litaret* (* porci.)
*Chriſticolæ, aut mediæ ſponte irruerent in ima foſſæ.*
*Proſiluere alacres curſu rapido ſimul trecenti.*
*Gurgite pulvereo merſos liquor aridus voravit,*
*Præcipitemque globum fundo tenus implicavit imo.*
*Corpora candor habet, candor vehit ad ſuperna mentes.*
CANDIDA MASSA *dehinc dici meruit per omne ſæclum.*

Horum Martyrum ſollemnitas menſe Auguſto in Kalendario Carthaginenſi notatur, quam poſteriora Martyrologia paſſim ad diem 24. ejuſdem menſis referunt.

12. Verum nec intra Africæ terminos cobiberi potuit Cypriani erga Martyres *Martyres Romani.* affectus. Superſunt adhuc aliquot ejus epiſtulæ, quibus Romanis Martyribus gratulatur, quos etiam aliquando, uti jam diximus, de Martyribus Africanis certiores reddebat, ut viciſſim aliquid ab ipſis de Romanis acciperet. Hinc poſt Fabiani Pontificis martyrium litteras a Clero Romano ſibi directas accepit, quibus, ut ipſemet teſtatur epiſtola 9. alias 4. *de glorioſo* hujus Pontificis *exitu pleniſſime inſtructus eſt*. Nec mirum eſt ejus Pontificis exitum tam nobili victoria illuſtratum fuiſſe, cujus electio divinitus facta fuerat, uti teſtatur Euſebius lib. 6. *hiſt.* Eccl. cap. 22. Cyprianus itaque accepto felicis ejus agonis nuntio, Martyres Romæ conſtitutos epiſtolis recreavit, eorumque conſtantiam & perſeverantiam in fide pluribus verbis extulit, æquiori ſane judicio quam Dodvvellus, qui ut Decii manſuetudinem laudaret, iſtorum beatiſſimorum Martyrum gloriæ detrahere, diſſertatione de paucitate Martyrum num. 53. veritus non eſt ubi etiam aſſerit MOYSEN carceris potius incommodis, quam nova aliqua judicis ſævitia obiiſſe; quem tamen Cornelius Papa, teſtis oculatus, in epiſtola ad Fabium Antiochenum, apud Euſeb. lib. 6. cap. 43. refert *egregio & admirando martyrio perfunctum fuiſſe*. Immo & de Moyſe, quaſi ſolus in hac perſecutione mortuus fuerit, loquitur Dodvvellus: licet Cyprianus alios etiam ante Moyſis mortem e ſæculo receſſiſſe aſſerat epiſtola 37. alias 16. ad eumdem Moyſem Maximum & ceteros Confeſſores data. *Beati*, inquit, *ſatis, qui ex vobis per hæc gloriarum veſtigia commeantes, jam de ſæculo receſſerunt, confectoque itinere virtutis ac fidei, ad complexum & oſculum Domini Domino ipſo gaudente, venerunt. Sed & veſtra non minor gloria &c.* Certe in epiſtola 28. alias 25 quam paullo ante ad eoſdem Confeſſores ſcripſerat, *conſummatorum per tormenta martyriorum* jam meminerat. Porro non imus inficias, inter eos quos paſſim laudat Cyprianus, alios *Confeſſores* tantum fuiſſe, alios vero *Martyres*. Confeſſores appellabantur, qui coram judicibus interrogati Chriſtum confeſſi erant; Martyres vero, qui poſt Chriſti confeſſionem, etiam torti in fide perſeveraverant. At ſi iſti in tormentis, vel poſtea ex tormentis animam exhalarent, tunc *Martyres conſummati*, ſive *coronati* dicebantur. De his omnibus videſis Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 2. Januarii.

13. De-

*Viſiones.*

13. Decii perſecutionem brevi ſubſecuta eſt alia ab Imperatore Gallo excitata. De ea viſionibus crebris & aſſiduis oſtenſionibus a Deo certior factus Cyprianus, non plebem ſolum ſibi commiſſam, ſed etiam alios Africanæ eccleſiæ fideles ad eam fortiter perferendam adhortatus eſt: qua de re exſtat ejus epiſtola ad plebem Thibari conſiſtentem, quæ eſt novæ editionis 58. vet. 56. De eadem perſecutione Cornelium Papam monet epiſt. 57. alias 54. & quidem in ea martyrium finivit Cornelius; quod *martyrium egregium* fuiſſe ex Eulogii Epiſcopi Alexandrini libro ſexto obſervat Photius in Biblioth. cod. ultimo. Ejuſdem glorioſam confeſſionem laudat Cyprianus epiſt. 60. alias 57. mortem vero epiſtola ſequenti, qua Lucio in Cornelii locum ſubſtituto, de reditu ab exſilio gratulatur. Sed cum ipſe quoque Lucius paullo poſt Martyr occubuiſſet, utriuſque memoriam commendavit Stephano eorum ſucceſſori epiſt. 68. alias 67. his verbis: *Servandus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum Martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus, quorum memoriam cum nos honoremus; multo magis tu, frater cariſſime, honorificare & ſervare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſſor eorum factus es.*

*Cyprianus in Eccleſiæ unitate conſummat martyrium.*

14. Poſt tot vero Martyres quos ad cælos præmiſerat Cyprianus, & ipſe tandem glorioſo martyrio coronatus eſt. *Præceſſerant*, inquit Auguſtinus ſerm. 309. *Cyprianum multi Martyres, quos flagrantiſſimis exhortationibus ſuis ad vincendum diabolum accenderat: & erat utique juſtum, ut quos veridicus loquendo præmiſerat, patiendo intrepidus ſequeretur.* Id contigit anno CCLVIII. adſtante omni civitatis ſuæ populo, ut ipſe ſemper exoptarat, & quidem in unitate Eccleſiæ catholicæ, quod pluribus in locis aſſerit & probat idem Auguſtinus. Quamvis enim nonnulli arbitrati fuerint eum a Stephano Papa *abſtentum* fuiſſe; nemo tamen, ut mihi quidem videtur, inficiari poteſt quin poſt hujus pontificis obitum pax Eccleſiæ fuerit reſtituta. Id innuit Pontius Vitæ Cypriani num. 14 ubi Xyſtum Stephani ſucceſſorem, *bonum & pacificum Sacerdotem* appellat: & ipſe quidem Cyprianus epiſt. 80. alias 82. quam paullo ante obitum ſcripſit, Succeſſum monet de ejuſdem Xyſti pontificis paſſione, atque a nuntiis quos Romam ut exploratam veritatem haberet miſerat, de graviſſima perſecutione & Papæ martyrio ſe factum fuiſſe certiorem. quæ ſane omnia probant, inter utramque Eccleſiam; id eſt Romanam & Africanam, tunc magnam neceſſitudinem interceſſiſſe. Idem diſerte teſtatur Pacianus Barcinonenſis antiſtes, qui aureis his verbis beati Cypriani mortem laudat, epiſt. 2. ad Sympronianum. *Cyprianus in concordia omnium, in pace communi, in Confeſſorum grege paſſus eſt; & ſæpe confeſſus, iteratis perſecutionibus, & multa laceratione vexatus, & noviſſime ſalutari calice propinatus eſt.* Eum paſſim a Novatianorum calumnia vindicat, aſſeritque epiſtola 1. quod *Sacerdotes per totum orbem terrarum cum Cypriano pax una ſolidarit*. Eumdem *ſanctæ memoriæ virum appellat* Hilarius Pictavorum antiſtes in Commentariis in Matthæum cap. 5. ubi ejuſdem beati Martyris de Oratione dominica opuſculum laudat.

15. Aliud argumentum ſuggerit nobis Auguſtinus ſerm. 312. ubi Cypriani nominis celebritatem unitatis vinculo, quod cum Eccleſia catholica ſervavit, attribuere non veretur. *Merito*, inquit, *in Eccleſia catholica tanti honoris celſitudinem meruit, cujus concordiſſimum vinculum tanta humilitate ſervavit.* Et vero quis ſibi perſuadeat, Cyprianum extra Eccleſiæ communionem defunctum, ita nihilominus paullo poſt illuſtrem fuiſſe, ut ejus memoria ab omnibus omnino orbis Chriſtiani eccleſiis celebraretur? Id quippe teſtatur Gregorius Nazianzenus oratione 18. tom. 1. ubi hæc habet: *Neque enim Carthaginenſi tantum Eccleſiæ, nec Africæ, ab eo, & propter eum etiam nunc claræ & celebri, præficitur, verum etiam occiduis omnibus regionibus, ac prope etiam orientali omni, atque auſtrali, & ſeptentrionali oræ, quocumque illius fama & admiratio pervagata eſt. Sic Cyprianus noſter efficitur.* Teſtatur deinde ejuſdem Martyris feſtum tunc in Eccleſia orientali celebratum fuiſſe: quod & in antiquis omnibus Eccleſiæ occidentalis Liturgiis occurrit. In Romanæ Canone *Cypriani* nomen inter alios Martyres ſemper recitatum fuit. quod ſane maximum eſt argumentum, hunc beatum Pontificem in ejus eccleſiæ communione defunctum fuiſſe. Quin & ipſius feſtum prioribus ſæculis Romæ celebratum fuiſſe certum eſt ex Kalendario Bucheriano, ubi XVIII. Kal. Octobris hæc habentur: *Cypriani Africæ. Romæ celebratur in Calliſti.* Per totam vero Italiam ejuſdem ſancti Martyris feſtum celeberrimum fuiſſe teſtantur ſanctus Petrus Chryſologus ſerm. 129. S. Maximus Taurinenſis jam laudatus, & Rex Athalaricus epiſt. ad Severum, ultima ſcilicet lib. 8. Variarum Caſſiodori. In Gallia ab ejus feſto ſequentes in Adventum Dominicæ numerabantur. Vide Liturgiam Gallic. libro. 3. Non minus Hiſpani eum colebant, ut ex Prudentii hymno 13. *περὶ στεφάνων*, qui de eo inſcribitur, certum eſt; tum ex

*Memoria Cypriani ubique celebris.*

Z hymno

hymno 11. ubi inter *ſolemnes dies* feſtum *Cypriani* recenſetur, tum denique ex Mozarabum Miſſali & Breviario. *Nec immerito*, inquit Maximus Taurinenſis homil. 2. *tanto cum honore, Cypriani nominis memoria per ampliſſima mundi ſpatia celebratur, quia per univerſum orbem, ad firmamentum fidei noſtræ, & paſſio ejus & doctrina profecit.* Hinc nil mirum, ejus auctoritatem in ſynodo generali Epheſina aliiſque conciliis laudatam fuiſſe.

16. Sic ubique terrarum illuſtris ab initio fuit Cypriani memoria cum ob ejus paſſionis celebritatem, tum ob doctrinæ eminentiam. Hæc in eo adhuc in vivis agente mirabantur fideles; cujus rei teſtes locupletiſſimos habemus Nemeſianum, Dativum, Felicem, & Victorem martyres in epiſtola jam laudata inter Cyprianicas novæ edit. 77. ubi ſic illi loquuntur: *Quæcumque bona in multis libris tuis inſtulisti, neſcius ipſum te nobis deſignaſti. Et enim omnibus in tractatu major, in ſermone facundior, in conſilio ſapientior, in patientia ſimplicior, in operibus largior, in abſtinentia ſanctior, in obſequio humilior, & in actu bono innocentior.* Non minus ejus epiſtolæ laudantur in epiſtola ſequenti, quæ Lucii eſt & aliorum Martyrum: *Te nobis*, inquiunt, *tuis litteris repræſentaſti, ut pectus tuum lucidum & candidum &c. Tuis enim vocibus, & quæ in nobis minus inſtructa erant exornaſti, & confirmaſti ad ſuſtentationem earumdem paſſionum quas patienter ferimus, ſecuri de præmio cæleſti, & de corona martyrii, & de regno Dei ex prophetia quam litteris tuis Spiritu ſancto plenus ſpopondiſti.* Vide & epiſtolam ſubſequentem Felicis, Jadeti, Poliani, & ceterorum Martyrum in Metallo Siguenſe commorantium, ubi ſe beati Cypriani epiſtolis *conſortatos ac corroboratos* eſſe profitentur. Sed jam de ejus ſancti viri ſcriptis plura diximus num. 7.

Ejus baſilicæ. 17. Duplicem baſilicam ſub nomine Cypriani prope Carthaginem ædificatam fuiſſe teſtis eſt Victor Viteoſis lib. 1. de perſecutione Vandalica: unam quidem ubi ſanguinem fudit; alteram vero ubi ſacrum ejus corpus ſepultum eſt, in loco ſcilicet qui *Mappalia* vocabatur. In priori erat celebris illa *menſa*, ad quam toties Auguſtinus ſermonem ad populum habuit. De qua ſic loquitur ſerm. 310. *In eodem loco menſa Deo constructa: & tamen menſa dicitur Cypriani, non quia ubi umquam Cyprianus eſt epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus: & quia ipſa immolatione ſua paravit hanc menſam, non in qua paſcat, ſive paſcatur, ſed in qua ſacrificium Deo, cui & ipſe oblatus eſt, offeratur.* Alteram autem baſilicam, in Decimo ſcilicet ſitam, quam Vandali violarant, miro modo Catholicis reſtitutam fuiſſe ſub Juſtiniani imperio refert Procopius libro 2. de bello Vandalico. De alterutra loquitur Gregorius Turon. libro 1. de gloria Martyrum cap. 94. in qua refert analogium exſtitiſſe miro modo ſabricatum. *In memoria*, id eſt ſacello, *ſancti Cypriani* flendo & orando tranſegit beata Monica eam noctem, qua Auguſtinus navim conſcendit ut ex Africa in Italiam transfretaret, ex ipſius Confeſſionum lib. 5. cap. 8. Sacrum vero ejuſdem Martyris corpus, quod, devaſtata a barbaris Africa, incultum prorſus jacebat, a rege Perſarum Aarone Caroli Magni Imperatoris Legati per Africam tranſeuntes obtinuere: quod Arelate primo, ac deinde Lugduni depoſitum, tandem in monaſterium novum Compendii in ſuo palatio conſtructum tranſferri curavit Carolus Calvus imperator; ut narrat Ado Viennenſis in Martyrologio vulgato. Idem confirmant multa vetera, & quidem ſincera ejuſdem loci inſtrumenta. Videſis ea de re Merlotum tomo 1. Metropol. Remenſis libro 3. cap. 33. Cypriani feſtum celebrant omnia Martyrologia aliique libri eccleſiaſtici XVIII. Kalendas Octobris, quo etiam die in vetuſtiſſimis Kalendariis, Romano ſcilicet, ut diximus, a Bucherio edito, & Carthaginenſi Mabilloniano ejus nomen inſcriptum eſt. Reliquiæ.

Anno Christi 258.

## VITA ET PASSIO

### Sancti CÆCILII CYPRIANI epiſcopi Carthaginenſis & martyris per PONTIUM ejus diaconum ſcripta.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

I. CYPRIANUS religioſus antiſtes ac teſtis Dei glorioſus, tametſi multa conſcripſit, per quæ memoria digni nominis ſupervivat; etſi eloquentiæ

ſiæ ejus ac Dei gratiæ larga fœcunditas ita ſe copia & ubertate ſermonis extendit, ut uſque in finem mundi fortaſſe non taceat, tamen quia operibus ejus ac meritis etiam hæc prærogativa debetur [1], ut exemplum ſuum in litteras digeratur, placuit ſummatim pauca conſcribere: non quod aliquem vel gentiliom lateat tanti viri vita, ſed ut ad poſteros quoque noſtros, incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. *Alia Martyrum diligentior aliis ſcripta.* Certe durum erat, ut cum majores oostri, plebeiis & catechomenis martyrium conſecutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, aut, prope dixerim, pæne cuncta cooſcripſerint [3], ut ad noſtram quoque notitiam qui nondum nati fuimus pervenireot; Cypriani tanti Sacerdotis & tanti Martyris paſſio præteriretur, qui & ſine martyrio habuit quæ doceret; & [4] quæ dum vixit geſſerit, non paterent. quæ quidem tanta, atque tam magna & mira ſuot, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me eſſe couſitear ad proferendum digne pro meritorum bonore ſermonem, oec poſſe ſic proſequi facta tam grandia, ut qoanta ſunt, tanta videantur: niſi quod numeroſitas gloriarum [5] ſibimet ipſa ſufficiens, alieoo præconio non eget. Accedit ad cumulum, quod & vos de eo multum, aut, ſi fieri poteſt, totum deſideratis audire, concupiſcentes ardore flagraoti vel facta ejus cognoſcere, etſi interim viva verba tacuerunt. In qua parte ſi dixero nos opibus facundiæ defici, minus dico. Facundia enim ipſa deficit [6] digna facultate, quæ deſiderium veſtrum pleno ſpiritu ſatiet. Ita utrimque graviter urgemur: ſiquidem ille nos virtutibus ſuis onerat, vos nos precibus [7] fatigatis.

II. Unde igitur incipiam? unde exordium bonorum ejus aggrediar, niſi a principio fidei, & nativitate cæleſti? *Pontius quæ Cypriano poſt baptiſmum facta ſunt ſcribit.* Siquidem hominis Dei facta [8] non debent aliunde numerari, oiſi ex quo Deo oatus eſt. Fuerint licet ſtudia, & booæ artes devotom pectus imbuerint; tamen illa prætereo. Nondum eoim ad utilitatem niſi ſæculi pertinebant. Poſtquam & ſacras litteras didicit, & mundi oube diſcuſſa, in lucem ſapientiæ ſpiritalis emerſit, ſi quibus ejus interſui, ſi qua de antiquioribus [8] ejus operibus comperi, dicam: hanc tamen petens veniam, ut quidquid minus dixero, (minus enim dicam ne ceſſe eſt) ignorantiæ meæ potius, quam illius gloriæ derogetur. Inter fidei ſuæ prima rudimenta oihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur. Tunc eoim poſſe idoneum fieri pectus & ſeoſum ad plenam *Continentia neceſſaria.* veri capacitatem pervenire [9], ſi concupiſceotiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore [10] calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum bomioem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat [11], & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde, quod majus eſt, *Alia Cypriani virtutes.* cum de lectione divina quædam jam non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet; ſtatim rapuit quod invenit promerendo Deo profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam, tota prædia prætio [12] diſpenſaos, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret, qua pernicioſius nihil eſt: & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille qui legis omnia *Matth. 19.* man-

1 Cod. Bodl. 9. & Sar. *& ad exemplum ſui litteris diligatur*. Id autem deeſt in cod. Foſſat. & in edit. Manutii.

2 Voculam vel ex codd. Foſſat. & Floriac. reſtituimus, quæ videtur ad emphaſim neceſſaria.

3 Videtur deſignare Acta SS. Perpetuæ &c. quæ ſupra edidimus pag. 92. Ceterum *multa quidem aut pæne cuncta* de illis Martyribus *ſcripta* fuiſſe dicit Pontius. Sed is locus non ita interpretandus eſt, quaſi omnium omnino Martyrum Acta tempore Pontii conſcripta fuiſſent quem tamen ſenſum ſe intellexit Henricus Dodvvellus Diſſert. Cyprian. 11. num. 3.

4 Id deeſt in cod. Foſſat.

5 Codd. Bodl. 3. Foſſat & Floriac. *glorioſa*.

6 C. Floriac. *deſicitur*.

7 Codd. Foſſat. & Floriac. cum Manutio, *avidius*.

8 Iidem codd & Sar. *Si qua de antiquioribus comperi*. & quidem, ut mihi videtur, rectius.

9 In cod. Foſſat. & Manut. deeſt, *pervenire*.

10 Codd. Bodl. 1. Foſſat. & Floriac. *terere*.

11 Bodl 1. *Luci induerat*.

12 In codd Foſſat. & Floriac. deeſt *pretio*, forſaſſis pro *prædia* reponendum *pretia*, ut habet Manutius, facili litteræ permutatione.

mandata ſervaſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & præpropera velocitate pietatis, pæne ante cœpit perfectus eſſe quam diſceret. Quis oro de veteribus hoc fecit? quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos divina verba pulſaverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei homo, & cui nondum forſitan crederetur [13], ſupergreſſus vetuſtatis ætatem, glorioſis & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit ſtatim ut ſevit: nemo vindemiam de novellis ſcrobibus expreſſit; nemo adhuc umquam de novitet plantatis arbuſculis matura poma quæſivit. In illo omnia incredibilia [14] cucurrerunt. Prævenit, ſi poteſt dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem.

1 Tim. 3. *Ad eccleſiaſtica munia cito promovetur.* III. Aiunt Apoſtoli litteræ, debere neophytos præteriri, ne ſtupore gentilitatis nondum fundatis ſenſibus adhærente, aliquid in Deum novitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, &, puto, ſolus, exemplo, plus fide poſſe quam tempore promoveri. Sed & ſi in Act. 8. Apoſtolorum Actis Eunuchus ille deſcribitur, quia toto corde crediderat, a Philippo ſtatim tinctus; non eſt ſimilis comparatio. Ille enim & Judæus erat, & de templo Domini veniens, prophetam legebat Iſaiam & ſperabat in Chriſto, etſi nondum eum veniſſe crediderat: hic de impetitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortaſſe perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio. Parum dixi: presbyterium & [15] ſacerdotium ſtatim accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? Multa ſunt quæ adhuc plebeius, multa quæ jam presbyter fecit, multa quæ ad veterum exempla juſtorum, imitatione conſimili proſecutus, promerendo Dominum totius religionis obſequio præſtitit. Nam & ſermo illi de hoc fuerat uſitatus, ut ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri propter quæ facta Deo placuiſſet. Si Job Dei teſtimonio glorioſus, dictus eſt verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur; faciendum docebat ille, quidquid Job ante feciſſet: ut dum & nos paria facimus, ſimile in nos Dei teſtimonium provocemus. Contemtis ille diſpendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna ſentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris ſuadela [16] deflexit, non proprii corporis dira pœna concuſſit. Permanſit in ſuis ſedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata devotio nullo diaboli tentantis impetu ceſſit: quominus [17] Deum ſuum fide grata, etiam inter adverſa benediceret. Domus ejus patuit cuicumque venienti. Nulla vidua reverſa eſt ſinu vacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus eſt: nullus debilis greſſu, non illo bajulo vectus eſt: nullus nudus auxilio de potentioris manu, non illo tutore protectus eſt. Hæc debent facere, dicebat, qui Deo placere deſiderant. Et ſic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imitatur, etiam ipſe ſe fecit imitandum. Job. 1.

IV. Erat ſane illi etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ CÆCILII [18], & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ divinitatis a ſæculari errore correxerat. Hunc toto honore, atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulſus ejus obſequiis, in *Cyprianus a Cæcilio ad fidem adductus.*

tantum

13 Vix quippe ſibi perſuadere poterant tam ethnici quam ipſi fideles, Cyprianum Chriſtianam religionem amplexum fuiſſe.

14 C. Floriac. *incredibiliter*

15 Codd. Foſſat. & Floriac. *Presbyterium vel Sacerdotium*, ſed eodem ſenſu.

16 Ex hoc loco deduxerat editor Anglus, Cyprianum uxorem habuiſſe: ſed re attentius perſpecta advertit, hic Pontium de Jobo, non de Cypriano loqui, ut ipſe lectorem monet in emendandis. In eundem ſcopulum impegerat R. P. Ant. Pagi ad ann. 248. quod erratum vir haud minus ſincerus quam eruditus in altera editione partim correxit.

17 Ed. *quoniam*

18 Codd. Foſſat. & Floriac. *Cæciliani*. Ab eo, teſtante Hieronymo in Catalogo, ſanctus Cyprianus Cæcilii nomen accepit. Ejus feſtum in Martyrol. Romano die 3. Junii recolitur.

tantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt, ut de ſæculo excedens, arceſſitione jam proxima commendaret illi conjugem [19] ac liberos ſuos, ut quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodum faceret pietatis heredem.

V. Longum eſt ire per ſingula: cuncta [20] ejus facta onerosum eſt enumerare. Ad probationem bonorum operum, ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quod judicio Dei & plebis favore, ad officium ſacerdotii & epiſcopatus gradum adhuc Neophytus, &, ut putabatur, novellus electus eſt. *Neophytus epiſcopus eligitur.* Quamvis in primis fidei ſuæ adhuc diebus, & rudi vitæ ſpiritalis ætate, ſic generoſa indoles reluceret; ut etſi nondum officii, ſpei tamen fulgore reſplendens, imminentis ſacerdotii totam fiduciam polliceretur. Non prætereo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus & honorem totus populus adſpirante Domino proſiliret, humiliter ille ſeceſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans, ut dignus magis fieret. Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur excuſat. Quo tunc ardore plebs æſtuans fluctuabat, ſpiritali deſiderio concupiſcens, ut exitus docuit, non tantum Epiſcopum; in eo enim quem tunc latenti [21] divinitatis præſagio taliter flagitabat, non ſolummodo Sacerdotem, ſed & futurum etiam Martyrem requirebat. Obſederat fores domus copioſa fraternitas, & per omnes aditus ſollicita caritas circuibat. Potuiſſet fortaſſe tunc illi Apoſtolicum illud evenire, quod voluit, ut per feneſtram deponeretur; ſi [22] cum Apoſtolo etiam ordinationis honore ſimilaretur [23]. Erat videre ceteros omnes ſuſpenſo & [24] anxio ſpiritu exſpectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. Invitus dico; ſed dicam neceſſe eſt. Quidam illi reſtiterunt [25], etiam ut vinceret. quibus tamen quanta lenitate, quam patienter, quam benevolenter indulſit, quam clementer ignovit, amiciſſimos eos poſtmodum, & inter neceſſarios computans, mirantibus multis. Cui enim poſſet non eſſe miraculo, tam memorioſæ mentis oblivio?

VI. Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? *Ejus mores.* quæ illi pietas? qui vigor? miſericordia quanta? quanta cenſura? Tantum ſanctitatis & gratiæ ex ore ejus lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus & lætus; nec ſeveritas triſtis, nec comitas nimia; ſed admixta utrimque temperies: ut eſſet ambigere, vereri plus an diligi mereretur, niſi quod & vereri, & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar a vultu, temperatus & ipſe de medio. Non illum ſuperbia ſæcularis inflaverat, nec tamen prorſus affectata penuria ſordidarat: quia & hoc veſtitus genus a jactantia minus non eſt, quam [26] oſtentata taliter ambitioſa frugalitas. Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos catechumenus [27] diligebat? Viderint pietatis Antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramenti religio communis ad obſequium exhibendæ dilectionis artavit. Cyprianum de ſuo talem accepit cathedra, non fecit.

VII. Statim denique pro talibus meritis etiam proſcriptionis gloriam conſecutus eſt. *Proſcriptio.* Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publice celebrata gentilium ſama titularet. Potuiſ-

ſet

19 Antequam ſcilicet ſacerdotio initiaretur. niſi ſi hæc tutela amicæ tantum commendatio eſt. Nam alias vetitum erat, ne clericis tutela commendaretur, ut ex ipſo Cypriano certum eſt, qui in epiſtola 1. novæ editionis Pamel. 66. vetat, ne pro Victore qui Geminium Fauſtinum presbyterum moriens tutorem conſtituerat, *fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Eccleſia frequentetur.* Id enim, inquit, *ab anteceſſoribus Epiſcopis* conſtitutum fuerat, *ut ſi quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, non offeretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur.* Porro mirum eſt Baronium ad an. 250. hunc locum ſic intellexiſſe, quaſi Cyprianus moriens Cæcilio conjugem ac liberos commendarit: cum e contrario id fecerit Cæcilius. Vide Pagium loco quem modo laudabamus.

20 Oxon. *Sancta*.

21 Sic codd. Foſſat & Floriac. al. *latentem*.

22 C. Floriac. *Si tamen cum*.

23 Sic Foſſat. ſed Floriac. cum editis, *ſimilaret*.

24 Edit. Angl. *ſuſpenſos anxio*.

25 Feliciſſimo ſcilicet, ſchiſmatis antesignano cum aliis, quos Caldonius & alii Cypriani abſentis *Vicarii* excommunicarunt, epiſt. 41. Pamel. 39. Vide & epiſt. 42. Pamel. 38.

26 Foſſat. *Quod oſtentat alter ambitioſa frugalitas.* Sic etiam Floriac. niſi quod pro *frugalitas* habet *fragilitas*.

27 Statim poſt fidem ſuſceptam res ſuas ad pauperum indigentiam ſublevandam diſtraxiſſe docuit Pontius, ſupra num. 2.

ſet quidem tunc pro velocitate qua ſemper omnia conſecutus eſt, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maxime cum & ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem poſtularetur [28]: niſi per omnes ordines gloriarum tranſeundum illi eſſet, & ſic ad ſumma veniendum: & niſi imminens [29] ruina ope tam fœcundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum martyrii dignatione tranſlatum. Quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam & habitum ſanctimonia dignum, velut frenis quibuſdam lectionis [30] dominicæ coerceret? Quis doceret pœnitentiam lapſos, veritatem hæreticos, ſchiſmaticos unitatem, filios Dei pacem, & Evangelicæ précis legem? Per quem gentiles blaſphemi repercuſſis in ſe iis quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Chriſtiani mollioris affectus circa amiſſionem ſuorum, aut, quod magis eſt, fidei parvioris conſolarentur ſpe futurorum? Unde ſic miſericordiam, unde patientiam diſceremus? Quis livorem de venenata invidiæ malignitate venientem, dulcedine remedii ſalutaris inhiberet? Quis Martyres tantos exhortatione divini ſermonis erigeret? quis denique tot Confeſſores, frontium notatarum fecunda inſcriptione ſignatos, & ad exemplum martyrii ſuperſtites reſervatos, incentivo tubæ cæleſtis animaret? Bene, bene tunc, & vere ſpiritaliter contigit, quod vir neceſſarius, tam multis & tam bonis rebus, a martyrii conſummatione dilatus eſt. Vultis ſcire ſeceſſum illum non fuiſſe formidinem? ut nihil aliud excuſem, ipſe poſtmodum paſſus eſt, quam paſſionem utique ex more vitaret, ſi & ante vitaſſet. Fuit vere [31] formido illa, ſed juſta: formido quæ Dominum timeret offendere: formido quæ præceptis Dei mallet obſequi, quam ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & ſic [32] divinis admonitionibus mancipata, credidit ſe niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare.

*Seceſſus Eccleſiæ non ſibi utilis.*

VIII. Puto denique etiamnunc aliqua de dilationis utilitate differenda [33], tametſi jamdudum pauca perſtrinximus. Per [34] hæc enim quæ videntur poſtmodum ſubſecuta, ut ſequitur, probemus, ſeceſſum illum non hominis puſillanimitare conceptum, ſed, ſicuti eſt, vere fuiſſe divinum. Vaſtaverat Dei populum perſecutionis infeſtæ inſolens atque acerba graſſatio: & quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hoſtis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, diſpari genere ſæviendi, ſingulos diverſa ſtrage dejecerat. Debebat eſſe qui poſſet ſaucios homines, & varia expugnantis inimici arte jaculatos, adhibita medicinæ cæleſtis medela pro qualitate vulneris, vel ſecare interim, vel fovere. Servatus eſt vir ingenii, præter cetera, etiam ſpiritaliter temperati; qui inter reſultantes collidentium ſchiſmatum fluctus, Eccleſiæ inter medium [35], librato limite gubernaret. Nonne hæc, oro, conſilia divina ſunt? Hoc fieri ſine Deo potuit? Viderint qui putant poſſe fortuito iſta contingere. Eccleſia illis [36] clara voce reſpondet; dicens: Ego ſine Dei nutu neceſſarios reſervari non admitto, non credo.

*Ob perſecutionem.*

IX. Percurramus tamen cetera, ſi videtur. Erupit poſtmodum lues dira, & deteſtabilis morbi vaſtitas nimia, innumeros per diem populos a ſua quemque ſede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invaſit. Horrere omnes, fugere [37], vitare contagium: exponere ſuos impie: quaſi cum illo peſte morituro [38], etiam

*Ob luem.*

28 Id ipſum teſtatur Cyprianus epiſt. edit. Pamelii 55. Anglic. vero 59. ad Cornelium Papam. Proſcriptionis vero meminit epiſt. 66. alias 69. ad Pupianum.

29 Cod. Foſſat. & Bodl. 1. *imminentes ruinæ . . indigerent.*

30 Cod. Foſſat. *dilectionis*. Hic libros a Cypriano ſcriptos deſignat Pontius. Seceſſus ſui apologiam ipſemet ſcripſit ad Romanos epiſtol. 30. alias 25.

31 Oxon. *vero*

32 Oxon. *ſides*

33 Bodl. 1. cod. Foſſat. & Morel. *dicenda*.

34 Codd. Foſſat. & Floriac. *Dum enim quæ videntur poſtmodum ſubſecuta ſentiamus, ſequitur ut probemus ſeceſſum &c.*

35 Flor. *inter medium*

36 Foſſat. *eccleſia illius*

37 Codd. Foſſat. & Floriac. *flere*.

38 Foſſat. *quaſi cum illa peſte morituros*. Hæc peſtis ſub Gallo imperatore contigit.

etiam mortem ipſam aliquis poſſet excludere. Jacebant interim in tota civitate, non jam corpora, ſed cadavera plurimorum, & miſericordiam in ſe tranſeuntium contemplatione ſortis mutuæ flagitabant. Nemo reſpexit aliud [39] præterquam lucra crudelia. Nemo ſimilis eventus recordatione trepidavit: nemo fecit alteri, quod pati [40] voluit. Quid inter hæc egerit Chriſti & Dei Pontifex, qui Pontifices mundi hujus tanto plus pietate, quanto religionis veritate præceſſerat, ſcelus eſt præterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de miſericordiæ bonis inſtituit [41], docens divinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum proſint officia pietatis. Tunc deinde ſubjungit non eſſe mirabile, ſi noſtros tantum debito caritatis obſequio foveremus: eum perfectum poſſe fieri qui plus [42] aliquid publicano vel ethnico fecerit: qui malum bono vincens, & divinæ clementiæ inſtar exercens, inimicos quoque dilexerit: qui pro perſequentium ſe ſalute, ſicuti Dominus monet, & hortatur, oraret. Oriri Deus facit jugiter ſolem ſuum, & pluvias ſubinde nutriendis ſeminibus impertit; exhibens cuncta iſta, non ſuis tantum, ſed etiam alienis; & qui ſe Dei etiam filium eſſe profitetur, cur non exemplum patris imitatur? Reſpondere, inquit, nos decet natalibus noſtris, & quos renatos per Deum conſtat, degeneres eſſe non congruit; ſed probari potius in ſobole traducem boni patris æmulatione bonitatis.

*Exhibit etiam benefaciendum.*

X. Multa alia, & quidem magna prætereo, quæ tempetandi voluminis ratio non patitur prolixiore ſermone replicari: de quibus hoc tantum dixiſſe ſatis eſt. Quod ſi illa gentiles pro roſtris [43] audire potuiſſent, forſitan ſtatim crederent. Quid Chriſtiana plebs faceret, cui de fide nomen eſt? Diſtributa ſunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum miniſteria. Multi qui anguſtia paupertatis beneficia ſumtus exhibere non poterant, plus ſumtibus exhibebant; compenſantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem. Et quis non ſub tanto doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo Patri, & judici Chriſto, & tam bono interim Sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum eſt apud omnes, non ad ſolos domeſticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiæ incomparabili pietate ſignatum eſt. Ignoſcat ille, & ignoſcat iterum, & frequenter ignoſcat; aut, ut verius dixerim, merito concedat. tametſi ante Chriſtum plurimum licuit, plus aliquid licuiſſe poſt Chriſtum: cujus temporibus plenitudo debetur. Necatos ille a rege & projectos ſui tantum generis colligebat.

*Gal. 6. 10.*

*Tob. 1.*

XI. His tam bonis & tam piis actibus ſupervenit exſilium [44]. Hanc enim vicem ſemper repreſentat impietas, ut melioribus pejora reſtituat. Et quid Sacerdos Dei Proconſule interrogante reſponderit, ſunt Acta [45] quæ referant. Excluditur interim e civitate ille, qui fecerat boni aliquid pro civitatis ſalute; ille qui laboraverat ne viventium oculi paterentur infernæ ſedis borrorem; ille inquam, qui excubiis pieratis invigilans, pro nefas! ingrata bonitate providerat, ne omnibus tetram civitatis faciem relinquentibus, multos exſules deſerta reſpublica, ac deſtituta patria ſentiret. Sed viderit ſæculum, cui inter pœnas exſilium computatur. Illis [46] patria nimis cara, & commune nomen eſt cum parentibus: nos & parentes ipſos, ſi contra Dominum ſuaſerint, abhorremus. Illis extra civitatem ſuam vivere gravis pœna eſt: Chriſtiano totus hic mundus una domus eſt

*Exſulat.*

39 Florr. *illud*.
40 Sutlus & Editio Oxon. *quod ſibi fieri voluit*.
41 Cod. Floriac. *inſtruit & docet*.
42 Foſſat. *boni*.
43 A roſtris Romanis nomen datum locis e quibus concio habebatur ad populum.

44 Se ob *nominis Chriſti confeſſionem relegatum* dicit epiſt. 76. novæ edit. Pamelio 77.
45 Jam divinitus Acta primæ confeſſionis etiam vivente Cypriano vulgata fuiſſe, quæ laudant Martyres epiſt. 77. alias 78.
46 Hunc locum ex codd. Foſſat. & Floriac. ſic reſtituimus, cum antea legeretur, *nobis patria minus &c.*

eſt. Unde licet in abditum & abſtruſum locum fuerit relegatus; admixtus Dei ſui rebus, exſilium non poteſt computare. Adde quod Deo integre ſerviens, etiam propria in civitate peregrinus eſt. Dum enim ſe carnalibus deſideriis continentia ſancti Spiritus abſtinet, converſationem prioris hominis exponens; etiam inter cives ſuos, aut, prope dixerim, inter parentes ipſos, vitæ terreſtris alienus eſt. Accedit quod etſi hæc alias pœna poſſet videri, in hujuſmodi tamen cauſis atque ſententiis, quas ad probandæ virtutis experimenta perpetimur, non eſt pœna, quia gloria eſt. Sed eſto ſane, nobis pœna non ſit exſilium. Illis ultimum crimen & peſſimum nefas etiam ipſorum conſcientia teſtis adſcribat, qui poſſunt innocentibus irrogare quod putant pœnam. Nolo nunc deſcribere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim tranſeo. Fingamus locum illum ſitu ſordidum, ſqualidum viſu non ſalubres aquas habentem, non amœnitatem viroris, non viciniam litoris; ſed rupes vaſtas ſilvarum inter inhoſpitas fauces deſertæ admodum ſolitudinis, avia mundi parte ſummotum. Poſſet licet talis locus habere nomen exſilii, quo Cyprianus ſacerdos Dei venerat; cui ſi hominum miniſteria deficerent, vel alites ut Heliæ, vel ut Danieli angeli miniſtrarent. Abſit, abſit ut credat aliquis cuilibet minimo, dummodo in confeſſione nominis conſtituto aliquid defuturum. Tantum abeſt ut Dei Pontifex ille, qui miſericordiæ ſemper rebus inſtiterat, horum omnium opibus indigeret.

XII. Jam nunc, quod ſecundo poſueram loco, cum gratiarum actione repetamus; proviſum eſſe divinitus etiam pro animo tanti viri apricum & competentem locum, hoſpitium pro voluntate ſecretum, & quidquid appoſitum eſt, ni eis ante promiſſum eſt, qui regnum & juſtitiam Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam viſitantium fratrum, ipſorum & inde civium caritatem, quæ repræſentabat omnia, quibus videbatur eſſe fraudatus; admirabilem viſitationem Dei non præteribo: qua Antiſtitem ſuum ſic in exſilio eſſe voluit de ſecutura paſſione ſecurum, ut imminentis martyrii pleniore fiducia, non exſulem tantummodo Curubis [47], ſed & Martyrem poſſideret. *Viſione cœleſti recreatur.* Eo enim die quo primum in exſilii loco manſimus; (nam & me inter domeſticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exſulem voluntarium, quod utinam & in paſſione licuiſſet!) Apparuit [48] mihi, inquit, nondum ſomni quiete ſopito, juvenis ultra modum enormis: qui cum me quaſi ad prætorium duceret; videbar mihi tribunali ſedentis tum Proconſulis admoveri. Is ut in me reſpexit, adnotare ſtatim cœpit in tabula ſententiam, quam non ſciebam. nihil enim de me ſolita interrogatione quæſierat. Sed enim juvenis qui a tergo ejus ſtabat, admodum curioſus legit quidquid fuerat adnotatum. Et quia inde verbis proferre non poterat, nutu declarante monſtravit, quid in litteris tabulæ illius haberetur. Manu enim expanſa & complanata ad ſpatæ modum, ictum ſolitæ animadverſionis imitatus: quod volebat intelligi, ad inſtar liquidi ſermonis expreſſit. Intellexi ſententiam paſſionis futuram. Rogare cœpi & petere continuo, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas [49] legitima ordinatione diſponerem. Et cum preces frequenter iteraſſem, rurſus in tabula cœperat neſcio quid adnotare. Senſi tamen de vultus ſerenitate judicis mentem, quaſi juſta petitione commotam. Sed & ille juvenis, qui jamdudum de paſſionis indicio geſtu potius quam ſermone prodiderat; clan-

47 Curubis urbs epiſcopalis provinciæ Proconſularis.

48 Omnia fere quæ ſibi aut Eccleſiæ contingere debebant, per viſiones edocebatur Cyprianus quas ſæpius declarat. Vide epiſt. 11. alias 8. epiſtolam 66. alias 69. &c. In epiſt. 16. alias 10. præter viſiones refert etiam puerorum ecſtaſes per diem factas. Certe pauca ſunt ex antiquioribus & ſincerioribus Martyrum Actis, in quibus ejuſmodi viſiones non habeantur. Vide diſſertationem quartam Cyprianicam H. Dodvvelli.

49 Supra num. 2. Cyprianus dicitur initio converſionis omnia ſua prædia in uſus pauperum diſtraxiſſe. unde hic locus de ſuppellectili videtur intelligendus, aut certe de hortis qui ipſi reſtituti fuerant, infra num. 15. aut denique de rebus eccleſiæ, ex num. ſequenti.

clandeſtino identidem nutu conceſſam dilationem, quæ ad craſtinum petebatur, contortis poſt invicem digitis ſignificare properavit. Ego quamvis non eſſet lecta ſententia, etſi de gaudio dilationis acceptæ læto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertæ ſic tremebam, ut reliquiæ formidinis cor exultans adhuc toto pavore pulſarent.

*Viſionis expoſitio*

XIII. Quid hac revelatione manifeſtius? quid hac dignatione felicius? Ante illi prædicta ſunt omnia quæcumque poſtmodum ſubſecuta ſunt. Nihil de Dei verbis imminutum; nihil de tam ſancta promiſſione mutilatum. Singula denique ſecundum quod oſtenſa ſunt recognoſcite. Dilationem petit craſtini, cum de paſſionis ſententia cogitaretur: poſtulans ut res ſuas die illo quem impetraverat, ordinaret. Hic dies unus ſignificabat annum, quo ille poſt viſionem acturus in ſæculo fuerat. Nam, ut manifeſtius dicam, eo die poſt exactum annum coronatus eſt, quo hoc illi ante annum fuerat oſtenſum. Diem autem Domini, etſi non annum in divinis litteris legimus, promiſſioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus. Unde nihil intereſt, ſi nunc ſub diei ſignificatione ſolus annus oſtenſus eſt: quia illud plenius debet eſſe quod majus eſt. Quod vero nutu potius, & non ſermone explanatum eſt; repræſentationi temporis ſervabatur ſermonis expreſſio. Solet enim tunc verbis quodcumque proferri, quotiens quidquid profertur impletur. Nam & vere nemo cognovit quare hoc ei oſtenſum fuiſſet, niſi quia poſt eodem die quo id viderat, coronatus eſt. Medio nihilominus tempore imminens paſſio pro certo ab omnibus ſciebatur: paſſionis tamen dies certus ab iiſdem omnibus, quaſi ignorantibus, tacebatur. Sane & in Scripturis tale aliquid invenio. Nam Zacharias ſacerdos pro- *Luc. 1. 19.*
miſſo ſibi per Angelum filio, quia non crediderat obmutuit; ita ut filii nomen ſcripturus potius quam relaturus, nutu tabulas poſtularet. Merito & hic, ubi Dei nuntius paſſionem Antiſtitis imminentem nutu potius expreſſit: & fidem admonuit, & Sacerdotem munivit. Dilationis autem petendæ ratio de ordinatione rerum & de voluntatis diſpoſitione veniebat. Quæ vero res illi, aut quæ voluntas ordinanda, niſi eccleſiaſtici ſtatus? Suprema idcirco accepta dilatio eſt, ut quidquid circa pauperum fovendorum curam ſupremo judicio diſponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immo vero propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipſis qui ejecerant, & qui occiſuri erant, admiſſa eſt; ut præſens & præſentes pauperes, noviſſimæ diſpenſationis extremis, &, ut plenius dixerim, totis ſumtibus relevaret. Ordinatis ergo tam pie rebus, & ſic pro voluntate diſpoſitis; proximabat dies craſtinus.

XIV. Jam de XYSTO [50] bono & pacifico Sacerdote, ac propterea beatiſſimo Martyre, ab Urbe nuntius venerat. Sperabatur jamjamque carnifex veniens, qui devota ſanctiſſimæ victimæ colla percuteret: & ſic erant omnes dies illi quotidiana exſpectatione moriendi, ut corona poſſet ſingulis adſcribi. Conveniebant interim plures egregii & clariſſimi ordinis & ſanguinis, ſed & ſæculi nobilitate generoſi: qui propter amicitiam ejus antiquam, ſeceſſum [51] ſubinde ſuaderent: & ne parum eſſet nuda ſuadela, etiam loca in quæ ſecederet offerebant. Ille vero jam mundum, ſuſpenſa ad cælum mente, neglexerat, nec ſuadelis blandientibus annuebat. Feciſſet fortaſſe tunc etiam quod plurimis & fidelibus petebatur, ſi & divino imperio juberetur. Sed nec illa ſublimis tanti viri gloria ſine præconio tranſeunda eſt: quia jam ſæculo

*Perſuaſio ſubmigrare.*

50 De Xyſto egimus ſupra cum beato Laurentio, & in admonitione ad hanc Vitam, ubi ex hoc loco probavimus communionem inter Romanum Pontificem & Cyprianum ſaltem poſt Stephani Papæ obitum interceſſiſſe.

51 Aliquot diebus ſeceſſit, ne Uticam interficiendus perduceretur. Ad id enim Frumentarii a Proconſule miſſi fuerant. Unde ſtatim ſubitaſſe, id eſt acceleraſſe, dicitur Princeps, putans Cyprianum revera effugere velle. Vide epiſtolam ultimam Oxon. 81, Pamelio 83.

ſæculo tumeſcente, & de fiducia Principum ioſeſtationem nominis anhelante; ille ſervos Dei, prout dabatur occaſio, exhortatiooibus dominicis inſtruebat, & ad calcandas paſſiones hujus temporis contemplatione ſuperventuræ clariratis animabat. Videlicet tanta illi ſuit ſacri cupido ſermonis, ut opraret ſic ſibi paſſionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipſo ſermonis opere necaretur.

XV. Et hi erant quotidiani actus deſtinati ad placentem Deo hoſtiam Sacerdotis: cum ecce Proconſulis juſſu, ad hortos ejus, (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei ſuæ venditos, & Dei indulgentia reſtitutos, pro certo iterum in uſus pauperum vendidiſſet, niſi iovidiam de perſecutione vitaret) cum militibus ſuis Princeps [52] repente ſubitavit, immo, ut verius dixerim, ſubitaſſe ſe credidir. Unde enim poſſet tamquam improviſo impetu mens ſemper parata ſubitari? Proceſſit ergo jam certus expungi quod diu ſuerat retardatum: proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in craſtinum, ad domum Principis a prætorio revertebatur; cnm ſubito per Carthaginem totam ſparſus rumor increbruit, productum eſſe jam THASCIUM, quem præter celebrem glorioſa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclariſſimi operis * nemo non noverat. Concurrebant uodique verſus omnes ad ſpectaculum, nobis pro devotione fidei glorioſum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen, & in domo Priocipis conſtitutum una nocte continuit cuſtodia delicata [53], ira ur cooviva ejus & cari io conrubernio ex more ſuerimus. Plebs interim tota ſollicita ne per noctem aliquid ſine conſcieotia ſui fieret, ante ſores Principis excubabat. Conceſſit ei runc divina bonitas, vere digno, ut Dei populus eriam in Sacerdoris paſſione [54] vigilaret. Forſitan tamen quærat aliquis, quæ cauſa ſuerit a prætorio revertendi ad Principem? Et volunt hoc, ſcilicet quidam de ſuo tunc Proconſulem noluiſſe. Abſit ut in rebus divinitus geſtis ſegnitiem ſive faſtidium Proconſulis conquerar. Abſit ut malum hoc intra conſcientiam religioſæ mentis admirtam; ut de tam beatiſſimo Martyre ructus [55] hominis judicaret. Sed craſtinus dies ille, quem ante annum dignatio divina prædixerat, vere craſtinus eſſe debebat.

*Cyprianus comprehenditur.*

** ſcil. tempore peſtis.*

XVI. Illuxit denique dies alius, ille ſignarus, ille promiſſus, ille divinus: quem ſi tyrannus ipſe differre volniſſet, numquam prorſus valeret: dies de conſcientia ſuturi Martyris lætus; & diſcuſſis per totum mundi ambitum nubibus, claro ſole radiatus. Egreſſus eſt domum Principis, ſed Chriſti & Dei Princeps, & agminibus multirudinis mixtæ ex omni parte vallatus eſt. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhærebat, quaſi ad expugnandam mortem manu facta venireiur. Enndi autem interſuir tranſitus ſtadii. Bene vero & quaſi de induſtria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam juſtitiæ conſummato agone currebat. Sed ubi ad prætorium ventum eſt, nondum procedente Proconſule, ſecretior locus datus eſt. Illic cum poſt iter longum nimio ſudore madidatus ſederet; (ſedile autem erat ſortuito linteo [56] tectum, ut & ſub ictu paſſionis epiſcopatus honore frueretur) quidam ex teſſeratiis [57] quondam Chriſtianus, res ſuas obtulit, quaſi vellet ille veſtimentis ſuis humidis ſicciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam

*Coram Proconſule ſiſtitur.*

52 De his qui in legionibus *Principales* ſeu *Principes* dicebantur, vide Vegetium lib. 2. de re militari cap. 7.

53 Id eſt, libera, & minime dura.

54 Alludit ad Martyrum feſta, in quibus vigiliæ agebantur.

55 Proverbium. Hunc ructum gallice *caprice* appellaremus.

56 Linteis Epiſcoporum ſedes cooperiri ſolebant, ut ex Paciano patet, qui epiſt. 3. ad Sympronianum Novatianum exprobrat, quod *confeſſor nullo linteatam ſedem acceperit*. Id etiam videtur innuere Auguſtin. epiſt. 23. ad Maximinum Epiſcopum Donatiſtam, ubi ait, *nec abſidas gradatas, nec cathedras velatas*, cuiquam in Chriſti judicio profuturas.

57 Teſſerarii, qui teſſeras per militum contubernia nuntiant, vel ab excubitoribus excipiunt. De his Vegetius lib. 2 de re militari cap. 7. ubi teſſera dicitur, *præceptum Ducis, quo vel ad opus, vel ad bellum movetur exercitus*.

quam ſi proficiſcentis ad Deum Martyris ſudores jam ſanguineos poſſideret [58]. Cui ille reſpondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forſitan non erunt. Mirum, ſi contemſit laborem corpore, qui mortem mente contemſerat? Quid plura? Subito Proconſuli nuntiatus eſt. Producitur admovetur, interrogatur de ſuo nomine: ſe eſſe reſpondit; & hactenus verba.

*Sententia ex tum lata.* XVII. Legit itaque de tabula jam ſententiam judex quam nuper in viſione non legerat; ſententiam ſpiritalem non temere dicendam, ſententiam Epiſcopo tali, & tali teſte condignam; ſententiam glorioſam, in qua dictus eſt ſectæ Signifer [59], & inimicus deorum, & qui ſuis futurus eſſet ipſe documento, & quod ſanguine ejus inciperet diſciplina ſanciri. Nihil hac ſententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta ſunt, licet a gentili dicta, divina ſunt. Nec mirum utique cum ſoleant de paſſione Pontifices [60] prophetare. Signifer fuerat, qui de ſerendo ſigno Chriſti docebat: inimicus deorum, qui idola deſtruenda mandabat: documento autem ſuis fuit, qui multis pari genere ſecuturis, prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Sanciri etiam cœpit ejus ſanguine diſciplina, ſed Martyrum; qui doctorem ſuum imitatione gloriæ conſimilis æmulati, ipſi quoque diſciplinam exempli ſui proprio cruore ſanxerunt. *Cypriani diſcipuli martyres.*

XVIII. Et cum exiret prætorii fores, ibat comes militum turba: & ne quid in paſſione deeſſet, centuriones & tribuni latus texerant. Ipſe autem locus æqualis eſt, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte denſatis ſublime ſpectaculum præbeat. Sed per enormitatem ſpatii longioris viſu denegato per confuſam nimis turbam, perſonæ faventes in ramos arborum repſerant; ne vel hoc illi negaretur, ut ad Zacchæi ſimilitudinem de arboribus videretur. *Luc. 19. 4.* Sed jam ligatis per manus ſuas oculis, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus eſt ferrum; & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretioſi viri mortem, clarificationis hora matura, centurionis manum conceſſo deſuper vigore firmatam, permiſſis tandem viribus expediret. *Gladio percutitur.* O beatum Eccleſiæ populum! qui Epiſcopo ſuo tali, & oculis pariter & ſenſibus, &, quod eſt amplius, publicata voce compaſſus eſt; &, ſicut ipſo tractante ſemper audierat, Deo judice coronatus eſt. Quamvis enim non potuerit evenire quod optabant vota communia [61], ut conſortio paris gloriæ ſimul plebs tota pateretur: quicumque ſub Chriſti ſpectantis oculis, & ſub auribus Sacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum voti ſui teſtem, legationis quodammodo litteras ad Deum miſit.

XIX. Sic conſummata paſſione perfectum eſt, ut Cyprianus qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam ſacerdotales coronas in Africa primus imbueret; quia & talis eſſe poſt Apoſtolos prior cœperat. *Primus Martyr epiſcoporum Carthagin.* Ex quo enim Carthagini epiſcopatus ordo numeratur, numquam aliquis, quamvis ex bonis & ſacerdotibus, ad paſſionem veniſſe memoratur. Licet ſemper Deo mancipata devotio, dicatis hominibus pro martyrio deputetur; Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino conſummante, profecit: ut in civitate ipſa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam ſacerdotii cæleſtis inſignia glorioſo cruore decoraret. Quid hoc loco faciam? inter gaudium paſſionis & remanendi dolorem, in partes diviſus animus, & anguſtum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo quod non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda eſt. De victoria triumphabo? Sed doleo quod comes non ſim

58 Sic aliquas Martyrum reliquias certatim rapere geſtiebant Chriſtiani.

59 Confer Acta num. 4.

60 Alludit ad Caipham, qui de Chriſti morte neſcius prophetavit Johan. 11. verſ. 51.

61 Confer Acta num. 5. ubi *Turba fratrum dicebat: Et nos cum ipſo decollemur.*

ſim [61]. Verum vobis tamen & ſimpliciter coofitendum eſt, quod & vos ſeitis, in hae me fuiſſe ſententia. Multum ac nimis multum de gloria ejus exulto; plus tamen doleo quod remanſi.

61 Pontii feſtum recolunt vetera Martyrologia, ſicut & hodiernum Romanum, die 8. Martii. Cave tamen ne hunc cum Pontio martyre confundas, qui Philippos imperatores ad fidem Chriſti adduxiſſe dicitur, de quo plura apud Bollandianos ad diem 14. Maji. Altare in honorem S. Pontii dedicari curavit S. Ruſticula ſæculo VII. Abbatiſſa Arelatenſis; ut in ejus vita refert Florentius presbyter. At quiſnam fuerit ille Pontius non explicat.

# ACTA PROCONSULARIA

## Saocti CYPRIANI Epiſeopi & Martyris.

*Ex codd. editis & mſſ.*

Prima S. Cypriani confeſſio. I. IMperatore Valeriaoo quartum & Gallieno tertium conſulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagioe io ſeeretario, Paternus Proconſul CYPRIANO epiſeopo dixit: Sacratiſſimi Imperatores Valerianus & Gallienus, litteras ad me dare dignati ſunt, qoibus praeeperuot eos qui Romanam religionem non eoluot, debere Romanas eeremonias reeognoſeere. Exquiſivi [1] ergo de nomine tuo; quid mibi reſpondes? Cypriaous epiſeopus dixit: *Chriſtianus ſum, & Epiſcopus. Nullos alios deos novi, niſi unum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare, & quæ ſunt in eis omnia. Huic Deo nos Chriſtiani deſervimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipſorum Imperatorum.* Paternus Proconſul dixir: In hae ergo voluntate perſeveras? Cyprianus epiſeopus reſpoodit: *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non poteſt.* Paternus Proconſul dixit: Poteris ergo ſecundum præceptum Valeriaoi & Gallieni, exſul ad urbem Curubitanam proficiſci? Cyprianus epiſeopus dixit: *Proficiſcor.* Paternus Proeonſul dixit: Noo ſolum de Epiſeopis, verum etiam de Presbyteris mihi deſeribere digoati ſunt. Volo ergo ſcire ex te, qoi ſint Presbyteri qui in hae civitate conſiſtunr. Cyprianus epiſcopus reſpoodir: *Legibus veſtris bene atque utiliter cenſuiſtis, delatores non eſſe. Itaque detegi & deferri a me non poſſunt. In civitatibus autem ſuis invenientur.* Paternus Proconſul dixir: Ego hodie in boe loco exquiro. Cyprianus dixit: *Cum diſciplina probibeat, ut quis ſe ultro offerat, & tuæ quoque cenſuræ hoc diſpliceat; nec offerre ſe ipſi poſſunt: ſed a te exquiſiti invenientur.* Paternus Procooſul dixit: A me invenientur. Et adjeeit: Præeeperunt etiam, ne in aliquibus locis eoneiliabula fiant, oec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam ſalubre præceptum non obſervaverit, eapite plectetur. Cyprianus epiſeopus reſpondit: *Fac quod tibi præceptum eſt,*

II. Tunc Paterous Proconſul juſſit beatum Cyprianum epiſcopum in exſilium deportari [2]. Cumque diu ibidem moraretur, ſueeeſſit Aſpaſio Paterno proeooſuli Galerius Maximus proconſul, qui ſanctum Cyprianum epiſcopum, ab exſilio revoeatum, ſibi juſſit præſentari. Cumque Cyprianus ſanctus martyr electus a Deo, de eivitate Curubitana, in qua exſilio præeepto Aſpaſii Paterni rune Proconſulis datus fuerat, regreſſus eſſet; ex ſaero præcepto illi ſuis hortis maoebat. Iode quotidie ſperabat veniri ad ſe, ſieut io oſteoſum [3] fuerat; & cum illic demoraretur, repente Idibus Septembris, Tuſeo [4] & Baſſo eonſulibus, veneruot ad eum Prineipes duo, unus In exſilium mittitur.

Strator

1 Cod. Conchenſis *Exquiro tibi de nomine tuo, quid mihi reſpondeas?*

2 S. Auguſtin ſerm 309. *Pro fide confeſſionis Chriſti in exſilium Curubis miſſus eſt* &c.

3 Auguſtin. ibid. n. 2. *Regreſſus in hortis ſuis manebat, & inde quotidie ſperabat veniri ad ſe, ſicut oſtenſum illi erat* &c. Vide ſupra Vitam n. 12.

4 Monet Baronius ad annum 261. n. 25. legendum eſſe *Fuſco* ex Trebellio Pollione.

Strator[5] officii Galerii Maximi proconſulis, qui Aſpaſio Paterno ſucceſſerat; & alius Equiſtrator a cuſtodiis ejuſdem officii, qui & in curriculum eum levaverunt[6], in medioque poſuerunt, & in Sexti[7] perduxerunt; ubi idem Galerius Maximus proconſul, bonæ valetudinis recuperandæ gratia, ſeceſſerat. Et ita idem Galerius Maximus proconſul in aliam diem Cyprianum ſibi reſervari præcepit. Et in tempore beatus Cyprianus ductus, ad Principem & Stratorem ejuſdem officii Galerii Maximi proconſulis clariſſimi viri ſeceſſit; & in hoſpitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneream & Salutariam[8] manſit. Illuc univerſus populus fratrum convenit. Et cum hoc ſanctus Cyprianus comperiſſet, cuſtodiri[9] puellas præcepit, quoniam omnes in vico, ante januam hoſpitii Principis manſerant.

*Reverſus apprehenditur.*

III. Et ita altera die octavo decima Kalendarum Octobrium, mane multa turba convenit ad Sexti, ſecundum præceptum Galerii Maximi proconſulis. Et ita idem Galerius Maximus proconſul eadem die Cyprianum ſibi offerri præcipit in atrio Sauciolo[10] ſedenti. Cumque oblatus fuiſſet, Galerius Maximus proconſul Cypriano epiſcopo dixit: Tu es THACIUS CYPRIANUS? Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Ego ſum.* Galerius Maximus proconſul dixit: Tu Papam te[11] ſacrilegæ mentis hominibus præbuiſti? Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Ego*. Galerius Maximus proconſul dixit: Juſſerunt[12] te ſacratiſſimi Imperatores cæremoniari. Cyprianus epiſcopus dixit: *Non facio*. Galerius Maximus air: Conſule tibi. Cyprianus epiſcopus reſpondit: *Fac quod tibi præceptum eſt. In re tam juſta nulla eſt conſultatio.*

*Coram Proconſule ſiſtitur.*

IV. Galerius Maximus collocutus cum concilio ſententiam vix ægre dixit verbis hujuſmodi: Diu ſacrilega mente vixiſti, & plurimos nefariæ tibi conſpirationis homines aggregaſti, & inimicum te diis Romanis & ſacris legibus conſtituiſti, nec te pii & ſacratiſſimi principes Valerianus & Gallienus Auguſti, & Valerianus nobiliſſimus Cæſar, ad ſectam cæremoniarum ſuarum revocare potuerunt. Et ideo cum ſis nequiſſimorum criminum auctor & ſignifer deprehenſus: eris ipſe documento his, quos ſcelere tuo tecum aggregaſti: ſanguine tuo ſancietur diſciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: Thaſcium[13] Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus epiſcopus dixit: *Deo gratias*.

*Sententia in eum lata.*

V. Poſt hanc vero ſententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipſo decollemur. Propter hoc tumultus Fratrum exortus eſt, & multa turba eum proſecuta eſt. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus eſt, & ibi ſe lacerna byrro[14] exſpoliavit, & genu in

terra

5 Stratoris ſive Stratoris munia deſcribuntur in lege Conſtantini Cod. Th. l. 9. tit. 4. de cuſtodia reorum. Integrum locum vide in edit. Oxon. De his vide Gloſſar. Cang. ubi *Stratores* dicuntur, *quod ſternunt ad ſellas parati*: Stratores vero qui equorum Principis curam habebant. Stratores etiam dici poſſunt a ſternendo, quod reos in carcere condemnatos ponerent, vel equos ſternerent.

6 Aug. ſerm. laudato n. 3. *Duo miſſi ſunt qui eum etiam in currum levaverunt.*

7 Hic locus ſic videtur appellatus quod ſexto ab urbe lapide diſtaret.

8 Omnes fere mſſ. habent *Veneriam*. Colb. 1. & Mombrit. *inter Veneria & Salutaria*. German. 2. *inter duas plateas Veneriam & Salutariam*.

9 Omnes mſſ. præter Colb. 1. *caſtigari*. Alia tamen lectio præferenda. Sic enim legit Auguſtinus, ut patet ex laudato ſerm. n. 4. *Quid illud*, inquit, *quod cum in alium diem dilatus eſſet, atque illuc ſe multitudo fratrum ac ſororum congregaret pro foribus pervigilantes, cuſtodiri puellas præcepit*. Item. S. Fulgentius ſerm. 6. *a Principe detentus virginum pudicitiam.... cuſtodivit*.

10 Vox obſcura. Videtur eſſe cognomen atrii, quod hic rei interficerentur. Obſervat Oxon. editor ſancitum eſſe in Concilio Matiſcon. II. cap. 19. *ut ad locum examinationis reorum nullus clericus accedat, atque interſit atrio Sauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt*. Codd. Colb. & Germ. 1. habent, *atrio Sauriolo*. Conch. *Salonio*.

11 Forte *Papatem*, ut legendum eſſe cenſet noſter Mabillonius in notis ad Acta SS. Mammarii &c. Analect. tom. 4. pag. 105. In Actis græcis SS. Cononis & filii ejus, die 29. Maji Bollandiani n. 4. Præſes Martyrem interrogat an papas ſit aut diaconus, Παπᾶς ἢ Διάκονος. reſpondet ſe laicum eſſe. Et in Actis SS. Modeſti & Viti editis & mſſ. Vitus puer Modeſtum ſuum *papatem* non ſemel compellat.

12 Aug. n. 5. *Cum enim ejus immobilem mentem videret quando ei dicit: Juſſerunt te Principes cæremoniari, reſponditque illi, non facio. Adjecit & ait: Conſule tibi &c.* Deinde n. 6. *Fac, inquit, quod tibi præceptum eſt. In re tam juſta nulla eſt conſultatio. Dixerat quippe ille: Conſule tibi. Ad hoc reſponſum eſt: In re tam juſta &c.*

13 Idem Auguſt. n. 6. *In quid erumpat cor noſtrum, niſi in ipſam venerabilis Martyris ultimam vocem?* Cum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitaſſet: Taſcium Cyprianum gladio animadverti placet. Reſpondit ille: Deo gratias. Habentes igitur de re ... dicamus & nos, Deo gratias. *Et ſic definit ſermo.*

14 Alterutram ex his vocibus pro additamento habendam eſſe cenſet Oxon. editor. Certe in cod. 1. Germ. habetur tantum *byrro*. Porro notat ex Feſto eruditus Cangius in Gloſſario, *byrrum* antiquitus *rufum* ſignificaſſe, quæ vox ſi hoc loco ſic intelligatur, præferenda eſſet lectio aliquot codd. qui ſic habent, *lacerna byrro exſpoliatus eſt*. De byrro & lacerna tanquam de duplici veſtis ſpecie loquitur Sulpicius Severus lib. 2. Dialog. capite 1. apud Baronium ad annum 261. n. 41. ubi plura habes de hac re. At mirum eſt ab eo ho-

diernas

Digitized by Google

terra flexit, & in orationem ſe Domino proſtravit. Et cum ſe dalmatica [15] exſpoliaſſet, & Diaconibus tradidiſſet, in linea ſtetit, & cœpit ſpiculatorem ſuſtinere. Cum veniſſet autem ſpiculator, juſſit ſuis ut eidem ſpiculatori viginti quinque aureos darent [16]. Linteamina vero & manualia a Fratribus ante eum mittebantur. Poſtea vero beatus Cyprianus manu ſua oculos ſibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare ſibi non potuiſſet, Julianus presbyter & Julianus ſubdiaconus [17] ei ligaverunt. Ita beatus Cyprianus paſſus eſt; ejuſque corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt. Inde per noctem ſublatum cum cereis & ſcholacibus [18], ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quæ ſunt in via Mappalienſi juxta piſcinas, cum voto & triumpho magno deductum eſt. Poſt paucos autem dies Galerius Maximus proconſul deceſſit.

*Percutitur.*

VI. Paſſus eſt autem beatiſſimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium, ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus; regnante vero Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor. & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

dierunt epiſcoporum veſtes in his verbis repertas fuiſſe. Talibus quippe ornamentis epiſcopos olim uſus fuiſſe, prius eſſet probandum. *Birrum quo* S. Odo Cluniaci Abbas *tegebatur, more cappæ per extremitatem fimbriæ apprehendentes oſculabantur*, Dei famuli reverentiæ cauſa. Ex ejus Vita auctore Johanne lib. 2. num. 5. ſæc. V. SS. Ord. Bened. pag. 167.

15 Codd. Foſſat. Colb. Conch. S. Genovefæ &c. pro *dalmatica*, habent *tunica*: ſed multo plures codd. *dalmatica*. Ceterum dalmaticæ nomen antiquis ignotum non fuit. Commodus apud Lamprid. *Dalmaticatus in publico proceſſiſſe* dicitur. De Dalmatice plura collegit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 31. *Maji*, ubi de Paſchaſio Diacono.

16 *Hanc lectionem librariis debitam* innuit Oxon. editor. Favet Auguſtin. loco laudato, ubi ait extrema Martyris verba fuiſſe, *Deo gratias*, quæ ſtatim poſt recitatam ſententiam pronuntiavit. Omnes tamen mſſ. quos videre licuit, hanc Cypriani liberalitatem commemorant. Maximilianus, cujus Acta ad an. 295. proferemus, veſtem ſibi paratam a patre, rogavit dari ſpiculatori.

17 al. codd. *diaconus*.

18 Hunc locum ex compluribus mſſ. ſic reſtituimus. In editis & aliquot mſſ. pro *Candidiani* habetur *Candidi*. Baronius *Scholacium* nomine deſignari putat ſcholas clericorum cum cereis &c. Rigaltius vero faces ad arcendas noctis tenebras. Ejuſmodi funalia *ſcholaces* a pleriſque appellata eſſe obſervat Cangius in Gloſſario. Cœmeteria autem Chriſtianorum appellata fuiſſe *Arearias ſeu Areas* patet ex Actis SS. Montani &c. Inferas exhibendi, & ex Tertulliano ad Scapulam cap. 3. Videſis Baronium ad diem 3. Januar. in notis ad Martyrolog. Romanum.

## *ADMONITIO*

### In Acta Sanctorum FRUCTUOSI, EULOGII & AUGURII Martyrum.

*Acta authentica.*

1. BEati Fructuoſi epiſcopi Tarraconenſis, ſociorumque ejus Augurii & Eulogii diaconorum Acta authentica refert Bollandus ad diem vigeſimam primam menſis Januarii, quæ etiam nos in aliquot codicibus mſſ. invenimus, ſed tantiſper, abſque ulla tamen ſenſus mutatione, fuſiora, præterquam in codd. Colbertino & RR. PP. Fulienſium Pariſienſium, ubi eadem fere omnino ac in editis habentur. Ipſa autem eadem eſſe quæ olim in eccleſia Africana legebantur, facile probari poteſt ex iis quæ refert ſanctus Auguſtinus ſermone 273. novæ edititionis, alias de diverſis, quem in eorumdem ſanctorum natali habuit, cujus aliquot fragmenta, ſicut & Prudentii, qui hymnum ſextum libri περὶ Στεφάνων in ipſorum Martyrum honorem ex ipſiſmet Actis pæne totum contexuit, ſuo quæque loco proferemus.

*Confirmata ex S. Auguſtino & Prudentio.*

2. Paſſi ſunt autem ii Martyres apud Tarraconem, celebrem olim Hiſpaniæ citerioris metropolim, in hodierna Catalonia, *Æmiliano & Baſſo conſulibus*, id eſt anno Chriſti CCLIX. feria ſexta, vigeſima prima die menſis Januarii, qua die tum in novis, tum in veteribus Martyrologiis eorum memoria recolitur. Et quidem hac ipſa die 21. Januarii eorum natale apud Hipponem-regium celebratum fuiſſe ex laudato ſancti Auguſtini ſermone patet, qui num. 6. ſic de iis loquitur. *Beati quorum Paſſio recitata eſt. Beata Agnes ſancta, cujus Paſſionis hodiernus eſt dies.* Certum eſt enim Agnetem die 21. Januarii paſſam fuiſſe, quo re ipſa die in vetuſtiſſimo Kalendario Carthaginenſi jam ſæpius laudato hujus virginis feſtum recolitur. Unde mirum videri poteſt, quod horum Martyrum feſtivitas in Mozarabum Miſſali Idibus Februarii annotetur. cujus rei alia ratio non occurrit, niſi quod illa celebritas ob ſanctæ Agnetis feſtum vel ob aliquam forte tranſlationem in aliam diem dilata ſit. Eorumdem Martyrum corpora in Italiam poſtmodum tranſlata fuiſſe obſervat Johannes Bollandus ex Marianæ Hiſtoria lib. 4. cap. 10. ibique aſſervari in monaſterio

*Paſſionis annus & dies.*

*Feſtivitas.*

rio ordinis Benedictini, non longe ab urbe Geoua Ligurum metropoli diſtante. Falſus eſt Rabanus, qui io Martyrologio die 21. Jaouarii Regulam mooachorum, quæ ab alio Fructuoſo, Braccarenſium ſcilicet epiſcopo, ſæculo ſeptimo conſcripta eſt, huic Fructuoſo martyri attribuit.

# ACTA

Anno Christi 259.

## SANCTORUM MARTYRUM FRUCTUOSI Epiſcopi, AUGURII & EULOGII diaconorum.

*Ex compluribus codd. mſſ. & editis.*

I. VAlcriano & Gallieno imperatoribus, Æmiliano & Baſſo Coſſ. XVII. Kalend. Februarii, die Dominico comprehenſus eſt FRUCTUOSUS epiſcopus, AUGURIUS & EULOGIUS diacones. *Fructuoſus cum ſociis apprehenditur.* Repoſito autem Fructuoſo epiſcopo in cubiculo ſuo, direxerunt beneficiarii [1] in domum ejus, id eſt Aurelius, Feſtucius, Ælius, Pollentius, Donatus, & Maximus. qui cum ſenſiſſet pedibulum [2] ipſorum, confeſtim ſurrexit, & prodiit foras ad eos in ſoleis [3]. Cui milites dixerunt: Veni. Præſes accerſit [4] cum diaconibus tuis. Quibus Fructuoſus epiſcopus dixit: *Eamus. Aut ſi vultis, calceo me.* Cui milites dixerunt: Calcea te ad animum tuum. Qui mox ut venerunt, recepti ſunt in carcerem. Fructuoſus autem certus & gaudens de corona Domini, ad quam vocatus erat, orabat ſine ceſſatione. Erat autem & fraternitas cum ipſo, refrigerantes & rogantes ut illos in mente haberet.

II. Alia vero die baptizavit [5] in carcere fratrem noſtrum, nomine ROGATIANUM. Et fecerunt in carcere dies ſex, & producti ſunt XII. Kalend. Februarii, feria [6] ſexta, & auditi ſunt. Æmilianus [7] Præſes dixit: Fructuoſum epiſcopum, Augurium & Eulogium intromittite [8]. Ex Officio dictum eſt: Adſtant. Æmilianus præſes Fructuoſo *Coram Præſide ſiſtitur.* epiſcopo dixit: Audiſti quid Imperatores præceperunt? Fructuoſus epiſcopus dixit: *Neſcio quid præceperunt. Ego vero Chriſtianus ſum.* Æmilianus præſes dixit: Præceperunt deos coli. Fructuoſus epiſcopus dixit: *Ego unum Deum colo, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eo ſunt.* Æmilianus dixit: Scis eſſe deos? Fructuoſus epiſcopus dixit: *Neſcio.* Æmilianus dixit: Scies poſtea. Fructuoſus epiſcopus reſpexit ad Dominum, & orare cœpit intra ſe. Æmilianus præſes dixit: Qui audiuntur, qui timentur, qui adorantur, ſi dii non coluntur, nec Imperatorum vultus adorantur. Æmilianus præſes Augurio diacono dixit: Noli verbis Fructuoſi auſcultare. Augurius diaconus dixit: *Ego Deum omnipotentem colo.* Æmilianus præſes Eulogio diacono dixit: Numquid [9] & ne Fructuoſum colis?

1 Sic dicti apud Vegetium lib. 2. de re militari cap. 7. milites, qui beneficio tribunorum promovebantur. In Principales ſed Principes milites erant, ibid. De his in Edicto Maximini Imp. apud Euſeb. lib. 9. hiſt. cap. 9.

2 Sic eſſe legendum perſuadent non modo codd. mſſ. plerique & editi, quorum etiam nonnulli habent *ſonitum pedis*, ſed etiam locus S. Gregorii Turonenſ. lib. 3. Hiſtor. cap. 15. ubi legitur, *audivet pedibulum equorum venientium* &c. Ea tamen voce hic deſignari putat Baronius ad annum 262. num. 61. virgam Lictoriam, quæ ſic a *pede* ſeu baculo efformata fuerit. Ejus opinioni favere alia lectio, quam ex 2. vetuſtis codd. SS. Germani a Pratis in priori editione prætulerامus, quæ nempe habet *pediculum*.

3 Sur. & Baron. *in ſoliis*, quaſi in ſedibus, uti Baronius exponit, quæ prae foribus eſſe ſolent. Bollandus cenſet retinendum eſſe *ſoleis*, quo nomine aliquod ſandaliorum genus deſignari exiſtimat. Sic etiam accipitur in Vita S. Fulgentii num. 18. & germanum eſſe hujus loci ſenſum colligi poſſe videtur ex ipſius S. Antiſtitis verbis, *ſi vultis, calceo me*. Aliis forte videbitur ea voce deſignari ſpatiolum aliquod foribus domus proximum, quod etiam nunc gallice *le ſeuil de la porte* appellamus. Vide Cangii Gp. Chriſtianam lib. 3. ſect. 5.

4 Cod. Colb. 2. *accerſiri jubet*. Prudent. Hymno 6.

*Acciret quia Præſidis repente*
*Juſſa venerat ad forum ſacerdos*
*Levitis comitantibus duobus.*
*Inde ad carcerem &c.*

5 Prudent. *Exercent ibi myſticum lavacrum* &c.

6 In utroque cod. Germ. dies non exprimitur.

7 Prudent. *Judex Æmilianus imminebat* &c.

8 Sic cod. Colb. ceteri mſſ. & editi, *impone*.

9 Hæc ipſa verba laudat Auguſtin. ſerm. 273. de his Sanctis num. 3. *Ait illi Judex: Numquid & tu Fructuoſum colis?* &c. ubi docet ſacrificium non Martyribus, ſed ſoli Deo in Eccleſia catholica offerri. Vide eumdem Auguſt. lib. de civit. Dei cap. 27. & potiſſimum lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. ubi ait, *populum Chriſtianum Martyrum memoriam ſolemnitate celebrare ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur ... eo cultu quo ſancti homines in hac vita coluntur &c. Deo ſoli in memoriis martyrum altaria conſtituendo &c.*

lis? Eulogius diaconus dixit: *Ego Fructuoſum non colo; ſed ipſum colo, quem & Fructuoſus*. Æmilianus præſes Fructuoſo epiſcopo dixit: Epiſcopus es? Fructuoſus epiſcopus dixit: *Sum*. Æmilianus dixit: Fuiſti [20]. Et juſſit eos ſua ſententia vivos ardere.

Igni damnantur.

III. Et cum duceretur Fructuoſus epiſcopus cum diaconibus ſuis ad amphitheatrum, populus Fructuoſo epiſcopo condolere cœpit, quia talem amorem habebat non tantum a fratribus, ſed etiam ab ethnicis. Talis enim erat, qualem Spiritus ſanctus per beatum Paulum apoſtolum, vas electionis doctorem gentium, debere eſſe declaravit. Propter quod etiam fratres, qui ſciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant potius quam dolebant. Cumque multi ex fraterna caritate eis offerreot, uti conditi permixti poculum ſumerent ait: *Nondum eſt bora ſolvendi jejunii* [21]. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quarta feria ſtationem ſolemniter celebraverant. Igitur ſexta feria lætus atque ſecurus feſtinabat, ut cum Martyribus & Prophetis in paradiſo, quem Dominus præparavit amantibus ſe, ſolveret ſtationem [22]. Cumque ad amphitheatrum perveniſſet, ſtatim ad eum acceſſit, AUGUSTALIS nomine, lector ejuſdem, cum fletibus deprecans, ut eum excalcearet. Cui beatus Martyr reſpondit: *Miſſum fac* [23], *fili; ego me excalceo, fortis & gaudens & certus Dominicæ promiſſionis*. qui cum ſe excalceaſſet, acceſſit ad eum commilito frater noſter, nomine FELIX, & apprehendit dexteram ejus, rogans ut ſui memor eſſet. Cui ſanctus Fructuoſus cunctis audientibus clara voce reſpondit: IN MENTE [24] ME HABERE NECESSE EST ECCLESIAM CATHOLICAM, AB ORIENTE USQUE IN OCCIDENTEM DIFFUSAM.

Etiam ſupplicio proximus ſervat jejunium.

IV. Igitur in fore [25] amphitheatri conſtitutus, cum jam prope eſſet, ut ingrederetur ad coronam immarceſſibilem potius quam ad pœnam, obſervantibus licet ex officio beneficiariis, quorum nomina ſupra memorata ſunt, ita ut ipſi audirent [26] fratres noſtri, monente pariter ac loquente Spiritu ſancto, Fructuoſus epiſcopus ait: *Jam non deerit vobis paſtor, nec deficere poterit caritas & repromiſſio Domini, tam hic, quam in futurum. Hoc enim quod cernitis, unius horæ videtur infirmitas*. Cooſolatus igitur fraternitatem, ingreſſi ſunt ad ſalutem: digni, & in ipſo martyrio felices, qui ſanctarum Scripturarum fructum ex promiſſione ſentirent. Similes Ananiæ, Azariæ, & Miſaeli exſtiterunt, ut etiam in illis Trinitas divina cerneretur: Siquidem jam in igne ſingulis [27] conſtitutis, ut Pater non deeſſet, & Filius ſubveniret, & Spiritus ſanctus in medio ignis ambularet. Cumque exuſtæ [28] fuiſſent faſciolæ, quibus manus eorum fuerant colligatæ; orationis divinæ & ſolitæ conſuetudinis memores, gaudentes, poſitis genibus, de reſurrectione ſecuri, in ſignoque tropæi Domini conſtituti, Dominum deprecabantur, donec ſimul animas effuderunt.

Conſolati fratres ingrediuntur.

SS. Trinitas.

V. Poſthæc ſolita Domini non defuere magnalia, apertumque eſt cælum, videntibus [29] Babylan & Mygdonio fratribus noſtris ex familia Æmiliani præſidis. qui etiam filiæ ejuſdem Æmiliani, domi-

Animæ eorum videntur cælum penetrare.

20 Prudent. verſ. 47.

*Cujus ſum famulus, gregiſque paſtor.*
*Subridens, ait ille. Jam fuiſti &c.*

21 Prudent verſ. 54. *Jejunamus, ait, recuſo potum*.

22 De ejuſmodi ſtatione vide Baron. ad annum 262. num. 65. & piæ memoriæ Card. Bona de divina Pſalmodia cap. 3. ubi ex Tertulliano lib. de jejun. Caſſiano &c. obſervant quandoque *ſolvere ſtationem* idem eſſe ac jejunium ſolvere. Sed de his in primis conſulendus eſt vir doctiſſimus Ludovicus Thomaſſinus in tractatu de jejuniis Part. 3. cap. 29. & Part. 2. cap. 15.

23 Codd. Colb. & Floriac *Surſum ſta*. Prud. verſ. 74.

*Plantis calceamenta diſſolutis,*
*Pronus detrahere ſtudebat unus &c.*

24 His verbis, 4 ſe laudatis Aug. n. 2. ſubjungit ex Fructuoſi perſona. *Tu ſi vis ut pro te orem, noli recedere ab illa pro qua oro*.

25 In aliquot mſſ. & apud Surium habetur, *in porta*.

26 In omnibus codd. mſſ. *ita ut ipſi audirent, monente fratre noſtro Martiale pariter & loquente, ſanctus epiſcopus ait &c*. Cod. Floriac. habet .... *Martiale & eloquente Spiritu Sancto*.

27 Sic cod. Floriac. ceteri habent, *ſocali*.

28 Prud. verſ. 103. *Nexus denique &c.*

*Non auſa eſt cohibere pœna palmas,*
*In morem crucis ad Patrem levandas*
*Solvit brachia quæ Deum precentur.*

29 Cod. Compend. *Apertumque cælum Babylan & Micdonius fratres de familia Æmiliani filia ejus domina; &* Prud. verſ. 121.

*Vidit Præſidis ex domo ſatelles,*
*Cælum Martyribus patere apertum,*
*Quo & ſimiles menses hoſtili*
*Oſtendit ſociis notans ſtupendo.*

dominæ eorum carnali, oſtendebant ſanctum Fructuoſum epiſcopum cum diaconibus, adhuc ſtipitibus quibus ligati fuerant permanentibus, in cælum aſcendentes coronatos. Cumque Æmilianum vocarent dicentes, Veni, & vide quos hodie damnaſti, quemadmodum cælo, & ſpei ſuæ [20] reſtituti ſunt. Igitur cum Æmilianus veniſſet, videre eos non fuit dignus.

*Reliquiæ a fidelibus colliguntur.*

VI. Fratres autem triſtes, velut derelicti ſine paſtore, ſollicitudinem ſuſtinebant: non quod dolerent Fructuoſum, ſed potius deſiderarent, uniuſcujuſque fidei & agonis memores. Superveniente autem nocte ad amphitheatrum cum vino [21] feſtinanter pervenerunt, quo ſemiuſta corpora extinguerent. quo facto eorumdem Martyrum cineres collectos, prout quiſque potuit, ſibi vindicavit. Sed nec in hoc Domini & Salvatoris noſtri defuere magnalia, ut credentibus fides augeretur, & parvulis monſtraretur exemplum. Oportebat enim Fructuoſum martyrem, quod in ſæculo per miſericordiam Dei docendo promiſerat in Domino & Salvatore noſtro, in ſua poſtea paſſione & reſurrectione carnis comprobare. Igitur poſt paſſionem apparuit [22] fratribus, & monuit, ut quod unuſquiſque per caritatem de cineribus uſurpaverat, reſtituerent ſine mora; uno quoque in loco ſimul condendos curarent.

VII. Æmiliano etiam, qui eos damnaverat, Fructuoſus pariter cum diaconibus ſuis oſtendit ſe in ſtolis repromiſſionis, increpans pariter & inſultans, nibil illi profuiſſe [23], quod fruſtra exutos a corpore in terra crederet, quos cerneret glorioſos [24]. O beati Martyres, qui igni probati ſunt ut aurum pretioſum, veſtiti lorica fidei & galea ſalutis; qui coronati ſunt diademate & corona immarceſſibili, eo quod diaboli caput calcaverunt! O beati Martyres, qui meruerunt dignam habitationem in cælis ad dexteram ſtantes Chriſti, benedicentes Deum Patrem omnipotentem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium ejus! Suſcepit autem Dominus Martyres ſuos in pace per bonam confeſſionem, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. *Judici apparent.*

20 Cod. 1. Colb. *ferendum ſpem ſuam cælo reſtituiſti.*
21 Prud. verſ. 131. *Et perfuſa mero leguntur oſſa* &c.
22 Cod. Floriac. *Nam poſt paſſionem ſeptimi diei autto adveniente, S. Fructuoſus* &c. Prud. verſ. 133. *Certantur nivola ſtolis amiſti, mandant reſtitui* &c.
23 Boll. *Nihil illi profuturos quos* &c.

24 In aliquot codd. mſſ. hæc adduntur: *Et mane facto non Chriſtiani omnes qui reliquias ſanctorum abſtulerant deferentes cum magno metu ac ſumma lætitia ſinguli mariartire viſcerum ſuiſtrum, in ſacroſancta Eccleſia ſub altari ſancta, exultantes in Domino, honorifice ſepelierunt.* Hæc habentur etiam in Agonibus ſanctorum Parisiis jampridem excuſis.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem Sanctorum JACOBI, MARIANI, &c.

1. Perſecutionem in Africa, ſub Valeriani Imperatoris extremis annis, atrociſſimam fuiſſe probant, præter ea quæ de beato Cypriano annotavimus, aliquot antiqua monumenta, quæ poſt tot temporum viciſſitudines, ad nos uſque incolumia pervenerunt. Inter hæc merito recenſet illuſtriſſimus Cardinalis Baronius beatorum MARIANI & JACOBI Paſſionem, *Paſſio.* quam ipſorum Martyrum nutu, & aliorum Chriſtianorum precibus, prout eam propriis oculis viderat, fideliter & accurate quidam e Chriſtianis fratribus conſcripſit. Hujus autem opuſculi ſinceritas ſe ipſam legentibus prodit: de qua tamen ſi quis aliud adhuc argumentum deſiderat, Auguſtinum adeat, qui ſermone 284. quem in iſtorum Martyrum natali habuit, laudat & exponit num. 2. ea quæ in his Actis de Mariani matre referuntur. Eadem vero Acta Surius primo, ac ex eo Baronius ad annum 262. ediderunt, quæ poſtea ad aliquot codices mſſ. collata Godefridus Henſchenius Bollandiano Aprili inſeruit ad diem 30. hujus menſis. Hæc ipſa etiam habuimus ex cod. mſſ. archimonaſterii Remigiani apud Remos; ex quibus omnibus inter ſeſe collatis hanc noſtram editionem adornavimus. *Vide ſanto.*

2. *Jacobi* & *Mariani* memoriam recolit *Feſtum.* 11. Nonas Maii vetus Kalendarium Carthaginenſe, alia vero Martyrologia die 30.

Aprilis. Quo die eorum Paſſionem refert Henſchenius, additis plurimis Martyribus, qui vel in Paſſione obiter deſignantur, vel a Martyrologiorum editoribus Jacobo & Mariano adjuncti ſunt: quamvis Agapii ſociorumque ejus feſtum Ado, Uſuardus & Martyrologium Romanum diei præcedenti conſignaverint. Horum autem o-

*Tempus mortis.*

mnium Martyrum mortem, cum Henſchenio ad annum circiter CCLIX. referri debere exiſtimamus, ſcilicet paullo poſt beati Cypriani mortem, qui Marianum in viſione ad martyrium invitavit, ut narratur infra num. 6. Pæne omiſeram Eugubii

*Reliquiæ.*

Umbriæ civitatis eccleſiam cathedralem Mariani & Jacobi memoriæ dicatam eſſe, ubi eorumdem Martyrum ſacra corpora aſſervari affirmant Ughellus Italiæ ſacræ tom. 1. Ferrarius in Catalogo, aliique paſſim Italiæ ſcriptores; ipſorum vero viſiones expoſuit S. Petrus Damiani in opuſculo ſingulari quod tomo 2. ejus operum editum eſt.

*Alii Mart. in Africa.*

3. Porro alios plures Martyres in hac perſecutione per diverſas Africæ provincias paſſos fuiſſe obſervat Baronius ad annum 262. Idem teſtantur paſſim Martyrologiorum auctores: immo & conſentiunt Acta Martyrum quæ proferimus. At cum in antiquis monumentis eorum nomina expreſſa non habeantur, de iis fuſius agere ſuperſedemus. Agnoſcimus tamen cum eodem doctiſſimo Cardinali *beatum Theogenem*, quem ſanctus Auguſtinus laudat in ſermone 273. novæ edit. ubi de cultu Martyrum agit, in eadem perſecutione, ut quidem veri ſimile eſt, martyrium complevisse. Is autem videtur eſſe Theogenes epiſcopus Hipponenſis, qui inter Patres concilii Carthaginenſis de rebaptizandis hæreticis quartus decimus ſententiam tulit. Baſilicæ, ſeu, ut eam vocat Auguſtinus, *memoriæ*, in ejus honorem Hippone-regio conſtructæ meminit idem ſanctus Doctor ſermone laudato. Ipſi etiam triginta & ſex ſocios Martyres adjungunt vulgata Martyrologia ad diem 26. Januarii, qui omnes ſub Valeriani perſecutione paſſi dicuntur.

---

*Anno Christi circ. 259.*

# PASSIO

## Sanctorum JACOBI, MARIANI, & aliorum plurimorum Martyrum in Numidia.

*Ex cod. mſ. Archimonaſterii Remigiani apud Remos & editis.*

QUotieſcumque aliquid beatiſſimi Martyres Dei omnipotentis, & Chriſti ejus, feſtinantes ad promiſſa regni cælorum, cariſſimis ſuis verecundius mandant, memores ſunt humilitatis, quæ ſemper in fide ſolet facere majores: & quanto modeſtius petierunt, tanto efficacius impetraverunt, & nobis hoc prædicandæ gloriæ ſuæ munus teſtes Dei nobiliſſimi reliquerunt: MARIANUM dico, unum ex dilectiſſimis fratribus noſtris, & JACOBUM, quos mihi

*Scriptor teſtis oculatus.*

ſcitis, præter communem Sacramenti religionem vitæque ſocietatem, domeſticis affectibus adhæſiſſe. Qui contra ſævientes ſæculi preſſuras, & gentiles impetus, habituri tam ſublime certamen, prœlium ſuum, quod inſtinctu cæleſtis Spiritus inierunt, in notitiam fraternitatis per nos venire juſſerunt. non quod in terris vellent coronæ ſuæ gloriam per jactantiam prædicari: ſed ut præcedentibus experimentis, multitudo plebis, & Dei populus ad exemplum fidei poſſet armari [1]. Nec immerito idem edituro mihi fiducia familiaris injunxit. Quis enim dubitet, quin nobis in pace vitæ communitas fuerit, quando nos individua dilectione viventes una, tempus perſecutionis invenit?

II. Nam pergebamus in Numidiam ſimul, ut ſemper antea ſocio parique comitatu viam ingreſſi: quæ nos ad exoptatum fidei & religionis obſequium, illos jam ducebat ad cælum. Et venimus in locum, qui appellatur Muguas, cui

1 Codex Remigianus ſic habet. *Et ut veſtræ mihi fiducia familiaritatis injunxit. Quis &c.*

cui eſt Cirteoſis [2] coloniæ ſuburbaoa vicioitas: in qua tunc maxime civitate, gentilium cæco furore, & ex officiis militaribus perſecutionis impetus, quaſi fluctus ſæculi tumeſcebant; & avidis faucibus ad tentaodam fidem juſtorum, rabies diaboli infeſtantis inhiabat. Unde Marianus & Jacobus beatiſſimi martyres, certiſſima & exoptata divinæ in ſe dignationis ſigna tenoerunt, qui in ea regione, in qua perſecutioois tempeſtas turbulentius fureret, hora jam maturante dedocti iotelligebant ſua, Chriſto guberoante, ad ipſum coronæ locum directa veſtigia. Namque omnes dilectos Chriſto, cruenti & cæcati Præſidis furor per militares manus impenſius & infeſtis animis requirebat. Nec in hos ſolos crudelitatis exercebatur inſania, qui in ſuperioribus perſecutionibus ioconcuſſi, libere Deo vivereot: ſed io illos quoque manum diabolus inſatiabilem porrigebat, quos jam dudum in exſilia ſubmotos, etſi nondum ſanguioe, mente jam Martyres, ferox Præſidis amentia coronarat.

*Impetus perſecut. in Cirta.*

*Agapius & Secundinus.*

III. In his ab exſilio perducebantur ad Præſidem AGAPIUS & SECUNDINUS [3] epiſcopi, prædicaodi ambo ſpiritali dilectione, alter etiam caroalis continentiæ ſanctitate. Perducebantur, inquam, noo a pœna, ſicut gentilibus videbatur, ad pœnam, ſed a gloria potius ad gloriam, a certamine ad certamen aliud: ut qui captivos a ſæculi pompis in obtinendo Chriſti nomine ſubegiſſent, etiam mortis aculeos conſummatæ fidei virtute calcareot. Neque enim fas erat, ut tardius quærerent in terreoa colluctatione victoriam, quos jam Domious ſecum habere properabat. Et contigit, fratres [4], ut Agapius & Secuodinus, ex illoſtri ſacerdotio Martyres glorioſi, in eo tranſitu quo ad beatum paſſionis ſuæ prœlium, Præſidis quidem temporanea poteſtate, ſed Chriſti electiooe pergebaot, noſtrum interim dignarentur hoſpitium. Quibus tantus * ioerat ſpiritus vivificationis & gratiæ, ut tam ſanctis & præclaris Dei teſtibus jam parom eſſet, quod ipſi martyrio pretioſum ſanguioem deſtinaſſent, niſi etiam alios martyres fidei ſuæ inſpiratione feciſſent. Horum tanta in fratres caritas fuit & tanta dilectio, ut licet taciti poſſeot tam devotæ & obſirmatæ virtutis exemplis fidem fraternitaris adſtruere, tamen ad ſtabilitatem perſeverantiæ latius conſulentes, pectoribus noſtris rorem tractatus ſalutaris infunderent. neque enim tacere poterant, qui Dei ſermonem videbant. Nec mirum, ſi paucis illis diebus tam large noſtrum omnium mentes eorum tractatus ſalubris animavit *, in quibus jam Chriſtus, micante gratia, de proxima paſſione fulgebat.

* *mſ. tantum*

* *mſ. animavit*

VI. Denique ita proficiſcentes illi, Marianum & Jacobum exemplo & magiſterio ſuo diſpoſitos reliqueruot, ut recentiſſima gloriæ ſuæ veſtigia dimitterent ſecuturis illorum viam. Vixdum eoim biduum fluxerat, & ecce Mariaoum & Jacobum cariſſimos noſtros ſua palma quærebat: nec ut aliis in locis, unus hoc aut alius ſtationarius [5] miles agebat, ſed ceoturio [6]. Nam violenta manus, & improba multitudo ſic ad villam, quæ nos habebat, quaſi ad famoſam ſedem fidei convolarat. O exoptanda nobis incurſio! o felix & digna exultatione trepidatio! Siquidem [7] ad nos veotum eſt propter hoc tantum, ut Dei dignatiooem Mariani & Jacobi juſtus ſanguis expleret. Vix hoc in loco poſſumus, fratres dilectiſſimi, gaudia

*Marianus & Jacobus apprehenſi.*

2 Cirta urbe epiſcopali Numidiæ, celebris ob ſynodum Cirtenſem, de qua ſæpius agit Auguſtinus in libris contra Donatiſtas. Poſtea *Conſtantina* dicta eſt ex eodem Auguſtino: ſub quo nomine perſtat etiamnunc inſignis. Cod. Remig. *Cirtenſis* ſemper ſed mendoſe, errore videlicet amanuenſis.

3 An hic eſt Secundinus qui epiſtolæ ſynodicæ de lapſis ad Eccleſiam Romanam ſubſcripſit? Ea eſt inter Cyprianicas edit. Angl. 57. Pamel. 50. Agapii & Secundini Epiſcoporum, Æmiliani militis, Tertullæ & Antoniæ ſacrarum virginum, & mulieris cujuſdam cum ſuis geminis memoria, relato eorum martyrii compendio Cirthæ, celebratur in Martyrologio Notkeri 113. Kal. Maji apud Caniſ. tomo 6. pag. 817.

4 Sic mſſ. codd. ex Henſchenio. Apud Surium, *contigit ut fratres* &c. unde Baronius anno 260. num. 38. colligebat ſcriptorem Epiſcopum fuiſſe, utpote qui Epiſcopos fratres appellaſſet. Codex tamen Remig. hanc vocem *fratres* omnino omittit.

5 Stationarii milites dicebantur apparitores & officiales Præſidum, qui diſpoſiti per provincias, certis locis denuntiabant magiſtratibus quid agatur. Vide Gloſſar. Cangianum.

6 Ita cod. Remig. & alius apud Henſchenium. Surius habet *ſubcenturio*. Et tales milites fuiſſe ex Livii lib. 8. probat Baronius. Henſchenius tamen hic legi debere cenſet *ſed centuria*, cui ſorte favet cod. S. Maximini Trevirenſis, in quo habetur, *ſed centuriaria*.

7 Cod. Remig. alia, ſed tamen æquali manu habet, *tripudiatio. Sic quidem* &c. Et infra idem cod. ſed prima manu, *juſtu ſanguinis effuſio expleret. Vix hoc in loco poſſum* &c.



Digitized by Google

dia cumulata frenare. qui alios ante biduum ad ipſum paſſionis exitum a noſtris amplexibus miſeramus, alios adhuc nobiſcum futuros martyres habebamus. Quos cum jam matura divinæ dignationis hora fortius quæreret [8], etiam nos aliqua fraternæ gloriæ parte perſtrinxit, quia pertrahebamur a Muguis in Cirtenſem coloniam. Sequebantur autem cariſſimi nobis, & ad palmam paſſionis electi, quos & noſtri amor ducebat, & Chriſti jam matura dignatio. Ita miro modo, & immutato pergendi ordine, ſequebantur illi, qui fuerant anteceſſuri. Denique illis non fuit longa dilatio, namque dum nos exultantius adhortantur, ſe quoque Chriſtianos eſſe liberiori gaudio prodiderunt. Mox interrogati, cum in fortiſſima nominis Chriſti confeſſione perſtarent, deducuntur in carcerem.

*Diro cruciantur.* V. Tunc attentantur numeroſis duriſque cruciatibus per ſtationarium militem, juſtorum piorumque carnificem, adhibitis in auxilium crudelitatis ejus Centurionum [9] & Cirtenſium magiſtratibus, hoc eſt diaboli ſacerdotibus: tamquam ſi membrorum laceratione frangeretur fides, cui cura corporis vilis eſt. Et Jacobus quidem, ſicut erat in virtute fidei ſemper auſterior, qui & infeſtationes jam ſemel Decianæ perſecutionis vicerat, affectavit ſe non Chriſtianum tantum, ſed & diaconum confiteri: Marianum autem fecit tormentis obnoxium, quod ſe Lectorem tantum, ſicuti fuerat fatebatur. Quænam illa tormenta, quam nova, quam diaboli venenato ſenſu & dejiciendi artibus exquiſita fuere ſupplicia! Pependit Marianus ad vulnera, &, quæ Martyri etiam in ipſis lacerationibus affuit gratia, ſic tortus eſt, ut illum exaltaret & pœna. Nexus autem qui pendentem gerebat, non manus, ſed ſummos apices pollicum vinxerat: ſcilicet ut digitorum tenuis exilitas plus in ferendis membris ceteris laboraret. Addita etiam pedibus injuſta pondera, ut diſcordantibus pœnis utrimque diſtracta, & viſcerum convulſione reſoluta, de nervis ſuis totius corporis compago penderet. Nihil egiſti juxta templum Dei, juxta Chriſti coheredem, nequitia gentilis. Suſpenderis licet membra, concuſſeris latera, divulſeris viſcera; Marianus noſter in Deum fidens, quantum corpore torquebatur, tantum mente creſcebat. Victa denique feritate torquentium, rurſus in carcere de triumpho ſuo multum lætatus includitur; ibique cum Jacobo & reliquis fratribus, gaudium victoriæ dominicæ frequenti oratione celebravit. *In carcerem redditi.*

VI. Quid nunc gentiles? Creditis Chriſtianos ſentire carceris pœnas, & ſæculares horrere tenebras, quos manet gaudium lucis æternæ? Spiritus cum fida ſpe venientis gratiæ cælos mente complexus, ſuis jam non intereſt pœnis. Secretam licet ſuppliciis quæratis & abditam ſedem, graveſque [10] antri caligantis horrores, domumque tenebrarum; fidentibus in Deum nullus ſqualidus locus, nullum tempus triſte ſentitur. Fovet illos Deo Patri dicatos fraternitas Chriſti diebus ac noctibus. Etenim Mariano, poſt illam vexationem corporis altius in ſoporis tranquilla reſoluto, quid divina dignatio ad fiduciam ſpei ſalutaris oſtenderit, experrectus ſic ipſe nobis narravit. *Oſtenſum eſt, inquit, mihi, fratres, tribunalis excelſi & candidi nimium ſublime faſtigium, in quo quidam judicis ad vicem præſidebat. illic erat cataſta, non humili pulpito, nec uno tantum aſcenſibilis gradu; ſed multis ordinata gradibus, & longe ſublimis aſcenſus: & admovebantur Confeſſorum ſingula* * *claſſes, quas ille judex ad gladium duci jubebat. Tum exauditur* *Mariani viſio.* * al. ſingulorum.

8 Cod. Remig. *fortiores furore.*

9 Cod. Remig. habet *Centurione.* quæ lectio ſpernenda non eſt. Henſchenius maluit ex proprio Marte ſubſtituere *centuriarum*, quaſi alias nullus eſſet ſenſus hujus loci. Retinuimus tamen vulgatam Surii & nonnullorum clarorum auctor lectionem, quæ hic deſignare videntur Centurionum & Cirtenſium duarum urbium magiſtratus. Erat quippe Centurionum urbs in Numidia celebris, uti ex Collat. Carthag. S. Auguſtino, Optato &c. conſtat, quod jam in notis ad Notit. Afric. alias obſervavimus. Ex hoc loco trium urbium Numidiæ ſitus deprehendi poteſt: a *Muguis* enim Cirtenſium colonia & urbs Centurionum non multum erant diſſitæ.

10 Cod. Remig. *graveſcenteſque caliginis horrores.*

*tur* [11] *mihi vox clara & immenſa, dicentis: Marianum applica. Et aſcendebam in illam cataſtam: & ecce ex improviſo mihi, ſedens ad dexteram ejus judicis* CYPRIANUS *apparuit, & porrexit manum, & me levavit in altiorem cataſtæ locum, & arridens dixit:* Veni, sede mecum. *Et factum eſt, ut audirentur aliæ claſſes, me quoque aſſidente: & ſurrexit ille judex, & nos ducebamus eum ad prætorium ſuum. Iter autem nobis erat per locum pratis amœnum, & viridantium nemorum læta fronde veſtitum, opacum cupreſſis conſurgentibus in excelſum, & pinnis pulſantibus cælum: ut putares eum locum per omnem circuitus ambitum lucis virentibus coronatum. Sinus autem in medio pellucidi fontis exuberantibus venis, & plurimis liquoribus redundabat. Et ecce ſubito ab oculis noſtris ille judex receſſit. Tunc ibi* CYPRIANUS *phialam, quæ ſuper marginem fontis jacebat, arripuit; & cum illam de fontis rivulis impleſſet, hauſit; & iterum implens mihi porrexit, & libenter bibi. Et cum Deo gratias agerem, excitatus,* inquit, *mea voce ſurrexi.*

*Item & Jacobi.*

VII. Tunc Jacobo quoque ſu recordationem rediit, quod ſibi hanc ſignificaſſet coronam divinæ dignationis oſtenſio. Nam ſuperioribus diebus, cum ejuſdem carrucæ vehiculo Marianus & Jacobus, & cum his ego, viam communiter carperemus: ad medium fere diem, inter illa itineris confragoſa mirabili & alto ſopore correptus, poſtquam a nobis interpellatus & excitatus evigilavit: *Perturbatus ſum,* inquit, *non ſine gaudio meo, fratres, ſed & vos mecum gaudere debetis.* Vidi, inquit, juvenem inenarrabili & ſatis ampla magnitudine, cujus veſtitus diſcincta [12] erat in tantum candida luce, ut oculi in eam conſtanter intendere non poſſent: cujus pedes terram non calcabant; & vultus oris ſuper nubes erat. Is cum tranſcurreret, unam tibi Mariane, & unam mihi, zonas purpureas in ſinus noſtros jaculatus eſt, & ait: Sequimini me cito. O quietem vigiliis omnibus fortiorem! o quietem, in qua feliciter dormit, quiſquis in fide vigilat: quæ terrena tantum membra ſopierit [13]! quoniam videre Deum niſi ſpiritus non valebit. Quantum exultantes, quamque ſublimes animos Martyrum eſſe credendum eſt, quibus in ſancti Nominis confeſſione paſſuris, & audire Chriſtum ante contigit, & videre offerentem ſe ſuis quocumque tempore? Non fuit impedimento vehiculi ſe promoventis inquieta jactatio; nec dies medius, qui ſub calore tunc fulgebat ſolis. Nulla noctis exſpectata ſecreta ſunt: novo genere gratiæ Martyri ſuo Dominus novum tempus viſionis elegit.

VIII. Nec in unum aut alium fuit iſta dignatio. Namque ÆMILIANUS, quamvis equeſtris ordinis gentiliter haberetur, unus tamen in carcere, & ipſe de fratribus, qui ad quinquageſimum prope ætatis annum cum carnis continentia pervenerat, continuatis in carcere gemina ſuperpoſitione [14] jejuniis, & orationibus ſæpe repetitis, per quas ejus devota mens paſta in alium diem & ſacramento Dei parabatur, in ſomnum media die reclinatus, moxque [15] quiete diſcuſſa, talia nobis ſuæ viſionis pateſecit arcana. *Perducto* [16] *mihi,* inquit, *de carcere, homo gentilis, hoc eſt frater meus carnalis, occurrit. Is res noſtras admodum curioſus inſultabunda voce perquirit, ſciſcitans quatenus nos in pœnalibus tenebris illis & inedia carceris haberemus. Cui reſpondi: Milites Chriſti & in tenebris clariſſimam lucem, & in jejunio cibum ſaturabilem, Dei habere ſermonem. Et cum hæc audiret: Scitote, inquit, quod omnes vos, quicumque in carcere habemini, ſi obnixe perſtabitis, maneat pœna capitalis.*

*Æmiliani Chriſtiani militis viſio.*

11 Cod. Remig. *Tam exaudita eſt mihi* &c. Inferius *Et aſcende*, & *ait Veni* &c. Et poſt aliquot verſus, *pinis pulſantibus .... circuitum ambitus lucis virentibus coronatum. In medio autem pellucidus fons ſuperantibus venis & puris liquoribus .... de fonte impleſſet ....inquis, ſurrexi.* Totius hujus viſionis explicationem videſis apud Petrum Damiani.

12 Sic legendum, non autem *diſtinctus*. Diſcincta eſt veſtis in anteriori parte aperta, quales ſunt hodiernæ Doctorum ſeu Curialium togæ. Diſcinctæ autem vocem apud Afros uſitatam fuiſſe, patet ex Actis SS. Perpetuæ & Felicitatis. Cod. Remig. habet, *diſtincta erat ..... oculi eam conſtanter videre* &c. Et infra *purpuream zonam*.

13 Cod. Remig. *ſopierat .... valebat*.

14 Id eſt adjectione. De ſuperpoſitione jejunii plura videſis apud Menardum noſtrum cap. 34. Concordiæ Regularum, & apud Cangium in Gloſſario Latino.

15 Cod. Remig. *ubique*

16 Id. *Producto*.

*capitalis. At ego, qui verebar ne compoſitum luderet fraude mendacium, confirmare votum meum volui: Vere, inquam, patiemur omnes? At ille rurſus affirmans, dixit: Gladius vobis & ſanguis in proximo eſt. Sed velim ſcire, an omnibus vobis, qui vitam contemnitis, diſcreta an æqualia munerum cæleſtium præmia rependantur? Cui reſpondi: Non ſum idoneus tam magnæ rei proferre ſententiam. Attolle, inquam, ad cælum paulliſper oculos: jam videbis innumerabilem turbam micantium ſiderum. Numquid ſtellæ omnes pari luminis honore præfulgent? & tamen omnibus lumen eſt. Ad hæc ille curioſus, iterum quid interrogaret invenit. Ergo ſi qua diſcretio eſt, inquit, qui veſtrum ſunt in promerenda Dei voluntate potiores? Nimirum, inquam, præ ceteris duo, quorum nec tibi dicenda, & Deo nota ſunt nomina. Noviſſime acrius incumbente, atque perſcrutante moleſtius: Hi ſunt, inquam, qui quo difficilius & rarius vincunt, glorioſius coronantur. & propter*

Matth. 19. 24. *hos* [17] *ſcriptum eſt*: Facilius camelus intrabit per foramen acus, quam dives in regna cælorum.

IX. Poſt has oſtenſiones in carcere diebus pauculis commorati, producuntur in publicum, ut eos Cirrenſium magiſtratus, elogio confeſſionis ſuæ honoratos tranſmitteret cum parte damnationis ad Præſidem. Et ecce unus e circumſtantibus fratribus noſtris omnium in ſe gentilium convertit oculos, quod jam per gratiam proximæ paſſionis [18], Chriſtus in ore ejus & facie relucebat. Cumque ex eo turbulentis & ferventibus animis quæreretur, an ejuſdem & ipſe eſſet religionis & nominis; rapuit tam dulcem promtiſſima confeſſione comitatum. Sic elogiis ſuis beati Martyres, plures Dei teſtes, dum ipſi ad martyrium parantur, acquirunt: & jam tranſmiſſi ad Præſidem, negotioſum ac difficile iter cum voluptate properaverunt. Tunc eos Præſidi admoros, jam bis eis notus, bis uſitatus iterum Lambeſitanus [19] carcer accepit. Hæc enim ſola ſunt apud gentiles hoſpitia juſtorum.

*Christianus miro modo agnitus.*

X. Interim per dies plurimos effuſione ſanguinis tranſmittebatur ad Dominum numeroſa fraternitas, nec pervenire ad Jacobi & Mariani clericorumque victimam rabies inſanientis Præſidis poterat, laicorum multis occupata vulneribus. Nam ita inter ſe noſtræ religionis gradus artifex ſævitia diviſerat, ut laicos clericis ſeparatos tentationibus ſæculi, & terroribus ſuis putaret eſſe ceſſuros. Ergo cariſſimi noſtri & fideliſſimi milites Chriſti, ceterique de clero contriſtari aliquantulum cœperunt, quod laicis certaminis ſui laude perfunctis, ſervaretur ſibi tam lenta & tam ſera victoria.

*Multi Martyres laici.*

XI. Tunc Agapius, qui jamdudum martyrio ſuo conſummato [20] fidei ſacramenta perfecerat, qui & ipſe, cum pro puellis duabus, TERTULLA & ANTONIA, quas ſibi cariſſimas ad vicem pignorum diligebat, repetitis frequenter precibus oraret, ut ſecum & illæ Dei dignatione martyres fierent, retulerat meritorum ſuorum tali revelatione fiduciam: Quid aſſidue peris, quod una oratione meruiſti? Is ergo Agapius agenti Jacobo in carcere, per tempus quietis apparuit. Nam ſub ipſo ictu paſſionis [21] dum expectatur carnifex; *Et bene*, inquit Jacobus, *ad Agapium ceterorumque Martyrum beatorum pergo convivium. Nam iſta*, inquit, *nocte Agapium noſtrum videbam, inter omnes alios lætiorem, quos una nobiſcum Cirtenſis carcer incluſerat, ſollemne quoddam & lætitiæ plenum celebrare convivium. Quo cum ego & Marianus, quaſi ad agapen, ſpiritu dilectionis & caritatis raperemur, adcucurrit nobis obvius puer, quem conſtabat eſſe alterum ex geminis ante triduum cum matre paſſis, corona*

*Agapius obtinet coronam martyrii Tertullæ & Antoniæ.*

*Gemini pueri martyres cum matre.*

17 Id. *hoc*.
18 Sic cod. Remig. Alii *confeſſionis*. Infra idem codex, *cumque ex eo non minus turbulentis* &c.
19 Urbs Numidiæ, ex qua Puſillus epiſcopus Concilio Carthaginenſi affuit ſub S. Cypriano.
20 Cod. Remig. *conſummatæ fidei*.
21 Vox Afris familiaris. Vide Vitam S. Cypriani per Pontium, & ipſum Cyprian. epiſt. 30. & 20. edit. Angl. Pamel. 65. & 32.

*corona roſea* [22] *collo circumdatus*, *& in manu dextra palmam viridiſſimam præferens*: *Et*, *Quid properatis? inquit*, *gaudete & exultate*, *cras enim nobiſcum & ipſi cœnabitis*. O Dei magna in ſuos & præclara dignatio! o vere paterna pietas in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui dilectis ſuis & indulget tam larga beneficia, & clementiæ ſuæ munera præſtaturus ante declarat. Dies a viſione primus illuxerat, & jam promiſſis Dei ſententia Præſidis ſerviebat: quæ Marianum & Jacobum & ceteros clericos, tandem Patriarchis cum gloria redditos, e preſſuris [23] ſæculi ſententia animadverſionis emiſit. Et perducti ſunt ad coronæ locum, qui riparum collibus hinc & inde ſublimis, media fluminis convalle ſubſederat: ſed & ſpectaculo erat celſa utrimque altitudo aggeris. Alveus ipſe medio ſinu fluorem beati ſanguinis bauriebat. Nec deerat utrinſque ſacramenti genus, cum & baptizarentur ſuo ſanguine, & lavarentur in flumine.

XII. Mira tunc ibi cerneres & exquiſita compendia ſævieudi. Nam cum manum carnificis gladiumque ipſum, tot cervicibus debitum, numeroſus Juſtorum populus urgeret *, artifex feritatis diſpoſitas agminum ſeries in ordinem redigebat: ſcilicet ut ſacrilegi percuſſoris ictus, velut impetu quodam furoris, pia colla percurrerent; deinde ut ne exſpectabile fieret cruentum illud & barbatum miniſterium, hanc ſibi expeditionem ſceleris invenit. Nam ſi uno in loco percuſſurus ipſe conſiſteret, immenſam ſtruem corporum cumulus [24] acervaret: ipſum denique ſpatium tanta ſtrage completus alveus denegaret. Tunc oculis ſub ictu ferri de more velaris, nullæ tamen aciem liberæ mentis clauſere tenebræ, ſed largus atque inæſtimabilis ſplendor immenſæ lucis affulſit. Nam plerique cum proximis atque aſſiſtentibus ſibi fratribus, quamvis in viſum carnalis acies non pateret, videre ſe tamen mira quædam loquebantur; & quod ſibi apparerent equi deſuper niveo colore candentes, quibus inveherentur juvenes candidati. Nec defuere ex eodem Martyrum numero, qui collegarum relationem atteſtarentur auribus, & exauditos [25] equorum fremitus ac ſonos recognoſcerent. Ibi & Marianus prophetico ſpiritu jam repletus, fidenter ac fortiter prædicabat proximam juſti ſanguinis ultionem; variaſque ſæculo plagas [26], velut de cæli jam culmine minabatur luem, captivitatem, famem, terræque morus, cynomyiæ venena cruciantia. Qua prædicatione non tantum gentilibus inſultabat fides Martyris, ſed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis & quaſi claſſicum præcinebat: ut inter tantas ſæculi plagas, juſtis Dei tam bonæ atque piæ mortis raperetur occaſio.

* ad. cingere.

Multi Martyres capite plectuntur.

XIII. His peractis Maccabaico gaudio [27] Mariani mater exultans, & paſſione perfecti jam ſecura de filio, non illi tantum cœperat, ſed & ſibi quæ tale pignus ediderat gratulari. Complectebatur in filii corpore ſuorum viſcerum gloriam, & in ipſa cervicis vulnera frequens oſculum pietas religioſa figebat. O te felicem merito MARIAM [28]! o te beatam & filio tuo matrem & nomine! Quis in ea tanti vocabuli felicitatem credat erraſſe, quam ſic uteri ſui fetus ornavit? Inæſtimabilis vero Dei omnipotentis & Chriſti ejus in ſuos miſericordia, qui fidentes in ſuum nomen, non ſolum gratiæ dignatione confortat, ſed & ſanguinis redemtione vivificat. Nam quis digna æſtimatione poſſit

Mariani mater de filii martyrio exultat.

ejus

22 Cod. Remig. *aurea*.
23 Cod Remig. *gloria redditos eſt*, *& e preſſuris*.
24 Cod. Remig. *cumulis*.
25 Cod. Remig. *& ex auditu equorum fremitus ac ſono* &c.
26 Paullo poſt exorti triginta tyranni, qui imperium, & præcipue Africam afflixere. Vide Trebellium Pollionem: ut nihil dicam de captivitate Valeriani, cujus calamitatem, & detracta cute ſupplicium perſecutioni adverſus Chriſtianos excitatæ attribuit Conſtantinus M. in Oratione ad Sanctorum cœtum cap. 24. & in epiſt. ad Saporem regem Perſarum apud Sozomen. lib. 9. hiſt. eccleſ. cap. 15. Vide Lactant. de morte Perſec. n. 4.
27 Maccabæorum quippe mater de filiorum morte, pro Legis divina defenſione ſuſcepta, gaudebat, ſicut hic Mariani mater. Vide de hoc matris Mariani gaudio Auguſtinum ſermon. 284. laudatum, num. 2.
28 Aliquantum hæſit Henſchenius, an hic *Mariam* aut *Mariam* legendum eſſet. Surius & Baronius primam lectionem habent, additque Baronius per parentheſin, *Beata enim ipſa appellabatur*. Sed has omnes difficultates ſolvit Auguſtinus ſerm. laudato num. 2. ubi Mariani matrem vocat *Mariam*, alluſionemque ad beatiſſimam Virginem, quam hic auctor innuit, ſubinde proſequitur. Noſtram lectionem confirmat cod. Remig. qui ſic habet: *O te merito Mariam! o te beatam* &c.

ejus beneficia meriti? qui in hoc paterna indulgentia ſemper operatur, ut in nos & hoc ipſum, quod Dei noſtri ſanguine rependi eredimus, conferatur: cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Chriſtus Deus noſter.*

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem Sanctorum MONTANI, LUCII & aliorum Martyrum.

*SS. Lucius &c. diſcipuli S. Cypriani.*

1. QUod ſanctus Cyprianus epiſtola ad Succeſſum ſcripſerat, *Clericos ſuos paratos eſſe omnes pro animi ſui devotione ad immortalem & cæleſtem gloriam*, verum eſſe rei eventus ſæpius comprobavit. Quamvis enim horum beatorum virorum geſta, qui teſte Pontio, *diſciplinam proprio cruore ſanxerunt*, temporum diuturnitas ac injuriæ ut plurimum conſumſerint; pauca tamen quæ nobis ſuperſunt, eorum fidei & conſtantiæ tam illuſtria ſunt argumenta, ut omnibus omnino jure ſint admirationi. Ex his autem illuſtres fuere Lucius, Montanus, aliique nonnulli: qui in antiſtitis Cypriani ſchola educati, ad finem uſque vitæ tanti magiſtri verba & ſenſus fideliter expreſſere. Id certe patebit in eorum Actis, fide omnino dignis, & talibus quæ merito inter pretioſiora & ſinceriora ſacræ antiquitatis monumenta computentur: quæ ex duobus potiſſimum mſſ. codicibus, uno Remigiani Archimonaſterii apud Remos; & altero quem Illoſtriſſimus Abbas de Noalliis, (hodie Catalaunenſis Epiſcopus & Comes) ab interitu ſervavit, ad Surii, Baronii, & Bollandi editiones collata hic proferimus. Ea vero ſcripta ſunt partim a Flaviano, uno ex his ſanctis Martyribus, partim ab alio quodam fideli Chriſtiano, qui ea quæ præſens videbat & audiebat, diligentiſſime conſcripſit. In mſ. codice Remig. titulus ſic habet, *Paſſio Sanctorum Montani & Gemellis*. In codd. S. Maximini Trevirenſis, & monaſteriorum Igniacenſis & Vallis-ſereræ pro *Gemellis* legitur *Gemelli*. Quid vero eo nomine deſignetur, aliis divinandum permitto.

*Acta ſincera.*

2. Occurrunt ſæpius in Cypriani epiſtolis horum nominum aliquot Martyres: verum cum ita aperte non deſignetur, ut quæ de iis habentur, aliis etiam ejuſdem nominis competere non poſſint, malumus alios judicare an re vera ſint ii ipſi de quibus agimus, quam incerta pro certis aſſerere. Eorum vero feſtum cum Romano, alia etiam Martyrologia ad diem 24. Februarii aſſignant, qua die a Surio eorum Acta referuntur, quæ a Godefrido Henſchenio, Februario Bollandiano inſerta ſunt. Quamquam *Lucii & Montani* natale non ſolum Martyrologia quædam, ſed ipſum etiam vetuſtiſſimum Carthaginenſe Kalendarium decimo Kalendas Junii memorant, cujus certe Kalendarii auctoritas quibuslibet aliis præferri debet. Ibi etiam Flaviani paſſio VIII. Kalendas Junii, quod Actis ipſis conſentit, celebratur, cui *Septimiam*, neſcio qua de cauſa, adjungit. De Juliano autem & ceteris nihil habet. Nam *Leucus*, ſeu *Lucius* & *Victoricus*, de quibus agit .... *Kal. Novembris*, ab his videntur eſſe diverſi, qui in his Actis memorantur. Horum autem omnium paſſionem anno circiter CCLIX. aut inſequenti contigiſſe exiſtimamus, eo ſcilicet temporis intervallo, quod inter Galerii Maximi mortem, qui paullo poſt beati Cypriani martyrium in ejus Actis deceſſiſſe dicitur, & alterius Proconſulis adventum interceſſit, ut diſerte in Actis expreſſum habetur.

*Martyrum feſti dies.*

*Mortis tempus.*

*Anno Chriſti 259. aut 260.*

## PASSIO

### Sanctorum MONTANI, LUCII & aliorum Martyrum Africanorum.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

*Acta ab ipſis Martyribus ſcripta.*

I. ET nobis eſt apud vos certamen, fratres dilectiſſimi; ut nihil aliud agendum Dei ſervis & Chriſto ejus dicatis, quam de multitudine fratrum cogitare; qua vi, qua ratione, hic amor, hoc officium ad has nos impulit litteras, ut fratribus poſt futuris, & magnificentiæ Dei fidele teſtimonium, & labores ac tolerantiam noſtri pro Domino memoriæ relinqueremus.

II. Poſt

II. Poſt popularem tumultum, quem ferox vultus Præſidis in necem concitavit, poſtque ſequentis diei acerrimam perſecutionem Chriſtianorum prævaricatam [1] apprehenſi ſumus, LUCIUS, MONTANUS, FLAVIANUS, JULIANUS, VICTORICUS [2] PRIMOLUS, RENUS, & DONATIANUS catechumenus, qui baptizatus in carcere ſtatim ſpiritum reddidit, ab aquæ baptiſmo ad martyrii coronam immaculato [3] itinere feſtinans. Necnon & circa Primolum ſimilis conſummationis exitus contigit, nam & ipſum ante paucos dies [4] habita confeſſio baptizavit.

*Apprehenſi Martyres alii.*

*Duo in carcere obeunt.*

III. Igitur apprehenſis nobis, & apud Regionantes in cuſtodia conſtitutis, ſententiam Præſidis milites nuntiare audivimus, quod heri corpus noſtrum minaretur [5] urere. Nam ut poſtea quoque veriſſime cognovimus, exurere nos vivos cogitavit. Sed Dominus qui ſolus de incendio ſervos ſuos poteſt liberare, in cujus manu ſermones & corda ſunt regis, furentem a nobis Præſidis ſævitiam avertit: & incumbentes precibus aſſiduis, tota fide ſtatim quod petivimus, accepimus: accenſus pæne in exitum [6] noſtræ carnis ignis exſtinctus eſt, & flamma caminorum ardentium Dominico rore ſopita eſt. Nec difficile credentibus fuit, nova poſſe ad vetera exempla pertingere, Domino per ſpiritum [7] pollicente: quia qui gloriam iſtam operatus eſt in tribus pueris, vincebat & in nobis.

*Ceteri igni fruſtra deſtinantur.*

IV. Tunc a propoſito ſuo, Domino propugnante [8], confractus, mitti nos in carcerem juſſit. Quo deducti a militibus ſumus, nec expavimus fœdam loci illius caliginem. Moxque carcer tenebroſus Spiritu perlucente reſplenduit, & contra obſcuritatis deformia & cæca noctis contecta, inſtar diei fidei devotio candida luce nos veſtiit: & ad ſummum aſcendebamus locum pœnarum, quaſi aſcenderemus in cælum. Quales illic dies duximus, quales tranſegimus noctes, exponi nullis ſermonibus poſſunt, Tormenta carceris nulla affirmatione capiuntur; nec veremur atrocitatem loci illius, ut eſt dicere [9]. Quo enim tentatio grandis eſt, eo major eſt ille qui eam vincit in nobis: Et non eſt pugna [10], quia eſt Domino protegente victoria. Nam & occidi ſervis Dei leve eſt, & ideo mors nihil eſt, cujus aculeum comminuens, contentionemque [11] devincens Dominus, per tropæum crucis triumphavit. Sed nulla cauſa armorum eſt, niſi quando miles armandus eſt: nec armatur niſi quando congreſſio eſt [12]; & in coronis noſtris ideo præmium eſt, quia certamen ante præceſſit: nec datur palma, niſi congreſſione perfecta. Sed paucis diebus viſitatione fratrum refrigeravimus [13]. Nam omnem noctis laborem diei ſolatium lætitiaque abſtulit.

*Detruduntur in carcerem.*

V. Tunc Reno qui nobiſcum fuerat ſomno apprehenſo, oſtenſum eſt ei produci ſingulos, quibus prodeuntibus lucernæ ſingulæ præferebantur: cujus autem lucerna non præceſſerat, nec ipſe procedebat. Et cum proceſſimus nos cum lucernis noſtris, expergefactus eſt. Et ut nobis retulit, lætati ſumus, fidentes nos cum Chriſto ambulare, qui eſt lucerna pedibus noſtris, & qui eſt ſermo, ſcilicet Dei.

*Viſio Reni.*

*Pſalm. 118.*

VI. Poſt ipſam noctem, dies nobis hilaris agebatur [14]. Et continuo eadem die ſubito rapti ſumus ad Procuratorem, qui defuncti Proconſulis [15] partes adminiſtrabat. O diem lætum, gloriam

*Coram Procuratore ſiſtuntur.*

1 Cod. Remig. habet *prævaricatam violentiam, apprehenſi* &c.
2 In cod. Noſ. dicitur *Victorius*. Baron. *Victorinus*.
3 Boll. *immaculato*. Cod. Remig. habet, *ſtatim ut rediit ab aqua baptiſmo ad martyrii coronam immaculato itinere feſtinavit*.
4 Cod. Remig. cum Surio & Baronio, *menſes*.
5 Sic cod. Remig. Nonnulli habent, *milites nuntiabant quod die heſterno ardens minaretur*. Editi, *ardens nobis interitum minaretur*.
6 Edit. *exitium*.
7 Edit. *in ſpiritu*.
8 Duo noſtri codd ſcripti, *repugnante*.

9 Solus cod Remig. habet *illius*; Edit. *atrocitatem loqui ut eſt quo* &c. Et inferius idem cod. Rem. *vincit in bonis*.
10 Edit. *nec noſtra eſt pugna*.
11 Boll. *atrocitatemque*.
12 Edit. *niſi quia miles armandus eſt; & armatur quia congreſſio eſt*.
13 Boll. *refrigerati ſumus*.
14 Edit. *angebatur*.
15 In Actis S. Cypriani Galerius Maximus Proconſul paulo poſt S. Martyris paſſionem deceſſiſſe dicitur. Ceterum minores quædam provinciæ a Procuratoribus regebantur; at in proconſularibus aut in provin-

riam vinculorum! o optata vntis omnibus catena! o ferrum honorabilius atque pretioſius optimo auro! o ſtridor ille ferri qui ſtrepebat, dum trabitur per aliud ferrum! Loqui noſtrum futurorum ſolatium fuit [16], atque ne hac jucunditate tardius frueremur, a militibus incertis ubinam nos Præſes [17] audire vellet, circumducti ſumus hnc atque illnc per totum forum. Tunc nos in ſecretarium vocavit, quia necdum hora paſſinnis advenerat. Unde proſtrato diabolo victores ſumus in carcerem reverſi, & ad alteram victoriam reſervati. Hnc itaque prœlio victus diabolns, ad alteras ſe aſtutias vertit, fame nos & ſiti tentare molitus [18]. Et hoc ſuum prœlium multis diebus fortiſſime geſſit, ita ut qnod magis ſecum [19] adverſarius facere putabat, ægrotantium copia * ad Solonem Fiſcalem, & aquam frigidam * laboraret [20].

*In carcerem reducti ſunt iterum.*

* *id eſt*, apud

* aqua frigida

VII. Hic autem labor, hæc inopia, boc neceſſitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectiſſimi fratres. Nam qui nos tentari voluit, ipſe, ut allocutionem in ipſa tentatione haberemus, oſtendit. Nam VICTORI [21] presbytero commartyri noſtro, qui ſtatim poſt hanc eamdem viſionem paſſus eſt, oſtenſum eſt boc. Videbam, inquit, puerum huc in carcerem introiſſe, cujus fuit vultus perlucidus ſuper ſplendorem inenarribilem, qui nos deducebat per omnia loca ut exiremus [22], egredi tamen non potuimus, & ait mihi: Adhuc modicum laboratis, quia nunc impedimini. Sed confidite, quia ego vobiſcum ſum. Et adjecit: Dic illis, quia glorioſiorem coronam habebitis: nec non ad Deum ſuum ſpiritus properat, & anima jam proxima paſſioni ſedes ſuas requiſivit. Nam bunc eumdem Dominum de paradiſo interrogavit ubi eſſet. Cui ille ait: Extra mundum eſt. Oſtende illum, inqnit, mihi. Qui ait illi: Et ubi erit fides? Cumque boc per humanam puſillitatem diceret: Quod me mandas tenere non poſſum; dic ſignum quod eis dicam. Reſpondit ei Dominus, & ait: Dic illis ſignum Jacobi. Lætandum eſt, fratres dilectiſſimi, ut Patriarcbis, etſi non juſtitia, vel laboribus adæquari [23] poſſimus. Sed qui dixit, *Invoca me in die preſſuræ, & eximam te, & glorificabis me;* ad clarificationem ſui [24] fletus, poſt preces ad ſe habitas commemoratus eſt noſtri, prius miſerationis ſuæ denuntians munus.

*Victoris Martyris viſio.*

*Pſalm. 49. 15.*

VIII. De bnc enim ſorori noſtræ QUARTILLOSIÆ [25] hic nobiſcum poſitæ oſtendit: cujus mulieris & maritus, & filius ante triduum paſſi erant. Ipſa quoque hic reſidens, propinquitatem ſuam velociter ſubſecuta eſt. quæ in bunc modum quod vidit, expoſuit. Vidi, inqnit, filium meum qui paſſus eſt, veniſſe buc ad carcerem: qui ſedens ſuper labrum aquarum ait: Vidit Deus preſſuram veſtram & laborem. Et poſt hunc introivit juvenis miræ magnitudinis, portans phialas [26] duas ſingulis in manibus, lacte plenas; & ait: Bono animo eſtote, memoratus eſt veſtri omnipotens Deus. Et ex phialis quas ferebat, dedit omnibus bibere, quæ pbialæ non deficiebant. Et ſubito ablatus eſt lapis, qui feneſtram dividit medius: ſed & claræ [27] feneſtræ, ipſo medio ablato, liberam cæli faciem

*Quartilloſia maritus & filius Martyres.*

prætorianis Procuratores nullam niſi in fiſcalibus cauſis Juriſdictionem exercebant, nec Præſides dicebantur, niſi forte interveniente Proconſulis obitu. Vide Salmaſii notas in Spartianum. Ceterum in Actis SS. Perpetuæ & Felicitatis num. 6. ſupra pagina 85. Hilarianus procurator Proconſulis defuncti locum tenere pariter dicitur.

16 Edit. *futurum ſolatium videbatur.*

17 Procurator ſcilicet, ſic dictus ob Proconſulis abſentiam. *Præſidis nomen*, inquit Feneſtella de Magiſtratibus Rom. cap. 16. *generale eſt, eo quod & Proconſules & Legati Cæſaris, & omnes provincias regentes, licet ſenatores ſint, Præſides appellantur.*

18 De Martyrum inedia ſic loquitur Lucianus in epiſt. ad Celerinum, inter Cyprianicas ed. Angl. 22. Pamel. 20. *Ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus, & aquam ad menſuram.*

19 Boll. *ſecum diaboli facere.*

20 Locus vitiatus in noſtro cod. & apud Boll. ſic Baronius, *quod ægrotabant corpora ob Solonem Fiſcalem, qui aquam frigidam poſt laborem non dabat.*

21 Hic alius eſt a Victorino ſupra memorato. Nam Victorinus cum ceteris interfectus eſt, nec videtur presbyter fuiſſe, quippe qui poſt Flavianum diaconum, qui ultimus paſſus eſt, occubuerit.

22 Boll. *quoque iremus.* Cod Remig. *quacumque.*

23 In cod. Remig. deeſt hæc vox *adæquari.*

24 Bolland. *ſui.*

25 Cod. mſ. apud Boll. *Tarquillachæ.* Quænam autem iſta fuerit non latet. *Victorium, Marcellaſum & Salſum* in Africa martyres vetera aliquot Martyrologia commemorant apud Boll. tom. 5. Maji die 22. ejuſdem menſis. Forte pro *Victoria* legendum eſt Victor, ut habet cod. mſ. Leodienſis.

26 Etiam in libris ſacris phialæ ejuſmodi in pleriſque viſionibus commemorantur.

27 Cod. Remig. *ſed & lateri feneſtræ ipſius & medio ablati, liberam cæli faciem aperuerant.*

faciem admiſerunt. Et poſuit juvenis ille quas ferebat phialas, unam ad dexteram, alteram ad ſiniſtram, & ait: Ecce ſatiati eſtis, & abundat, & tertia adhuc phiala ſuperveniet vobis. Et abiit.

IX. Altera die [28] poſt hanc viſionem exſpectantes eramus horam illam, quando Fiſcalis, non cibus, ſed penuria & neceſſitas inferretur, quia cibus nullus ſuberat. nam & altera die jejuni manſeramus. Subito autem ut ſitientibus potus, eſurientibus cibus, deſiderantibus martyrium obvenit; ita laboribus noſtris refrigerium Dominus per LUCIANUM cariſſimum nobis præbuit, qui diſrupto catenarum duriſſimo obice, velut per duas phialas, per HERENNIANUM [29] hypodiaconum & JANUARIUM catechumenum, alimentum indeficiens omnibus miniſtravit. Hoc ſubſidium ægros & laborantes nimium ſuffulſit. Eos quoque qui per eumdem laborem, hoc eſt per incommodum Solonis & frigidæ aquæ, ægritudinem jam inciderant, ab infirmitate revocavit: cujus tam glorioſis operibus omnes apud Deum gratias agimus.

*Martyres alimentum recipiunt.*

X. Jam nunc, dilectiſſimi fratres, & de amore quem in nos invicem habemus, aliqua dicenda ſunt. Nec inſtruimus, ſed admonemus: quia ſicut ſimul unanimes fuimus, ita & apud Dominum una vivimus & oramus. Tenenda eſt concordia caritatis, & dilectionum vinculis inhærendum eſt. Tunc diabolus proſternitur, tunc a Domino quidquid poſtulatur accipitur, ipſo pollicente ac dicente: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo* [30]. Nec alio modo vitam æternam accipere, & cum Chriſto regnare poterimus, niſi fecerimus quod præcepit faciendum, qui & vitam promiſit & regnum. Eos denique hereditatem Dei conſequi, qui pacem cum fratribus tenuerint, ipſe Dominus denuntiat, dicens: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Quod exponens Apoſtolus ait: *Simus filii Dei; ſi autem filii, & heredes: heredes autem Dei, coheredes autem Chriſti, ſi quidem compatiamur ut, & magnificemur*. Si heres non poreſt eſſe niſi filius; filius autem non eſt niſi pacificus: hereditatem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quaſi admoniti dicimus, aut ſine divi-oa offenſione ſuggerimus.

*Fratrum mutua dilectio.*

*Matth. 18. 19.*

*Matth. 5. 9.*

*Rom. 8. 17.*

XI. Nam cum Montanus cum Juliano habuiſſet ſermones aliquos, ob eam mulierem quæ ad noſtram communionem obrepſit [31], quæ non communicabat; cumque poſt correptionem, quam in eum congeſſerat, in frigore ipſo diſcordiæ manſiſſet; oſtenſum eſt in eadem nocte Montano hoc. Viſum eſt, inquit, mihi, veniſſe ad nos Centuriones. Cumque deducerent nos per viam longam, pervenimus in campum immenſum, in quo occurrerunt nobis CYPRIANUS & LEUCIUS [32]. Pervenimus autem in locum candidum, & facta ſunt veſtimenta noſtra candida, & caro noſtra commutata, candidior veſtimentis noſtris candidis. Ita autem perlucida fuit caro noſtra, ut oculorum viſum ad intima cordis admitteret. Et reſpiciens in pectus meum, video quaſdam ſordes, & experrectus ſum in viſione. Et occurrit mihi Lucianus, & retuli illi viſionem, & aio illi: Scis quoniam ſordes illæ, illud eſt, quod non ſtatim concordavi cum Juliano? & in hoc experrectus ſum. Qua de re, fratres dilectiſſimi, concordiam, pacem,

28 Edit. *Tunc ideo altera die*. Cod. Remig. infra habet, *non cibaria, . . . Nam & alterum diem jejuni*. Et interius, *diſrupto catenarum*. Item infra, *ægros laborantes*.

29 Herenniani hypodiaconi meminere Martyres in epiſt. 77. Oxon. 78. Pamel. & in duabus ſequentibus inter Cyprianicas, ex quibus diſcimus hunc Herennianum ſimul cum *Luciano*, *Amantio* & *Maximo* acolythis ad opem iſtis Martyribus in Metallo Siguenſi conſtitutis deferendam a beato Cypriano miſſum fuiſſe.

30 Cod. Remig. habet, *ex vobis convenerint*. Boll. *petieritis a Patre meo, contingет vobis*.

31 Sic cod. Noal. Boll. *ob eam quæ ad noſtram mulierem obrepſit communionem, quæ non &c.* Baron. *ob eam mulierem quæ ad noſtram acceſſit*. Sur. *oppreſſit*.

32 Sur. & Baron. in marginu. *al. Lucius*. Is eſt dubio procul qui cum ab aliis in exſilio conſtitutis ad Cyprianum ſcripſit epiſt. inter Cyprianicas edit. Oxon. 78. Pamel. 79. ubi ait Cyprianum *coronam martyrii* ſibi & aliis ex prophetia ſpopondiſſe. Quatuor autem epiſcopi ſub Lucii nomine Concilio Carthag. de baptiſmo hæreticorum interfuere. *Lucius* ſcilicet *a Caſtra-Galba*, *Lucius a Thebeſte*, *Lucius a Membreſa* qui ibidem *Confeſſor* appellatur, & tandem *Lucius ab Auſafa*, ſeu *Aſſafba*.

cem, unanimitatem omni virtute teneamus. Imitemur jam hic eſſe, quod ibi futuri ſumus. Si nos invitant juſtis promiſſa præmia, ſi terret injuſtis pœna prædicta, ſi cum Chriſto eſſe & regnare cupimos; quæ ad Chriſtum & ad regnum ducant illa faciamus. Optamus vos bene valere.

*Epiſtolæ Martyrum reliqua ſubjunguntur.*

XII. Hæc omnes de carcere ſimul ſcripſerant. Sed quia neceſſe erat omnem Actum Martyrum beatorum pleno ſermone complecti, quia & ipſi de ſe per modeſtiam minus dixerant; & Flavianus quoque privatim hoc nobis munus injunxit, ut quidquid litteris eorum deeſſet, adderemus: neceſſaria reliqua ſubjunximus. Dum per plurimos menſes recluſi tuliſſent carceris pœnas, & ſame ac ſiti diu laboraſſent, tandem ſero produci jubentur, & ad prætorium Præſidis admoveri. Et omnibus quidem glorioſa voce confeſſis, cum Flaviani [33] adjutorium reclamaret amore perverſo, negans eum diaconum, quod confitebatur. In ceteros, id eſt, Lucium, Montanum, Julianum, Victoricum, dicta ſententia eſt, Flavianuſque rurſum receptus eſt. Et quamvis haberet plenam doloris materiam, quod ſcilicet de tam bono collegio ſeparatus eſt; tamen fide & devotione qua vixit, credebat id fieri quod Deus vellet, & triſtitiam ſolitudinis deſtitutæ religio ſapientiæ temperabat. Dicebat etiam: *Cum cor Regis in manu Dei ſit, quæ cauſa mæroris eſt, aut quare ſuccenſendum putem homini, qui loquitur hoc quod jubetur?* Sed de Flaviano poſtmodum plenius.

*Sententia lata in Lucium & ceteros, excluſo Flaviano.*

*Prov. 21. 1.*

*Ducti ad ſupplicium adſtantes hortantur.*

XIII. Interim ceteri ducebantur ad victimæ locum. Concurſus fit undique gentilium, & omnium fratrum. qui quamvis obſequentes aliis & ceteris Dei teſtibus pro religione & fide, quam Cypriano docente didicerant; tunc tamen officio pleniore & copia majore convenerant. Erat illic videre Martyres Chriſti felicitatem gloriæ ſuæ vultus hilaritate teſtantes: ita ut poſſent ceteros provocare ad propriæ virtutis exempla, etiamſi tacerent. Sed nec ſermonis largitas defuit. Nam cohortationibus ſuis ſinguli plebem Dei corroboraverunt. Et Lucium quidem præter ingenitam lenitatem & probam ac modeſtam verecundiam, infirmitas etiam gravis & labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus paucioribus ſolus ante præceſſit, ne multitudinis nimiæ preſſura deſuſioni ſanguinis invideret. qui tamen & ipſe non tacuit, ſed comites ſuos quomodo potuit, inſtruxit. Cui cum dicerent fratres; Memento noſtri. *Vos*, inquit, *mei mementote*. Quanta Martyris humilitas de gloria ſua nec ſub ipſa paſſione præſumere? Julianus quoque & Victoricus inſinuata diu fratribus pace, & commendatis omnibus clericis, maxime eis qui famem carceris paſſi erant, ad paſſionis locum cum gaudio & ſine pavore venerant.

*Præclara Montani adhortatio.*

XIV. Sed enim Montanus & corpore & mente robuſtus, quamquam & ante martyrium glorioſus, ea ſemper quæ veritas poſtularet, conſtanter & fortiter dixerit ſine ulla exceptione perſonæ; tamen de martyrio proximo creſcens, prophetica voce clamabat: *Sacrificans diis eradicabitur, niſi Domino ſoli*. Et hoc frequenter iterabat, inſinuans & inculcans, non licere, deſerto Deo, ad ſimolacra & manufacta figmenta accedere [34]. Hæreticorum quoque ſuperbiam & improbam contumaciam retundebat, CONTESTANS EOS, UT VEL DE COPIA MARTYRUM [35] INTELLIGERENT ECCLESIÆ VERITATEM, ad quam redire debeant. Deinde lapſorum abrupta feſtinantia, negotiationem pacis [36] ad plenam pœnitentiam & Chriſti ſententiam differebat,

[33] Boll. *Flaviano*. Id conſonum videtur Reſcripto Valeriani apud S. Cyprian. epiſt. ed. Oxon. 80. Pamel. 82. quo præcipue in clericos ſeverius decernitur. Porro quod hic dicit *Flaviani adjutorium*, infra num. 16. *amicos* appellat.

[34] Sic cod. Noail. cum Surio. Cod. Remig. *manufacta figmenta honorare*. at Boll. *manufacta idola ſacrificia offerre*. Idem cod. Remig. infra habet, *ad quam ire debeant*.

[35] Fruſtra itaque hodie hæretici laborant, ut paucos omnino Martyres in Eccleſia fuiſſe probent. Confer Irenæum lib. 4. adv. hæreſes cap. 64.

[36] Sic apud Boll. In cod. Noail. *abruptam feſtinantiæ negationem paris*. Cod. Remig. *abruptam feſtinantiam*. Quantum autem in ſervanda erga lapſos diſciplina inſudarit Cyprianus, ejus ſcripta teſtantur. Cujus ſe verum diſcipulum hic Montanus probat.

bat, necnon integros [37] quoque ad tutelam integritatis exhortans: *State fortiter, fratres, & conſtanter militate*, dicebat. *Habetis exempla, nec vos lapſorum perfidia deſtruat ad ruinam, ſed noſtra tolerantia magis ædificet ad coronam*. Virgines quoque ſingulas admonebat, ut ſanctitatem ſuam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut Præpoſitos venerarentur. Præpoſitis [38] quoque ipſis concordiam pacis inſinuans, nil eſſe melius aiebat, quam Præpoſitorum unanimem voluntatem. Tunc & plebem poſſe ad ſacra [39] obſequia provocari, & ad vinculum dilectionis animari, ſi Rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim eſt propter Chriſtum pati, Chriſtum etiam exemplo ſermonis imitari, & eſſe probationem maximam fidei. O exemplum grande credendi!

XV. Cum autem jam carnifex immineret, & gladius ſuper cervices ejus libratus penderet; expanſis ille ad cælum manibus, voce clara, ita ut non tantum ad aures plebis, ſed & gentiles quoque ipſos ſonus vocis feriret; oravit rogans & deprecans, *ut Flavianus qui per ſuffragium populi de comitatu eorum remanſerat, ſequeretur die tertia*. Et quo precis ſuæ fidem ſaceret, manualem quo oculos fuerat ligatus, in partes duas diſcidit, & juſſit alteram reſervari, qua Flaviano oculi poſt craſtinum ligarentur. Sed & in medio eorum in area [40] ſolum ſervari juſſit, ut nec ſepulturæ conſortio privaretur. Et perfectum eſt ſub oculis noſtris, quod Dominus in Evangelio repromiſit: ut qui tota fide peteret, quidquid peteret impetraret. Nam poſt biduum Flavianus quoque productus, gloriam [41] ſuam paſſione perfecit. Quoniam tamen, ut ſupra dixi, etiam ipſe mandavit, ut bidui moram memoratis cauſis jungeremus; faciendum erat neceſſitate majore, quod fieri merito deberet, etiamſi non juberetur.

*Orat pro Flaviano.*

*Matth. 21. 22.*

XVI. Poſt ſuffragia illa, poſt voces illas, quibus quaſi pro ſalute ejus amicitia inimica ſurrexerat, revocabatur in carcerem, virtute robuſta, mente invicta, fide plena. Nihil de animi ejus vigore mutilaverat remanendi contemplatio: quæ quamvis poſſet movere, tamen fides quæ imminentem paſſionem tota devotione præſumſerat, temporanea impedimenta calcaverat. Hærebat lateri ejus incomparabilis mater, quæ præter fidem, qua ad Patriarchas pertinebat, in hoc etiam ſe Abrahæ filiam comprobavit, quod filium ſuum & optabat occidi; & quod interim remanſiſſet, contriſtabatur intimo dolore [42]. O matrem religioſe piam! O matrem inter vetera exempla [43] venerandam! o Maccabæicam matrem! Nihil enim intereſt de numero filiorum, cum perinde & hæc in unico pignore totos affectus ſuos Domino manciparit. Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem [44] ſuam non doleret: *Scis*, inquit, *mater merito cariſſima, ut ſemper tentaverim, ſi confiteri contigiſſet, martyrio meo frui, & frequenter catenatus videri, & ſæpe differri? Si ergo contigit quod optavi, gloriandum eſt potius quam dolendum*.

*Matris Flaviani religium.*

XVII. Et cum ad carceris januam veniretur, difficilius multo & tardius viſum eſt, quam ſolebat, aperiri, obnitentibus etiam cataractariorum [45] miniſtris: ita ut videretur obſirmata ſpiritu quodam repugnante, atque teſtante indignum eſſe carceris ſordibus eum fœdari, cui cæleſte habitaculum pararetur. Quia tamen divinitas coronæ dilatæ dignas cauſas habebat, jam cæli & Dei hominem invitus carcer admiſit. Qualis illic mens fuit biduo illo, quæ ſpes, quæve fiducia, cum Martyris Dei animus, & de collegarum petitione præſumeret, & de ſuo crederet paſſio-

*Qui includitur in carcere.*

37 Qui ſcilicet nec thus adoleverant idolis, nec libellos a magiſtratibus ſuſceperant.

38 Haud dubium quin hic Præpoſitorum nomine presbyteros intelligat, niſi forte tunc ibi eſſent reliqui epiſcopi, apud Carthaginem.

39 Cod. Remig. *ſacerdotum*.

40 Deeſt in cod. Noail. *in area*.

41 Cod. Remig. *glorioſam ſuam paſſionem*.

42 Cod. Remig. *glorioſo dolore*.

43 Cod. Noail. *inter vera exempla*.

44 Cod. Remig. *animum conſolabatur interdum ut dilationem*.

45 Sic cod. Remig. Ceteri habent *Carcerariorum*. De Cataractariis vide ſupra notas in Acta SS. Perpetuæ & Felic. num. 13. pag. 16.

paſſionem futuram! Dieam quod ſentio. Dies ille poſt biduum tertius, non quaſi paſſionis, ſed quaſi reſurrectionis dies ſuſtinebatur. Admirans erat denique turba gentilium, qui vocem Montani petentis audierant.

[*Ad Prætorium ducitur.*] XVIII. Poſtquam vero produci tertio die juſſus eſt, rumore cognito, confluebant increduli & perfidi, fidem Martyris probaturi. Egrediebatur de carcere Dei Teſtis, jam ad carcerem non reverſurus. Communis omnium magna lætitia, ſed magis ipſe habebat in animo certum, quod & fides propria, & petitio anteceſſorum ſuorum extorqueret Præſidi [44], vel invitam licet populo reclamante, ſententiam. Unde & occurrentibus fratribus, & ſalutare cupientibus fide tota pollicebatur, quod in Fuſeiano [45] cum omnibus pacem facturus eſſet. O magna fiducia, fides vera! Ingreſſus deinde prætorium, cum miraculo omnium in cuſtodiarum loco ſtabat, exſpectans donec vocaretur.

[*Auctor rei geſtæ præſens.*] XIX. Illic nos in latere ejus conſtituti eramus, juncti penitus hærentes, ita ut manus manibus teneremus, exhibentes Martyri honorem & contubernii caritatem. Ibi eum diſcipuli [46] ejus ſuadebant cum lacrymis etiam, ut præſumtione depoſita, ſacrificaret interdum, poſtea quidquid vellet facturus [47]: nec incertam illam & ſecundam mortem pluſquam præſentem vereretur. Et hæc gentilium verba ſunt, qui dicebant [48] ultimi furoris eſſe, magis mala mortis timere, quam vivere. Sed ille gratias agens, quod præ amicitia dare, quantum in ipſis erat, conſultum ſibi vellent; tamen de fide & divinitate non tacuit, dicens, *multo melius eſſe primo in loco, quantum ad libertatem integritatis pertineret, occidi, quam lapides adorare. Tunc deinde eſſe ſummum Dominum, qui omnia imperio ſuo fecerit, ac propterea ſolus colendus ſit*: addens & illud quod gentiles minus credunt, etiamſi de divinitate conſentiunt [49], *vivere nos etiam cum occidimur; nec vinci morte, ſed vincere: & ipſos quoque, ſi vellent pervenire ad notitiam* [50] *veritatis, etiam Chriſtianos eſſe debere.*

XX. His illi retuſi & revicti, poſt quam nihil per ſuadelas obtinere potuerunt, ad crudeliorem ſe miſericordiam contulerunt, certi eum a propoſito voluntatis ſuæ vel tormentis deponi poſſe. [*Flavianus falſo arguitur mendacii.*] Et cum admoveri juſſus eſſet, interrogatus a Præſide, quare mentiretur ſe diaconum, cum non eſſet; mentiri ſe negavit. Et eum Centenarius diceret notariam [51] ſibi datam eſſe, qua contineretur eum fingere; reſpondit: *An non eſt veri ſimile me mentiri, & illum verum dicere, qui notariam falſam dedit?* Et cum, reclamante populo ac dicente: Mentiris; iterum a Præſide interrogaretur, an vere mentiretur; reſpondit. *Quod eſt*, inquit, *compendium mentiendi?* Ad hoc populus exaſperatus, torqueri eum iterum clamoribus poſtulavit. Sed Dominus qui ſervi ſui fidem jam in carceris pœnis plene ſcierat [52], non eſt paſſus probati Martyris corpus tormenti alicujus vel levi laceratione pulſari. Cor enim regis ad ſententiam ſtatim flexit, & teſtem ſuum, uſque ad mortem fidelem, conſummato curſu & agone perfecto coronavit.

XXI. Exinde jam gaudens, quia per ſententiam datam paſſionis ſuæ erat certior, & tam [53] jucundo colloquio fruebatur. Et ſic effectum eſt ut juberet hæc ſcribi, & ad propria verba conjungi. Addi quoque oſtenſiones ſuas voluit,

qua-

44 Cod. Remig. *Præſidis*.

45 Nomen alicujus loci publici; Sur. habet, *Fuſcum*.

46 Edit. uno verbo *condiſcipuli*. Certe Flavianum hominem fuiſſe plebi acceptum, ex his omnibus patet, qui cum diaconus fuerit, potius diſcipulos qui eum a paſſione revocare conarentur, quam condiſcipulos habuiſſe gentiles, exiſtimandus eſt.

47 Cod Nuail. *futurus*.

48 Cod. Remig. *& quæ gentilium verba ſunt, dicebant*. Infra Bolland. habent, *magis mortis modum timere*. Surius, *magis mortem malle timere*, ſed pro timere legendum putat, *temnere*. Baronius *temnere*. Sed eſt verbo incerta, ſenſus nihilo minus certus eſt.

49 Edit. *divinitate quid ſentiunt*.

50 Edit. *conſcientiam*.

51 Notaria eſt ſcriptæ relatio judici offerenda. Vide Auguſtin. & alios a Baronio laudatos ad annum 262. num. 25. Hæc ab aliquibus dicitur *notoria*, uti hic habet conſtanter cod Remig. Utramque lectionem habent codd. ſcripti Collationis Carthag. uti monet eruditus Baluzius. Et quidem utraque bona eſt. Videſis Cangianum Gloſſarium.

52 Sic cod. Remig. Ceteri *in carcere pleniſſime ſciebat*.

53 Edit. *etiam*.

quarum pars ad moram bidui pertineret. *Cum adhuc*, inquit, *Epiſcopus noſter ſolus paſſus fuiſſet*, *oſtenſum eſt mihi hoc*, *quaſi Cyprianum ipſum interrogarem*, *an pati ictus doleret*; *ſcilicet Martyr futurus*, *de paſſionis tolerantia conſulebam*. *Qui mihi reſpondit*, *& dixit*: *Alia caro patitur*, *cum animus in cælo eſt*. *Nequaquam corpus hoc ſentit*, *cum ſe Deo tota mens devovit*. O verba Martyris Martyrem cohortantis! Negavit eſſe in paſſionis ictu dolorem, ut qui & ipſe habebat [54] occidi, animari conſtantius poſſet, quod nec parvum ſenſum doloris in paſſionis ictu [55] timeret. *Poſtea*, inquit, *cum plures paterentur*, *contriſtabar in viſu noctis*, *quod quaſi a collegis meis remanſiſſem*. *Et apparuit mihi vir quidam dicens*: *Quid contriſtaris? Cui cum cauſam triſtitiæ meæ dicerem*, *ait*: *Contriſtaris* [56]*? Bis Confeſſor es*, *tertio Martyr eris per gladium*. & ſic impletum eſt. Nam confeſſus Chriſtum primo ſecretario, ſecundo publice, reclamante populo, juſſus recludi, a collegio ſuo ſecundum oſtenſionem ſuam remanſit; & productus poſt confeſſiones duas, tertia [57] paſſionem perfecit. *Deinde*, inquit, *cum jam* SUCCESSUS *&* PAULUS [58] *cum comitibus ſuis coronati fuiſſent*, *& ego poſt infirmitatem convaleſcerem*; *video ad domum meam veniſſe Succeſſum epiſcopum*, *vultu pariter*, *& cultu nimis claro*, *cujus effigies difficulter agnoſceretur*, *eo quod carnales oculi angelico ſplendore rutilarent*. *Quem cum vix agnoſcerem*, *ait mihi*: *Miſſus ſum nuntiare tibi quia tu paſſurus es*. *Hoc cum dixiſſet*, *ſtatim venerunt duo milites*, *qui me perducerent*. *Et perduxerunt me in locum quemdam*, *ubi erat fraternitatis multitudo collecta*. *Et cum ad Præſidem admotus eſſem*, *produci* [59] *juſſus ſum*. *Et apparuit ſubito in medio plebis mater mea*, *dicens*: *Laudate*, *laudate* [60], *quia nemo ſic martyrium duxit*. Et vere nemo ſic. Nam ut omittam carceris abſtinentiam ſingularem, ut accipientibus ceteris vel modicum cibum, qui de ſordibus penuriæ Fiſcalis exhibebatur; ſolus ſe ab ipſo modico continuit, tanti habens jejuniis multis & legitimis fatigari, dummodo alios victu proprio ſaginaret.

*Flaviani viſio.*

*Succeſſor & alii Martyres.*

XXII. Ad illa veniam, quod ſolus, quod ſic, quod cum tanto honore deductus eſt, quod a tot Sacerdotibus comitatus ejus diſciplinis omnibus ordinatus [61], ad inſtar ducis dirigi meruit. Sic regnaturum cum Deo Martyrem, jam ſpiritu ac mente regnantem, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de cælo teſtimonium defuit. Imber largus & lenis temperato rore deſcendens fluebat, ad multa proficiens. Primo ut gentiles perniciter curioſos interventu pluviæ refrenaret. Tum deinde ut divertendi daretur occaſio, & ſacramentis legitimæ pacis [62] nullus profanus arbiter intereſſet. Et quod Flavianus ipſe ore ſuo dixit, *adhuc pluebat*, *ut dominicæ paſſionis exemplo*, *aqua ſanguini jungeretur*.

*Ducitur ad ſupplicium.*

XXIII. Sic conſummatis [63] omnibus fratribus, & pace perfecta, proceſſit e ſtabulo, quod Fuſciano de proximo junctum eſt. Ibi cum editiorem locum & ſermoni aptum conſcenderet, ſilentio manu facto, hujuſmodi verba dimiſit: HABETIS, inquit, fratres dilectiſſimi, NOBISCUM PACEM, SI NOVERITIS ECCLESIÆ [64] PACEM, ET DILECTIONIS UNITATEM SERVAVERITIS.

*Pacem omnibus commendat.*

*Nec*

54 Cod. Remig. *ſtabat*.
55 Vide notas in Acta SS. Jacobi & Mariani ſupra pag. 198.
56 Edit. *quid triſtaris?*
57 Sic cod. Remig. Ceteri, *tertio*.
58 In pleriſque Martyrologiis die 19. Januarii plures martyres Africani recoluntur, inter quos occurrunt *Paulus & Succeſſus*. Ibi tamen Succeſſus non dicitur epiſcopus, nec aliorum dignitates exprimuntur. S. Cyprianus paullo ante paſſionem epiſt. 80. alias 82. Succeſſum monet de imminenti perſecutione. Is videtur eſſe *Succeſſus ab Abbir-Germaniciana* urbe Africæ in Zeugitana provincia, qui inter alios epiſcopos in Conc. Carthaginenſ. de hæreticorum baptiſmo ſententiam dixit. In cod. Nuall. deſunt hæc verba *cum comitibus ſuis*. Et infra cod. Remig. habet, *carnales oculos angelico ſplendore percuterent*.
59 Edit. *adduci*.
60 Edit. ſemel, *laudo te*.
61 Edit. *diſciplinis omnibus ordinatis*. Forte legendum, *ejus diſcipulis omnibus ordinatis*. Cod. Remig. ſic num. incipit, *Ad illa venio*.
62 Cum nempe ſeſe oſcularentur. Confer. Acta SS. Perpetuæ & Felicit. num. 21. ſupra pag. 88.
63 Boll. *conſummatis*.
64 Edit. *Hac noveritis*, *F. D. quod vobiſcum habetis*, *ſi Eccleſiæ noveritis pacem &c.* Cod. Remig. non habet hæc verba, *noveritis Eccleſiæ pacem &c.*

*Nec putetis pauca eſſe quæ dixi, cum &* *Dominus noſter Jeſus Chriſtus paſſioni* *proximus, hæc eadem ſic proſecutus: Hoc eſt*, inquit, *mandatum meum ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos*. Et ſupremum adjunxit, & in teſtamenti modum ultima ſermonis ſui fide [65] ſignavit, quod LUCIANUM [66] Presbyterum commendatione pleniſſima proſecutus, quantum in illo fuit, ſacerdotio deſtinavit. Nec immerito. Non enim difficile fuit, ſpiritu jam cælo & Chriſto proximante, habere notitiam. Deinde ad locum victimæ, perfecto ſermone deſcendit: & ligatis oculis ea parte, quam Montanus ſervare ante biduum juſſerat, fixis tamquam ad precem genibus, paſſionem ſuam cum oratione finivit. O Martyrum glorioſa documenta! o teſtium Dei experimenta præclara, quæ ad memoriam poſterorum ſcripta ſunt merito [67], ut quemadmodum de ſcripturis veteribus exempla, dum diſcimus, ſumimus; etiam de novis aliqua diſcamus.

Johan. 13:34.

65 Cod. Remig. *fidem*.
66 Nondum quiſquam in Cypriani locum electus fuerat, cui re vera Lucianum ſucceſſiſſe refert Baronius an. 264. n. 30. Optatus videtur conſentire lib. 1. contra Parmenianum.
67 Edit. *modo conſcripta ſunt, ut &c.*

## *ADMONITIO*

### In martyrium Sancti NICEPHORI.

1. IN aliis Martyrum Actis ſummam erga Deum amoris vim admiramur; ex iſtis autem fraternæ caritatis neceſſitatem diſcimus, ſine qua nec martyrum, nec vera amicitia conſtare poteſt, quando quidem teſte Johanne apoſtolo epiſt. 1. capite 4. *Si quis dixerit quoniam diligit Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt*. Porro hæc ſancti Nicephori Acta, quæ a Simeone Metaphraſte atque a Latino quodam editore amplificata fuerant, ope cod. mſ. græci bibliothecæ regiæ priſtinæ integritati reſtituit Godefridus Henſchenius, ac a ſe ſic reſtituta, adjunctis altero charactere Metaphraſtis additionibus, ad diem nonam Februarii edidit. Verum idem vir eruditus poſtea Romæ exſiſtens eorumdem Actorum antiquam verſionem in bibliotheca Chriſtinæ Suecorum reginæ exſtare deprehendit, quam domum redux tomi 2. Februarii appendici inſeruit. Nos autem præter hanc antiquam verſionem, quam in duobus codd. mſſ. uno ſcilicet bibliotecæ regiæ, & altero hujus monaſterii ſancti Germani a Pratis invenimus, eadem quoque Acta, ſincera quidem & ſine ullo additamento græce deſcripta, reperimus in duobus aliis mſſ. codd. græcis optimæ notæ: quorum prior eſt bibliothecæ regiæ, alter vero ex bibliotheca Colbertina. Quare viſum eſt, rejectis quibuſcumque additionibus, ea prout in iſtis codicibus habentur græce exhibere, ſimul cum veteri Latina verſione, quam rejicere religio fuit ob ejus antiquitatem. Si quid vero alicujus momenti a græco textu diverſum occurret, id ipſum in notulis apponemus.

*Nicephori Acta.*

2. Nicephori memoriam apud Græcos celebrem eſſe conſtat ex eorum Menologiis aliiſque libris eccleſiaſticis, in quibus bujus beati Martyris feſtum die nona Februarii recolitur. qua die Menæa excuſa & Maximus Cythereenſis ejuſdem paſſionis compendium ex Actis deſumtum exhibent. Ex iiſdem Actis egregiam orationem contexuit Johannes Sardius epiſcopus, quæ ab Henſchenio loco ſupra laudato integra latine refertur: at ea græce in codd. mſſ. ex quibus Acta deſcripſimus, habetur. Ejuſdem Martyris meminerunt aliquot Latinorum Martyrologia ad eamdem, nonam ſcilicet, menſis Februarii diem. *Memoria.*

3. Verum nullus martyrii locum expreſſit ante Simeonem Metaphraſtem, qui Nicephorum *In magna Antiochia Syriæ* paſſum fuiſſe aſſeverat. Verſio antiqua ex mſſ. codd. ſupra laudatis ſic incipit, *In partibus Orientis erat vir &c.* at apud antiquos Antiochena diœceſis, ſeu, ut vulgo nunc loquimur, patriarchatus, ſpecialiter *Orientis* nomine deſignabatur. Ceterum Metaphraſtis ſententiam in novum Martyrologium Romanum invecta eſt, quam etiam recentiores ſcriptores vulgo amplectuntur. Paſſus eſt autem ſanctus Nicephorus ſub Valeriano & Gallieno principibus, ut ipſa Acta teſtantur; atque adeo circa annum Chriſti CCLX. quo perſecutio ab iſtis Imperatoribus excitata maxime fervebat. *Locus martyrii* *Tempus.*

CER-

## ἌΘΛΗΣΙΣ

τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος ΝΙΚΗΦΟ'ΡΟΥ, καὶ κατὰ μνησικακίας.

1. ΗΝ τις πρεσβύτερος, ὀνόματι Σαπρίκιος οὕτω καλούμενος· καὶ ἦν ἄλλος Νικηφόρος λεγόμενος, τῇ τάξει λαϊκὸς, φίλος ὑπάρχων τοῦ αὐτοῦ πρεσβυτέρου γνήσιος. καὶ οὕτως ἀλλήλους ἠγάπων ἀμφότεροι, ὡς νομίζεσθαι ἀδελφοὺς γνησίους ὑπάρχειν ἐκ μιᾶς κοιλίας γεννηθέντας, ὡς ὑπερβαίνειν τὴν ἀγάπην ἣν εἶχον πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν ἀνθρώπειαν φύσιν. ἐν τῷ οὖν διάγειν αὐτοὺς οὕτως ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ τοιαύτῃ διαθέσει, ὁ μισόκαλος ἐχθρὸς τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐπιφθονήσας αὐτοῖς, ἐποίησεν ἀνὰ μέσον αὐτῶν τοιαύτην διχόνοιαν, ὥστε μήτε ἐν πλατείᾳ θέλειν ἀλλήλοις ἀπαντᾷν ἐκ τοῦ δαιμονικοῦ μίσους, ὃ ὑπῆρχεν αὐτοῖς.

2. Καὶ ἐν τῷ οὕτως εἶναι αὐτοὺς ἐν τῇ πονηρίᾳ χρόνον ἱκανὸν, εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Νικηφόρος, καὶ γνοὺς ὅτι διαβολικόν ἐστι τὸ μῖσος, παρεκάλεσε φίλους τινὰς ἵνα ἀπέλθωσι πρὸς τὸν πρεσβύτερον Σαπρίκιον, καὶ παρακαλέσωσιν αὐτὸν ὑπὲρ Νικηφόρου, ὅπως αὐτῷ τὴν αἰτίαν συγχωρήσῃ, καὶ δέξηται αὐτὸν μετανοοῦντα. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἠνέσχετο συγχωρῆσαι αὐτῷ. καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου πέμπει ἄλλους φίλους τοῦ διαλλαγῆναι αὐτῷ. ὁ δὲ Σαπρίκιος καὶ τούτων παρακαλούντων οὐκ ἠνέσχετο. ὁ δὲ ἅγιος Νικηφόρος καὶ πάλιν παρεκάλεσεν ἄλλους φίλους ἀγαπητοὺς ἵνα ἀξιωθῇ τοῦ σφάλματος συγχώρησιν λαβεῖν, ὅπως ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. ἐκεῖνος δὲ σκληροκάρδιος ὢν καὶ ἀμείλικτος, ἐπιλαθόμενος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος
„ ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν, καὶ, ἐὰν μὴ ἀφῆ-
„ τε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν,
„ οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν τὰ
παραπτώματα ὑμῶν· πάντων αἰτούντων καὶ παρακαλούντων, οὐ συνεχώρησεν αὐτῷ. ὁ δὲ εὐλαβέστατος τοῦ θεοῦ καὶ πιστότατος Νικηφόρος, ὡς εἶδεν ὅτι κατεφρόνησεν ὁ Σαπρίκιος τῶν κοινῶν φίλων, οἵτινες ὑπὲρ αὐτοῦ συγγνώμην αἰτοῦντες, οὐκ ἔλαβον, αὐτὸς δραμὼν εἰς τὸν οἶκον Σαπρικίου ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων· συγχώρησόν μοι, πάτερ, διὰ τὸν κύριον. ὁ δὲ οὐδὲ οὕτως ἠθέλησεν διαλλαγῆναι αὐτῷ, ὡς φίλος φίλῳ, καὶ μάλιστα παρακαλούμενος, καὶ χριστιανὸς, χωρὶς παρακλήσεως ἐκ πρώτης ἀπολογίας δέξασθαι αὐτὸν, ὡς χριστιανὸς, καὶ πρεσβύτερος, καὶ τῷ κυρίῳ δουλεύειν ἐπαγγειλάμενος.

3. Ὡς οὖν ταῦτα οὕτως διεπράττοντο, ἐξαίφνης γίνεται διωγμὸς καὶ θλῖψις μεγάλη ἐν τῇ πόλει, ὅπου ἀμφότεροι κατῴκουν. κρατεῖται δὲ ὁ Σαπρίκιος καὶ παραδίδοται τῷ ἡγεμόνι, καὶ ὡς ἔστη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· τί τὸ ὄνομά σου; Σαπρίκιος ἔφη· Σαπρίκιος καλοῦμαι·

## CERTAMEN

Anno Chriſti circ. 260.

Sanƈti magnique Martyris NICEPHORI & contra injuriarum memoriam.

I. ERat quidam presbyter, nomine Sapricius. Erat autem quidam quoque alius, qui appellabatur quidem NICEPHORUS. Erat vero ordine laicus, & admodum germanus amicus ejuſdem presbyteri. Seque ambo ſie mutuo diligebant, ut exiſtimarentur eſſe fratres germani, nati ex uoo utero, adeo ut eſſet exeellens amor eorum mutuus. Cum longo autem tempore vixiſſent hac affeƈtione, bono & honeſto ioſeſtus humani generis inimicus, eis invidens, talem inter eos peperit diſſenſionem; ut nec in platea quidem vellent ſibi oceurrere, ex dæmooico odio, quod inter ſe iovicem conceperant. *Sapricius & Nicephorus ex amicis inimici.*

II. Cum ſatis vero longo tempore ita fuiſſent affeƈti, ad ſe rediens Nicephorus, & eo gnoſcens odium eſſe diabolicum, rogavit amicos quoſdam, ut irent ad presbyterum Sapricium, & rogarent eum pro Nicephoro, ut ei culpam condonaret, & eum pœnitentia duƈtum acciperet. Ille autem noluit ei condonare. Is vero rurſus miſit alios amicos, ut ei reconciliaretur. Presbyter autem Sapricius ne eos quidem rogantes audire ſuſtiouit. Rurſus ergo Nicephorus rogavit alios quoſdam amicos, & miſit ad ipſum, ut ei dignaretur ſui deliƈti veniam concedere: ut in ore duorum vel triom teſtium ſtaret omne verbum. Ille aotem cum eſſet duro corde & implacabilis, & oblitus eſſet Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dicit, Remittite & remittetur vobis; & rurſus, Niſi remiſeritis hominibus deliƈta eorum, nec Pater veſter cæleſtis remittet vobis deliƈta veſtra: omnibus eum rogantibus & petentibus non condonavit. In primis autem pius & fidelis Nicephorus, cum vidit Sapricium deſpexiſſe communes amicos, qui pro eo peteotes veniam non aceeperunt; ipſe currens ad ædes Sapricii, ſe projicit ad pedes ejus, dicens: *Condona mibi, pater, propter Dominum.* Ille vero ooluit ei reconciliari ut amicus amico, & maxime cum rogaretur: eum deberet, etiamſi non fuiſſet rogatus, a prima excuſatione eum accipere, ut Chriſtiaous & presbyter, & qui profeſſus erat ſervire Domino. *Nicephorus fruſtra veniam petit.* *Deut. 19. 15.* *Matth. 18.*

III. Cum hæc autem ſic fierent, repente exſiſtit perſecutio, & appreheoditur Sapricius, & traditur Præſidi; & ſtetit ante ipſum & dixit ei Præſes: Quod eſt nomen tuum? Ille autem dixit: Vocor Sapricius. Dicit Præſes; Cujuſoam es generis? Dixit Sa- *Sapricius proſ. de apprehenditur.*

pricius : Sum Chriſtianus. Præſes dixit : Es clericus? Dixit Sapricius : Loeum teneo presbyteri. Dicit Præſes : Auguſti noſtri & domini hujus regionis & finium Romanorum, Valerianus & Gallus [1], juſſerunt, ut qui ſe dicunt eſſe Chriſtianos, ſacrificent diis immortalibus. Si quis vero deſpiciens reſpuit hoc edictum, ſciat ſe diverſis tormeotis & ſuppliciis plectendum, & ſic graviſſima morte eſſe condemnaodum. Sapricius autem adſtaos dixit Præſidi : Nos Chriſtiani *Chriſtum Deum* habemus Regem; quoniam *ipſe eſt ſolus verus Deus*, & ereator cæli & terræ, & maris, & omnium quæ ſunt in eis. Omnes vero dii geotium dæmonia, & pereant a facie univerſæ terræ, qui non poſſunt alicui opem ferre, aut aliquem lædere, aut impedire, cum ſiot opera manuum hominum.

*Chriſtus Deus.*

IV. Tunc iratus Præſes, juſſit eum projici in eochleam, jubens eam vehementer verſari. Cum is ergo adeo acerbe & inhumane torqueretur, dixit Saprieius Præſidi : Carnis meæ habes poteſtatem; animæ autem meæ poteſtatem non habes, ſed Dominus Jeſus Chriſtus qui eam ereavit. Longo vero tempore tortus ſuſtinuit tormenta. Cum vidiſſet autem judex eum non perſuaderi, tulit in eum ſententiam dicens : Sapricium presbyterum, qui edicta contemnit Imperatorum, & non paruit, nec diis immortalibus voluit ſacrificare, ut qui a ſpe Chriſtianorum non tulerit excidere, jubemus tradi ſupplicio capitis.

*Torquetur.*

*A Præſide damnatur.*

V. Cum ergo ipſe eſſet egreſſus, aeeepta martyrii ſeotentia, & feſtinaret ad cæleſtem corooam; audiviſſet autem ſanctus Nicephorus, currens ei proceſſit obviam, & ſe projicit ad pedes ejus, dicens : *Martyr Chriſti, igaoſce mihi, quoaiam* [2] *peccavi ia te*. Ille autem nihil ei reſpondit. Sanctus Nieephorus eum rurſus prævenit per aliam viam, & ei oecurrit priuſquam ipſe egrederetur e civitate, & rogavit eum dicens : *Martyr Chriſti, condoaa mihi ea quæ ia te peccavi ut homo. Ecce eaim de cetero, data eſt tibi coroaa a Chriſto, quem non negaſti, ſed confeſſus es nomen ejus ſanctum coram multis teſtibus*. Ille autem odio [3] cor habens obcæcatum, neque ei dedit veniam, neque ei verbum voluit reſpondere, adeo ut ipſi lictores dicerent ſancto Nicephoro : Tam ſtultum hominem numquam vidimus. Vadit ad ſupplicium capitis; & petis veniam ab eo qui jam eſt moriturus? Dicit eis ſanctus Nicephorus : *Neſcitis quid petam a Coafeſſore Chriſti; Deus aatem ſcit*. Et cum veoiſſet ad locum, io quo erat interimendus Sapricius, rurſus ei dixit Nieephorus : *Scriptum eſt : Petite & dabitur vobis; quærite & inve-*

*A quo ſanctus Nicephorus petit veniam.*

Matth. 7. 7.

ὁ ἡγεμὼν λέγει· ποίου γένους εἶ; Σαπρίκιος εἶπεν· χριστιανός εἰμι. ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· κληρικὸς ἢ λαϊκός; ὁ δὲ Σαπρίκιος ἔφη· πρεσβυτέρου τάξιν ἔχω. ὁ ἡγεμὼν λέγει· οἱ Αὔγουστοι ἡμῶν καὶ κύριοι ταύτης τῆς χώρας καὶ τῶν ὁρίων Ῥωμαίων Οὐαλεριανὸς καὶ Γάλλος ἐκέλευσαν, ὅπως οἱ ἑαυτοὺς λέγοντες Χριστιανοὺς, τοῖς ἀθανάτοις καὶ ἀϊδίοις θεοῖς θύσωσιν· εἰ δέ τις καταφρονῶν διαπτύει, γινωσκέτω ἑαυτὸν διαφόροις βασάνων τιμωρίαις καμφθῆναι, καὶ οὕτως χαλεπωτάτῳ θανάτῳ κατακριθῆναι. ὁ δὲ Σαπρίκιος παρεστηκὼς εἶπεν πρὸς τὸν ἡγεμόνα· ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ Χριστὸν τὸν βασιλέα ἔχομεν, ὅτι ἀληθινὸς Θεός ἐστιν, καὶ ποιητὴς οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς· πάντες δὲ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνιά εἰσιν. ἀπολέσθωσαν τοίνυν ἀπὸ προσώπου πάσης τῆς γῆς οἱ μηδενὶ δυνάμενοι βοηθῆσαι, ἢ τινα βλάψαι, ἢ συμποδίσαι, ἔργα χειρῶν ὄντες ἀνθρώπων.

4. Τότε ὀργισθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν βληθῆναι αὐτὸν εἰς κοχλίαν, καὶ σφοδρῶς βασανίζεσθαι αὐτὸν οὕτω πικρῶς. εἶπεν ὁ Σαπρίκιος τῷ ἡγεμόνι. εἰς τὴν σάρκα μου ἐξουσίαν ἔχεις πράττειν τὴν ὠμότητά σου· ἐν δὲ τῇ ψυχῇ μου οὐδεμίαν ἐξουσίαν *, εἰ μὴ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κτίσας αὐτήν. καὶ βασανισθεὶς ἐπιπολὺ ὑπέμεινεν τὰς βασάνους. ἰδὼν δὲ ὁ δικαστὴς ὅτι οὐ πείθει αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ἀπόφασιν εἰπών· Σαπρίκιον τὸν πρεσβύτερον, βασιλικῶν προσταγμάτων καταφρονοῦντα καὶ ἀνήκοον γεγονότα, τοῖς τε ἀθανάτοις θεοῖς μὴ θελήσαντα θῦσαι, ὡς τῆς ἐλπίδος τῶν Χριστιανῶν ἐκπεσεῖν μὴ ἀνεχόμενον, κεφαλικῇ τιμωρίᾳ παραδοθῆναι προστάττω.

* Colb. addit ἔχεις.

5. Ἐν τῷ οὖν ἐξελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν ἀπόφασιν τοῦ μαρτυρίου, καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον στέφανον σπεύδοντα, ἀκούσας ὁ ἅγιος Νικηφόρος καὶ δραμὼν, ὑπήντησεν αὐτῷ, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων· μάρτυς τοῦ Χριστοῦ συγχώρησόν μοι, εἴ τι ἥμαρτον εἰς σέ. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ λόγον. ὁ δὲ ἅγιος Νικηφόρος πάλιν προλαμβάνει αὐτὸν δι' ἄλλης ὁδοῦ, καὶ συναντᾷ αὐτῷ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἐδέετο αὐτοῦ λέγων· δέομαί σου, μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, δός μοι συγγνώμην, καὶ συγχώρησον ὧν εἰς σὲ ἥμαρτον ὡς ἄνθρωπος. ἰδοὺ λοιπὸν ὁ στέφανός σοι δίδοται παρὰ κυρίου ὃν οὐκ ἠρνήσω, ἀλλ' ὡμολόγησας αὐτὸν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. ἐκεῖνος δὲ πεπωρωμένην τὴν καρδίαν ἔχων, οὔτε συγγνώμην αὐτῷ δέδωκεν, οὔτε τινὰ λόγον ἠθέλησεν αὐτῷ ἀποκριθῆναι, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς δημίους λέγειν πρὸς τὸν Νικηφόρον· τοιοῦτον μωρὸν ἄνθρωπον οὐκ εἴδομέν ποτε. εἰς τὸ ἀποκεφαλισθῆναι ὑπάγει, καὶ παρὰ ἀνθρώπου θανασίμου συγχώρησιν αἰτεῖς; καὶ λέγει ὁ ἅγιος Νικηφόρος πρὸς αὐτούς· οὐκ οἴδατε τί αἰτοῦμαι τὸν ὁμολογητὴν τοῦ Χριστοῦ, ὁ Θεὸς γινώσκει. καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τόπον, ὅπου ἤμελλεν ἀναιρεῖσθαι ὁ Σαπρίκιος, ἔλεγεν πάλιν ὁ ἅγιος Νικηφόρος „ πρὸς αὐτόν· ὅτι γέγραπται, αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται

[1] In noſtro cod. mſ. Gallienus, & quidem rectius.
[2] Græc. Si quid peccavi in te.
[3] Græc. non habet, odio.

Digitized by Google

„ σεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοι-
„ γήσεται ὑμῖν. ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοντος αὐτοῦ, οὐκ ἤκουεν ὁ σκληρότατος φίλος, οὔτε δὲ ἐκάμπτετο ὁ τραχύτατος ἀγαπητός· ἔκλεισε γὰρ τὰ ὦτα αὐτοῦ ὡς ἀσπὶς κωφὴ καὶ βυβὴ, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνὴν ἐπᾴδοντος.

* Cod. Reg. ἐς αἰεὶ.

6. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀψευδὴς κύριος * ὁ εἰπών· ἐὰν μὴ ἀφῆτε, οὐκ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἰδὼν αὐτὸν ὅτι οὐκ ἐκάμφθη, οὔτε εἶχεν ἔλεον, οὔτε συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀδιάλλακτον μῖσος, ἐστέρησεν αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ θείας χάριτος· μᾶλλον δὲ ἐκεῖνος ἀλλότριον ἑαυτὸν ἐποίησεν τῆς οὐρανίου χάριτος διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν, καὶ μάλιστα φίλον γνήσιον καὶ ἀρχαῖον ὠμότητα καὶ ἀσπλαγχνίαν καὶ ἀδιάλλακτον προαίρεσιν. τότε λέγουσιν οἱ δήμιοι πρὸς τὸν Σαπρίκιον· κάμψον τὰ γόνατά σου, ἵνα ἀποκεφαλισθῇς. καὶ λέγει ὁ Σαπρίκιος· διὰ τί; λέγουσιν αὐτῷ· ὅτι οὐκ ἠθέλησας θῦσαι, ἀλλὰ προστάγματος κατεφρόνησας βασιλικοῦ δι᾽ ἄνθρωπον λεγόμενον Χριστόν. ταῦτα ἀκούσας ὁ ἄθλιος Σαπρίκιος, ἀπεκρίθη πρὸς τοὺς δημίους λέγων· μὴ θελήσητέ με κροῦσαι. ποιῶ γὰρ τὰ κελευόμενα παρὰ τῶν βασιλέων ὑμῶν, καὶ θύω τοῖς θεοῖς. οὕτως ἐτύφλωσεν αὐτὸν ἡ μνησικακία, καὶ ἀπέστησεν τὴν χάριν ἀπ᾽ αὐτοῦ· ὁ γὰρ διὰ τοσούτων βασάνων μὴ ἀρνησάμενος τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐλθὼν εἰς τὸ τέλος τοῦ θανάτου, μέλλων τὸ βραβεῖον καὶ τὸν δόξης στέφανον λαμβάνειν, ἠρνήσατο, καὶ γέγονεν ἀποστάτης.

7. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἅγιος Νικηφόρος παρεκάλει τὸν Σαπρίκιον λέγων· μὴ ἀδελφὲ, μὴ ζητήσῃς παραβῆναι, καὶ ἀρνήσασθαι τὸν δεσπότην ἡμῶν Χριστόν· μὴ θελήσῃς ὅλως, παρακαλῶ σε, ἀποστῆναι ἀπ᾽ αὐτοῦ· μὴ ἀπολέσῃς στέφανον οὐράνιον, ὃν ἐκτήσω διὰ πολλῶν βασάνων. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἤκουσεν ὅλως, ἀλλ᾽ ἐσπούδασεν εἰς ἀπώλειαν τοῦ ἐσχάτου θανάτου ἀπελθεῖν, ὃς τοσαύτην δόξαν ἐν ῥοπῇ μιᾶς ὥρας τῆς τομῆς τῆς σπάθης ἀπώλεσεν. οὕτως ἐκωφώθη καὶ ἐτυφλώθη ὁ ταλαίπωρος οὗτος ὑπὸ τῆς μνησικακίας. οὐ γὰρ ἤκουσεν τοῦ κυρίου ἡμῶν
„ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κράζοντος καὶ λέγοντος· ἐὰν
„ προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀ-
„ κεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ,
„ ἄφες τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου,
„ καὶ ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου,
„ καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. καὶ πά-
„ λιν Πέτρῳ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων ἐρωτή-
„ σαντι· ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ
„ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;
„ ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ κύριος· οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτά-
„ κις, ἀλλ᾽ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. ἐκεῖνος δὲ ὁ ταλαίπωρος οὐδὲ ἅπαξ ἠθέλησεν συγχωρῆσαι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ μάλιστα συγγνώμην αἰτοῦντι καὶ πολλὰ παρακαλοῦντι. καὶ ὁ μὲν κύριος ἐνετείλατο ἀπὸ καρδίας συγχωρεῖν ἑκάστῳ, καὶ ἐπὶ τὰς καταλλαγὰς τὸ θεῖον δῶρον ἐπὶ τὸ θυσιαστή-

*nietis; pulſate & aperietur vobis*. Sed eo hæc diceote, & quæ ſunt his ſimilia, non audivit ſævus & durus amicus; nec flexus eſt ſodalis aſperrimus, ut aſpis ſurda & clauda, quæ noo exaudivit vocem incantaotium.

VI. Propterea [4] & verax Dominus qui dixit, Si oon remiſeritis oon remittetur vobis: Matth. 18: 34. cum videret eum nulla tangi proximi miſericordia, jure eum privavit regno ſoo cæleſti: immo vero ille ſe ipſum alienavit a gratia cæleſti [5], & ab æternis Dei bonis, propter injuriæ a fratre acceptæ recordationem: *Sapricius fidem negat.* & maxime quod in germaoum & veterem amicum fuiſſet aoimo crudeli, immaoi & irreconciliabili. Tunc dicunt lictores Sapricio: Flecte geoua tua, ut caput tibi amputetur. Dicit autem eis Sapricius: Quare? Dicunt ei lictores: Quoniam ooluiſti diis ſacrificare, ſed cootemſiſti edictum Imperatoris propter hominem, qui dicitor Chriſtus. Hæc cum audiſſet miſer Sapricius, reſpondit lictoribus, dicens: Nolite me ferire. Facio enim quæ juſſeront Imperatores, & diis ſacrifico. Sic eum excæcavit odium [6], & ab eo abduxit Dei gratiam. Qui enim per ejuſmodi tormenta ooo negavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cum veniſſet ad fioem mortis, & eſſet accepturus præmium & coronam gloriæ, negavit & fuit apoſtata.

VII. Hæc cum audiſſet ſanctus Nicephorus, rogavit Sapricium dicens: *Noli, o frater,* *Quem fruſtra Nicephorus adhortatur.* *noli tranſgredi & negare Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Noli omnino, rogo te, ab eo deficere, & perdere cæleſtem coronam, quam per multa acquiſiſti tormenta & afflictiones.* Ille autem noluit eum omnino audire, ſed contendit abire ad ioteritum ultimæ mortis. qui tanti prætii gloriam in momento uoius horæ ictus gladii perdidit, re vera fuit miſer excæcatus ab odio [7]. Non enim audivit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dicentem io Evaogelio: Si afferas munus tuum ad Matth. 5: 23. altare, & recorderis quod frater tuus habet aliquid adverſus te, dimitte munus tuum ante altare, & vade primum, & reconciliare fratri too, & tunc veniens offer munus tuum. Et rurſus Petro principi Apoſtolorum, cum rogaſſet Dominum; Quoties ſi peccaverit in Matth. 18: 21. me frater meus, dimittam ei? Septies? Reſpondit Domious: Non dico tibi ſepties, ſed, ſeptuageſies ſepties. Ille autem miſer ne ſemel quidem voluit condonare fratri ſuo, & maxime petenti veniam & roganti. Et Dominus quidem noſter & DEUS juſſit ex animo condonare unicuique, & dimiſſo munere *Chriſtus Dom.* quod Deo eſt offerendum, currere ad reconci-

4 Hunc locum ex cod. Colb. ſic reſtituimus. In ed. Lat. *Propterea verax eſt Dominus qui dixit: Si non remiſeritis hominibus delicta eorum. Dominus cum vidiſſet eum &c.*

5 Græc. ..... *gratia cæleſti eo quod in fratrem & maxime germanum &c.*

6 Græc. *excæcavit accepta injuriæ memoria.*

7 Græc. *ab accepta injuria memoria.*

conciliationem. Ille vero ne ſummis quidem labris condonavit ei quem pœnitebat, nec in animum induxit, ut ei roganti remitteret; ſed clauſit viſcera a fratre ſuo: propter ea clauſæ ſunt ei fores regni cælorum, & receſſit ab eo gratia divini & vivifici Spiritus, & perdidit glorioſam coronam martyrii. Quam ob rem, o dilecti, nos quoque diligenter caveamus ab hac diabolica operatione [f], odii, inquam, & injuriæ acceptæ recordatione, ut noſtrorum quoque peccatorum detur nobis remiſſio a Domino Jeſu Chriſto, convenienter ei quod dicitur: Dimitte nobis debita noſtra. Fidelis eſt enim qui promiſit. (Matth. 6. 12.)

VIII. Beatus autem Nicephorus, poſtquam vidit tranſgreſſum eſſe Sapricium, dicit lictoribus: *Ego ſum Chriſtianus, & credo in nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem iſte negavit. Me ergo jam pro ipſo ferite.* Lictores vero non auſi ſunt eum ferire abſque juſſu Præſidis. Mirati ſunt autem omnes, quod ſe ita ad mortem tradiderit. Libere enim dicebat: *Sum Chriſtianus, & diis veſtris non ſacrifico.* Unus autem ex lictoribus currens, renuntiavit Præſidi, dicens: Sapricius quidem pollicetur ſe diis ſacrificaturum. Eſt vero illic quidam alius qui vult mori, propter eum qui dicitur Chriſtus, clamans & dicens libere: Chriſtianus ſum, & diis veſtris non ſacrifico, nec obedio edictis Imperatorum. (*Nicephori confeſſio.*)

IX. Poſtquam hæc audiit Præſes, in eum tulit ſententiam dicens: Si non ſacrificat diis immortalibus, prout juſſerunt Imperatores, jubeo eum mori gladio. Tunc [g] accipientes ſanctum Nicephorum, eum capite truncarunt, ut Præſes juſſerat. Et ſic conſummatus fuit ſanctus martyr Chriſti Nicephorus: & aſcendit in cælos coronatus per fidem in Chriſtum, caritatemque & humilitatem. ideo fuit redimitus corona martyrii, & dignatus eſt referri in numerum martyrum, ad laudem & gloriam magni DEI & ſervatoris noſtri JESU CHRISTI: cui gloria & potentia nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen. (*Capite plectitur.* *Chriſtus Deus.*)

ριον ἀφέντες προστρέχειν. ἐκεῖνος δὲ οὐδὲ τοῖς ἄκροις χείλεσι λόγον συγχωρήσεως τῷ μετανοοῦντι ἔδωκεν, οὐδὲ παρακαλοῦντι οὐκ ἔσχεν δῦναι ἀφεῖναι· ἀλλ᾽ ἔκλεισε τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἀπεκλείσθησαν αὐτῷ αἱ πύλαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἀπέστη ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ χάρις τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος, καὶ ἀπώλεσε τὸ μαρτυρίου τὸν ἔνδοξον στέφανον. διὸ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καὶ ἡμεῖς ἀσφαλισώμεθα ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς διαβολικῆς ταύτης ἐνεργείας, καὶ πᾶσι πάντα συγχωρήσωμεν, ἵνα καὶ ἡμῖν ἄφεσις γένηται παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ τό· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.

8. Ὁ δὲ μακάριος Νικηφόρος ὡς εἶδεν Σαπρίκιον παραβάντα, λέγει πρὸς τοὺς δημίους· ἐγὼ χριστιανός εἰμι, καὶ πιστεύω εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν οὗτος ἠρνήσατο. ἐμὲ οὖν κρούσατε. ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐτόλμησαν κροῦσαι αὐτὸν ἄνευ κελεύσεως τοῦ ἡγεμόνος. ἐθαύμαζον δὲ ὅμως πάντες ὅτι οὕτως παρέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀποθανεῖν· ἔλεγε γὰρ ὅτι χριστιανός εἰμι, καὶ οὐ θύω τοῖς θεοῖς ὑμῶν. εἷς δέ τις τῶν δημίων δραμὼν ἀπήγγειλε τῷ ἡγεμόνι λέγων· ὅτι ὁ μὲν Σαπρίκιος ὑπέσχετο θύειν τοῖς θεοῖς· ἄλλος δέ ἐστιν ἐκεῖ θέλων ἀποθανεῖν δι᾽ ἐκεῖνον τὸν λεγόμενον Χριστὸν, κράζων καὶ λέγων παῤῥησίᾳ· χριστιανός εἰμι, καὶ οὐ θύω τοῖς θεοῖς ὑμῶν, οὐδὲ τοῖς προστάγμασι τῶν βασιλέων ὑμῶν ὑπακούω.

9. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ ἡγεμὼν, ἀπεφήνατο κατ᾽ αὐτοῦ λέγων· ἐὰν τοῖς θεοῖς οὐ θύῃ κατὰ τὰ προστάγματα τῶν βασιλέων, διὰ ξίφους ἀποθανέτω. καὶ ἀπελθόντες ἀπεκεφάλισαν τὸν ἅγιον Νικηφόρον, κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ ἡγεμόνος. καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Νικηφόρος, καὶ στεφανίτης ἀνῆλθεν εἰς οὐρανοὺς διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ ὁμονοίας καὶ ταπεινοφροσύνης. ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὴν ἀγάπην ἀποκλινὴς γέγονεν, διὰ τοῦτο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καὶ τοῖς ἁγίοις μάρτυσι συναριθμηθῆναι κατηξιώθη εἰς ἔπαινον δόξης τῆς μεγαλωσύνης καὶ χάριτος τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

f Græc. poſt operatione, habet & omnibus condonemus ut &c.

g Græc. Tunc abeuntes, ſanctum Nicephorum capite truncarunt.

Anno Chriſti 260

## DE SANCTIS MARTYRIBUS PRISCO, MALCHO & ALEXANDRO.

I. PAuca equidem de his ſanctis Martyribus habemus, ſed tamen cum certa ſint, prætermittere non licuit. Hæc debemus Euſebio Cæſarienſi, qui de Valeriani perſecutione lib. 7. Hiſt. eccleſ. agens, Priſci & ſociorum ejus martyrium deſcribit his verbis capite 12. *Porro in hac Valeriani perſecutione tres viri poſt inſignem Chriſti confeſſionem apud Cæſaream Palæſtinæ ad beſtias damnati, divino martyrio coronati ſunt. Horum unus dicebatur* PRISCUS, *alter* MALCHUS, *tertius autem* ALEXANDER. *qui cum in agro degerent, primum quidem ſe ipſos inſimulaſſe dicantur*

*tamquam*

*tamquam ignavos ac deſides: quod cum occaſio ipſa cæleſti amore flagrantibus præmia diſtriburet, ipſi ceſſirent, nec coronam martyrii præriperent. Inito deinde inter ſe conſilio, Cæſaream profecti, judicem ipſum adorti ſunt, eamque quam diximus ſententiam exceperunt.* Eadem babet Rufinus libro 7. Hiſt. capite 11. ubi hos Martyres *adoleſcentes* fuiſſe dicit, & in *ſuburbano agello babitaſſe*. Certe apud Græcos, ut obſervat Valeſius in notis ad cap. 11. lib. 7. Hiſt. Euſebianæ, ſuburbia, oon ſolum ea quæ urbi conjuncta ſunt, ſed etiam vici longo ſatis intervallo ab urbe diſſiti appellantur. Sic Canopus dicitur ſuburbium Alexandriæ, Daphne Antiochiæ, Septimum Conſtantinopolis &c. Euſebio & Rufino conſentit Nicepborus libro 6. capite 11. Nec diſſentiunt Latini, quorum teſtimonia congerere non vacat. Certe S. Eligius in charta pro monaſterio Sollemniacenſi, illud in *ſuburbio* Lemovicenſi ſitum dicit, quod tamen duabus ab urbe leucis integris diſtat.

II. Porro cum ea quæ ceteri ſcriptores & Martyrologia de iſtis Martyribus babent, ex Euſebii verbis quæ retulimua deſumta ſint, inutile prorſus eſſet ea deſcribere. Priſci & ejus ſociorum memoriam recolunt Ado, Uſuardus & alia vulgata Martyrologia die 28. menſis Martii, quamvis alii aliis diebus de iiſdem agant. Eorum Martyrium ad annum circiter CCLX. revocamus, ſiquidem Euſebius eos ſub finem perſecutionis a Valeriano excitatæ paſſos fuiſſe innuat.

### *ADMONITIO*

### In Martyrium Sancti CYRILLI pueri.

1. HAud multa oceurrunt quæ ad hanc beatiſſimi pueri Martyris paſſionem præmittamus. quæ enim in ipſius ſummæ caritatis & fortitudinis laudem dici poſſunt, ex ipſa martyrii narratione ſunt repetenda. Optandum quidem fuiſſet, ut aliquem cod. mſ. Græcum aut ſaltem Latinum nanciſci potuiſſemus ad ſanandos bujus verſionis nævos, quibus ſive ob interpretis imperitiam, ſeu ob incuriam exſcriptorum ſcatere videtur: aſt id genus monumenta, etiam incultis verbis prolata, negligere fas non eſt. Hanc itaque narrationem, qualem ex mſ. cod. Marci Velſeri Patricii Auguſtani accepit Godefridus Henſchenius, ac in tomo 7. Maii Bollandiani ad diem 29. ejuſdem menſis evulgavit, denuo hic recudi curavimus.

2. Ceterum ſi conjecturis indulgere licet, iſtam beati Cyrilli paſſionem, quæ per modum epiſtolæ conſcripta fuit; ſancto Firmiliano Cæſareæ Cappadociæ celebri epiſcopo tribuimus: tametſi ad id conſtanter affirmandum certiora exſpectamus argumenta. Interim ipſius Cyrilli mortem ad Decii aut Valeriani tempora revocari poſſe exiſtimamus: quem Cæſareæ in Cappadocia paſſum fuiſſe Martyrologium vetus ſancto Hieronymo adſcriptum, aliaque nonnulla ad diem 29. Maii commemorant, ut Henſchenius & ante eum Florentinius ad eamdem diem obſervarunt.

---

## MARTYRIUM

### ſancti CYRILLI pueri.

Anno Christi circ. CC…

*Ex tomo 7. Maii Bollandiani.*

I. MArtyrium ſancti CYRILLI pueri non juſtum eſt ad vos, cariſſimi Fratres, ſilere; ſed maxime enarrare. Non enim ſine nutu cujuſdam divini Spiritus, ſed, ſi eſt vere dicere & certiſſime expromere, cum illo Dominus concertabat, cum illo fides contra iniquiſſimos (judices) Cæſareæ litigabat. Novella enim ætas beatiſſimi Cyrilli multum videntibus præſtabat ſtuporem, fidei autem ſtabilitas miram (Chriſti) laudem ſenſatis… Etenim omni tempore Chriſtum nominans erat, & ſemetipſum inde eſſe motum fatebatur: & plagis confixus & verbis territus, neque verborum minam, Cyrillus puer.

neque

neque afflictionis injuriam computavit; ſed ſuſtinuit hæc quidem libentiſſime; promte autem & aliud aliquid majus malum exſpectabat. Cum autem creſcerent eis (animi) qui ſunt erga bonam fidem, & æmulatores haberet multos qui ſimiles erant ejus ætati; abdicat eum quidem pater, domum ei claudens, & quæ in ea erant prorſus abnegabat ei. Quidam autem in bis laudabant patrem, & valde mirabantur: (ipſe vero quaſi nihilum reputabat abdicari a patre) & quod parva auferens ei, majora & utiliora ei provideret fides quæ in Domino erat, dicebat.

*A patre abdicatur.*

*Judicis minas temnit.*

II. Hæc agens in iram provocabat Cæſareæ Judicem, & vocans eum per miniſtrationem militum, & terrens ſimul de judiciis, videbat quidem in principio eum non terreri (ſed) omni momento ab omni trepidatione ſecucurum (adſtare,) modica omnia contra fidem computantem. Et indulgeo tibi, inquit Judex, o puer, delicta. Dimittit tibi & pater offenſam: in domum ſuſcipit te. Licet tibi frui bona patris, ſi ſobrius fias, ſi tibimet ipſi des cogitatum. Beatiſſimus vero Cyrillus: *Gaudeo*, dixit, *cum pro bis mibi increpatur. Ego enim apud Deum optime (recipiar.) Delector domo mea privatus. Habitabo enim majorem & meliorem. Sponte fio pauper, ut fruar divitiis (æternis.) Bonam mortem non metuo, (quia) vitam provideo mibi meliorem.* Hæc dicens cum quadam deifica virtute præcipitur ligari ſollemniter, quaſi ad mortem deducendus. Uſque terrorem autem & juſſionem illud publicos (miniſtros) facere (Judex) præcipit, probationem accipiens pueri.

III. Quando autem neque lacrymatus puer nuntiabatur, neque ignem metuens, in quem injicere bunc minabantur; ſed paratiſſime ad mortem pergentem: iterum vocat hunc Judex, docere animatus & verbo ſuadere ſecundum ſolitum ſibi morem. Vidiſti, o puer, (inquit,) ignem; vidiſti, o juvenis, gladium. Sobrius eſto, ut (iterum) habeas patris domum & fortunam.... Qui reſpondit: *Nocuiſti, o tyranne, me revocans; nocuiſti, & peſſime geſſiſti. Fruſtra ſuccendiſti ignem, ſine cauſa gladium acuiſti. Multo major (eſt) domus quam babitare feſtino: multo divitiæ præſtantiores. Has accipere a Domino accelero. Celerius me conſumma ut celerius fruar.* Et hæc audientes adſtantes lacrymabantur: puer autem lacrymas horum inculpabat: &, *Debetis*, inquit, *ridere, debetis delectari, debetis* (*me*) *producere gaudentes ad patiendum. Neſcitis quam civitatem babitabo: neſcitis qualem fiduciam babeo. Concedite ſic expendere vitam.* Hæc dicens ibat mori. Splendidus autem & ſpectabilis erat; non ſolum ei qui recepit hujus animam, ſed & aliis qui Cæſareæ habitabant, ipſum adjuvante qui regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Mira ipſius conſtantia.*

---

## *ADMONITIO*

### In vitam & paſſionem Sancti FELICIS presbyteri Nolani.

1. SAnctus Felix, Nolanæ Eccleſiæ in Campania presbyter, egregium encomiaſtem habuit ſanctum Paulinum ejuſdem urbis Nolæ antiſtitem, qui poematibus quindecim, quæ *Natales* appellant, hujus beati Martyris geſta, feſtivitatem & miracula celebravit. Ex iis autem duo tantummodo ſelegimus, quartum ſcilicet & quintum, novæ edit. quæ beati Felicis vitam, confeſſiones & mortem continent: cum plura cupientibus Paulinum ipſum adire liceat, cujus opera magna cum diligentia nec impari labore emendata nuper Pariſiis prodierunt.

*S. Paulinus S. Felicis encomiaſtes.*

2. Felicem ſub Martyris titulo colit Eccleſia Romana in Martyrologio & officiis eccleſiaſticis, quo etiam nomine ſæpius a beato Paulino donatur. quamquam plerique alii ſcriptores, & quidem antiquiores, eum ſolummodo *Confeſſorem* appellent.

*Felix martyr & confeſſor.*

Uter-

Uterque titulus ei competit. nam, ut ait Paulinus Natali III. novæ edit.

*Cæleſtem nactus ſine ſanguine Martyr honorem;*
*Nam Confeſſor obit, pœnas non ſponte Incratus.*

Ejus feſtum Martyrologia vulgata, cum antiqua, tum recentiora, die 14. menſis Januarii celebrant, quo item die ipſius memoria in vetuſtiſſimo Kalendario Carthaginienſi recolitur: ubi ne forte hic Felix cum aliis ejuſdem nominis Martyribus conſunderetur, ſic habetur XVIII. *Kal. Feb. ſancti Felicis Nolenſis*. Alius autem eſt Felix, quem ſanctus Auguſtinus ſerm. 127. in pſalmos commemorat, hinc emendandus eſt Ado, qui hunc Auguſtini locum Felici Nolano attribuit. Quod vero diverſi ſint, ex ipſo Auguſtino facile probatur. nam Felix ille de quo in eo ſermone Auguſtinus agit, *ad tormenta dilatus, in carcere alio die inventus eſt exanimis* num. 6. iſque videtur eſſe, quem Thimiſæ paſſum fuiſſe VIII. Idus Novembris Martyrologia memorant. At certum eſt Felicem Nolanum, perſecutione ſedata, ſenem in pace Eccleſiæ obiiſſe.

*Felix alius Afer.*

3 Laudavit tamen Auguſtinus Felicem Nolaoum aliis in locis, ut cum ait epiſt. 78. novæ edit. ad Clerum & plebem Hipponenſem num. 3. *multis eſſe notam ſanctitatem loci, ubi beati Felicis Nolenſis corpus conditum eſt*. ad quem locum miſit Boniſacium presbyterum, ut coram beati hujus viri ſepulcro ſe a crimine, quod ei imputabatur, juramento purgaret. Ejuſdem beati Felicis meminit ſanctus Doctor in libro octo Quæſtionum ad Dulcitium, quæſt. 2. & in lib. de cura gerenda pro mortuis cap. 1. quem quidem librum ſcripſit, ut ipſemet teſtatur, a beato Paulino Nolæ epiſcopo *interrogatus, utrum proſit cuique poſt mortem, quod corpus ejus apud ſancti alicujus memoriam ſepeliatur*. Cui interrogationi occaſionem præbuerat vidua quædam, quæ *materno atque pio affectu deſideraverat*, ut ejus filii defuncti *cadaver in beatiſſimi Felicis confeſſoris baſilica poneretur*. Ejuſdem libri capite 16. ex beati Felicis miraculo probat Auguſtinus mortuos vivis adeſſe his verbis: *Hinc ſolvitur illa quæſtio, quomodo Martyres ipſis beneficiis, quæ dantur orantibus, indicant ſe intereſſe rebus humanis, ſi neſciunt mortui quid agant vivi. Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verum etiam ipſis hominum adſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem, cujus inquilinatum pie diligis, cum a barbaris Nola oppugnaretur, audivimus non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis*. At de ejuſdem ſancti miraculis plura habes paſſim io beati Paulini operibus, ex quibus ipſius ſancti Felicis vitam integram Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 104. Venerabilis Beda, & Marcellus presbyter collegeruot. quæ omnia apud Johannem Bollandum ad diem 14. Januarii reperire licet.

*S. Auguſtinus Felicem Nol. laudat.*

4. Verum negotium aliquod faceſſuot quæ Ado aliique nonnulli ſcriptores referunt, Felicem ſcilicet in loco qui *in Pincis* dicitur, ſepultum fuiſſe; hæreticis iovictiſſime reſtitiſſe, alium fratrem Felicem etiam dictum & martyrem habuiſſe, aliaque ejuſmodi permulta. Sed procul dubio iſti auctores ex pluribus uoum conflorunt Felicem, aut ſaltem eorum Acta ſimul miſcuere. Nuſquam enim Paulinus, loci *in Pincis* dicti meminit, quamvis quindecim poematibus Felicis geſta, mortem, ſepulturam & miracula præſtrinxerit, & quinque baſilicas receoſuerit ad hujus ſancti tumulum conſtructas. De his vide potiſſimum Natalem VI. Difficultatem non ſolvunt qui locum *in Pincis* dictum prope urbem Nolam, & alium ejuſdem nominis Romæ excogitavere: cui rei aſſerendæ aliquod proſerendum eſſet antiquitatis monumentum. Unde ſatius eſt fateri, Felicem, qui Romæ *in Pincis* celebrabatur, diverſum a Felice Nolano fuiſſe. Utrum vero ex his duobus ſanctus Damaſus Papa celebret Carmine ſexto, aſſerere non auſim. Felicem quippe Nolanum Romæ etiam notiſſimum fuiſſe paſſim aſſerit ſanctus Paulinus, ejuſque miraculorum famam uſque io Africam pertigiſſe ex ſancto Auguſtino ſuperius annotavimus. Porro præter hos Felices alium item Felicem Nolæ & Romæ celebrem agnoſcit Johannes Bollandus, cui Acta attribuit quæ apud Adonem noſtro Felici Nolano adſcribuntur, eumque Felicem alterius Felicis, qui cum Adaucto Romæ paſſus eſt, fratrem fuiſſe dicit in notulis ad num. 1. ſed quo fundamento? Felicis & Adaucti ſepulcrum ſuis curis a Vero presbytero *compoſitum* fuiſſe aſſeverat ſanctus Damaſus Carmine 24. at de Felice hujus Felicis fratre nulla mentio eſt. Tandem iis, quæ Ado aſſerit, Felicem *invictiſſime hæreticis reſtitiſſe*, videtur conſentire Sacrameotarium Gregorianum in Miſſa ſancti Felicis, ubi hæc in Præfatione habentur: *Vere dignum .... & confeſſionem ſancti Felicis memorabilem non tacere qui nec hæreticis pravitatibus, nec ſæculi blandimentis a ſui ſtatus rectitudine potuit immutari; ſed inter utraque diſcrimina veritatis aſſertor firmitatem tuæ fidei non reliquit*. Ejuſdem ſancti *confeſſionem* & *ſacræ fidei largitatem* laudat Miſſale Gelaſiaoum: ſed nihil de hæreticis habet.

*Felices plures in unum conflati.*

5. Cer-

5. Certe neminem eſſe putu qui ſibi facile perſuadeat, Felicem presbyterum Nolanum tam egregie adverſus bæreticos decertaſſe, idque a ſancto Paulino aut ignoratum, aur ſaltem omiſſum fuiſſe. Quare hæc de alio quopiam Felice intelligenda eſſe vix dubito. Plures certe ejus nominis Martyres Romæ, ac in variis Italiæ partibus floruiſſe Martyrologia ac plurimarum eccleſiarum traditiones atteſtaotur. Inrer alios enituit præcipue ſanctus Felix Papa & Martyr, quem *bæreticis reſtitiſſe* extra dubium eſt. Unius ipſius epiſtolæ ad Maximum ſeu Maximinum epiſcopum & clerum Alexandriæ egregium fragmentum babemus de Incarnarionis myſterio: obi beatus iſte Pontifex diſertis ac perſpicuis verbis declarat quid de Chriſti divinitate & bumanitate credendum ſit, his verbis: *De Verbi autem incarnatione & fide, credimus in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex virgine Maria natum, quod ipſe eſt ſempiternus Dei filius & Verbum: non autem bomo a Deo aſſumtus, ut alius ſit ab illo. Neque enim bominem aſſumſit Dei filius, ut alius ab ipſo exſiſtat. Sed cum perfectus Deus eſſet, factus eſt ſimul & bomo perfectus ex Virgine incarnatus.* Hæc Felix anno circiter 270 ex quibus patet, ambos iſtos antiſtites, Felicem & Maximum, utriuſque Dionyſii, Romani ſcilicet & Alexandrini, ſuorum præceſſorum veſtigiis inhæſiſſe in divina Trinitate, ac Chriſti divinitate adverſus Sabellii ac Pauli Samoſateni blaſphemias propugnanda. Hoc fragmentum inter alia Patrum teſtimonia legit Perrus presbyter Alexandrious in Concilio Epheſino, quod etiam laudant Cyrillus in Apologia ſua adverſus Orientales, quæ in ejuſdem Concilii Actis inſerta eſt, & Vincentius Lirinenſis in Commonitorio adverſus bæreſes; ipſum vero ſimul cum integra Concilii Epheſini actione refert Marius Mercator edit. Baluzianæ pag. 178. apud quos omnes *ſanctus Felix epiſcopus Romæ & Martyr* appellatur. Vide Concil. Labb. tomo 1. col. 911. & 912. & Bollandianos ad diem 30. Maii.

*Felix Papa & Martyr.*

*Chriſtus Deus & bomo.*

6. Jam de beati Felicis Nolani presbyteri obitus anno agendum eſſet, ſi aliquid de ea re certi haberemus. Conſtat quidem ipſum poſt binas perſecutiones, quas jam presbyter ſanctus ſuſtinuit, in Eccleſiæ pace obiiſſe: at quænam fuerint illæ perſecutiones ignoramus, cum adeo iſtis temporibus perſecutiones frequentes fuerint. De ipſo autem egimus poſt eos Martyres qui ſub Valeriano paſſi ſunt, quod ea quæ Paulinus refert, ſatis huic tempori congrua videantur.

---

## *CARMINA DUO*

### Sancti PAULINI epiſcopi Nolani, de Vita & confeſſione ſancti FELICIS.

Anno Chriſti 3..

*Poema* XV. *Natale* IV. *novæ edit.*

*S. Felicis natale Paulino carum.*

ANnua vota mihi remeant, ſimul annua linguæ
Debita, natalis tuus, o clariſſime Chriſto
FELIX, natali proprio mibi carior, in quo
Quamlibet innumeris ſint gaudia publica turbis;
Eſt aliquid ſpeciale tuis, quod nos tibi Chriſtus
Eſſe dedit, viles caro largitus amico.
Non quia tu dignus famulis tam vilibus eſſes,
Æternis dignate Deo comes ire triumphis:
Sed quia nos inopes juſti * indignoſque ſalutis
Sic voluit ditare pater bonus, ut male dites
Criminibus verſa in melius vice divitiarum,
Pro cunctis opibus cunctiſque affectibus, & pro
Nobilibus titulis & honoribus omnia vanis,
Felicem caperemus opes, patriamque domumque.
Tu pater, & patria, & domus [1], & ſubſtantia nobis,
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra,

* Juſtitiæ.

*Felix Nolæ patronus.*

Et

1 Idem Paulinus Felicem ſuum *dominædium* paſſim appellat: quo vocabulo *dominum ædis* ſeu baſilica deſignari obſervat Paulini operum novæ edit. illuſtrator, nota xvii. Vide Gloſſar. Cangianum.

Et tuus eſt nobis nido ſinus; hoc bene foti
Creſcimus, inque aliam mutantes corpora formam,
Terrena exuimur ſtirpe; & ſubeuntibus alis
Vertimur in volucres divini ſemine verbi;
Te revelante jugum Chriſti leve noſcimus, in te
Blandus & indignis, & dulcis Chriſtus amaris.
Iſta dies ergo & nobis ſolemnis habenda,
Quæ tibi natalis; quia te mala noſtra abolente
Occidimus mundo, naſcamur ut in bona Chriſto.
  Surge igitur cythara, & totis intendere fibris:
Excita vis animæ tacito mea viſcera cantu.
Non tacita cordis teſtudine, dentibus ictis,
Pulſet amor linguæ, plectro lyra perſonet oris.
Non ego Caſtalidas [2] vatum phantaſmata muſas, *Poeta rejectis prophanis ſacra canit.*
Nec ſurdum Aonia [3] Phœbum de rupe ciebo.
Carminis incentor Chriſtus mihi: munere Chriſti
Audeo peccator ſanctum & cæleſtia fari.
Nec tibi difficile, Omnipotens, mea ſolvere doctis
Ora modis, qui muta loqui, fluere arida, ſolvi
Dura jubes. Tu namque aſinam reboare loquendo, Num. 22. 28. Pſalm. 8. 3.
Perfectamque tibi lactentes condere laudem
Feciſti, & ſolidam ſolviſti in flumina rupem,
Et terram ſine aqua ſubitis manare fluentis
Juſſiſti, deſerta rigans in ſpem populorum,
In quorum arentes animas pia gratia fluxit,
Quos Chriſtus vivo manans petra fonte refecit.
  Unde ego pars hominum minima, iſto munere fretus,
Roris, Chriſte, tui vivos precor aridus hauſtus.
Da verbum de fonte tuo: tua non queo fari
Te ſine. namque tui laus Martyris & tua laus eſt,
Qui facis Omnipotens homines divina valere,
Fortiaque infirmis ſuperans, de carne triumphas [4],
Aerios proceres vincens in corpore noſtro.
Quare ades, ut duce te repetens ab origine pergam *Felicis genus.*
Felicem narrare tuum, cui nobile ductum
Ex oriente genus. nec enim magis altera tellus
Felicis patriam decuit, quam quæ Patriarchas,
Quæque pios tulerat, Chriſti ſacra vaſa, Prophetas.
Unde & apoſtolicis fundens ſua flumina linguis,
Totum Evangelii fonns emanavit in orbem.
Debitus inde Deo Felix, genitore profecto
Italiam needum genitus, tamen in patre venit:
Civis ut affectu noſtris oriretur in oris;
Nec cuiquam natum niſi nobis ſe meminiſſet.
Sic pater Abraham Domini præcepta ſecutus,
Mutavit patrias externo cæſpite terras;
Depoſuitque ſacrum Chananæis ſemen in arvis,
Unde peregrinas ſubeunte propagine terras,

2 Caſtalius fons in Parnaſſi radicibus Muſis ſacer, ſic dictus a Caſtalia virgine quæ Apollinem fugiens præcipitata, verſa eſt in fontem, de quo Virgil. 3. Georgic.

3 Aonia regio montana Bœotiæ, ubi alius fons Muſis etiam ſacratus, unde dictæ ſunt *Aonides*. Vide Juvenal.

4 Cod. Corb. *Fortiaque infirmis ſuperans de carne triumphos*; & deeſt ſequens verſus.

Myſtica

Myſtica Felicem nobis tranſmiſit origo,
Quem perfecta fides illa radice profectum
Prodidit, ut nobis eſſet pia vena fidei.
Felix nunc etiam poſita cum carne quieſcit,
Spiritus in Chriſto vivens operantibus altæ
Virtutis meritis Abrabæ ſemine mutat
Duritiam lapidum, quos ſuſcitat in bona vitæ.
Hac igitur genitore Syro generatus in urbe,
Dilectam coluit patriæ ſub imagine Nolam,
Sede beans placita: multoque relictus in auro,
Dives opum viguit, quamvis non unicus heres.
HERMIA cum fratre ſui cognomine patris *Felix ex Hermia patre Syro Nolæ natus.*
Terrenas diviſit opes [a]; cæleſtia ſolus
Obtinuit Felix; geminos ſententia diſcors
Diviſit fratres: Hermiam mundus abegit,
Felicem Chriſtus ſibi ſuſtulit. ille caduca
Maluit, hic ſolida; præſentibus ille cohæſit,
Iſte ſolum cælo vertit, patrimonia regnis:
Ille heres tantum proprii patris, iſte coheres
Chriſti. Sed quis tam variam miretur ab uno *Hermia fratre heres relicto.*
Sanguine progeniem, veterum inter ſancta parentum
Pignora, qui relegat populorum ſtirpe duorum
Fœcundam pugnas uteri doluiſſe Rebeccam?
Conqueſtamque Deo gravidi luctamina ventris?
Cum jam tunc fremeret ſanctæ intra viſcera matris,
Quæ nunc intra uterum mundi diſcordia ſævit.
Hiſpida Judæis hirti ſectantibus Eſau
Perfidia, addictis populo ſervire minori.
At nobis lævem per lenia pacis Jacob
Qua via lucis agit, meliore ſequentibus ortu.
Ergo pari diſpar fratrum de ſanguine ſanguis
Hermias, velut aſper Edom, terrena ſecutus,
Squaluit in vacua captivus imagine mundi,
Duraque Idumæi prælegit rura parentis,
In gladio vivens proprio, vanæque laborem
Militiæ ſterilem tolerans, qui * Cæſaris armis ** Cod. quia.*
Succubuit, privatus agens ad munia Chriſti.
At meus æterni ſatus arma capeſſere Regis,
In patris Iſrael migravit nomina Felix:
Seſeque a puero pia mens cæleſtibus edens,
Inſtituit ſervire Deo; nec gratia pauper
Adſuit, & quantum ſitiebat corde capaci
Lucis bians animus, tam largiter influa traxit
Dona Dei. Primis Lector ſervivit in annis. *Fit Lector Exorciſta.*
Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adjurare malos, & ſacris pellere verbis.
Quod quia perſpicua meriti virtute gerebat,
Jure ſacerdotis veneranda inſignia nanctus: *Sacerdos.*
Mente loco digna meritum decoravit honorem.

Sed

a Nulla hic mentio alterius Felicis, hujus fratris, quem aliqui intrudunt veluti alium Martyrem.

Sed ne ſola ſacrum caput infula cingeret illi;
Exſtitit & potior geminandæ cauſa coronæ,
Dira profanorum rabies exorta furorum:
Cum pia ſacrilego quateretur Eccleſia bello,
Præcipueque illos populo depoſceret omni
Impietas, quorum pietas inſignior eſſet.
Tunc ſenior ſanctis Nolanam legibus urbem
MAXIMUS [a] e placido formabat Epiſcopus ore,
Presbytero Felice potens, quem mente paterna
Complexus veluti natum, ſediſque fovebat
Heredem: ſubita ſed tempeſtate fugatus,
Non cedente fide, petiit deſerta locorum.
Tunc magis atque magis, quæſito antiſtite, Felix
Claruit oppoſitus gladiis, ſoluſque fidei
Invidia affectus: nec ſpectabatur honore;
Major honore fides, tantum quia cauſa fidei.
Tunc petitur, ſua cum draco lividus excitat arma,
Proruere id cupiens, quo ſurgimus, & cadit ipſe.
Ergo truces pœnas, fugiente antiſtite, ſolus,
Vel primus de plebe, quaſi de corpore vertex,
Complectitur Felix. Hunc omnes vincere certant,
Et quaſi præcelſam obſeſſis in mœnibus arcem
Facta mole petunt, cujus munimine victo,
Cetera jam facili cadat urbs proſtrata ruina:
O digna infidis dementia! creditur uno
Exſtinguenda fides, totus quam credidit orbis.
Heu miſera impietas! infernis cæca tenebris,
Quo ruis? in quem tela moves? an credis in uno
Mortali conſtare Deum? & ſi corpora ſolvas,
Vim ſimul & mentem divinam poſſe aboleri,
Quæ mundi per membra meat, qua naſceris ipſe,
Indignuſque aleris, cujus de numine pendet
Vincere vel vinci, cujus virtute vel unus
Fortior innumeris; pietate armatus inermi,
Armatos ferro, ſed inermes pectora Chriſto,
Proſternit ſuperante fide, quæ conſcia veri
Cæleſtis vitam præſenti morte futuram
Comparat, & victo victricem corpore mentem
Læta Deo referens gaudentibus invehit aſtris.
Quid juvat ergo pium tanta quod mole furoris
Felicem, veſane, petis? manet intus operto
Mens invicta Deo. Nec jam tibi ſola reſiſtit
Terreni natura hominis: Deus ipſe repugnat
Quem petis, atque tuis, ſerpens antique, venenis
Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus:
Teque tuis nectens laqueis, in cæde ſuorum
Sternit, per mortis ſpeciem de morte triumphans.
Sed fera corda ſuus ſtimulis furialibus error
Sanguinea flagrare ſiti, ſanctumque cruorem

*Maximus Nolæ epiſcopus.*

*Fugit perſecutione excitata.*

Urgebat

a Maximi, ſeu Maximiani epiſcopi Nolani feſtum vulgo in Martyrologiis die 15. Januarii recolitur. Celebratur tamen Eccleſia in Nolana die 7. Februarii.

Urgebat, veluti ſceleris depoſcere palmam.
 Ergo ubi ſacrilegos excepit Nola furores,
Intentoſque piis expavit civibus enſes,
Quæritur excuſſa Felix venerandus in urbe.
*Felix quæritur.*
Nec refugit, celſo jam ſpirans ſidera flatu,
Et tacitis acuens ſtimulis in prœlia mentem,
Impavidus trepidum ſervabat paſtor ovile,
Exemplo Domini promtus dare pro grege vitam.
 Ergo alacer ſævos perſtat quaſi murus in hoſtes,
Et canis, florente fide, revireſcit in annis:
Totus in aſtra animo, Chriſti memor, immemor ævi,
Corde Deum geſtans, & plenus pectora Chriſto.
Nec jam ſe capit ipſe: ſacer majorque videri
Sidereumque oculis, & honorem ſulgere vultu.
Ilicet arripitur gaudens; ſæviſque furentum
Protrahitur manibus. ſed qui mos hoſtis iniqui
*Apprehenſus*
Cui potior labor eſt, animas quam corpora noſtra
Perdere; dilatum gladio terroribus ante
Tendat, & in mortem ſurgit gradibus pœnarum.
 Primus ſupplicii dē carcere texitur ordo.
Ferrea junguntur tenebroſis vincula clauſtris;
Stat manibus colloque chalybs, nervoque [y] rigeſcunt
Diducente pedes: ſternuntur fragmina teſtæ,
*Clauditur in carcere, ubi torquetur.*
Arceat ut ſomnum pœnalis acumine lectus.
Nec requie tamen eſt vacuus, nec luminis expers
Confeſſor, cui jam ſociatus in omnia Chriſtus
Compatitur, virides gravior cui pœna coronas
Multiplicat; ſpatiante polum qui mente peragrat,
Seque ipſum, vincto quamvis in corpore, liber
Spiritus antevolat ſummi in penetralia Chriſti,
Præmeditante anima certis ſua præmia votis.
Ergo beata ſacris Felicem paſſio pœnis
Urgebat gravibus vinclis, & carcere cæco:
Quantaſque ex homine induerat caro ſubdita pœnas;
Tantas a Chriſto recipit patientia palmas.
 Maximus interea ſolis in montibus æger,
Contentus fugiſſe manus, feraliaque ora
Carnificum, diverſa at non leviore ferebat
*Maximus Deficiente.*
Martyrium cruce, quam ſi ferro colla dediſſet,
Membraque tormentis, aut ignibus: acrior illum
Cura ſua gregis urit & afficit: uritur igne
Frigoris, & gelido cæli de rore rigeſcit,
Panis inops tectique ſimul, noctemque diemque
Pervigil intenta jungit prece tempus utrumque.
Dumoſa dum ſtratus humo compungitur artus
Sentibus, & mentem curis, intuſque foriſque
Dimicat, & ruris ſpinas in corpore perfert.
Triſtitiæ patitur ſpinas in pectore mæſto:
Duris dura tegens, cruciatu mentis acerbo

Mem-

[y] Quid ſit nervus jam expoſuimus ſupra pagina 55

Membrorum tormenta levat, ſenſumque doloris
Corporei excludit cordis dolor. Attamen ægra
Materies terræ (licet inconcuſſa maneret
Vis animæ, ſpernente fide labentia carnis)
Victa hieme atque fame, duroque attrita cubili,
Deficiente ſuam linquebat corpore mentem.
Altius e vacuis feſſi ſenis hauſta medullis
Frigora pellebant glaciato ſanguine vitam.
Mota Patris ſummi pietas antiſtite tanto,
Non tulit obſcuro conſumi funere corpus,
Quamquam & ut Eliam, ſic iſtum paſcere poſſet, *Deus mittit Felicem.*
Eſciferas volucres jejuna per avia mittens;
Poſſet & ut Moſen ſecreto operire ſepulcro.
Sed ſoli hoc dederat Deus uni munus amico,
Arcana tellure tegi: quia jure decebat
Tantus honos illud corpus, quod comminus ore
Fulſerat, & ſermone Dei, ut mortalia functus
Jura, Deo tantum frueretur teſte ſepulcri.
Ergo ſacerdotem confeſſoremque ſereno
Lumine reſpiciens, tacitis tabeſcere ſilvis,
Non tulit ulterius mitis Pater: & quia digno
Condignum comitem meritis ſociare parabat,
Felicem numero de carceris eligit omni,
Cujus id apponat meritis opus, ut ſenis almi
Membra levet, revocetque animam, revehatque refotum,
Attonitiſque ovibus, cari ſolatia reddat
Paſtoris. Venit ergo micans jam nocte ſilenti
Angelus, & tota vinctorum in plebe reorum
Felicem ſolum, pietas cui ſancta reatum
Fecerat, alloquitur. Fugit atri carceris horror.
Voce ſimul ſacri Felix & luce miniſtri
Excuſſus tremit, & verbum trahit aure fideli.
Ac primum, velut eludentis imagine ſomni
Accipiat mandata Dei, ſtupet anxius: & ſe
Cauſatur non poſſe ſequi, prohibente catena,
Inſuper & clauſtro ſimul & cuſtode teneri
Carceris obſeſſi. Sed vox divina morantem
Increpitans, jubet excuſſis aſſurgere vinclis.
Et ſubito ut molles manibus fluxere catenæ,
Sponte jugo cervix ferrato exuta levatur,
Proſiliuntque pedes laxato caudice nervi.
Mira fides! ſalvis reſerato carcere clauſtris,
Sopito cuſtode, fores interritus exit,
Perque ipſos via fit, per quos via clauditur: ibat
Angelus, & tacitæ per amica ſilentia noctis
Lux & iter Felicis erat. Nonne unus in omni
Chriſtus adeſt ſancto? ſicut viget omnibus idem
Spiritus in Chriſto genitis, ſic ipſa piorum
Gratia concordat. Veterem remeare recenti
Hiſtoria video ſpeciem, qua juſſus abire
Biſſeno ſublimis in agmine diſcipulorum

Petrus

Petrus, ſponte ſua vinclis labentibus, eque
Carcere proceſſit clauſo, qua brevius illum
Act. 12. Angelus, Herodi prædam furatus, agebat.
Sic meus educente Deo, geminata per atra
Carceris & noctis, reliquis obſcura, ſed uni
Illuſtrata ſibi, Felix impune per ipſos
Cuſtodes, conſtante premens veſtigia paſſu,
Callibus ignotis directus, juſſa petebat.
  Et poſtquam emenſos ſecretos avia ſaltus
Rura, locum feſſi Senis invenit; ægra trahentem
Jam tenui cernit mæſtus ſuſpiria flatu.
Et primo ut cari cognovit membra parentis,
Fuſus in amplexum, dat vultibus oſcula notis,
Et tentat gelidis revocare fovendo calorem
Artubus, & crebris adflatibus oris anheli
Reddere viventes tepefacto corpore ſenſus.
Sed neque clamatu eſt, neque pulſu mobile corpus,
Jam ſimile exanimo: modicus tamen ultima vitæ
Flatus, & interoæ prodit trepidatio fibræ,
Anxius intuitu tali pia pectora Felix,
Diſtrahit exſangues artus, & lurida cernens
Ora fame, nec habens quidquam quo rebus egenis
Ferret opem, non igne procul, neque comminus eſca,
Ut dape tabentem recrearet, & igne rigentem.
Quærenti & multa Chriſtum prece convenienti,
Quanam ope, quave via juſſum complere valeret
Servitium, ſubito Omnipotens de ſentibus uvam
Edidit, & capiti juſſit pendere propinquam,
Ut facile attiguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum. Divinitus ergo refectus,
Mente pia oblato lætatur munere Felix;
Decerptumque manu morientis ad ora racemum
Admovet. Et quoniam ſtrictis jam dentibus ille
Et ſentire negat dulces & ſumere victus;
Exprimit humentes acinos, ſuccumque liquentem
Inſtillat, digito diducens arida labra:
Donec & aſpirante Deo conatibus ægris,
Et luctante manu rigidos paulifper hiatus
Laxavit, tenuemque aditum dedit oris aperti,
Quo rorem exiguum reſoluta infunderet uva.
Hinc animæ ſenſus, calor oſſibus, atque oculis lux;
Vitaque tota redit; quæque hæſerat obſita ſiccis
Faucibus, exercet ſolitas jam lingua loquelas,
Poſtquam vocis iter patefecit lubricus humor.
  Ergo reviviſcens, notiſſima comminus ora,
Felicis videt ora ſui, amplexuſque viciſſim,
Conqueritur tardum. Nam te promiſerat, inquit,
Adfore jamdudum Dominus mihi, pars mea Felix,
Præcipuum Felix pignus mihi: quæ rogo tantæ
Aut ubi te tenuere moræ? ſi corpore ceſſi
Ad tempus fragili, ſolido tamen eſſe fidelis

Maximus uva miraculoſa reficitur.

Pectore

Pectore duravi. Doeet & locus, & ſtatus ipſe,
In quo me eernis vitæ iſtius ima trahentem,
Non mortis ſuiſſe metu, Cbriſtoqne meam me
Præpoſuiſſe animam: fugi, non lueis amore,
Sed fragile hoe metuens infirmi eorporis. atqui
Tecta petens, alias vixiſſem tutus in nrbe,
Si mibi vile fides, & eara hæc vita ſuiſſet.
Ignotos montes, deſertaque nuda petivi,
In gremio Domini duleis mea colla reponens,
Ipſo ut defieerem teſte, aut ut paſeerer ipſo.
Nee fruſtra, ecee vides, fuit hæc fidneia nobis:
Adſuit Omnipotens, & te mihi mittere legit,
Per quem dona mihi ſua redderet. Utere fili
Præeeptis pietatis opus mandantibus, & me
Suſeipiens humeris, eommune ad ovile reporta.
Impiger optato gaviſus munere Felix,
Carum onus, ut Chriſti pondus leve, ſumit, & adfert
Tam volueri eurſu, tamquam magis ipſe feratur,
Nee ferat. Et vere Cbriſtus fert ipſe ferentem,
Et pedibus pietate citis Deus addidit alas.
Nocte eadem pariter tot munera pereipit unus,
Et ſimul exſequitur Felix; ſua rumpere juſſus
Vincla, Sacerdotem refieit, revehitque refectum,
Deponitque ſui tutum ſub culmine tecti,
Uniea quod ſervabat anus; tam celſius & iſto
Maximus exſtabat merito Confeſſor, ut illi
Turba domus, ſumma & eenſus, anus una maneret.
Pulſatis foribus Felix bane exeitat: illa
Ad primos paveſacta ſonos, vix nota renoſeit
Alloquia, & dominum tectis aſſumit apertis,
Voee, graduque tremens, quatiente timore ſenectam.
Cui Felix: *Cape depoſitum boc, quod conſcia mecum*
*Sidera noctis & angelicæ, ſub Principe Cbriſto,*
*Me tradente, manus tradunt tibi: ſume fideli*
*Hanc Domini gemmam gremio, quam tempore ſummo*
*Incolumem nobis Domino ſub judice reddas,*
*Quo nunc teſte capis*. Subit iſtis Maximus orſis.
Felieemque ſuum revoeans: Cape tu quoque, dixit,
Muneris, o mi nate, vieem, quam me tibi juſſit
Reddere compoſitum, qui te mibi juſſit adeſſe
Depoſito. Tum deinde ſaeram Felieis amati
Imponit capiti dextram, ſimul omnia Chriſti
Dona petens: velut ille Patrum venerabilis Iſac
Rore poli natum, & terræ benedixit opimo;
Felieem Cbriſto ſic Maximus ore paterno
Ore & apoſtolieo benedieens & loeupletans,
Immareeſſibilis redimivit honore eoronæ,
Perpetuiſqne opibus, quas & modo cernimus, auxit.

*A Felice in urbem deportatur.*

*Poema* XVI. *Natale* V. *novæ edit.*

Tempora temporibus ſubeunt; abit & venit æſtas;
Cuncta dies trudendo diem fugit, & rotat orbem.
Omnia prætereunt: Sanctorum gloria durat
In Chriſto, qui cuncta novat, dum permanet in ſe.
Tandem igitur revoluta dies mihi naſcere, toto
Exoptata dies anno, quæ dulcia feſta,
Et mea vota novas; quæ me ſolemnia poſcis
Munera, natalem referens, quo millia gaudent
Innumeri populi, quo me ſpecialia tangunt

*Natale Felicis celebraturus.*

Gaudia, quo famulæ rata debeo munera linguæ
Felici libare meo, cui mente dicata
In Domino Chriſto ſum deditus: hunc & amoris
Obſequio celebrare per annua carmina ſanctum
Fas mihi. Dicam igitur merita & cauſas meritorum,
E quibus obtinuit cæleſtum præmia laudum,
Æternoſque dies, & magni nomen honoris.
  Jam prior hoc primos vobis liber edidit actus
Martyris, unde domo, vel qui genus, & quibus altus
In ſtudiis; quo deinde gradu per ſancta vocatus
Munia, maluerit Chriſto ſervire perenni,
Quam patrias errare vias per devia mundi.
Nam pater emeritis ſub Cæſare vixerat armis.
Diximus, & tetro toleratas carcere pœnas,
Quas Confeſſor obit, mortem quoque ferre paratus,
Ni Deus anticipans gladios, ſolviſſet iniquis
Emiſſum vinclis, alioſque vocaſſet ad actus.
  Ut prius ad ſacram remearet Epiſcopus aulam
Maximus, in ſolis qui ſaltibus ultima vitæ
Æger anhelabat, graſſante fugatus ab hoſte:

*Superioris Carminis hiſtoriam proſequitur.*

Quem juſſus proprio ſubvexit corpore Felix,
Pauperis & tecti delatum in ſede locavit;
Penſatiſque ſibi, ſancto ſenis ore beati,
Officiis benedictus abit; pauciſque diebus
Delituit proprii tacitus ſub culmine tecti,
Non tacita Dominum cæleſtem mente fatigans,
Quem prece directa, penetrans ſuper aſtra, propinquo
Pulſabat merito, pacem procedere poſcens.
  Interea fluxere dies, pax viſa reverti *.
Deſeruit latebram Felix, tandemque ſereno
Confiſus cælo, lætis ſe reddere lætum
Fratribus, & placidæ committere cœperat urbi.
Gratabantur oves Chriſti, paſtore recepto.
Ille gregem pavidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cæleſtibus, & duce verbo

*Poſt brevem Eccleſiæ pacem.*

Anxia corda regens firmabat amore fidei:
Contemnenda docens & amara & dulcia mundi;

Nec

* Id forte contigit ſub Valeriano, qui initio imperii erga Chriſtianos ſe benignum exhibuit. Vide ſupra pag. 156.

Nec concedendum terroribus; obviaque ipſis
Ignibus aut gladiis promtos ioſerre monebat
Pectora; & ipſe ſuis addebat pondera verbis,
Confeſſor paſſus quæ perpetieoda docebat;
Omnibus eloquio ſimul exemploque magiſter.
  Non tulit hæc malus ille diu; ſed inhorruit atris
Crinibus, & rabidis ioflavit colla veoeois;
Immiſitque ſoum ſcelerata io pectora virus,
Ureret ut oigras Felicis gratia mentes.
Inſeruit ſtimulos, & mentibus arſit iniquis
Vipereæ furor invidiæ; petit improba primam
Ira domum; cunctis amor impius in ſcelus ardet.
Felicem ſitit impietas; ſed ab ædibus abſens
Forte ſuis media ſteterat ſecorus in urbe,
Fraternis de more ſuo vallatus amicis,
Et pia verba ferens populi credentis io aures.
Ecce ad eum ſtrictis quærentes enſibus adſunt;
Cum ſubito, aut illis corda hoſtibus, aut huic ora
Vertuotur, notum oon agnovere ſureotes,
Feliceinque rogaot, Felix obi cernitur, & ooo
Cernitur, ipſe, oec ipſe vir eſt; cum ſic prope, looge eſt.
Igootus notuſque ſuis fit civibus idem,
Diſcerneote fide vultum credentibos, ipſe
Hoſtibus alter erat: perſentit & ipſe faventis
Conſilium Chriſti, ridenſque rogaotibus iofit:
*Neſcio Felicem quem quæritis.* Ilicet illi
Prætereunt ipſum: diſcedit at ille platea,
Illudeote canes Domino fruſtratus hiantes.
Nec longum emenſis ſpatium, & ſciſcitantibus illis,
Qua Felix regione foret; quidam increpat, & dat
Iodicium, ignarus cauſæ, credenſque furore
Dementes qui noo vidiſſent comminus ipſum,
Ad qoem contiguis feciſſent verba loqoelis.
  Perculſi oovitate doli, graviuſque furentes
Mox redeunt, perque ipſa viri veſtigia currunt.
Jamque propinquabant, ſed præcurrente tumultu
Urbis, & attooiti clamoribus undique vulgi
Admonitus Felix, ioſtantia vuloera flexu
Declinat, medioque procul ſe devius auſert.
Namque locum oanctus, ſpatio qui forte patenti
Paoditur effugiom, celebri ſedoctus ab urbe.
Sic quoque non longinquus erat ſectoribus atris,
Qui prope conſpicuo ſubductus ab ore ſequeotum
Ioſeſtos uteumque timens vitaverat enſe,
Et capiendus erat, quia nullius obice clauſtri,
Ille repellendis locus obſiſtebat iniquis.
Nam foribus nullis, in publica roſtra patebat
Semiruti paries maleſidus fragmine muri.
Sed divina maous ſeſe ſanctum inter & hoſtes
Oppoſuit, miroqoe locum munimine ſepſit;
Noo ſtrue ſaxorum, neque ferratis data valvis

*Iterum Felix quæritur.*

*Non agnoſcitur a ſatellitibus.*

Clauſtra, per humanas quibus atria claudimus artes;
Rudere ſed ſubito concrevit ſordidus agger,
Juſſaque nutantes intendit aranea telas,
Et ſinibus tremulis in totum ſtruxit apertum;
Deſertæque dedit faciem ſordere ruinæ.
Quæ ſimul occurrit minitantibus, obſtupuerunt;
Defixoque gradu, ſibimet dixere viciſſim:
Nonne furor tentare aditus, aut credere quemquam
Hac intraſſe hominem, minimi qua ſigna dediſſent
Vermiculi? modicæ rumpunt hæc retia muſcæ,
Nos penetraſſe virum per clauſa putamus inepti,
Et tenerum tanto non ruptum corpore textum?
Ille magis noſtris manibus modo debitus index,
Qui nos in deſerta doloſo callidus aſtu
Induxit, verſumque alio, mentitus in iſto
Felicem latitare ſitu, quo noſtra maligno
Verteret arma dolo, capiti fugientis amicus.
Ergo recedamus. nam ſtare diutius iſtic,
Riſus erit vulgi, demenſque notabitur error,
Scrutatum hac hominis latebras contendere greſſum,
Qua vel mole putri, vel araneolis obductis,
Monſtrat inacceſſos humus incalcata receſſus.
Nec mora, diſcedunt propere in diverſa frementes.
Pſalm. 2. Sed Deus, ut Scriptura canit, veſana minantes
Irridebat eos cæleſti Chriſtus ab arce;
Felicemque ſuum ſacris velaverat alis.
Qui Domini tutus gremio, caudentia tela
Diſcutiebat ovans galea, ſcutoque fidei,
Et gladium verbi confeſſor in ore gerebat,
Armatus pietate manus, & pectora plenus
Caſta Deo, inſignis meriti thorace tegebat.
O multis divina modis ſapientia dives,
Semper ab infirmis confundens fortia mundi!
Vix populos altis defendunt mœnia muris,
Et fretos valido munimine ſæpius hoſtis
Opprimit, adverſiſque expugnat montibus urbes.
Nunc & ab armatis protexit aranea Sanctum
Defenſante Deo: teneris ſtetit hoſtis abactus
Caſſibus, aerio ceſſit vis ferrea filo.
Vana ſalus hominum, virtus mea non mihi virtus,
Si caream virtute Dei. Quo vaſta gigantum
Robora? quo Pharii [a] reges? ubi magna Hierichus?
Omnibus exitio ſua gloria, qua tumuerunt,
Caſſa fuit. Neque vero ſuis virtutibus iſta,
Sed magis infirmis divina potentia fregit.
Ille gigas pueri ſunda Paſtoris obivit,
Ut canis: illam urbem ſonitus ſolvere tubarum;
Littorea jacuit Rex ille ſuperbus arena,

Divitias

a Reges Ægypti, quos vulgo Scriptura Pharaones appellat ab inſula Pharo prope Alexandriam, ubi turrim juſſit conſtrui Ptolemæus Philadelphus, in qua faces accenſæ navigantes dirigebant, unde ejuſmodi ſpeculæ Phari dictæ ſunt. Aliud etymon vide apud Joſeph. lib. 8. Antiquit. cap. 2. Phari vero deſcriptionem habes apud Cæſarem ſub finem lib. 3. de bello civili. Ceterum tria hic celebria afferuntur exempla, Goliæ ſcilicet a Davide occiſi, Pharaonis in mari Rubro demerſi, & Hierichuntinæ urbis tubarum ſono everſæ.

Divitias regni pendens in funere nudo.
Sic ubi Chriſtus adeſt nobis, & aranea muro eſt:
At cui Chriſtus abeſt, & murus aranea fiet.
Digreſſis igitur cum facta ſilentia turbis,
Secretoque fugæ fidas nox alta tenebras
Præbuit: egreditur Felix, mutatque latebram,
Illa canens Domino: *Media ſi mortis in umbra* *Pſalm. 22.*
*Ingrediar, mala non metuam, quoniam tua mecum*
*Dextra, per infernum non expers luminis ibo.*
Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluvium, anguſto brevia inter tecta cubili,
Quo vetus arebat tecto ciſterna profundo. *Latet in ciſterna.*
Propter in attiguis habitabat femina tignis
Sancta Deo mulier, quæ Confeſſoris operti
Neſcia, Felicem Chriſto quaſi conſcia pavit.
Mira canam, ingenium Domini paſcentis alumnum,
Ignara paſcente ſuum. Nunc ſedula panes,
Nunc alias de more ſibi quas coxerat eſcas,
Mentis in exceſſu divino facta paratu
Importabat, eo Felix ubi teſte latebat *Mire a muliere paſcitur.*
Velatus Domino: ſed nec cum tenderet illo
Noverat ingreſſum, nec cum diſcederet inde,
Introitus erat illa ſui memor: utque paratos
Intulerat victus propriis licet illa cibando
Serviret manibus Sancto, tamen inſcia tanti
Muneris, hoc de corde ſuo noviſſe nequibat,
Quod non mente ſua, ſed Chriſti numine agebat:
Proque loco latebræ, & ſtrictæ ſuper ora lacunæ,
Appoſitos ingreſſa cibos linquebat, eoſque
Se poſuiſſe domi credens, ita ſemper abibat,
Ponendæ memor, & poſitæ mox immemor eſcæ.
O mulier benedicta Deo, velut una volucrum,
Quæ quondam mundo abductum pavere Prophetam [10]:
Tu quoque ſecreto paviſti Martyra tecto,
Sicut avis Domino parens, & neſcia Sancti,
Conſcia ſervitii: quid geſſeris, & cui tandem
Servieris, gaudens illo ſub tempore noſces,
Cum Deus ipſe ſuo pro Confeſſore coronam
Juſtitiæ Chriſtus reddet tibi. tunc tua Felix
Ipſe tibi referet ſub Judice prandia Chriſto,
Quæ Deus ad dulces ſacrati Martyris uſus
Tranſtulit, ut quondam coctas meſſoribus eſcas,
Angelica per inane manu pendente Propheta [11]
Miſit jejuno rabida inter monſtra Prophetæ;
Non fera monſtra, fides quia vicerat alma leones,
Sanctaque frenabant avidos jejunia rictus.
Sex illum totos perbibent ex ordine menſes
Expertem cœtus hominum vixiſſe ſub illa *Ibi ſex menſibus deliteſcit.*
Culminis obſcuri ſimul anguſtique latebra,

Nil

10 Eliam. qui corvorum miniſterio paſcitur 3 Reg. 17.
11 Habacuc prophetam, portatus ab Angelo ex Judæa in Babylonem, ubi Daniel erat in lacu leonum. Dan. 14.

Nil opis humanæ indiguum, ſolamine Chriſti
Semper abundantem, qui tempore fertur in illo
Sæpe illum ſermone ſuo dignatus adiſſe:
Sæpe ſua paviſſe manu, cæloque dediſſe
Pocula, non pluvialis aquæ, quam nubila paſſim
Omnibus effundunt, ſed quem ſpecialiter uni
Gratia Felici mittebat ab æthere rorem;
Nam nimiis, ut fit, tunc torrida ſolibus æſtas,
Et puteum quoque ſiccarat, qui parca latenti
Pocula præbuerat. Sed ne ſitis ureret illum
Carnea, qui Chriſtum ſitiendo, ferebat & iſtam
Corporis afflicti pœnam, delata ſereno
Inque globum tenuis nubes collecta, per arctum
Impluvii, dulcem ſitientis in ora liquorem
Infudit, quaſi preſſa manu, cæloque vocandum,
Velleris ætherei ſucco lactante refecit.
Quid mirum, ſi nunc terrena labe ſolutum
Chriſtus alat, poſitum quem in corpore ſanctus alebat
Spiritus; & cui panis erat Verbum Deus ipſe
Cæleſtum panis, quo veſcitur angelus omnis?

*Pace Eccleſiæ reddita.*

Tempus ut hoc abiit, pax reddita condidit enſes,
Felicemque Deus monuit prodire latebra,
Qui dudum placidas mundi clamoribus aures
Struxerat, humanis ducens oblivia rebus.
Ut novus in lucem jam deſperantibus exit,
Et patria tamquam redivivus in urbe videtur.
Et multi dubitant agnoſcere, & ante rogantes:
Vera ne te facies, aiunt, tune ille beatus
Redderis heu tanto nobis poſt tempore Felix?
Qua regione venis? cælo datus an paradiſo,
Redditus in terras habitacula noſtra reviſis?
Ille fidem firmat, coram ſe corpore adeſſe,
Servatum vixiſſe Deo: dat gaudia cunctis,
Laudibus & meritis populo celebratur ab omni.
Functus erat longum perfunctus Epiſcopus ævum,
Maximus, & numerus ductu paſtoris egebat.
Felicis nomen totum balabat ovile,
Quem Confeſſoris redimibat adorea Chriſto;

*In epiſcopum poſtulatur, quod renuit.*

Quemque ſalutiferum ſpondebat lingua magiſtrum,
Vitaque doctrinæ concors. Sed ut hoc quoque palmam
Juſtitiæ ferret, meritum ſublime quieto
Corde premens velut indignus, non audet honore
Creſcere, teſtaturque ſeni mage debita QUINTO [22];
Quod prior ille gradum ſocii meruiſſet honoris
Presbyter: hæc ſeptem diſtabat ſumma diebus [23].
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite vixit
Presbyter, & crevit meritis, qui creſcere ſede
Noluit, ipſe illum tamquam minor omnia Quintus

Obſer-

22 Quintum ſanctum appellat Ughellus in Catalogo Epiſcoporum Nolanorum.

23 Ordinationes itaque, quoties epiſcopo videbatur, fiebant; & quidem in dominicis diebus. Hinc ſeptem dies inter Quinti & Felicis ordinationem interceſſere. De ordinationum temporibus vide Queſnelli notas in epiſt. 22. S. Leonis M. & Mabillonii Comment. prævium in Ordinem Rom. cap 10.

Obſervabat, & os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio, Felix ſermone regebat.
  Multa aliis ſanctum Chriſti virtutibus auxit
Gratia Felicem, nec pace minora ſubegit
Prœlia quam validis Confeſſor geſſerat armis.
Corpoream triſti ſub tempeſtate ſalutem
Spreverat: idem & opum ſimul & contemtor honorum
Secura ſub pace fuit. Non ille tenendi
Securus meriti, ſed cautior ut bona vitæ
Parta tueretur, poſtquam diſcrimina mortis
Vicerat, & ſcopulos inter tranquilla timebat.
  Diximus, ut mortem calcarit, & ambitionem:
Nunc aliam Confeſſoris cognoſcite palmam. *Divitias contemnit.*
Vicit avaritiam. nam prædia multa, domoſque
Divitiis locuples patriis poſſederat heres,
Confeſſor proſcriptus erat, ſed pace reducta;
Et ſua ſi vellet depoſcere jura licebat:
Maluit ille tamen verbum curare Magiſtri:
Cuncta licent, non cuncta juvant, licito utile præfert;
Et quaſi terrenæ contagia ducere labis,
Horruit amiſſos in jura repoſcere fundos.
Multi obtundebant, præ cunctis nomine priſco
Archelais, tam ſancta fide, quam ſtemmate clara,
Dives opum vidua, & ſanctum pietate fideli
Felicem venerans, atque illi cara viciſſim.
Hæc illum juxta meritum venerata colebat,
Utque ferunt, junctum ſibimet pro jure ſodali
Uſurpans animum, crebris pia corda querelis
Sæpe fatigabat, cur debita promtaque reddi
Jura recuſaret, quæ diſpenſare recepta
Mercedis magnæ cum fœnore poſſet egenis.
Plurima de propriis quoque rebus munera ſæpe
Obtulit, ille pio contentus ad omnia ſenſu
Femineam placido ridebat pectore curam,
Cæleſtum ſibimet ſat conſcius ipſe bonorum,
Quæ pro terrenis ſibi compenſata tenebat.
Unde potens, caris inſtantibus hæc referebat:
*Cogitis ut repetam terrena, perennia perdam?*
*Præſtat opes ſalvo deſint, quam vita opulento:*
*Dives egebo Deo. nam Chriſtum pauper habebo.*
*Divitiis inopem ditabit gratia Chriſti.*
  Hunc retinens animum, tria macri jugera ruris,
Nec proprio ſub jure tenens, conducta colonus
Ipſe manu coluit, famulo ſine, pauperis horti
Poſſeſſor: ſed & has de cæſpite dives egeno
In Dominum confudit opes, cum paupere ſemper *[illegible]*
Collectum diviſit olus, cum paupere menſa
Una dies illi curam conſumſit habendi.
Unica veſtis eum, ſæpe & vix unica texit.
Si geminas habuit, nudum meliore refovit.
Sæpe novo miſeros veſtit velamine pannos,

Feliciſ-

Feliciſque habitu pauper mutatus ab atro
Enituit: contra mendici tegmine Felix
Sorduit, exornans inculto corpore mentem.
Hac vivens pietate, Deo maturus, & ævi
Senex obit. Et meriti plenis clauſit ſua ſæcula diebus[14],
Mutavitque piæ, non clauſit, ſæcula vitæ.

14 Ejus ſepulcrum deſcribit Paulinus Natale VI. verſ. 115. & ſeqq.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium Sancti MARINI militis.

I. EX hujus beati viri martyrio patet, quam parum tuta fuerit, quamdiu Principes ethnici Romanum imperium tenuere, Chriſtianorum vita. Hic enim glorioſus Miles, pace Eccleſiæ Imperatoris edictis confirmata, in præcipua provinciæ civitate, ſine ullo gentilium ſacerdotum aut populorum tumultu, a judice ordinario, ob ſolam Chriſtiani nominis confeſſionem capite plexus eſt. *Marinus data pace Eccleſiæ occiſus.* Id autem circa annum CCLXII contigiſſe exiſtimamus, quod, teſte Euſebio, nonniſi poſt ſedatam a Gallieno imperatore perſecutionem beatus iſte Martyr paſſus fuerit. Ejus memoriam vulgata Latinorum Martyrologia die 3. menſis Martii recolunt. Ejuſdem vero & ſancti Pantaleonis ſacrarum reliquiarum partem Conſtantinopoli ſuo tempore aſſervatam fuiſſe, ſcribit ſanctus Joannes Damaſcenus oratione 3. de Imaginibus, in oratorio ſcilicet quod *Concordia* vocabatur, *quoniam illuc Epiſcopi centum & quinquaginta, imperatore Theodoſio Magno regnante, concordes in eam ſententiam convenerunt, ut divinæ Trinitati eamdem eſſentiam conſtituerint, & Dominum ex Virgine humanam aſſumſiſſe carnem declaraverint.* Quæ quidem verba deſumpta ſunt ex Theodor. hiſt. eccleſ. libro 4. ut ex ejus fragmento patet, quod a Valeſio editum eſt. Beati Pantaleonis Eccleſiam vetuſtate labentem reſtituiſſe dicitur Juſtinianus apud Procopium libro 1. de ædificiis. qui auctor alterius item ſub ejuſdem Martyris nomine in Palæſtina ſtructæ meminit lib. 5. Sed jam Euſebium audiamus de beati Marini paſſione, quam ab iis ipſis, qui rebus geſtis præſentes fuerant, accepiſſe potuit.

Anno Christi circ. 262.

## MARTYRIUM

### Sancti MARINI militis.

*Ex Euſeb. Hiſt. Eccleſ. edit. Valeſ. lib. 7. cap. 15.*

I. INterea pace cunctis ubique eccleſiis reddita apud Cæſaream Palæſtinæ, MARINUS quidam, militari [1] dignitate decoratus, ad hæc ſplendore generis atque opibus clarus, ob confeſſionem Chriſti capite truncatus eſt, hac de cauſa. Honor quidem eſt vitis [2] apud Romanos, quam qui adepti ſunt, Centuriones dicuntur. Hic locus cum vacaret, Marinus ordine gradus ſui ad eam promotionem vocabatur. *Marinus Chriſt. ſuus confitetur.* Verum cum honore illo jamjam potiturus eſſet: quidam ad tribunal accedens, Marinum accuſare cœpit, aſſerens illi quidem, utpote Chriſtiano homini, & Imperatoribus ſacrificare [3] renuenti, Romanam dignitatem capeſſere legibus non licere: ſibi vero gradum illum competere. Ea re commotus judex Achæus nomine, primum quidem Marinum interrogavit, cujuſnam ſententiæ. Cognito deinde quod Chriſtianum

1 Ex militia ſcilicet cohortali, id eſt qui judicibus ordinariis ſerviebant. nam alias miles Caſtrenſis coram judice ordinario cauſam non dixiſſet, ſed coram Duce, aut Legato Cæſaris, ut hic obſervat Valeſius.

2 Putat Caſaubonus in notis ad Spartianum pag. 43. vitem inſigne fuiſſe, quo qui fruebantur proximum locum vacantem centurionatus eſſent adepturi. At certum eſt, ut Salmaſius obſervat, vitem ipſorummet Centurionum inſigne fuiſſe. Vide infra Acta S. Marcelli Centurionis, & Baronium ad annum 298. num. 3. ubi plura habet de Centurionum vite.

3 Lampridius notat, Commodum voluiſſe ut ſibi tamquam Deo immolaretur. Id poſtea in morem tranſiit.

num ſe eſſe conſtantiſſime profiteretur, trium horarum ſpatium ad deliberandum ei conceſſit.

II. Proinde cum ex prætorio egreſſus eſſet, THEOTECNUS [4] civitatis epiſcopus ad illum accedens, & ſermocinando eum longius abſtrahens, prehenſa manu ad eccleſiam perducit. Cumque interius ad ipſum altare eum ſtatuiſſet; reducta tantiſper ejus chlamyde, gladium illi quo præcinctus erat oſtendens, mox ſacrorum Evangeliorum codicem ex adverſo locat, jubens ut ex duobus utrum mallet eligeret. Marinus nihil cunctatus, protenſa dextra codicem cum apprehendiſſet; his eum verbis Theotecnus compellavit: *Adhære igitur, adhære Deo, ejuſque virtute roboratus, conſequere quod elegiſti, vade in pace.* Poſt hæc regredientem illum ab eccleſia, præco pro foribus prætorii evocare cœpit. Jam enim præſtitutum tempus effluxerat. Admotus igitur tribunali, cum majorem quam antea alacritatem fidei oſtendiſſet, ſtatim inde, ita ut erat ad ſupplicium abductus martyrio coronatus eſt. *Martyrio coronatur.*

III. Tunc & ASTURIUS, ob religioſam fiduciam ac libertatem, celeberrimum nomen eſt conſecutus: vir ex Romanæ urbis Senatoribus, Imperatoribus unice carus: & cum ob ſplendorem generis, tum propter divitias omnibus notus. qui cum ſupradicti Martyris ſupplicio intereſſet, humeris ſuis impoſitum cadaver, candida ac pretioſa amictus veſte bajulavit: & magnifico cultu ornatum decenti tradidit ſepulturæ [5]. De hoc viro innumera quoque alia referuntur ab ejuſdem familiaribus, qui ad noſtram uſque ætatem ſupervixerunt. *Aſturii egregium facinus.*

4 Is interfuit Concilio adverſus Paulum Samoſatenum Antiochiæ epiſcopum, ex eodem Euſebio lib. 7. cap. 30.

5 Rufinus lib. 7. Hiſt. cap. 13. addit de Aſturio, *honorem quem Martyri detulit, continuo ipſum Martyrem aſſecutum eſſe*. Nihil de ipſius martyrio habet Euſebius, ſed miraculum inſigne ab eo patratum refert cap. ſequenti. Sub *Martyris* tamen titulo celebratur a Græcis die 7. Augusti. Latini vero eum ſimul cum Marino conjungunt die 3. Martii, eundemque vulgo *Aſterium* appellant.

# DE SANCTO MAMANTE

## Martyre Cæſareæ in Cappadocia.

*Anno Christi circ. 274.*

I. CUm antiquiora monumenta de ſanctis Martyribus quæramus, quam ea quæ a Simeone Metaphraſte aliiſque mediæ ætatis auctoribus ex proprio marte referuntur; ſæpius contingit, ut de celeberrimis Martyribus pauca quandoque ſuperſint, quæ a nobis proferantur. Id de Mamante martyre dici poteſt, cujus ſi nominis celebritatem ſpectes, nullus fere inter Græcos Martyres illuſtrior: ſi geſta inveſtigare volueris, vix aliquis obſcurior reperietur. Utrumque ex his quæ ſancti Patres Baſilius & Gregorius Nazianzenus de eo ſcripſere, patebit. En Gregorii verba Oratione 43. quæ *de nova Dominica, de Vere & de ſancto Mamante* inſcribitur. *Nunc Martyres ſub dio populum retinent ac pompam agunt.....quo e numero unus quoque eſt meus ille laureatus (meus enim, etſi non apud me, faceſſat invidia, ſcientibus loquor) Mamas ille inſignis & paſtor & martyr, qui prius quidem cervas mulgebat, ad ſanctum virum novo & inuſitato lacte alendum certatim properantes; nunc autem metropolis plebem paſcit, hodieque multis hominum millibus undecumque accurrentibus ver innovat, tum ob virtutis pulcritudines, varium & paſtoribus dignum, tum ob ſermones triumphales.* Eadem fere habet, quamquam aliis verbis, ſanctus Baſilius tomo 1. homil. 26. *de martyre Mamante*, quem laudat his verbis. *Hic Martyr non accepit aliunde quem habet ſplendorem, ſed ipſe per vitæ converſationem gloriæ faculam accendit. A Mamante reliqui, non ab aliis Mamas gloriam habet.... Celebremus virum non alieno, ſed proprio ornamento decoratum .... Ad Martyris memoriam & tota regio mota eſt, & ad illius feſtum diem urbs univerſa immutata geſtit.... Vides honorem conſtare ex virtute, non ex divitiis.... Si quiſquam igitur paſtoris memor eſt, ne admiretur divitias. Convenimus enim, non ut divitem laudemus, ne divitem admiratus domum abeas: ſed ut paupertatem cum pietate conjunctam extollamus. Paſtorem eſſe nihil habet magnificum, nihil quod ſapientiæ & induſtriæ referat exercitium.* *Mamantis vita.*

II. Hæc illi de beati Mamantis vita. ex quibus nihil aliud diſcimus, quam ipſum agreſtem paſtorem fuiſſe, & inter Martyres celeberrimum. Sed quantis miraculis ejus *Miracula ad ejus ſepulcrum*

ſepul-

ſepulcrum illuſtratum fuerit, ſi lubet, ex ejuſdem Baſilii verbis audiamus. *Memores*, inquit, *eſtote Martyris, quotquot illo per ſomnia potiti eſtis, quotquot in hoc loco conſtituti adjutorem ipſam ad precandum habuiſtis, quibuſcumque ex nomine advocatus ipſis adfuit operibus, quotquot aberrantes ad viam reduxit, quoſcumque ſanitati reſtituit, quibuſcumque filios jam mortuos ad vitam reductos reddidit, quotquot vitæ terminos prorogavit. Collectis in unum his omnibus ex communi ſymbolo, Martyri encomium conſtruite. Conferte inter vos mutuo quæ quiſque novit.... Iſta namque demum ſunt Martyris encomia, ſpiritalium chariſmatum divitiæ.*

III. At præ ceteris hujus ſancti miraculis celeberrimum illud eſt, quod poſt Sozomenum varii auctores Græci commemorant, Gallum nempe & Iulianum, imperatoris Conſtantini ex fratre nepotes,
Baſilica ipſi dicata. Lectores ordinatos in ſancti Mamantis martyris honorem templum conſtruere molitos fuiſſe, ſed eam partem quam Julianus ſuſceperat, numquam ſtare potuiſſe. Hanc hiſtoriam, prout ipſam a viris fide dignis acceperat, refert Sozomenus lib. 5. Hiſt. eccleſ. cap. 2. his verbis. *Eo tempore ajunt illos ſepulcrum Mamæ martyris ampliſſima baſilica circumdare ſtudentes, opus inter ſe partitos eſſe. Dumque alter alterum magnificentia & cultu ſuperare contenderet, rem admirabilem prorſuſque incredibilem accidiſſe, niſi multi noſtra adhuc ætate ſupereſſent, qui rem ipſam ab iis, qui eam viderant, acceperunt. Nam pars quidem operis, quæ Gallo obvenerat, attollebatur, & ex animi procedebat ſententia. Ex operibus autem Juliani, alia corruebant, alia ex fundamentis ſurſum propellebantur, alia ne ſolo quidem cohærere ab initio ſuſtinebant, non ſecus ac ſi contraria quadam vi deorſum obſiſtente retruderentur. Et omnibus quidem ea res prodigio ſimilis viſa eſt: multi vero quid portenderet ex eventu judicaverunt*; cum nempe ipſe Julianus imperium adeptus Chriſtiana religione ejurata paganiſmum amplexus eſt, ob id merito *Julianus apoſtata* appellatus. Eamdem hiſtoriam narrat Gregorius Nazianzenus oratione 3. adverſus Julianum, quamvis ſancti Martyris nomen non exprimat. Porro dubitat clariſſimus vir Carolus Cangius lib. 4. Conſtantinopolis Chriſtianæ ſect. 15. num. 25. an iſtud templum ſancti Mamantis Cæſareæ fuerit, an Conſtantinopoli, remque ab auctoribus in ambiguo relictam dicit. Sed ad Sozomeni verba non attendit vir eruditus, quem auctorem re ipſa non laudat. Rem enim ſufficienter declaravit Sozomenus, referendo Gallum & Julianum *ſepulcrum Mamæ martyris ampliſſima baſilica circumdare* voluiſſe, quandoquidem Mamantis ſepulcrum apud Cæſaream exſtitiſſe nemo poteſt inficiari.
Certum eſt tamen celebrem apud Conſtantinopolitanos fuiſſe Mamantis memoriam, Alia celebris CP. apud quos ſub hujus ſancti Martyris nomine palatium, monaſterium, portus & eccleſia exſtabant. De his videnda clariſſimi Cangii Conſtantinopolis chriſtiana loco jam laudato, ſect. 12. num. 3. Vigiliam habebat beati Mamantis celebritas; ut ex ſancti Danielis Stylitæ Actis paret.

IV. Antiquus etiam eſt in noſtra Gallia Et in Gallia. ſancti Mamantis cultus, in qua ſub *Mammetis* nomine, ſicut & apud alios Latinos, ut plurimum celebratur. Sub hujus ſancti Martyris nomine Deo dicata eſt eccleſia cathedralis Lingonenſis ſub metropoli Lugdunenſi, quem Martyrem iſta civitas cum tota diœceſi ampliſſima veluti ſpecialem patronum agnoſcit & veneratur. Exſtat in bibliotheca Floriacenſi, quam Johannes a Boſco Cæleſtinus in lucem edidit, *de Vita, agone & triumpho ſancti Mamantis martyris liber unicus*, a Reynaldo Lingonenſi epiſcopo compoſitus; ſed in hoc libro nihil aliud habetur quam ejuſdem Martyris vita, prout a Symeone Metaphraſte edita eſt. At huic Reinaldi opuſculo alius libellus conjungitur *de tranſlationibus reliquiarum ſancti Mamantis martyris in Gallias*, ab Anonymo eccleſiæ Lingonenſis canonico conſcriptus, in quo aliquot ejus miracula referuntur. Hunc poſteriorem libellum cum Vita quam Metaphraſtes concinnavit, Surius ad diem 17. Auguſti refert, quos auctores adeant qui plura cupiunt. Aliam ſancti Mammetis reliquiarum tranſlationem refert Baudonivia ſanctimonialis in vita ſanctæ Radegundis Francorum reginæ num. 15. in tomo 1. Actorum SS. Ordinis noſtri Benedictini. Ibi enim beata Radegundis digitum unum ſancti Mammetis martyris a Patriarcha Jeroſolymitano obtinuiſſe dicitur. at eo loci, *Jeroſolymæ domni Mammetis martyris ſancta membra requieſcere* dicuntur, quod de noſtro Mamante vix intelligi poteſt. Pæne omiſeram ſancti *Mammæ* Martyris eccleſiam exſtitiſſe prope urbem Vapnicum in Delfinatu hodierno, quæ memoratur in Vita ſancti Aregii ejuſdem civitatis Epiſcopi ſcripta initio ſæculi ſeptimi, apud Bolland. tomo 1. Maji. Denique Mamantem noſtrum Cæſarienſem fuiſſe etiam in Germania celebrem, facile colligi poteſt ex poemate & hymno in ejus honorem a Walafrido Strabone editis. Habentur tomo 6. antiq. lectionum Caniſii.

V. Sancti Mamantis mortem ad annum Tempus mortis. circiter CCLXXIV. cum vulgatis actoribus

bus referimus, donec ab aliquo certiora proferantur monumenta, quæ aliud nobis perſuadeant. Conſentiunt antiqua Martyrologia Adonis, Uſuardi, Rabani & Notkeri &c. in quibus ſancti Mamantis, aut prout loquuntur, Mammatis ſive Mametis, ut jam monuimus, martyrium ſub imperatore Aureliano contigiſſe refertur ad diem 17. menſis Auguſti qua quidem die cum Floro aliiſque Latinis hujus ſancti Martyris feſtivitatem recolunt, quæ tamen apud Græcos in Menæis excuſis, & apud Maximum Cythereenſem die 2. Septembris celebratur. Iſtis favet Chronicon Alexandrinum, ſeu, ut ipſum melius appellat eruditus Cangius in nova editione, Chronicon Paſchale ad annum 465. ubi *dies Septembris* 2. *ſancto Mamanti ſacer* dicitur. Innuere tamen videtur Gregorius Nazianzenus in loco ſuperius numero 1. a nobis laudato, hujus Martyris feſtivitatem in Cappadocia verno tempore celebratam fuiſſe. Sed ejuſmodi celebritates ob translationes aliaſque ſimiles occaſiones variis in locis, variis diebus recolebantur. Tandem hic Mamas, de quo agimus, diſtinguendus eſt ab alio Mamante martyre, quem cum Baſiliſco itidem martyre Græci die 29. Julii recolunt. De iſtorum eccleſia apud Conſtantinopolim erecta, agitur in C.P. Chriſtiana Cangii lib. 4. ſect. 6. num. 60. *Alius S. Mamas.*

*ADMONITIO*

## In Acta Sanctorum CLAUDII, ASTERII, & ceterorum Martyrum.

1. SUb Lyſia Præſide Lyciæ multos Chriſtianos martyrium conſummaſſe tradunt tabulæ eccleſiaſticæ: quos inter celebres ſunt Claudius, Aſterius eorumque ſocii, quorum Acta proconſularia integra atque germana a Surio ad diem 23. menſis Auguſti, & a Baronio ad annum 285. ex tribus codd. mſſ. edita ſunt. Eadem in quatuor codd. mſſ. invenimus, quorum unus ex noſtra ſancti Germani bibliotheca annorum eſt circiter 700. alter vero monaſterii Corbeienſis ad annos 400. accedit. tertius eſt inſignis bibliothecæ S. Genoveſæ Pariſienſis, ac quartus RR. PP. Carmelitarum excalceatorum conventus Pariſienſis, qui duo paullo antiquiores videntur. In his autem eadem omnino quæ apud Surium a Baronium habentur, ſed diverſæ, & quidem, ut exiſtimo, antiquioris verſionis: quam idcirco, & quod nondum in lucem prodierit, alteri prætulimus. Si quid tamen in aliis notatu dignum ſit, ſuo loco adnotabimus.

2. De die vel anno quo iſti Martyres paſſi ſunt, nulla poteſt eſſe difficultas, cum utrumque in Actis expreſſum ſit. Annus Diocletiani Auguſti & Ariſtobuli conſulatus deſignatur CCLXXXV. Dies vero diſerte exprimitur, ſcilicet decimus Kalendarum Septembris, quo die eorum memoria in Martyrologiis vulgatis celebratur.

# ACTA

## Sanctorum Martyrum CLAUDII, ASTERII, & aliorum.

Anno Christi 285.

*Ex quatuor codd. mſſ.*

*Lyſias in Chriſtianos inquirit.*

I. LYſias [a] Præſes provinciæ Lyciæ in civitate Ægea, ſedens pro tribunali dixit: Offerantur decretioni [b] meæ Chriſtiani qui traditi ſunt curialibus hujus civitatis ab Officio. Commentarienſis Euthalius [c] dixit: Secundum præceptum

[a] In altera verſione præmittuntur hæc verba: *Delati ſunt ad Judicem a notario Claudius, Aſterius, & Neon, quod eſſent Chriſtiani, deos injuria afficientes: atque etiam Domnina & Theonilla ejuſdem criminis reæ ſunt conflictatæ, omneſque vincti in carcerem truſi ſunt, uſque ad adventum proconſulis Lyſiæ. Cum autem Proconſul circumiret provinciam, factum eſt ut perveniret Ægeam: ubi ſedens &c.* In edit. Lyſias Proconſul dicitur, in mſſ. vero Præſes. Eſt autem Ægea urbs epiſcopalis Ciliciæ ſub archiepiſcopo Anazarbenſi. Hinc Cilicia pro Lycia reponendum eſt. Ex hoc tamen loco præfectis hujus verſionis antiquitas probari poteſt. nam Uſuardus & Rabanus in Martyrologiis habent: *In provincia Lycia civitate Ægea* &c. At in Actis Surianis aut Baronianis nihil de Lycia aut Cilicia habetur.

[b] Cod. Genovef. *præſentiæ meæ*.

[c] Sic appellatur in mſſ. In editis autem *Eulalius*. Porro Commentarienſes ii erant, quibus reorum cura committebatur. Sic dicti, quod reorum nomina commentariis inſcriberent. De his Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 27. Martii. Alio nomine dicebantur *Clavicularii* & *carcerum cuſtodes*, imo & a nonnullis *Cornicularii* ab commentario. Baronius etiam de iſtis agit ad diem 21. Auguſti. Conſule Gloſſar. Cangianum.

ceptum tuum, domine, quos potuerunt Chriſtianos comprehendere curiales iſtius civitatis, offerunt tres pueros fratres, & duas mulieres cum infantulo. Ex his unus ante conſpectum claritatis tuæ adſtat. Quid de eo præcipit nobilitas tua? Lyſias Præſes dixit: Quis di-
*Claudii confeſſio.* ceris? Reſpondit: CLAUDIUS. Lyſias præſes dixit: Noli juventutem tuam cum inſania perdere. Sed jam nunc accedens, ſacrifica diis, ſecundum præceptum domini noſtri Auguſti, ut poſſis quæ tibi præparata ſunt evadere tormenta. Claudius dixit: *Deus meus talia ſacrificia opus non habet, ſed eleemoſynas & converſationes juſtas. Dii enim veſtri dæmones immundi ſunt. ideo hujuſmodi ſacrificiis delectantur, perdentes animas in æternum, has dumtaxat quæ eos colunt. unde in nullo perſuades mihi ut eos colam.* Tunc Lyſias præſes ad virgas eum aptari præcepit, dicens: Alio genere ejus inſaniam non vincam. Claudius dixit: *Etſi graviora tormenta adhibeas, in nullo me lædis; animæ vero tuæ provides æterna tormenta.* Lyſias præſes dixit: Domini noſtri Imperatores juſſerunt Chriſtianos vos [4] ſacrificare diis, contradicentes puniri; cedentibus autem honores & munera polliceri. Claudius dixit: *Munera eorum temporalia ſunt; confeſſio vero Chriſti æ-*
*Multa tormenta perpetit.* *terna eſt ſalus.* Tunc Lyſias præſes in equuleo eum ſuſpendi juſſit, & flammam pedibus ejus adhiberi; ſed & de calcaneis ejus partes abſcindi, & offerre ei [5]. Claudius dixit: *Qui Deum timent, nec igne nec tormentis poſſunt lædi. Magis enim proderit eis in ſalutem æternam: quia propter Chriſtum hæc patiuntur.* Tunc Lyſias præſes ungulis eum vexari præcepit. Claudius dixit: *Meum propoſitum hoc eſt, ut oſtendam tibi quia dæmones defendis. Tormentis enim me non poteris nocere; animæ autem tuæ ignem inexſtinguibilem providiſti.* Lyſias præſes dixit: Accipientes teſtam aſperrimam, lateribus ejus incumbite, & candelas ardentes eidem applicate. Cumque factum fuiſſet, Claudius dixit: *Mihi ignis & tormenta tua ſalvam facient animam: quoniam quæ patior propter Deum lucrum habeo magnum, & pro Chriſto mori divitias multas.* Lyſias autem iratus de equuleo eum deponi, & in cuſtodiam dari præcepit [6].

II. Euthalius commentarienſis dixit: Secundum præceptum poteſtatis tuæ, domine Præſes, adſtat ASTERIUS fra- *Aſterius ſiſtitur.*
ter ſecundus. Lyſias præſes dixit: Crede vel tu, & ſacrifica diis, ante oculos tuos habens tormenta quæ contradicentibus ſunt parata. Aſterius dixit: *Deus* *Chriſtus Deus.*
*unus eſt, qui eſt venturus ſolus, in cælo habitans, & humilia reſpiciens in magna virtute ſua. Ut hunc colerem & diligerem [7] a parentibus mihi eſt traditum. Hos autem quos tu colis, qui a te dii eſſe dicuntur, neſcio. Perditio virorum omnium veſtrorum qui tibi conſentiunt, adinventio iſta eſt, non veritas.* Tunc Lyſias in equuleo eum ſuſpendi præcepit, dicens: Torquentes latera ejus, di- *Et torquetur.*
cite illi: Vel nunc credens, diis ſacrifica. Aſterius dixit: *Frater ſum illius qui paullo ante interrogationibus tuis reſpondit. Mihi & illi unus eſt animus, una confeſſio. Age quæ potes. Meum corpus in poteſtate habes, animam non habes.* Lyſias dixit: Apprehendite ferreos morſus, & colligate pedes ejus, & fortiter torquete eum, ut ſentiat & corporis & animæ cruciatus. Aſterius dixit: *Stulte, inſane, quam ob cauſam me tormentis affligis? Non habes ante oculos quæ tibi pro his redditurus eſt Dominus?* Lyſias dixit: Carbones ignis ſubſternite pedibus ejus: virgis autem & duriſſimis nervis dorſum ejus & ventrem contundite *. Cumque factum * *al. concidite.*
fuiſſet, Aſterius dixit: *Cæcus es in omnibus. Hoc autem a te peto, ut nullam partem corporis ſine plaga dimittas inlæſam.* Lyſias dixit: Cuſtodiatur cum ceteris [8].

III. Eu-

4 Codd. Corb. & Germ. ut *Chriſtiani ſacrificarent.*
5 Ut ſcilicet Martyr eas in ignem conjiciendo aliquatenus ſacrificaret, ipſas pro thure adhibendo.
6 Edit. *Lyſias dixit: Deponite, & in carcerem ducite, & alium adhibete.*
7 Cod. Genov. *Et hunc colere & diligere.*
8 In edit. additur, *& adducite tertium.*

*Neon tertius frater pariter Chriſtum confitetur.*

III. Euthalius commentarienſis dixit: Adſtat frater ipſorum tertius, nomine NEON. Lyſias dixit: Fili, vel tu accede, & ſacrifica diis evaſurus tormenta. Neon dixit: *Dii tui ſi quid virtutis habent, defendant ſe ipſos ab his qui eos negant, & tuam defenſionem non requirant. Si vero malitiæ eorum es ſocius, multo melior ſum diis tuis, & te, quia vobis non obaudio, habens Deum verum qui fecit cælum & terram.* Lyſias præſes dixit: Frangentes cervicem ejus, dicite illi: Noli deos blaſphemare. Neon dixit: *Blaſphemus tibi eſſe videor dicens veritatem?* Lyſias dixit: Pedibus eum extendite, & carbones mittite ſuper ipſum, & nervis dorſum ejus concidite. Cumque factum fuiſſet, Neon dixit: *Quod mihi utile eſſe ſcio & animæ meæ lucrum, id faciam. Non poſſum propoſitum meum mutare.* Lyſias dixit [9]: Sub cura Euthalii commentarienſis & Archelai ſpiculatoris, foras civitatem tres hii fratres, ut digni ſunt, crucifigantur, ut aves corpora eorum lacerent.

*Tres ſimul cruci damnantur.*

IV. Euthalius commentarienſis dixit: Secundum præceptum claritatis tuæ, domine, adſtat DOMNINA [10]. Lyſias dixit: Vides, mulier, quæ tormenta & ignis parentur tibi. Unde ſi vis evadere, accede, & ſacrifica diis. Domnina dixit: *Ne in ignem æternum incidam & tormenta perpetua, Deum colo, & Chriſtum ejus qui fecit cælum & terram, & univerſa quæ in eis ſunt. Nam dii veſtri lapidei ſunt & lignei, facti hominum manibus.* Lyſias dixit: Seponite veſtimenta [11] ejus, nudam eam extendite, & omnia membra ejus virgis concidite. Archelaus ſpiculator dixit: Per ſublimitatem tuam, Domnina jam defecit. Lyſias præſes dixit: Corpus ejus projicite in profundum locum fluminis.

*Chriſtus Deus Creator.*

*Domnina in tormentis moritur.*

V. Euthalius commentarienſis dixit: Adſtat THEONILLA. Lyſias præſes dixit: Vides, mulier, ejuſmodi ignis, vel quæ tormenta his præparentur qui auſi fuerunt contradicere. Qua de te accedens honora deos, & ſacrifica, ut poſſis evadere tormenta. Theonilla dixit: *Ego ignem æternum timeo, qui poteſt corpus & animam perdere, & horum quam maxime qui impie reliquerunt Deum, & adoraverunt idola & dæmonia.* Lyſias dixit: Alapis tundite faciem ejus, & projicite eam in terram, ligantes pedes ejus, & torquete fortiter. Cumque factum fuiſſet, Theonilla dixit: *Si tibi bonum videtur, ut ingenuam mulierem & peregrinam ſic torqueas, tu ſcis. Videt Deus quid agis.* Lyſias dixit: Suſpenſam capillis, faciem ejus alapis cædite. Theonilla dixit: *Non ſufficit quia me nudam ſtatuiſti? Non autem me ſolam, ſed & matrem tuam & uxorem confuſionem induiſti per me. Omnes enim mulieres unius naturæ ſumus* [12]. Lyſias dixit: Habes virum, aut vidua es? Theonilla dixit: *In hodiernum diem XXIII. annos habeo, ex quo ſum vidua; & propter Deum meum ſic manſi, jejunans & pervigilans in orationibus ex quo receſſi ab immundis idolis* [13], *& cognovi Deum meum.* Lyſias dixit: Novacula acuta radite caput ejus, ut vel ſic erubeſcat: & cingite eam rubo campeſtri, & extendite per quatuor palos, & loro non ſolum dorſum, ſed & totum corpus ejus concidite. Carbones etiam ventri ejus ſupermittite [14]; & ſic moriatur. Euthalius commentarienſis & Archelaus ſpiculator dixerunt: Domine, jam animam dimiſit. Lyſias dixit: Date ſaccum, & corpus ejus in eum mittite, & ligate fortiter, & projiciatur in mare [15]. Euthalius commentarienſis & Archelaus ſpiculator dixerunt: Secundum præceptum emi-

*Item Theonilla poſt graves cruciatus.*

9 Apud Surium & Baronium, *Lyſias introgreſſus, obduxit velum, & poſt eninus ex tabella recitavit ſententiam, dicens: Claudius, Aſterius, Neon fratres Chriſtiani, deos blaſphemantes, & ſacrificare renuentes, ante civitatem cruci affigantur; & corpora eorum avibus lacerandа relinquantur. Et ſubjecit: Curent hæc Claudius commentarienſis, & Archelaus ſpiculator. Antequam autem ducerentur, recepti ſunt in cuſtodiam.* De velorum obductione antequam ferretur ſententia, vide Baſil. M. epiſt. 97. ad Euſtathium, & Baron. ad ann. 285. num 9.

10 Surius & Baronius hanc *Domninam* appellant. Rabanus in Martyrologio, et in noſtris Actis, *Domninam*.

11 Cod. Genov. *Depoſitis veſtimentis*.

12 Sic cod. Genov. Alii, *unum corpus habemus, quamvis & in ipſo adverſas*.

13 Sic Genov. Alii, *immunditiis*.

14 Gen. *ſubmittite*.

15 Edit. *aquas*.

eminentiæ tuæ, domine, ut juſſiſti circa Chriſtianorum corpora, ſic factum eſt.

VI. Habita [14] eſt paſſio hæc in civitate Ægea, ſub Lyſia præſide, X. Kalendas Septembris, Auguſto, & Ariſtobolo conſulibus: de quibus ſanctorum paſſionibus eſt Deo honor & gloria.

14 Hæc deſunt in codd. Genov. & Corb.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem Sancti GENESII mimi.

*Geneſius gratia portentum.*

1. HAbemus io Geneſio inſigne gratiæ Chriſti virtutis argumentum, ex quo oempe diſcimus, quam iocomprehenſibilia ſint judicia Dei, & imperveſtigabiles viæ ejus. Multos quippe alios vidimus, poſt præclaras confeſſiones, immaoiaque tormeota ſuperata, in ipſo pæne mortis articnlo deſeciſſe, ac miſere periiſſe: hunc autem oostræ religionis ſacrameota irridentem miramur tali gratia donatum, ut baptiſmate ſuſcepto, non ſolum tormenta graviora, ſed ipſam etiam mortem pro Chriſti nominis confeſſione ilico ſuperarit, quod paullo ante ludibrio habebat.

*Ejus Acta & memoria.*

2. Hujus beati Martyris Acta io pluribus quidem codicibus mſſ. invenimus, ſed io quinque ſolummodo pura & ſincera, quæ fere iotegra Ado in ſuo Martyrologio deſcripſit. Quinque autem codd. quibus uſi ſumus, primus eſt bibliothecæ Colbertinæ: ſecundus ex bibliotheca R R. P P. Carmelitarum excalceatorum Pariſienſium: tertius Archicœnobii Ciſtercienſis, quartus Illuſtriſſ. Boueherii Præſidis infulati Divione, & quintus denique noſtræ bibliothecæ ſancti Germani, dono datus a viro clariſſimo Antonio Herovallio. Sancti Geneſii mortem ad annum CCCIII. refert Cardinalis Baronius: ſed quamvis non omino certum ſit & exploratum, quo anno contigerit, eam tameo citius accidiſſe veri ſimilius videtur. Ejus ſeſtum io Africana Eccleſia celebratum fuiſſe patet ex vetuſtiſſimo Kalendariu Carthaginienſi ſæpius laudato, in quo ſic deſignatur .... *Kal. Sept. ſancti Geneſii mimi*. Cetera Martyrologia die 25. menſis Auguſti ipſius memoriam recoluot.

*Gelaſinus mimus martyr.*

3. Porro idem fere quod Romæ Geneſio, in Heliopolitanorum urbe Libanienſi GELASIO ſeu GELASINO contigit, ut refertur io Chronico Paſchali ad annum 13. Diocletiani imperatoris. Is quippe ſecundus mimus (ſic enim in Chronico appellatur) Chriſtianorum baptiſmo illudens, ab aliis mimis in balneum, ut Chriſtianorum ceremonias imitarentur, projectus, & alba veſte indutus, repente ita mutatus eſt, ut ſe Chriſtianum inclamans, e theatro ejectus & a populo lapidibus obrutus mortem fortiter pertulerit: *cujus corpus*, inquit Chronici concinator, *propinqui in vicum Mariamnem dictum, unde erat oriundus, extra Heliopolim detulerunt, ibique ei oratorium conſtruxerunt*. Hujus Martyris memoriam celebrant Græci die 27 Februarii, de quo etiam videſis Bollandum ad eamdem diem. Cur vero Heliopolis *civitas Libanienſis* dicatur, exponit eruditus vir Cangius in notis ad hunc Chronici Paſchalis locum pag. 552. *Civitas Heliopolis apud Libanum* etiam dicitur a ſancto Ephrem in Vita ſancti Juliani haud ſemel edita.

*Anno Chriſti circ. 286.*

## PASSIO

### Sancti GENESII ex mimo Martyris.

*Ex tribus codd. mſſ.*

*Geneſius vult Chriſtianorum myſteria deridere.*

I. BEatus GENESIUS cum eſſet in urbe Roma magiſter mimithemelæ [1] artis, qui ſtaos cantabat ſuper pulpitum, quod themele vocabatur, & rerum humanarum erat imitator. Et quadam die cum vellet Diocletiano imperatori ludum exhibere de myſteriis Chriſtianæ obſervantiæ, utpote ſæviſſimo

1 A Græco θυμέλη quod locum editiorem ſignificabat, in quo geſticulatores ſaltare: vel geſtis ridiculis adſtantes recreare ſolebant.

mo tyranoo, cui Chriſtiani exoſi erant, & hujus rei gratia ſpectaote Imperatore & omoi populo, in medio theatri quaſi ægrotus decumbens ſe poſceret baptizari, mimum io hæc verba propoſuit: *Eia noſtri, gravem me ſentio, levem me fieri volo.* Illi reſponderunt: Quomodo te levem facimus, ſi gravis es? Numquid nos fabri ſumus, & ad runcinam te miſſuri ſumus? Hæc verba exhibuerunt populo riſum. Geneſius iterum: *Veſani, Chriſtianus deſidero mori,* Quare? inquiunt. Quibus Geneſius: *Ut in illa die veluti fugitivus in Deo inveniar.*

*Mire convertitur.* II. Evocato autem Presbytero & Exorciſta, repente, Deo inſpiraote, credidit. Nam illi juxta lectum ipſius cum reſediſſent, dicunt ei: Quid ad nos miſiſti, filiole? Geneſius jam oon ſimulate ac ficte, ſed ex puro corde reſpondit: *Quia accipere cupio gratiam Chriſti, per quam renatus liberer a ruina iniquitatum mearum.* Cumque Sacramentorum myſteria compleſſent, & iodutus veſtibus albis eſſet; veluti per ludum a militibus raptus, & ad ſimilitudinem ſanctorum Martyrum, de Chriſti diſcutiendus nomine, Imperatori fuiſſet exhibitus, ſtans in editiori loco, ita conciooatus eſt. *Audi Imperator, & omnis exercitus, ſapientes & populi hujus urbis. Ego quotieſcumque Chriſtianum vel nominatum audivi, exhorrui, & in confeſſione permanentibus inſultavi. Ego etiam parentes*[2] *meos, & affines, cauſa nominis Chriſtiani exſecratus ſum, & in tanta deriſione habui Chriſtianos, ut myſteria eorum diligenti examinatione perquirerem, ut ex eorum ſanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At ubi me aqua nudum tetigit, & interrogatus credere me reſpondi, vidi ſuper me manum cælitus venientem, & angelos radiantes ſuper me ſtetiſſe, qui omnia peccata quæ ab infantia feci recitaverunt de libro. quæ mox in ipſa aqua laverunt, in qua in conſpectu veſtro perfuſus ſum, & mihi candidiorem nive poſtmodum oſtenderunt. Nunc igitur, inclite Imperator, & vos omnes populi, qui de his myſteriis riſiſtis; mecum credite verum Dominum eſſe Chriſtum, hunc eſſe lumen, hunc eſſe veritatem, hunc eſſe pietatem, & per ipſum vos ad indulgentiam poſſe pertingere.*

III. Ad hæc Imperator Diocletianus vehementiſſime indignatus, ſtatim eum fuſtibos crudeliſſime cæſum Plautiano præfecto tradidit ad ſacrificia compellendum: a quo in equuleo ſuſpenſus, & ungularum diutiſſima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, com in fide perſiſteret dicens: *Non eſt Rex præter eum quem vidi; & adoro, & colo eum; & pro ejus cultura ſi millies occidar, ipſius ero ut cœpi. Chriſtum mihi de ore, Chriſtum mihi de corde auferre tormenta non poterunt. Valde enim pœniteo me erraſſe, quod ante nomen ſanctum in hominibus ſanctis exhorrui, & ſatis tardius ad adorandum verum Regem ſuperbus miles acceſſi.* *Post varia tormenta.* Martyrii coronam capitis obtruncatione [3] meruit. Tunc Plautianus præfectus hæc audiens, juſſit eum ilico decollari. Et decollatus eſt beatus martyr Geneſius VIII. Kal. Septembris, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto qui vivit & regoat per omoia ſæcula ſæculorum, Amen. *Capite plectitur.*

2 Nihil igitur mirum ſi aliquos Chriſtianorum ritus calleret Geneſius.

3 Quæ ſequuntur ex unico cod. Carmel. deſcripta ſunt; in aliis mſſ. ſic finiunt Acta ... *prænotate octavo Kal. Septembris.*

## *ADMONITIO*

### Io Paſſionem Sanctorum MAURICII, & ſociorum ejus, Martyrum.

*Acta fucata ex S. Eucherio.* I. JAm pridem a Laurentio Surio, ſub ſancti Eucherii epiſcopi Lugdunenſis nomine, edita fuerant Acta ſanctorum Mauricii & ſociorum ejus; ſed quæ ita parum ſibi conſtarent, ut jure merito a viris eruditis inter falſa & ſuppoſitia haberentur. Ea quoque apud Mombritium, paullo quidem emendatiora exſtabant; ſed

ita

ita tamen interpolata, ur Eucherio Lugdunenſi attribui non poſſent. Unde oculatiores viri graviter ferebant, quod tam illuſtrium Martyrum Acta germana aut deperdita fuiſſent, aut ſaltem ita depravata & vitiata, ut nullam fidem apud cordatos homioes meretentur. Verum hæc diu deſiderata Acta reperir tandem R. P. Petrus Franciſcus Chiffletins Societatis Jeſu presbyter, io antiquo cod. mſ. celeberrimi monaſtetii Jurenſis, eaque in *Paulini illuſtrati* parte prima vulgavit: ad quam editionem collata eadem proſerimus ex comploribus codd. mſſ. & quidem vetuſtis, inter quos unus ex Foſſatenſis bibliothecæ reliquiis ad annos 900. aecedit. Porro Eucherii nomen indifferenter tam interpolatis, quam ſinceris Actis præfixum eſt in codd. mſſ. immo & rarius ſinceris: ſicut & ejuſdem Eucherii epiſtola ad Silvium aur Salvium, quam in unico cod. Regiæ bibliorhecæ cum ſinceris Actis conjunctam reperimus. Cum tamen iſte codex optimæ noræ ſit, ae præterea in cod. quo uſus eſt Chiffletius, habearur, eam retinuimus, atque ad aliquot codd. mſſ exactam exhibemus. Eucherius autem, Paſſionis iſtius auctor, eccleſiæ Lugdunenſi ſeculo quinto ineunte præſuit: de quo ſi plura cupis, præter eos qui Scriptorum eccleſiaſticorum Catalogos texuere, conſule ſi lubet Chiffletium in Paulino illuſtrato, parte 1. eap. 14. & ſeqq. ubi unicum Eucherium eccleſiæ Lugdunenſi præſuiſſe conteodit, cum e contrario Theophilus Raynaldus in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium, Cardinalis Baronius, qui ante contrarium propugnarat; Mabillonius io notis ad vitam ſanctæ Conſortiæ, aliiqoe viri docti duos Eueherios Lugdunenſes epiſcopos admittant: quorum ſenior Hilario Arelatenſi coæqualis, & ab ipſo laudatus in ſermone de ſancto Hooorato, anno 454. obierit, Junior vero de quo in vita ſancti Cæſarii Arelatenſis, nonniſi poſt Concilium Arauſicanum II. cui anno 529. ſubſcripſiſſe dicitur.

2. Porro Eucherii narratione uſi fuiſſe videnrur Gallicani Patres in contexendo officio, quod in horum Martyrum die feſto legebatur. Id eertum videtur ex Miſſali Gothico, cujus locum inſra deſcripturi ſumus. Quin & ea videtur eſſe *Paſſio*, quam *ex conſuetudinis debito* lectam fuiſſe teſtatur ſanctus Avitus Viennenſis antiſtes in homilia quam de iſtis Martyribus habuit. quæ enim ſuſius in Eucherii oarratione habentur, ea paucis verbis exprimit Avitos in fragmento ejuſdem homiliæ quod nobis ſupereſt. Hos quippe Martyres, quos

In divinis officio adoptata.

*Felicem exercitum* appellat, ſemel & iterum forte *decimatos* fuiſſe agnoſcit, ac tandem omnino cunſumtos. Sed fragmentum integrum exhibendum eſt, quod ex antiquiſſimis io cortice exaratis ſchedis bibliothecæ Thuaneæ deſcripſit vir ſacræ antiquitatis ſtudioſiſſimus Jacobus Sirmondus. Has autem ſchedas, quæ in bibliotheca regia modo aſſervantur, vivente adhuc Avito, aut ſaltem paullo poſt ipſius obitum ſcriptas fuiſſe affirmat qui eas inſpexerunt viri peritiſſimi. Homiliæ vero prædictæ titulus ſic habet. DICTA IN BASILICA SANCTORUM AGAUNENSIUM, INNOVATIONE MONASTERII IPSIUS VEL PASSIONE MARTYRUM. Homilia vero ſic incipit: *Præconium Felicis exercitus, in cujus congregatione beatiſſima nemo periit, dum nullus evaſit, cum injuſtam ſanctorum Martyrum mortem quaſi ſortis juſtitia judicaret, qua bis ſuper aciem diſperſa manſuetam, eentuplex decimatis fructus adcreſceret, & odio in proſperum ſuffragante, eatenus eligerentur ſinguli, donec ſimul colligerentur electi, ex conſuetudinis debito ſeries lectæ paſſionis explicuit.* Monaſterii Agaunenſis non ſemel meminit Marius Aventiceoſis Epiſcopus in Chronico poriſſimum ad annum DXV, *Florentio & Anthemio conſulibus*, *quibus*, ut ait, *Monaſterium Acauno a rege Sigiſmundo conſtructum eſt*. quod de hae *innovatione*, uti videtur, intelligeodum eſt. Etſi enim antea ſteterit monaſterium, ita tamen hujus pii Principis liberalitate anctum fuit, ut merito ejus conditor appellari queat.

3. Porro etſi horum Martyrum nomina pleraque ignota ſint, celeberrima tamen ſemper io Eccleſia fuit eorum memoria, quod non ex his ſolum quæ protulimus conſtat, verum etiam ex aliis veteribus auctoribus, qui eos ſub *ſanctorum Acaunenſium*, a loco martyrii, vel *Legionis Thebeæ* nomine celebrarunt. *Legionem Felicem* appellar Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 75. ubi reſert Sigiſmundum Burgundionum regem Agaunenſem eccleſiam *territoriis aliiſque rebus affluentiſſime ditaſſe, ibique inſtituiſſe cotidianum pſallentium*. Idem auctor in ſequenti eapite eorumdem Martyrum aliqoot miracula refert. At lib. 10. Hiſtoriæ dicit ſe *beatorum Agaunenſium* reliquias inveniſſe, tum in majori eccleſia Turonenſi eui præerat, tum etiam in baſilica ſancti Martini. In eorumdem Martyrum honorem Venantius Fortunatus Carmen decimum quintum libri 2. compoſuit, eoſque libro 8. Carmine 4. inter celebriores Martyres recenſer, atque *Legionem Felicem Agaunenſem* appellat.

Eorum Martyrum memoria celebris.

*Legio Felix.*

lat. Unde conjicere licet, hos Martyres antiquitus LEGIONEM FELICEM volgo appellatos fuiſſe. Favet huic conjecturæ ſanctus Avitus loco ſuperius laudato, ubi *Exercitus Felix* dicuntur. Walaſridum Strabonem, innumeroſque alios variorum temporum auctores omitto qui Agaunenſes martyres celebrarunt. At prætermittere non licet veteris Liturgiæ Gallicanæ teſtimonium, deſumtum ſcilicet ex Miſſali Gothico-Gallicano, quod ex veterrimo codice mſ. ante annos 900. litteris quadratis exarato, Joſephus Maria Thomaſius, & noſter Johannes Mabillonius lib. 3. Liturgiæ Gallicanæ, ediderunt. In hoc autem Miſſali num. 64. habetur *Miſſa beati Mauricii cum ſociis ſuis*, in qua eorum hiſtoriæ narratio occurrit ex noſtro Eucherio abſque dubio deſumra, ut utrumque inter ſeſe conſerendo patebit. quod ut commodius fiat, Præfationem integram, quæ ibi *Immolatio Miſſæ* appellatur, proſerre juvat. *Vere æquum & juſtum eſt, nos tibi gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus. Tu enim, Domine, Thebæorum exercitum ad populi tui ſupplicium deſtinatum, ita ſubita juſſionis tuæ gratia revocaſti; ut plus eligerent ſedula devotione interfici, quam de Chriſtianorum ſanguine ſatiari: nec cum tantis ut te* (legendum puto, *nec cunctantes, te*) *auxiliante, perſecutionis onus excepere, cervices ſuas perſequentibus inclinare. Et cum rabies inimici decerneret, ut Dei populus denumerationis inſtantia deperiret; ille raptus eſt decimus, qui anticipatione martyrii fieret primitivus. Clamor in caſtris oritur; virtus dimicandi contemnitur, de adſumtione martyrii contentio ardua commovetur. Dei populus ferro confoditur, ſanguis innocentum effunditur, fides inlibata ſervatur. Sic, Domine, milites protegis tuos, ut nec defuerit in paſſione patientia, nec in confeſſione conſtantia. Inter beatorum bella & beata certamina, plus meruit glorioſa confeſſio de commilitonum conſortio dividi, quam manus carnificis gloriari. Totus namque Dei populus tanta ardoris fide alacritate flagrabat, ut ſi tardaretur perſecutio corporis, præcederet devotio paſſionis. Tanta enim fuit conſtantia populi, & .... inimici, ut nec furor invenerit poſtmodum quod occideret, nec glorioſum remanſerit quod periret. Factus eſt ſacer ille Agaunenſium locus per ſuffragia Martyrum ſalus præſentium, præſidium futurorum, quem ſanguinis unda perfudit, pretioſorum corporum ſocietas conſecravit. Unde merito tibi Domine &c.* In collectionibus vero iidem Martyres *ſancti Acaunienſes* appellantur. Ex his autem patet veterem eſſe iſtorum Martyrum cultum in noſtra Gallia, quos Majores noſtri tanti ſecere. Sub ſancti Mauricii nomine duæ metropolitanæ, Viennenſis ac Turonenſis; totidemque cathedrales eccleſiæ, Andegavenſis ſcilicet ac Mirapicenſis, Deo conſecratæ ſunt. Et ut de ceteris taceam, inter veteres eccleſias quæ olim in Remorum urbe exſtabant, recenſetur *titulus ſancti Mauricii*, cujus Sonnatius & Lando ejuſdem urbis antiſtites in teſtamentis ſuis meminere, apud Marlotum tomo 1. metropolis Remenſis.

*Agaunenſium Martyrum numerus.*

4. Pauciora autem occurrunt quæ de horum Martyrum numero dicantur. *Plebis* nomine eos deſignat Liturgia laudata, ubi etiam ſex mille & ſexcenti fuiſſe dicuntur in Admonitione, quæ pro antiquo more appellatur *Præfatio*, ſicque ſe habet: *Omnipotentis Dei miſericordiam in hujus diei ſex millium ſexcentorum Martyrum ſollemnitate, Fratres cariſſimi, deprecemur: ut qui tantæ plebi ſuæ gloriam martyrii contulit; ita nobis &c.* qui numerus ibi exprimi videtur, quod Eucherius legionem *ex ſex millibus ac ſexcentis hominibus* tunc temporis conſtitiſſe dixerit. Ceterum totidem Agaunenſes martyres fuiſſe dicit vitæ ſancti Romani abbatis Jurenſis auctor ipſimet Romano coæqualis, qui adeo labente ſæculo quinto floruit. Porro tanta militum cædes abſque exemplis non fuerat. Unicum profero ex Dionis Caſſii Xiphilino in Galbæ vita, ubi ſeptem millia Prætorianorum militum cæſa fuiſſe refert hic auctor, ceteros vero decimatos.

*Nomina.*

5. Iſtorum vero Martyrum nomina, ſi ea excipias quæ ab Eucherio recenſentur, nobis prorſus ignota ſunt. Plerique tamen Eucherianis *Innocentium* ſeu *Innocentem* & *Vitalem* adjungunt, qui memorantur in antiquiſſimis Martyrologiis, atque in Sacramentario Gregoriano ex cod. Corbeienſi Ratoldi, ut obſervat noſter Hugo Menardus in notis pag. 180. item in antiquo cod. mſ. eccleſiæ Metropolitanæ Remenſis aliiſque nonnullis. Certe Ordericus Vitalis ſe ab hoc ſancto martyre Vitalem appellatum fuiſſe refert lib. 13. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ. *Nomenque Vitalis*, inquit, *pro Anglico nomine, quod Normannis abſonum cenſebatur, mihi impoſitum eſt, quod ab uno ſodalium ſancti Mauricii martyris, cujus tunc martyrium celebrabatur, mutuatum eſt.* Alios etiam ex eadem legione Martyres, qui forte tunc ab exercitu aberant, aut certe ante iſtud excidium generale jam fuerant conſummati, variæ eccleſiæ celebraur. Quinquaginta ex ipſis Coloniæ Agrippinæ paſſos fuiſſe dicit Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 62. quorum baſilicam *ſanctos aureos* appellatam

olim

olim fuiſſet monet. Gereonem & alios trecentos decem & octo, *quos*, inquit Adu, *ex legione beati Mauricii fuiſſe ferunt*, in eadem urbe paſſos memorant vulgata Martyrologia ad diem 10. Octobris. *Malloſum* martyrem, quem Gregorius cap. ſequenti *in Bertunenſi opido* cum *Victore* item martyre ſepultum fuiſſe ſeribit, ex Thebeana legione fuiſſe nonnulli ſentinnt. Uſuardus die x. Octobris hunc cum Gereone confundit his verbis: *Civitate Agrippinenſi ſancti Gereonis martyris, cognomento Malloſi, cum aliis* CCCXVIII. *qui &c.* Iiſdem vulgo accenſentur martyres Taurinenſes, *Octavius*, *Adventitius* & *Solutor*, de quibus ſanctus Maximus Taurinenſis epiſcopus duas humilias habuit, quæ exſtant tomo 5. biblintheeæ Patrum parte 1. Laudaotnr etiam ab Ennodio Ticinenſi Carm. 1. Sunt & alii celebres in vatiis Italiæ urbibus, ut *Maximinus* Mediulani, *Mauricius*, *Georgius* & *Tiberius* Pinarioli, *Sebaſtianus* & *Alverius* Foſſani in Liguria, *Alexander* Bergomi, de quo Ughellus plura habet; Nec deſuere, ſi Notkero aliiſque credamus, leginni iſti martyres ex feminis. Ex bis idem Notkerus memorat *Regulam*, quæ cum fratre ſuo *Felice* ſuperatis variis tormentis capite plexa eſt die x1. Septemb. Plura retulerat de *Verena* virgine ad primum diem ejuſdem menſis. Alii alibi conſummati paſſim occurrunt in Martyrologiis & peculiaribus eccleſiarum rabulis, de quibus ſuſius agere non vacat. Nunquam etiam mihi in mentem venit, ut velim ea propugnare uti certa & indubia, quæ abſque legitimo fundamento de illis Martyribus quidam auctores paſſim narraverunt, at celeberrimæ ejus leginnis martyrium, quod tantæ auctoritatis & vetuſtatis indubitata teſtimonia aſſerunt, in dubium vocare ſinceri non eſt animi, nec hominis qui rejectu omni partium ſtudio, veritatem, undecumque aſſulgeat, amplecti amet.

*Memoria.* 6. Latinorum Martyrologia antiqua & recentiora ſanctorum Mauricii ac ſociorum ejus feſtum recolunt die 22. Septembris; at eorum memoriam apud Græcos nullam reperire licuit. Nam Mauricium illum, quem cum ſeptuaginta ſociis militibus iſti die 21. menſis Februarii celebrant, plane diverſus eſt a noſtro Mauriciu, inter quos, præter nomen, vix aliquid utrique *Alter Mauritius* commune invenietur, Noſter quippe Mauricius in Gallis cum integra legione paſſus eſt; iſte autem Apameæ in Syria, præmiſſo ad martyril palmam filio ſuo Photino, poſtquam decem diebus & noctibus intolerabilia tormenta eum ſuis ſociis pertuliſſet, ſimul cum iiſdem inter preces finem vivendi fecit. Hunc Mauricium martyrem laudat Theodoritus ſermone 8. de græcarum affectionum curatione, Acta vero ipſius integra ex Symeone Metaphraſte habentur die 21. Februarii Bollandiani.

7. Agannenſium Martyrum paſſionem *Martyrii tempus.* ad annum 297. refert Cardinalis Baronius, quam tamen ad Diocletiani & Maximiani imperatorum initia potius revocandam eſſe cenſemus. Eam vero ad annum CCLXXXVI. conſignari poſſe colligimus ex eo quod Maximianus Herculius, quem, uti eruditus Baluzius in notis ad Lactantii libellum de mortibus perſecutorum obſervat, anno præcedenti Diocletianus in imperii conſortium aſſumſerat, tunc temporis in Galliis cum exercitu verſatus fuerit. Haud tamen diffitemur iſtam Martyrum paſſionem ad ſequentes annos poſſe etiam referri.

8. Agauni vero locus, ubi hæc clades *Locus.* contigit, exinde celebris fuit apud Chriſtianos, eum ob tantorum Martyrum memoriam, tum ob exſtructum ibi inſigne monaſterium, quod hactenus perſeverat, *Monaſterium inſigne.* ſub ſancti Mauricii nomine notiſſimum. Situm eſt in diœceſi Sedunenſi ad radices montis ſancti Bernardi, quod primu ſub Regula privata inſtitutum, poſtea monachis Benedictinis ceſſit; ac tandem ad Canonicos regulares Auguſtinianos devolutum eſt. Idem monaſterium ante annum 515. exſtitiſſe probat noſter Mabillonius tomo 1. Actorum Sanctorum Ordinis Benedictini pag. 568. proindeque a Sigiſmundo Burgundionum rege ditatum quidem, ac forte reſtauratum fuiſſe, non autem primitus conſtructum. quod ex titulo fragmenti Aviti Viennenſis homiliæ ſuperius a nobis relati certum eſt. Quantum vero monaſterium iſtud olim celebre fuerit, ex eo patet, quod eeterorum conſtituendorum veluti exemplar ſpectaretur, maxime in jugis pſalmodiæ, quam vulgu *Laudem perennem* appellabant, inſtitutio- *Laus perennis.* ne, quæ quidem jugiter in monaſteriorum eccleſiis canendi conſuetudo ab Acœmetis Græcis monachis accepta, in pleriſque ſacri Ordinis noſtri Benedictini monaſteriis olim obſervabatur, ut probant veteres chartæ, quæ paſſim in variis collectionibus editæ ſunt. De hac conſuetudine videſis Mabillonii Præfationem ad ſecundam partem Sæculi 4. Bened. num. 204. & ſeqq.

PAS-

Anno Christi 3[illegible].

## PASSIO

### Sanctorum MAURICII ac ſociorum ejus, Martyrum, Auctore ſancto EUCHERIO Lugdunenſi epiſcopo.

*Ex codd. mſſ. atque editis ſimul collatis.*

Epiſtola Eucherii epiſcopi ad Salvium epiſcopum.
Domino beatiſſimo in Chriſto SALVIO [1] epiſcopo EUCHERIUS.

MItto [2] ad beatitudinem tuam, noſtrorum Martyrum paſſionem. Verebar enim, ne per incuriam tam glorioſi geſta martyrii ab hominum memoria tempus aboleret. Porro ab idoneis auctoribus rei ipſius veritatem quæſivi; ab his utique qui affirmabant ab epiſcopo Genavenſi ſancto ISAAC [3], hunc quem retulit paſſionis ordinem cognoviſſe; qui, credo, rurſum hæc retro a beatiſſimo epiſcopo THEODORO [4] viro temporis anterioris, acceperat. Itaque cum alii ex diverſis locis, atque provinciis in honorem, officiumque Sanctorum auri atque argenti, diverſarumque rerum munera offerant, nos ſcripta hæc noſtra vobis ſuffragantibus, dignanter offerimus; expoſcens pro his interceſſionem omnium delictorum, atque in poſterum juge præſidium patronorum ſemper meorum. Mementote vos quoque noſtri, in conſpectu Domini, Sanctorum ſemper officiis inhærentes, domine ſancte, & merito beatiſſime frater.

## PASSIO AGAUNENSIUM MARTYRUM.

I. SAnctorum paſſionem Martyrum qui Acaunum glorioſo ſanguine inluſtrant, pro honore geſtorum ſtylo explicamus, ea utique fide, qua ad nos martyrii ordo pervenit. Nam per ſuccedentium relationem, rei geſtæ memoriam nondum intercepit oblivio: & ſi pro Martyribus ſingulis loca ſingula, quæ eos poſſident, vel ſingulæ urbes inſignes habentur, nec immerito, quia pro Deo ſummo pretioſas animas fuderunt [5]: quanta reverentia excolendus eſt ſacer ille Acaunenſium locus, in quo tot pro Chriſto Martyrum millia ferro cæſa referuntur? Nunc jam ipſam beatiſſimæ paſſionis cauſam loquamur.

*Maximianus Christianos persequitur.* II. Sub Maximiano, qui Romanæ reipublicæ cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diverſas fere provincias laniati, aut interfecti ſunt Martyrum populi. Idem namque Maximianus, ſicut avaritia, libidine, crudelitate, ceteriſque vitiis obſeſſus fuerat: ita etiam exſecrandis gentilium ritibus deditus, & erga Deum cæli profanus, impietatem ſuam ad exſtinguendum Chriſtianitatis nomen armaverat. Si qui tunc Dei veri cultum profiteri audebant, ſparſis uſquequaque militum turmis, vel ad ſupplicia, vel ad necem rapiebantur: ac velut vacatione barbaris gentibus data, prorſus in religionem arma commoverat. Erat eodem tempore in exercitu legio militum, qui Thebæi appellabantur. Legio autem vocabatur, *Legio Thebæa.* quæ tunc ſex millia ac ſexcentos viros

1 In codd. mſſ. Remig. S. Theoderici & aliis, *Silvio*. In cod. Silvæ-majoris habetur alia Eucherii epiſtola ad omnes fideles, ſed quæ antiquitatem non ſapit. In codice monaſterii Jurenſis ann. plus quam 900. habetur hæc epiſtola: *Eucherius Verano filio in Chriſto ſalutem. Formulas ſpiritalis intelligentiæ commovendas, tibique mittendas pro ſtudio paterno erga te ſollicitudinis* &c.

2 Ibid. & in edit. *Miſi . . . . ſcriptam noſtrorum* &c.

3 Nullum ejus nomen inter epiſcopos Genevenſes exhibent Sammarthani, Galliæ Chriſt. tom. 9.

4 Theodorus epiſcopus Octodorenſis ſive Sedunenſis, in cujus diœceſi Agaunum ſitum eſt, ſubſcripſit concilio Aquilejenſi anno 381.

5 Sic cod. cod. Floriac. Alii, *pretioſas ſancti animas refuderunt*.

ros [6] in armis habebat. Hi in auxilium Maximiano ab Orientis partibus acciti venerant, viri in rebus bellicis ſtrenui, & virtute nobiles, ſed nobiliores fide, erga Imperatorem fortitudine, erga Chriſtum devotione certabant. Evangelici præcepti etiam ſub armis non immemores, reddebant quæ Dei erant Deo, & quæ Cæſaris Cæſari reſtituebant. Itaque cum hi, ſicut & ceteri militum, ad pertrahendam [7] Chriſtianorum multitudinem deſtinarentur; ſoli crudelitatis miniſterium detrectare [8] auſi ſunt, atque hujuſmodi præceptis ſe obtemperaturos negant. Maximianus non longe aberat. nam ſe circa Octodorum [9] itinere feſſus tenebat: ubi cum ei per nuncios delatum eſſet, legionem hanc adverſus mandata regia rebellem in Acaunenſibus anguſtiis ſubſtitiſſe, in furorem inſtinctu indignationis exarſit [10]. Sed mihi priuſquam reliqua commemorem, ſitus loci ejus relationi inſerendus videtur.

*Acauni deſcriptio.* III. Acaunus ſexaginta ferme millibus a Genavenſi urbe abeſt, quatuordecim vero millibus diſtat a capite Lemanni lacus, quem influit Rhodanus. Locus ipſe jam inter alpina juga in valle ſitus eſt: ad quem pergentibus difficili tranſitu aſperum atque artum iter panditur. Infeſtus namque Rhodanus ſaxoſi montis radicibus vix pervium viantibus aggerem [11] relinquit. Evictis tranſmiſſiſque anguſtiarum faucibus, ſubito nec exiguus inter montium rupes campus aperitur. In hoc Legio ſancta conſederat. Igitur, ſicut ſupra diximus, cognito Maximianus Thebæorum reſponſo, præcipiti ira fervidus, ob neglecta imperia, decimum [12] quemque ex eadem Legione gladio feriri jubet, quo facilius ceteri regiis præceptis territi metu cederent: *Decimus quiſque ex Legione interfectus.* redintegratiſque mandatis edicit, ut reliqui in perſecutionem Chriſtianorum cogantur. Ubi vero ad Thebæos denunciatio iterata pervenit, cognitumque ab eis eſt injungi ſibi rurſum executiones profanas; vociferatio paſſim ac tumultus in caſtris exoritur affirmantium, numquam ſe ulli in hæc tam ſacrilega miniſteria ceſſuros: idolorum profana ſemper deteſtaturos, ſacræ & divinæ religionis cultui inſtituros: unum ſe æternitatis Deum colere: extrema experiri ſatius eſſe quam adverſus Chriſtianam fidem venire. His deinde compertis, Maximianus omni bellua cruentior, rurſus ad ingenii ſui ſævitiam redit, atque imperat ut iterum decimus eorum morti detur, & ceteri nihilo minus ad hæc quæ ſpreverant compellerentur. *Iterum decimantur.* Quibus juſſis denuo in caſtra perlatis, ſegregatus eſt atque percuſſus qui decimus ſorte obvenerat: reliqua vero ſe militum multitudo mutuo ſermone inſtigabat, ut in tam præclaro opere perſiſterent.

IV. Incitamentum tamen maximum fidei in illo tempore penes ſanctum MAURICIUM fuit, primicerium [13] tunc, ſicut traditur, Legionis ejus, qui cum EXSUPERIO, ut in exercitu appellant, Campiductore, & CANDIDO ſenatore [14] militum, accendebat, exhortando ſingulos & monendo fidem; commilitonum etiam Martyrum exempla ingerens, pro ſacramento Chriſti, pro divinis Legibus, ſi ita neceſſitas ferret, omnibus moriendum ſuadebat: ſequendoſque admonebat ſocios illos & contubernales ſuos, qui jam in cælum præceſſerant. *Mauricius ceteros adhortatur.* Flagrabat enim jam tunc in beatiſſimis viris martyrii glorioſus ardor. His itaque

6 Vegetius lib. 2. de re militari cap. 2. *Romani Legiones habent, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius militare conſueverunt.* Certe ex variis Titi Livii & aliorum auctorum locis videtur colligi poſſe militum numerum non definitum fuiſſe, qui aliquando plures, aliquando pauciores in Legione erant. Vide Florentinii notas in Martyrologium Hieronymianum.

7 Codd. Sorbon. & Germ. *dilaniandam.*

8 Idem, *a crudelitatis miniſterio ſe detrahere.*

9 Mendoſe Germ. *Nam ſe illo die iam iterum feſſum tenebat.* Eſt autem Octodurum, vulgo *Martinach* vel *Martigni*, oppidum Valeſiæ in Helvetiis, non longe a Seduno & Agauno diſſitum.

10 Cod. Germ. *furore inſtinctus indignatione exarſit.*

11 Germ. *iter.*

12 Supplicium apud Romanos uſitatum. Exempla aliquot refert Baronius in notis ad Martyrologium die 22. Septembris.

13 Cangius in Gloſſario, *Primicerius*, inquit, *dignitas militaris, Tribuni dignitati proxima. Apud Hieronymum ad Pammachium: Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tiro.* De his dignitatibus paſſim apud Auctores.

14 Codd. Regius & Germ. *Candido ſenatore militum accendebat ad exhortandum ſingulos & monendum, ſideique commilitonum &c.* Eadem in Foſſat. ſed pro *exhortandum* &c. habet *exhortando ... & monendo*

que primoribus ſuis atque anctoribus animati [13], Maximiano iuſauia adhuc æſtuanti mandata mittunt, ſicut pia, ita & fortia, quæ feruntur ſuiſſe in hunc modum.

*Verum ad Imp. mandata.* *Milites ſumus, Imperator, tui: ſed tamen ſervi, quod libere confitemur, Dei. Tibi militiam debemus, illi innocentiam: a te ſtipendium laboris accepimus, ab illo vitæ exordium ſumſimus. Sequi te Imperatorem in hoc nequaquam poſſumus, ut auctorem negemus Deum, utique auctorem noſtrum, Dominum, auctorem, velis nolis, & tuum. Si non ad tam funeſta compellimur, ut hunc offendamus; tibi, ut fecimus hactenus, adhuc parebimus: ſin aliter, illi parebimus potius quam tibi. Offerimus noſtras in quemlibet hoſtem manus; quas ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexteræ iſtæ pugnare adverſum impios atque inimicos ſciunt; laniare pios & cives neſciunt. Meminimus, nos pro civibus potius, quam adverſus cives arma ſumſiſſe. Pugnavimus ſemper pro juſtitia [16], pro pietate, pro innocentium ſalute: hæc fuerunt hactenus nobis pretia [17] periculorum. Pugnavimus pro fide, quam quo pacto conſervabimus tibi, ſi hanc Deo noſtro non exhibemus? Juravimus primum in ſacramenta divina; juravimus deinde in ſacramenta regia: nihil nobis de ſecundis credas neceſſe eſt, ſi prima perrumpimus. Chriſtianos ad pœnam per nos requiri jubes. Jam tibi ex hoc alii requirendi non ſunt: habes hic nos confitentes Deum Patrem auctorem omnium, & filium ejus* *Chriſtus Deus.* JESUM CHRISTUM DEUM *credimus* [18]. *Vidimus laborum, periculorumque noſtrorum ſocios, nobis quoque eorum ſanguine aſperſis, trucidari ferro: & tamen ſanctiſſimorum commilitonum mortes, & fratrum funera non flevimus, non doluimus; ſed potius laudavimus, & gaudio proſecuti ſumus, quia digni habiti eſſent pati pro Domino Deo eorum. Et nunc non nos vel hæc ultima vitæ neceſſitas in rebellionem coegit: non nos adverſum te, Imperator, armavit ipſa ſaltem, quæ fortiſſima eſt in periculis, deſperatio. Tenemus ecce arma, & non reſiſtimus: quia mori quam occidere ſatis malumus, & innocentes interire quam noxii vivere peroptamus. Si quid in nos ultra ſtatueris, ſi quid adhuc juſſeris, ſi quid admoveris; ignes, tormenta ferrum ſubire parati ſumus. Chriſtianos nos fatemur, perſequi Chriſtianos non poſſumus.*

V. Cum hæc talia Maximiauus audiſſet, obſtinatoſque in fide Chriſti cerneret animos eorum, deſperans glorioſam eorum conſtantiam poſſe revocari, una ſeutentia interfici omnes decrevit; *Qui ſimul omnes iubet interfici.* & rem coufici circumfuſis militum agminibus jubet. Qui cum miſſi ad beatiſſimam Legionem veuiſſeut, ſtringunt in ſauctos impii [19] ferrum, mori uon recuſantes vitæ amore. Cædebantur itaque paſſim gladiis, non reclamautes ſaltem aut repugnantes; ſed depoſitis armis cervices perſecutnribns præbentes, & jugulum perſecutoribus vel intectum corpus offerentes. Non vel ipſa ſuorum multitudine, uon armorum muuitione elati ſuut, ut ferro conareutur aſſerere juſtitiæ cauſam: ſed hoc ſolnm reminiſcentes, ſe illum confiteri, qui nec reclamaudo ad occiſionem ductus eſt, & tamquam agnus non aperuit os ſuum: ipſi quoque tamquam grex dominicarnm [20] ovium, laniari ſe tamquam ab irrueutibus lupis paſſi ſunt. Operta eſt terra illic procumbentibus in mortem corporibus piorum, fluxeruntque pretioſi ſanguinis rivi. Quæ nmquam rabies abſque bello tantam humauorum corporum ſtragem dedit? quæ feritas ex ſenteutia ſua tot ſimul perire vel reos juſſit? Ne juſti punirentur, multitudo non obtiuuit, cum inultum eſſe ſoleat, quod multitudo deliuquit. Hac igitur crudelitate immauiſſimi tyrauni confectus eſt ille ſauctorum populus, qui contemſit rem præſentium ob ſpem futurorum.

13 Sorb. *animantibus*.
16 Sorb. *pontiula*.
17 Reg. *præcipua*.
18 In edit. Chifflet. *Jeſum Chriſtum & Spiritum ſanctum.* In cod. autem German. nec habentur hæc verba, & *in Spiritum ſanctum*, nec illa, *Deum credimus*.
19 Cod. Foſſat. & Chifflet. cum Sorbonic. *impium*.
20 Sic cod. Sorb. Alii, *dominorum*.

rorum. Sic ioterfecta eſt illa plaoe angelica Legio, quæ, ut credimus cum illis Angelorum legionibus jam conlaudat ſemper in cælis Dominum Deum Sabaoth.

*Victor his adjungitur.*

VI. VICTOR autem martyr nec Legioois ejuſdem foit, oeqoe miles; ſed emeritæ jam militiæ veteranus. Hic cum iter agens ſubito incidiſſet in hos, qui paſſim epulabantur læti Martyrum ſpoliis; atque ab his ad conveſceodum invitatus, prolatam ab exultaotibus per ordinem cauſam cognoviſſet, ac deteſtatus convivas, deteſtatuſque convivium, refugiebat; requirentibuſque ne & ipſe forſitan Chriſtianus eſſet, Chriſtianum ſe eſſe, & ſempet futurum eſſe reſpondit: ac ſtatim ab inruentibus interf. ctos; ceteriſque Mattyribos in eodem loco, ſicut morte ita etiam honore coniunctus eſt. Hæc nobis tan-

*Nomina quorundam ex his Martyribus.*

tum de numero illo Martyrum comperta ſuot nomina: id eſt beatiſſimorum Mauricii, Exſuperii, Caodidi atque Victoris; cetera vero nobis qoidem incognita; ſed in libro vitæ ſcripta ſunt. Ex hac eadem Legione fuiſſe dicuntur etiam illi Martyres URSUS [21] & VICTOR, quos Salodoro paſſos fama confirmat. Salodorum [22] vero caſtrum eſt ſupra Arulam flumen, neque looge a Rheno poſitum.

*Herculii Maximiani mors.*

VII. Opere pretiom eſt etiam illud indicare qui deinde Maximianum trucem tyraonum exitus cooſecutus eſt. Cum diſpoſitis inſidiis geoero ſuo Conſtantino tunc regnum teneoti mortem moliretur; deprehenſo dolo eius, apud Maſſiliam captus, nec multo poſt ſtrangulatus, teterrimoque hoc ſupplicio affectus, impiam vitam digna morte finivit [23]. At vero beatiſſimorum Acaunenſium Martyrum corpora, poſt multos paſſionis annos, ſancto THEODORO einſdem loci Epiſcopo revelata tradootur; io quorum booorem cum extrueretur baſilica, quæ vaſtæ adjuncta rupi, non tantum latere adclinis jacet, quid miraculi tuoc apparuerit nequaquam tacendum putavi. Accidit ut inter reliquos artifices, qui invitati conveoiſſe ad illud opus videbaotur, quidam adeſſet faber, quem adhuc genti-

*Gentilis mira converſio.*

lem eſſe cooſtaret. Hic cum domioico die, quo ceteri ad exſpectanda diei illius feſta abſceſſerant, in fabrica ſolus ſubſtitiſſet, io illo ſecreto ſe ſubito clara luce manifeſtantibus ſanctis hic idem faber rapitur, atque ad pœnam vel ad ſupplicia diſtenditur: & viſibiliter turbam Martyrum cernens, verberatos etiam & increpatus, quod vel die Dominico eccleſiæ ſolus deeſſet, vel illud fabricæ opus ſanctum ſoſcipere geotilis auderet. Quod adeo miſericorditer a ſaoctis factum conſtitit, ut faber ille conſternatus & territus, ſalutare ſibi nomeo popoſcerit, ſtatimque Chriſtianus effectus ſit.

VIII. Neque illud io ſanctorum miraculis prætermittam, quod perinde clarum atque omnibus notum eſt. Materſamilias Qoincii, egregii atque honorati viri, oum ita paralyſi fuiſſet obſtricta, ut ei etiam pedum uſus negaretur, a viro ſuo, ut Acaunum per multum itineris ſpatiom deferretur, popoſcit. quo com perveniſſet ſanctorum Martyrum baſilicæ famulantium maoibos inlata, pedibus ad diverſorium rediit; ac ſaoitati de præmortuis reſtituta membris, nunc miraculum ſuum ipſa circumſert. Hæc dootantum mira paſſioni ſanctorum inſerenda credidi. Ceterum ſatis multa ſunt, quæ vel in purgatione dæmonum, vel in reliquis curationibus illic per ſanctos ſuos Domini virtus operatur.

21 De his vide Surium ad diem 30. Septemb. Urſi vero tranſlationem ab Oetonio Epiſcopo Mauriennenſi anno DCII. factam deſcribit Fredegarius in Chronico cap. 22.

22 Salodorum hodieque ſupereſt, unius Helvetiorum pagi Catholici caput; Gallis, *le Canton de Soleurre*, incolis vero *Solothurn*.

23 Hunc, cum adverſus Conſtantinum inſidias moliri deprehenſus fuiſſet, *fœdiſſimo mortis genere* interiiſſe refert Euſeb. lib. 8. hiſt. Eccleſ. cap. 13. & lib. 1. de Vita Conſtantini cap. 47. Paulus Oroſius lib. 7 cap. 28. id Maſſiliæ contigiſſe, ut noſter Eucherius, refert. Rem vero ſuſius exponit Lactantius in inſigni libello de morte perſecutorum num. 29. & 30. Occiſum non fuiſſe ante annum 310. probat vir doctiſſ. Antonius Pagi ad an. 309. & 310.

AD-

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem ſanctorum Martyrum, ROGATIANI & DONATIANI.

Acta. 1. NAmnetis in Aremorica provincia, quam hodie Britaoniam minorem appellamus, Rogatianus & Donatianus, germaoi fratres, illuſtre martyrium conſummarunt. Eorum Acta quæ pervetuſtus ſcriptor anonymus collegit, jam a Surio & Bollandiaois edita rurſum proferimus, ſed eum nonnullis codd. mſſ. collata, ut quantum fieri poteſt emendatiora habeantur.

Cultus. 2. Horum Martyrum memoriam recolunt Martyrologia vulgata, tam antiqua, quam recentiora, die nono Kalendas Junii, id eſt menſis Maji die 24. quo item die eccleſia Namnetenſis eorumdem feſtivitatem celebrat, quæ quidem non ſolum in ipſa civitate, ſed etiam in tota diœceſi ſub præcepto ſervatur. Sacræ vero eorumdem reliquiæ in eccleſia cathedrali conditæ ſunt. Vetus eſt hæc Namnetenſium erga iſtos Martyres religio, teſte Gregorio Turonenſi lib. de gloria Martyrum cap. 60. ubi narrat urbem Namnetenſem tempore Chlodovei Francorum regis barbarorum obſidione ſanctorum Donatiani & Rogatiani martyrum ac ſancti Similini epiſcopi meritis, liberatam fuiſſe. Meminit eo loci Gregorius baſilicæ in horum Martyrum honorem io eadem civitate exſtructæ, quæ quidem etiamoune perſeverans poſt varias fortunas parochialis eccleſiæ titulo gaudet.

Tempus. 3. Quid de Donatiani ac Rogatiani martyrii tempore ſtatuendum ſit incertum eſt, eum oihil aliud ex Actis poſſit colligi, quam eoſdem Diocletiani & Maximiani imperatorom temporibus paſſos fuiſſe. Eorum mortem uſque ad annum CCCIII. differt Cardinalis Baronius, ſed ejus dilationis nullam rationem afferr. Melius forte ad Diocletiani imperii ioitia revocaretur, quo tempore etſi noo adeo ferveret perſecutio, martyria tamen aliquot celebria fuere. Utrumqoe beati Sebaſtiani exemplo probari poteſt, quem nemo poteſt inficiari, multum ioter ejus temporis Martyres enituiſſe; quamvis paſſus fuerit aote exortam graviſſimam illam perſecutionem, quæ aliquanto poſt adeo immaniter graſſata eſt. Id innuit ipſemet ſanctus Ambroſius enarratione in Pſalmum 118. num. 44. *Utamur*, inquit, *exemplo* SEBASTIANI *martyris, cujus hodie natalis eſt. Hic Mediolanenſis oriundus eſt. Fortaſſe aut jam diſceſſerat perſecutor, aut adhuc non venerat in hæc partium, aut mitior erat. Advertit hic nullum eſſe aut tepere certamen. Romam profectus eſt, ubi propter fidei ſtudium perſecutionis acerba fervebant. Ibi paſſus eſt, hoc eſt ibi coronatus.* Non erat itaque generalis illa perſecutio, quamvis in aliquibus locis, ut Romæ, perſecutionis acerbitas ferveret. Ceterum ex hoc Ambroſii loco patet, ſancti Sebaſtiani feſtum quarto ſæculo in eccleſia Mediolanenſi celebratum fuiſſe. Idem dicendum eſt de eccleſia Romana ex Kalendario Bucheriano, quod ſub Liberii pontificatu conſcriptum fuiſſe viri docti exiſtimant. Celebratur etiam in Kalendario Carthaginenſi Mabilloniaoo. De eccleſia ipſius nomini Romæ dicata variis in locis agit ſanctus Gregorius Magnus. At ejus Acta, egregia quidem, quamvis fortaſſe in nonnullis locis interpolata, videſis apud vulgatos auctores de Vitis Sanctorum ad diem 20. Januarii, quo die hujus ſancti Martyris feſtum in omnibus Martyrologiis recolitur. Quam vero celebre ſit ejus patrocinium adverſus peſtilentiam, nemo neſcit. Et quidem jam ſæculo ſeptimo hæc opinio vigebat, uti patet ex Paulo Aquilegienſi diacono, qui libro ſexto de geſtis Longobardorum cap. 5. refert, peſtem Ticini tempore Agathonis Papæ ita ſæviſſe, ut fruteta & herbæ in plateis urbis naſcerentur. *Tunc* vero, inquit ille auctor, *per revelationem cuidam dictum eſt, quod peſtis ipſa prius non quieſceret, quam in baſilica beati Petri, quæ ad vincula dicitur, ſancti Sebaſtiani martyris altarium poneretur.* quod eum *delatis ab urbe Roma beati martyris reliquiis* ſactum fuiſſet, *peſtis ipſa quievit.* S. Sebaſtianus.



Google

Anno Chriſti circ. 300 . . . ſub Dioclet.

# PASSIO

## Sanctorum ROGATIANI & DONATIANI Martyrum.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

Adſcriptio prologi. I. SAlubre eſt catholicis lectoribus [1] de Martyrum triumphali certamine glorioſa geſta referre, & ſitienti populo de tam pie fuſo ſanguine quædam vitæ pocula propinare; dum alii rebus cognitis veneranda ſollemnia fidelibus complectuntur, alii deſideriis incitantur, advertentes [2] quale pro Chriſto mori ſit lucrum. Igitur [3] cum Diocletianus & Maximianus Romanæ urbis apicem gubernarent, & eorum præceptis in Chriſtianorum nomen beſtialis feritas deſæviret: ut gratiam Religionis catholicæ gentili ſub lege calcarent, miſſis epiſtolis ad Præſidem Galliarum, decreto ſanxerunt, ut ſimulacra Jovis vel Apollinis, non deorum, ſed dæmonum, quaſi divino cultu deberet univerſitas venerari: ea ratione præfixa pollicentes, his qui eorum cæremonias colerent vel ſacrificia devote offerrent, publico ſe cognoſcerent ſtipendio munerandos, quo facilius humanam mentem cupiditatis laqueus traheret in errorem: ut deciperetur munere qui ratione vinci non poſſet. Eos vero qui Chriſtiani nominis in confeſſione perſiſterent, poſt illa tormenta jubent capitalem ſubire ſententiam, quo terrore compulſi magis a recto tramite creduli deviarent.

*Perſecutio in Galliis ardens.*

*Donatianus Chriſtianus.*

II. Erat autem in urbe Namnetica juvenis quidam, nomine DONATIANUS, clarus genere, multo tamen clarior fide, qui acerbitatem inquietæ adoleſcentiæ domans freno maturioris animi temperabat, qui in ipſo juventutis ſuæ tempore migraverat in eum, quaſi in ſenem: & inter procellas ſpiritalis nequitiæ ne lapſum incurreret, timor Domini ſemper proſpere eum gubernabat. Qui deſpectis idolis cum ad catholicæ fidei gratiam convolaſſet, baptiſmatis unda purgatus, myſterio religionis imbutus, doctrina divinitatis armatus,& ſine metu aliquo triumphum Chriſti oris ſui buccina miles fortiſſimus in populum decantabat, nolens credita talenta negligendo infodere, ne culpa abſconditæ pecuniæ non careret: ſed quaſi bonus agricola in gentilium pectora fruges beatæ fidei ſeminavit. Qua ſancti viri opinione florente, germanum ejus ROGATIANUM, adhuc in cultu idololatriæ conſiſtentem, ſuaviſſimi oris blandus odor fragranter implevit. Qui ad fratrem licet ætate minorem, ſeniorem tamen credulitatis ordine, feſtinus accurrit, deprecans ut antequam perſecutionis colluctatio appropinquaret, Chriſtiani baptiſmatis munere dotaretur: ne tam felix certamen adhuc eum paganum, vel catechumenum inveniret, ut a fratre nihil minus in pugna, nihil minus obtineret in palma. Quod ad præſens ne ſuſciperet baptiſma, audita perſecutione, fecit Sacerdotis abſentia fugitiva; ſed quod de fonte defuit, martyrii cruor fuſus impendit.

*Fratrem ſuum Rogatianum ad fidem adducit.*

*Accuſatur.*

III. Inter ea Namnetenſem civitatem, gentilium turba favente, perſecutor cum inſtrumento iniquitatis ingrediens, ab uno ex circumſtantibus civibus, his verborum ſtimulis incitatur. Moderatiſſime judicum, opportune venis, ad deorum religionem reducens eos qui poſt Crucifixum a Judæis viſi ſunt aberrare. Noveris Donatianum ejus eſſe doctrinæ ſequacem, in quo prius debeas ſeveritatis tuæ ſententiam promulgare: qui non ſe tantummodo a deorum

[1] In aliquibus mſſ. deeſt, *Lectoribus*. alii habent, *Legibus*, ut puto, pro *legentibus*.
[2] In omnibus mſſ. deeſt, *advertentes*. Floriac. pro *quale* habet *quare*.

[3] Hic incipiunt Acta in cod. Urſicampi. In aliis nonnullis codd. quæ præcedunt, ſub Prologi titulo referuntur, ac deinde ſub alio titulo *Paſſ.* . . ſcilicet, *Igitur* &c.

rum cultura ſuſpendit, verum etiam germanum ſuum iiſdem vaniloquiis pertinaciter immutavit, ut Jovem vel Apollinem, quos ioviciſſime Imperatores veneraotur, & ab orbe terrarum adorari providi cenſuerunt, ita contemoant, ut dii noſtri, nova religione ſuccedente, dejecti fiot. quorum interrogatione ipſa rei veritas, cum juſſeris, certius aperietur. Tunc Præſes dolore commotus, virum beatiſſimom ſuis præcepit adſpectibus præſentari; ad cujus inquiſitionem talibus verbis exorſus eſt. De oomine tuo, Douatiane, curreote relatione comperimus, eo quod Jovem vel Apollinem, qui nobis vitam naſcentibus contuleruot, & creſceotibus hue uſque cuſtodiunt, non ſolum contumaciter adorare recuſes, ſed etiam blaſphemiis ac convitiis provocatos infames; ac prædicatione inani populum ſalvari commeniores, ut in Crucifixi interitum [4] eredere diverſos compellas. Donatianus reſpondit: *Invitus veritatem locutus es, me cunctos ab errore pervaſos ad ejus velle culturam reducere, cui ſoli competit univerſa ſervire.* Præſes dixit: Aut prædicationi ſuperfluæ moderatum finem impone; aut, ſi nolueris, jubeo vitam tuam celeri fine concludi. Donatianus reſpondit: *Minas quas mihi prætendis, in eas caſurus es; & laqueum quem mihi promittis incurres. qui dum falſa credulitate pervaſus* [5], *tenebras lumini præfers, juſtitiæ lumen Chriſti tenebroſus non adſpicis.* Hinc Præfectus furore ſuccenſus, jubet ſanctum compedibus vinctum, in cuſtodia carcerali retrudi, ot tormentorum violentiæ feralitas, aut perferentis fidem frangeret, aut ſpectaotes oe in Chriſtum crederent impediret.

*Donatiani confeſſio.*

IV. Tunc ejus germano in conſpectu populi conſtituto, eœpit Præſes ſub blaodimenti dulcedine, perſuaſionis iniquæ venena miſcere, ut qui virtute non cederet, oblectationis arte colla laxaret. quem molliter appetens ad hæc verba prorupit. Audio, Rogatiane, a deorum cultu te velle ioconſulte recedere, qui tibi dignati ſunt vivendi munera largiri, & uberis ſapientiæ multiplicata dona conferre. Unde ooo ſine noſtro pudore fit, ſi poſt cauſas bojus intelligentiæ nova proferens incipias inſanire. Illud tibi maxime præcavendum eſt, ne cooſeſſione unius Dei, plurimorum deorum in tuam perniciem iram incurras [6]. Sed quia adhuc neſcio quo baptiſmate non teneris infectus, ſi voluntas obſtinata te non decipit, deorum indulgentia conceſſa recipiet, ut in Imperatorum palatio & aula deorum poſſis cum vitæ commercio ſortiri dignitatis augmentum. Rogatiaous reſpondit: *Optime promittis perverſa, cum ipſe perverſus ſis, qui primum polliceris Imperatorum gratiam, poſtea deorum. Sed qua ratione in arce divinitatis colendi ſunt, qui ipſis hominibus videntur eſſe poſteriores ordine? licet habeatis inter vos participationem miſeriæ, cum illi ſint de metallo ſurdi, vos ad meliores habitus non audientes ſitis* [7]: *illi ſpiritu careant, vos ſenſu. ſiquidem qui in ſaxis religionem ſuam conſtituit, non aliud fit ipſe quam quod colit.*

*Rogatianus Apoſtat.*

V. Tunc judex miniſtris imperaos, dixit: Et hic inſenſatus, cum doctore inſipieotiæ in carcerem detrudatur, ut ſequeoti die, deorum ac priocipum illata injuria, ultore gladio ceoſura publica vindicetur. Sic teoebrarum in loco [8] duo fidei luminaria receoduntur: ut plus carcer illuſtraretur ex gloria, quam Martyres gravarentur ex pœna. Beatus autem Rogatianus fioe baptiſmatis gratia ſe perveotum eſſe contriſtatur: ſed hoc ſibi ex fide credidit eſſe pro lavacro, ſi fratris ſui catholiei oſculum mereretur. Quo comperto, beatus Donatianus pro germano bis verbis ſudit preces ad Dominum dicens: *Domine Jeſu Chriſte, apud quem hoc obtinent promta vota, quod facta; quia ubi non potuiſſe impedit, ſufficere* cre-

*Donatianus orat pro fratre.*

4 Comp. *inſulſum.*
5 Sic pleriqne codd. mſſ. Alii, *errore perſuaſus.* At edit. *falſa perſuaſione occupatur.*
6 Edit. *plures deos in tuam perniciem ire compellas.* Codd. Comp. & Uſſc. *in tuas pernicie compellas ad iram.*
7 Sic mſſ. At edit. *de metallo, vos meliores habitus ſurdi ſitis &c.*
8 Cod. Flor. & Sar. *ſello.*

*creditur voluiſſe: cum nobis donaſti eligere, tibi ſoli poſſe ſervaſti: ſit famulo tuo Rogatiano pura fides donum baptiſmatis* [8]; *& ſi contigerit, perſiſtente Præſide, craſtina die nos feriente gladio interire, ſanguinis effuſio fiat ei chriſmatis ſacramentum.* Qua oratione completa corde & voce, vigiliis nocte tranſcurſa, ſimul lumine cum die relato, & carnificis vulnera, & præmia Domini ſui exſpectabant.

VI. Sequenti vero die Præſes pro tribunali reſidens, Confeſſores Chriſti in conſpectu populi præcepit aſſiſti. Educitur interea de carcere lugubri gaudium cæli, de ſterili ſede fructus Eccleſiæ, de ſpinarum germine flos coronæ, conſtricti vinculis, liberi votis, quos in Chriſto ipſa tormenta reddiderant fortiores. quibus coram poſitis, affatus eſt judex. Cum indignatione, inquit, ordior, ne dum vos molliter alloquor, ſeveritatis publicæ vis frangatur: qui deorum religionem, aut ignorando non colitis, aut, quod eſt gravius, non neſciendo calcatis. Tunc Martyres una voce Præſidi reſponderunt: *Scientia tua, quæ deterior eſt totius ignorantiæ ſtultitia, ſimilis ſit diis veſtris, quos in metallis ſenſu carentibus adoratis. Nos vero pro CHRISTI nomine parati ſumus excipere, quicquid ira tortoris invenerit: quia non hic vita noſtra diſpendium patitur, ſi illi reddatur a quo ſumſit exordium, & in futuro multiplicatæ lucis fœnore muneratur.* Tunc dolore Præſes impulſus, juſſit eos in equulei cataſta ſuſpendi, ut [10] etſi animos eorum non mutaret, tamen membrorum lineamenta ſolverentur in pœna: credens furori ſuo ſe conſulturum, ſi carnifex, licet ad animam non perveniret, vel per tormenta corpus multaret: adhuc miniſtris imperans, ut poſt expenſa ſupplicia, a ſpiculatore capite truncarentur. Tunc lictoris inſania, ut de crudelitate judici complaceret, vel magis ut creſcerent ornamenta martyrii, lancea militari perfoſſas cervices beatiſſimorum gladio vibrante præcidit. Sic ad Chriſti gloriam venientes, dum beatus Donatianus lucratur germanum, & meruit germanus martyrium. Iſte fit illi cauſa ſalutis; ille fit iſti palma mercedis: & multiplicis gratiæ pignore redundante, conſummatione felici, ſpe remunerationis ſuffulti, ad æterna præmia meruerunt accedere, per vulnera laureati; ipſo auxiliante, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Poſt tormenta capite plectuntur.*

8 Bod. Flor. & Sur. *tecto*.

9 Notkerus in Martyrologio ad diem 9. Kalend. Junii, ubi de illis Martyribus, plura habet ex S. Auguſtino de his qui in proprio ſanguine baptizantur &c.

10 Codd. mſſ. *Ut ſi adhuc non mutaret propoſitum feſtinans ad gloriam &c.*

## In Paſſionem S. BONIFATII, Lucæ Holſtenii Præfatio, veteri Verſioni Latinæ præmiſſa.

IN hiſce Actis edendis ſeptem manuſcriptorum codicum fidem ſecutus ſum: quorum duos Vaticana ſummi Pontificis, quatuor Principis Apoſtolorum bibliotheca, ſeptimum S. Cæciliæ in tranſtyberina regione monaſterium ſuppeditavit. Poſtremum hunc vetuſtate fideque cæteris præſtantem, & magno illi hiſtoriæ eccleſiaſticæ reſtitutori Baronio jam olim laudatum, potiſſimum expreſſi. pauciſſima enim ex cæteris addidi aut mutavi: judicio in ea re aliquid, ingenio nihil indulgens; qui hoc ſtudiorum genus religioſe tractandum ſemper exiſtimavi. Pro regula ac norma mihi fuere Adonis excerpta; ſed omnium maxime Græcum eorundem Actorum exemplar, itidem vetuſtiſſimum quod in Vaticano extat. Illi cum Latinis ita ad verbum convenit, ut affirmare non auſim, utrum Græca a Latinis, an vice verſa hæc ab illis promanarint. nam in utramque partem argumenta ſuppetunt. Quicquid ſit, Simeonem Magiſtrum, & Logothetam quem Metaphraſten vocant, ante ſeptingentos & amplius annos iis uſum, non dubitabit quiſquis ejus metaphraſin cum hiſce contendere voluerit.

De

## De Græco textu Paſſionis S. BONIFATII ab Emerico Bigotio edito ex ejuſdem Præfatione.

TExtum Græcum paſſionis Boniſatii Romani edidi, ut per te judicares, an Græca a Latinis, an vice verſa hæc ab illis promanarint: quod in dubio reliquit V. C. Lucas Holſtenius, qui lectori judicandi copiam omnino non fecit, ſolo textu latino in lucem prolato. Ego qui veterum latinarum verſionum cupidus atque ſtudioſus ſum, ita tamen ut cum Græcis eas conferam: rogavi doctiſſimum meique amantiſſimum Octavium Falconierum, ut ex codice Vaticano deſcribi curaret textum Græcum, de quo locutus fuerat Holſtenius in ſua præfatione. Hunc contuli cum codice Colbertino. Et ut in editione latina quædam præfixa ſunt, quæ deſunt in græco codice Vaticano; ita in codice Colbertino quædam præmittuntur, quæ non exſtant in Vaticano: quæ & ipſa alia ſunt ab iis quæ in latinis leguntur. Ea autem ne deſiderares, hic appono.

*Ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος, ὁ προνοῶν τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ὁ εἰπὼν διὰ τοῦ προφήτου· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τὴν ζωήν· ὁ εἰπών, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. ὁ ταχὺς ἐν ἐλέει, καὶ πολὺς ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ εἰπών, ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ· ὁ δοὺς ἡμῖν ὑποδείγματος σωτηρίαν* πρὸς τὸ ἐπιστρέφειν εἰς αὐτόν, ὁ αὐτὸς τῇ οἰκείᾳ αὐτοῦ ἀγαθότητι προνοούμενος ἡμῶν, ὑπογραμμοὺς ἡμῖν δίδωσιν εἰς σωτηρίαν πρὸς τὸ μὴ ἀπογνῶναι, εἴποτε ἐν ἁμαρτίαις παγιδευθῶμεν ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, ἀλλ᾽ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸ ἄφατον πέλαγος τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, καὶ ἐπὶ τὸ ἄμετρον ἔλεος τῆς αὐτοῦ εὐσπλαγχνίας. πολλοὶ γὰρ συναρπαθέντες ἁμαρτήμασι χαλεποῖς, ὕστερον μετανοήσαντες, τοὺς στεφάνους τῆς νίκης ἀπηνέγκαντο. ὧν εἷς αὐτῶν γέγονε καὶ ὁ μακάριος Βονιφάτιος σὺν τῇ αὐτοῦ κυρίᾳ, περὶ ὧν ὑμῖν διηγήσομαι.* Deus amator hominum, & ſalutis humanæ providus; qui dixit per Prophetam, Non volo mortem peccatoris, ſed ejus converſionem & vitam. qui dixit, Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: qui celer eſt in miſericordiis, & multus in miſerationibus. qui dixit, Quando converſus ingemueris, tunc ſalvaberis. qui dedit nobis exemplum ſalutis ut convertamur ad eum; ipſe propria ſua bonitate curam noſtrum gerens, exempla nobis dedit ad ſalutem; ut non deſperemus ſi forte peccatis illaqueati fuerimus ab alieno; ſed ſperemus in ineffabili bonitatis ejus pelago, & in immenſa compaſſionis ejus miſericordia. Multi enim qui diris peccatis abrepti fuerunt, poſtea pœnitentia moti, victoriæ coronas retulerunt: quorum unus fuit beatus Boniſatius una cum ejus Domina, de quibus mox vobis narrationem inſtitutam.

Ezech. 33. 11.
Matth. 9. 13.
Eſ. 30. 15.

* ἐ ὑπόδειγμα σωτηρίας

---

Anno Chriſti 290.

## PASSIO

### Sancti BONIFATII Martyris.

TEmporibus Diocletiani quater, Maximiani ter Imperatorum, orta eſt ſeditio maxima tempore perſecutionis eorum adverſus Chriſtianos, ut omnes Dei cultores ad inclinandas cervices nefandiſſimis idolis compellerentur. Qui etiam Tyranni miſerunt ex perſonis ſuis, una cum divis apicibus ſuis, Judicem atrociſſimum & aſtutum nimis, Simplicium nomine, in partes Orientis, in Tarſum civitatem, quæ eſt Metropolis Ciliciæ Provinciæ: ut ibidem omnes qui Chriſtum confiterentur, utriuſque ſexus & ætatis per publicam audientiam interrogaret, ipſoſque per diverſorum tormentorum macerationem ad ſuæ mentis veſaniam quantocius inclinaret.

1. *ΗΝ τις ἐν τῇ Ῥώμῃ γυνὴ μεγάλη, ὀνόματι Ἀγλαῒς, θυγάτηρ Ἀκακίου, γένους κλάρου, ἀπὸ ἀνθυπάτου γενομένου. αὕτη δὲ τρίτον κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα, ἔχουσα ὑφ᾽ ἑαυτὴν ἑβδομήκοντα τρεῖς φροντιστὰς εἰς τὴν*

I. ILlis igitur temporibus erat quædam in urbe Roma mulier magna, nomine Aglaes, filia quidem Acacii, genere autem clari, quondam Proconſulis. Hæc ergo ter candidam egerat apud urbem Romam ex Præfectura, habens ſub ſe ſeptuaginta & tres procurato-

curatores, qui curas agebant io poſſeſſionibus ejus; & unum majorem, qui erar ſuper omnes, nomine Boniſatium: qui etiam, ut aſſolet genus hominum vitiis implicari, commiſcebatur cum ea in peccatum. Erat autem hic ebrioſus & adulter, & amicus omnium quæ odit Dominus Deus. Tria autem habebat rectitudinis opera; hoſpitalitatem ſcilicet, largitatem, & miſericordiam: qui ſi aliquando videret peregrinum de itinere veoientem, eum omni feſtioatione & alacritate adhortabatur in hoſpitium ſuum introire, & miniſtrabat ei. Noctibus autem circuibat plateas, & vicos civitatis, tribuens pauperibus omnia quæ neceſſaria erant.

II. Poſt annos vero multos, gratia Dei compungente Aglaen, vocavit puerum ſuum Boniſatium, & dixit ei: Frater Booiſati, tu ſcis in quantis peccatis convoluti ſumus; oon exiſtimaotes quooiam Deo aſſiſtere debemus, & reddere rationem eorum qoæ geſſimus malorum in hoc mundo. Et nunc audivi quoſdam Chriſtianorum dicentium, quoniam ſi quis mioiſtraverit Sanctis, qui propter nomen Domioi Jeſu Chriſti agonizanrur, & certameo ſumſerunt propter eum, conſors eorum fiet in die illa terribilis judicii Dei. Er quia didici a quibuſdam, quod ſervi Chriſti agonizantur adverſus diabolum io partibus Orientis, tradentes corpora ſua carnificibus, ut non abnegent Chriſtum: perge igitur ad illas partes, & affer nobis reliquias, id eſt, corpora Sanctorum Martyrum: ſi quo modo ſervieotes, atque miniſtrantes eis, necnoo & oratorias domos ædificantes eis dignas, per ſanctas paſſiones eorum ſalvemur tam nos, quam & alii multi.

III. Accepit autem puer Booiſatius aurum copioſum ad comparationem corporum Sanctorum, & ad miniſtrationem egenorum, & duodecim equites, & tres baſternas: ſed & unguenta diverſa, ad honorem Sanctorum Martyrum. Cumque cœpiſſet egredi, dicit Dominæ ſuæ gratulanter: *Domina mea, ſi invenero ad comparandum reliquias, id eſt corpora Sanctorum Martyrum, affero mecum: ſi vero meum corpus venerit, in nomine Martyris ſuſcipies illud.* Dixit autem Domina ſua ad eum: Abjice abs te ebrietatem & ſtultiloquium, & ſic te exhibe, ut digne poſſis corpora Sanctorum Martyrum portare. Ego autem peccatrix, licet indigna ſim, tamen exſpectabo te citius. Dominus autem & Deus omnium, qui propter noſtram ſalutem formam ſervi accipiens, proprium ſanguinem effudit propter ſalutem generis humani, ipſe mittat Aogelum ſuum ante faciem tuam, & dirigat greſſus tuos in ſua benignitate; & impleat in bonis deſiderium meum, delicta mea oblitus.

IV. Egrediens autem puer Boniſatius in iter

κτήσιν αὐτῆς, καὶ ἕνα μειζότερον ἐπάνω αὐτῶν, ὀνόματι Βονιφάτιον, ὃς καὶ ἐκοινώνει αὐτῇ εἰς ἁμαρτίαν. ἦν δὲ οὗτος μεθυστὴς, καὶ πόρνος, καὶ πάντων φίλος ὧν μισεῖ κύριος ὁ Θεός. τρία δὲ εἶχε κατορθώματα, φιλόξενος ὢν, καὶ εὐμετάδοτος, καὶ ἐλεήμων. εἴ ποτε γὰρ ἴδεν ξένον, ἢ ὁδοιπόρον, μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ προθυμίας προτρεπόμενος διηκόνει αὐτῷ, καὶ νυκτὸς περιάγων τὰς πλατείας καὶ ῥύμας, διεδίδου τοῖς δεομένοις τὰ πρὸς τὴν χρείαν.

2. Μετὰ οὖν χρόνους ἱκανοὺς, τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ κατανυξάσης ταύτην, προσκαλεῖται τὸν παῖδα αὐτῆς, τὸν καὶ μειζότερον, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀδελφὲ Βονιφάτιε, οἶδας εἰς πόσας ἁμαρτίας ἐμπεφυρμένοι ἐσμὲν, μὴ λογιζόμενοι, ὅτι τῷ Θεῷ παραστῆναι ἔχομεν, καὶ ἀποδοῦναι λόγον περὶ ὧν διεπραξάμεθα κακῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. καὶ νῦν ἀκήκοα Χριστιανῶν λεγόντων, ὅτι εἴ τις ἐξυπηρετήσεται τοῖς ἁγίοις, τοῖς διὰ Χριστὸν ἀγωνισαμένοις καὶ ἀθλήσασιν ὑπὲρ αὐτοῦ, συμμέτοχος αὐτῶν γίνεται ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. καὶ νῦν ἰδοὺ μεμάθηκα, ὅτι οἱ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἀγωνίζονται κατὰ τοῦ διαβόλου ἐν τῇ ἀνατολῇ παραδιδόντες τὰ ἑαυτῶν σώματα εἰς κόλασιν, ἵνα μὴ ἀρνήσωνται τὸν Χριστόν. πορευθεὶς οὖν φέρε ἡμῖν λείψανα ἁγίων μαρτύρων, εἴ πως ἐξυπηρετησάμενοι τούτοις, καὶ εὐκτηρίους οἴκους οἰκοδομήσαντες ἀξίως τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν, σωθῶμεν δι' αὐτῶν καὶ ἡμεῖς καὶ ἄλλοι πολλοί.

3. Ἔλαβε δὲ ὁ παῖς χρυσίον ἱκανὸν, ὥστε ἀγοράσαι λείψανα ἁγίων μαρτύρων, καὶ εἰς διάδοσιν τῶν πτωχῶν, καὶ δώδεκα ἱππεῖς, καὶ τρία λεκτίκια, καὶ μύρα διάφορα εἰς τιμὴν τῶν ἁγίων μαρτύρων. καὶ ἐν τῷ μέλλειν ἐξιέναι * αὐτὸν, λέγει τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ * ἐν τῷ ἐξιέναι Coll.
χαριέντως· δέσποινά μου, ἐὰν εὕρω λείψανα ἁγίων μαρτύρων, φέρω· ἐπεὶ τὸ ἐμὸν λείψανον ἐὰν ἔλθῃ, εἰς ὄνομα μάρτυρος δέξῃ αὐτό. εἶπε δὲ αὐτῷ * ἡ κυρία αὐτοῦ· ἆρον * πρὸς αὐτὸν Coll.
σοῦ ποίησον τὴν μέθην, καὶ τὴν μωρολογίαν, καὶ οὕτως ἄπελθε, ὡς εἰδὼς ὅτι λείψανα ἁγίων μαρτύρων βαστάσαι ἔχεις. ἐγὼ δὲ ἡ ἁμαρτωλὸς προσδέχομαί σε ἐν τάχει. ὁ δὲ κύριος καὶ Θεὸς τῶν ὅλων, ὁ δι' ἡμᾶς μορφὴν δούλου λαβὼν, ὁ τὸ ἑαυτοῦ αἷμα ἐκχέας διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους ἀνθρώπων, αὐτὸς ἐξαποστείλαι τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου σου, καὶ κατευθύναι τὰ διαβήματά σου ἐν τῇ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ πληρώσει * τὴν ἐπιθυμίαν μου, παριδὼν τὰ παραπτώματά μου. * πληρώσαι

4. Ἐξελθὼν δὲ ὁ Βονιφάτιος κατὰ τὴν ὁδὸν

ἐν ἑαυ-

ἐν ἑαυτῷ ἐνεθυμεῖτο λέγων. δίκαιόν ἐστι, μήτε κρεῶν ἅψασθαί με, μήτε οἴνου μεταλαβεῖν, διότι εἰ καὶ ἀνάξιός εἰμι, ὡς ἁμαρτωλὸς, λείψανα ἁγίων μαρτύρων βαστάσαι ἔχω. καὶ ἀνατείνας τὸ ὄμμα εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν. δέσποτα παντοκράτορ ὁ Θεὸς, ὁ τοῦ μονογενοῦς σου παιδὸς πατὴρ, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειάν μου τοῦ δούλου σου, καὶ εὐόδωσον τὴν ὁδόν μου, δι' ἧς ἐγὼ πορεύομαι ἐν αὐτῇ, ὅπως δοξασθῇ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. καὶ τελέσαντος αὐτοῦ τὴν εὐχὴν, εἴχετο τῆς ὁδοῦ.

5. Ἐλθὼν οὖν δι' ἡμερῶν τινων ἐν Ταρσῷ τῇ πόλει, καὶ γνοὺς ὅτι οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες καὶ * ἀθληταὶ ἀγωνίζονται ἐν τῷ μαρτυρίῳ, λέγει τοῖς σὺν αὐτῷ· ἀδελφοὶ, πορευθέντες ἐπιζητήσατε ξενοδοχεῖον, κἀκεῖ διαναπαύσατε τὰ ζῶα. ἐγὼ δὲ ἀπέρχομαι θεάσασθαι οὓς πάνυ ἐπιποθῶ.

* μάρτυρες καὶ ἀθ. Colb.

6. Ἀπελθὼν οὖν ἐν τῷ σταδίῳ πρὸς τοὺς ἁγίους μάρτυρας, ἴδεν αὐτοὺς ἐν ταῖς βασάνοις, καὶ τὸν μὲν αὐτῶν κρεμάμενον κατὰ κεφαλῆς *, καὶ πυρὰν ὑποκάτω αὐτοῦ ἐστρωμένην, ἄλλον διατεταμένον εἰς τέσσαρα ξύλα, ἄλλον περιζόμενον * ὑπὸ δημίων, ἄλλον ξεόμενον, ἄλλον χειροκοπηθέντα, ἄλλον πάλον εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐμπαγέντα καὶ διολαμένον ἐν τῇ γῇ, ἄλλον ἀνακλασθέντα χερσὶν καὶ ποσὶν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὕτω βάκλοις * ὑπὸ δημίων τυπτόμενον. καὶ ἦν ἁπλῶς σκότος δεινὸν τοῖς ὁρῶσιν τὰ τοιαῦτα βασανιστήρια *. μᾶλλον δὲ ἦν ἰδεῖν τὸν διάβολον ἡττώμενον, τοὺς δὲ δούλους τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιζομένους.

* κατακέφαλα Colb.

* σφαζόμενον

* μετὰ βακλῶν Colb.

* κολαστήρια Colb.

7. Προσελθὼν οὖν ὁ Βονιφάτιος κατεφίλει τοὺς ἁγίους μάρτυρας ὄντας ἐν ταῖς κολάσεσι τῶν δεινῶν. ἦσαν γὰρ τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες εἴκοσι. καὶ ἀναβοήσας εἶπεν· μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, μέγας ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων μαρτύρων. δέομαι ὑμῶν, δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, πρεσβεύσατε περὶ * ἐμοῦ, ἵνα κἀγὼ συμμέτοχος ὑμῶν εὑρεθῶ, ἀγωνισάμενος κατὰ τοῦ διαβόλου. καὶ παρακαθίσας τοῖς ποσὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων, περιεπτύσσετο τὰ δεσμὰ αὐτῶν καταφιλῶν, καὶ λέγων· ἀγωνίσασθε, ἀθλοφόροι τοῦ Χριστοῦ, καὶ μάρτυρες, πατῆσαι * τὸν διάβολον, ὀλίγον ὑπομείνατε. ὀλίγος γὰρ ὁ κόπος, πολλὴ δὲ ἀνάπαυσις· μικρὰ ἡ στρέβλη *, καὶ ἄφατος ἡ δορυφορία †. ἐπὶ γῆς στρεβλοῦται τὸ σῶμα ὑμῶν * ὑπὸ δημίων, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι ὑπὸ ἀγγέλων δορυφορεῖται.

* ὑπὲρ Colb.

* πατήσατε Colb.

* στρέβλωσις Colb.

† f. δορυφορία.

* ἀνεβ Coll.

8. Ἀτενίσας δὲ ὁ ἄρχων εἰς τὸν ὄχλον, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εἶπεν· τίς ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ ἐπὶ καταφρονήσει μου καὶ τῶν θεῶν, ταῦτα δρῶν; ἀχθήτω τοίνυν ἐπὶ τοῦ βήματός μου. καὶ φησιν ὁ ἄρχων. λέγε σὺ, τίς εἶ, ὅτι κατεφρόνησας τοῦ καθαρωτάτου δικαστηρίου μου. ἅγιος Βονιφάτιος εἶπεν· ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, καὶ τὸν δεσπότην μου Χριστὸν ἔχων, καταφρονῶ καὶ σοῦ, καὶ τοῦ βήματός σου. ὁ ἄρχων εἶπεν· τί τὸ ὄνομά σου καλεῖται; Βονιφάτιος εἶπεν· ἤδη εἶπόν σοι, ὅτι

ſuum, cogitabat dicens: Juſtum eſt vere, ut neque carnes contingam, neque vinum percipiam: quoniam licet indignus ſim & peccator, tamen corpora Sanctorum Martyrum portare habeo. Et extendens oculos ad cælum, dixit: *Domine Deus omnipotens, Unigeniti tui Pater, adeſto in adjutorium mihi famulo tuo; & dirige viam meam, in qua ego ambulo, ut glorificetur nomen tuum in ſæcula ſæculorum, Amen.* Cumque finiiſſet orationem, ambulabat iter ſuum, gaudens.

V. Adveniens igitur poſt dies aliquot in Tarſum civitatem, & agnoſcens quia ſancti Chriſti athletæ agonizabantur in martyrio, dicit ad eos qui cum eo erant: *Viri fratres, euntes requirite nobis hoſpitium, & ibi requieſcere facite animalia: ego autem vado videre eos, quos valde deſidero.*

VI. Cum igitur iret ad ſtadium, ubi ſancti Martyres erant certantes, vidit eos inter tormenta poſitos, & quemdam eorum ſuſpenſum capite deorſum, & ignem ſubtus eum ſtratum: alium extenſum in quatuor ligna, & diutiſſime mactatum: alium exterminatam habentem faciem: alium ungulis exaratum: alium manibus abſciſſis: alium ſtipite in collo ejus infixo, & exalatum in terra: alium inclinatum ex adverſo, id eſt, retro manus & pedes habentem, & ſic fuſtibus a miniſtris cæſum. Et horror magnus ac pavor intolerabilis erat his, qui videbant hæc tormenta: magis autem erat videre diabolum victum, ſervos autem Chriſti fortiter certantes.

VII. Accedens ergo puer Bonifatius, cœpit oſculari ſanctos Martyres, cum eſſent in tormentis nequiſſimis: erant enim omnes viri numero viginti. Et clamans voce magna, dixit: *Magnus Deus Chriſtianorum: magnus Deus ſanctorum Martyrum. Obſecro vos, famuli Chriſti, intercedite pro me, ut & ego dignus efficiar conſors veſter inveniri, certans adverſus diabolum.* Et conſedens pedibus ſanctorum Martyrum, amplectebatur vincula eorum, oſculans ea, & dicens: *Certate athletæ & Martyres Chriſti conculcare diabolum, modicum perſeverantes; magnus quidem labor, ſed multa eſt requies: horrida tortura, ſed ineffabile gaudium. Super terram torquetur corpus a miniſtris, in futuro autem ſæculo a ſanctis Angelis miniſtrabitur illi.*

VIII. Aſpiciens autem Simplicius Judex ad populum, & eum contemplatus eum fuiſſet, dixit: Quis eſt ille, qui ad contemptum meum Deorumque injuriam hæc gerit? Applicetur igitur tribunali meo. Cumque adductus fuiſſet, Judex ad eum dixit: Quis es tu, edicito nobis, qui contempſiſti ſplendidiſſimum judicium meum? Beatus Bonifatius dixit: *Ego Chriſtianus ſum, & Dominum meum Jeſum Chriſtum habens, contemno & te & tribunal tuum, per auxilium Dei mei.* Judex autem ait ad eum:

Quid vocaris? Beatus Boniſatius dixit: *Jam dixi tibi, quia Chriſtianus ſum: ſi autem vis diſcere commune nomen meum, Boniſatius vocor.* Judex dixit ad eum: Antequam pœnis tangam latera tua, accedens ſacrifica Diis immortalibus. Beatus Boniſatius ait: *Dixi tibi multoties, quia Chriſtianus ſum, & non ſacrifico Dæmoniis, neque nefandiſſimis idolis. Quod ergo vis facere, fac, & noli morari: ecce enim appoſitum eſt tibi corpus meum.*

IX. Cumque hæc audiret Judex, iratus eſt vehementer, & juſſit ſuſpendi eum, & diutius ungulis corpus ejus radi. In tantum autem raſerunt eum miniſtri diaboli, ut oſſa ejus apparerent. Beatus autem Boniſatius nihil reſpondebat, ſed habebat oculos ſuos attentos ad ſanctos Dei Martyres. Tunc juſſit Judex levari eum a terra. Tranſacto autem quaſi unius horæ ſpatio, dixit ad eum Judex: Miſer ſacrifica Diis immortalibus, & miſerere tui. Beatus Bonifatius reſpondit ei, dicens: *Non erubeſcis, miſerrime, ſæpe dicendo mihi, Sacrifica; me nolente audire de peritaris tuis ſimulacris?* Tunc ſurore repletus Judex, juſſit ut calami acuerentur, & eos affigi ſub ungulis manuum ejus. Cumque hoc fieret, aſpiciens ſanctus Martyr in cælum, alacriter dolores tolerabat. Videns autem impiiſſimus Judex quod minime ſentiret tormenta, juſſit aperiri os ejus, & plumbum bulliens infundi ei. Sanctus autem athleta Chriſti Boniſatius, adſpiciens in cælum, deprecatus eſt Dominum, dicens: *Gratias ago tibi, Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei: adeſto in adjutorium mihi famulo tuo, & alleva me a doloribus iſtis; & ne permittas me a profaniſſimo hoc Judice vinci: tu enim noſti, quia propter nomen tuum hæc omnia patior.* Et cum compleſſet orationem, exclamavit ad ſanctos Martyres, dicens: *Obſecro vos, ſervi Chriſti, orate pro me ſamulo veſtro.*

X. Sancti autem Martyres tamquam ex uno ore dixerunt ad eum: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſe mittat Angelum ſuum, & eripiat te de profaniſſimo iſto Judice, & perficiat curſum tuum velociter; & adſcribat nomen tuum cum primogenitis.* Cumque compleſſent orationem, & dixiſſent, Amen, ſactus eſt ploratus a turba, & vociferatio maxima dicentium: *Magnus eſt Deus Chriſtianorum: magnus Deus ſanctorum Martyrum. Chriſte, Fili Dei, ſalva nos: univerſi enim in te credimus, & ad te confugimus. Pereant ſimulacra gentium.* Et imperum fecit omnis plebs, & deſtruxit aram, & Judicem lapidaverunt. Et exurgens Judex, ſeceſſit propter tumultum, timens turbas.

XI. Diluculo autem reſidens Judex pro tribunali, juſſit aſſiſti ſibi ſanctum Martyrem Boniſatium, & dicit ei: Ut quid miſer, ſic inſanis, in hominem habens ſpem, & ipſum crucifixum tamquam nequam? Dicit ei ſan-

Χριστιανός εἰμι. εἰ δὲ τὸ κοινὸν ὄνομά μου θέλεις μαθεῖν, Βονιφάτιος καλοῦμαι. ὁ ἄρχων εἶπεν. πρὶν ἢ ἅψωμαι τῶν πλευρῶν σου, προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς. Βονιφάτιος εἶπεν· εἶπόν σοι πλειστάκις ὅτι Χριστιανός εἰμι, καὶ οὐ θύω δαιμονίοις. εἴ τι οὖν θέλεις ποιεῖν, ποίει. ἰδοὺ πρόκειταί σοι τὸ σῶμά μου.

9. Καὶ θυμωθεὶς ὁ ἄρχων, ἐκέλευσεν κρεμασθῆναι αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς *, καὶ εὐτόνως ξέεσθαι. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔξεσαν αὐτὸν οἱ δήμιοι, ὥστε τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ φαίνεσθαι *. ὁ δὲ μακάριος οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλ' εἶχεν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας. καὶ ἐκέλευσεν ὁ ἄρχων ἀνεθῆναι αὐτόν. διαστάσης δὲ ὥρας μιᾶς, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἄρχων· θῦσον, ἄθλιε, καὶ ἐλέησον σεαυτόν. ὁ δὲ μακάριος ἀπεκρίνατο αὐτῷ· οὐκ αἰσχύνῃ, τρισάθλιε, πάντοτε λέγων μοι, θῦσον, ἐμοῦ μὴ ἀνεχομένου ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἀπολλυμένων εἰδώλων. καὶ θυμωθεὶς ὁ ἄρχων, ἐκέλευσε καλάμους ὀξυνθῆναι, καὶ ἐμπαγῆναι * εἰς τοὺς ὄνυχας τῶν χειρῶν αὐτοῦ. καὶ ἀναβλέψας ὁ ἅγιος εἰς οὐρανὸν, ῥᾷον * τοὺς πόνους ὑπέφερεν. θεωρήσας δὲ ὁ ἄρχων, ὅτι οὐκ ᾔσθετο τῶν βασάνων, ἐκέλευσεν ἀνοιγῆναι αὐτοῦ τὸ στόμα, καὶ μόλιβδον κοχλάζοντα αὐτῷ ἐπιχυθῆναι· ὁ δὲ μακάριος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, προσηύξατο λέγων· εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα Ἰησοῦ Χριστὲ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειάν μου τοῦ δούλου σου, καὶ κούφισόν με τῶν πόνων τούτων, καὶ μὴ συγχωρήσῃς με ἡττηθῆναι ὑπὸ τοῦ μιαροῦ ἄρχοντος τούτου· οἶδας γὰρ ὅτι διὰ τὸ ὄνομά σου ταῦτα πάσχω. καὶ τελέσαντος αὐτοῦ τὴν εὐχὴν, ἔκραζε τοῖς ἁγίοις λέγων· δέομαι ὑμῶν, δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, εὔξασθε ὑπὲρ τοῦ δούλου ὑμῶν.

10. Καὶ οἱ ἅγιοι, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εἶπον· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτὸς ἀποστείλῃ * τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ῥύσεταί σε ἐκ τοῦ μιαρωτάτου ἄρχοντος τούτου, καὶ τελειώσει * τὸν δρόμον σου ἐν τάχει, καὶ τάξει τὸ ὄνομά σου μετὰ τῶν πρωτοτόκων. καὶ πληρώσαντες τὴν εὐχὴν, καὶ εἰπόντες τὸ, ἀμὴν, ἐγένετο κλαυθμὸς τοῦ πλήθους, καὶ κραυγὴ μεγάλη λεγόντων· μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, μέγας ὁ Θεὸς μαρτύρων. Χριστὲ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ, σῶσον ἡμᾶς· πάντες γὰρ εἰς σὲ πιστεύομεν, καὶ πρὸς σὲ καταφεύγομεν. ἀνάθεμα τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν. καὶ ὥρμησεν πᾶς ὁ λαὸς, καὶ κατέστρεψαν τὸν βωμὸν, καὶ τὸν ἄρχοντα ἐλίθασαν. καὶ ἀναστὰς ὁ ἄρχων, ὑπεχώρησε διὰ τὴν ταραχὴν, φοβηθεὶς τὸν ὄχλον.

11. Καὶ τῇ ἐπιούσῃ * καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ἐκέλευσε παραστῆναι αὐτῷ τὸν ἅγιον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων· διὰ τί, ἄθλιε, οὕτως μαίνῃ, εἰς ἄνθρωπον ἔχων τὰς ἐλπίδας, καὶ αὐτὸν σταυρωθέντα, ὡς κακοῦργον; λέγει αὐτῷ

ὁ μάρ-

* κατακέφαλα Colb.

* φαίνεσθαι Colb.

* ἐμπαρῆναι Colb.

* ῥαδίως Colb.

* ἀποστελεῖ Colb.

* τελέσει Colb.

* τῇ δὲ ἕωθεν Colb.

ὁ μάρτυς· φιμώθητι, καὶ μὴ ἀνοίξῃς τὰ μιαρά σου χείλη περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐσκοτισμένε τῇ διανοίᾳ ὄφι, πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, ἀνάθεμά σοι. ὁ γὰρ δεσπότης μου Ἰησοῦς Χριστὸς ταῦτα ὑπέμεινεν, θέλων σῶσαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. καὶ θυμωθεὶς ὁ ἄρχων ἐκέλευσε λέβητα πίσσης γεμισθῆναι, καὶ κοχλαζούσης τῆς πίσσης, ἐμβληθῆναι τὸν ἅγιον κατὰ κεφαλῆς *. ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ποιήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, ἐβλήθη εἰς τὸν λέβητα. ἄγγελος δὲ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἥψατο τοῦ λέβητος, καὶ εὐθέως διελύθη ὡς κηρὸς, ὅταν ὀσφρανθῇ πυρός. καὶ τὸν μὲν ἅγιον οὐ παρηνώχλησεν, κατέκαυσε δὲ τῶν ὑπηρετούντων † ἄνδρας πολλούς.

* κατωκέφαλα Coll.

† παρεστώτων Coll.

12. Φοβηθεὶς δὲ ὁ ἄρχων τὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ θαυμάσας τὴν ὑπομονὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος, ἐκέλευσε ξίφει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι, εἰπών· τὸν τοῖς νόμοις τῶν βασιλέων μὴ πειθαρχήσαντα †, τοῦτον κελεύει ἡ ἡμετέρα ἐξουσία κεφαλικὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν. οἱ δὲ δορυφόροι ἦραν αὐτὸν μετὰ σπουδῆς ἐκ τοῦ βήματος.

† πειθόμενον Coll.

13. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ποιήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, παρεκάλεσε τοὺς δημίους ἐνδοῦναι αὐτῷ μικρὰν ὥραν, ὅπως προσεύξηται. καὶ στὰς κατ' ἀνατολὰς προσηύξατο λέγων· κύριε, κύριε παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειάν μου τοῦ δούλου σου, καὶ ἐξαπόστειλον τὸν ἄγγελόν σου, καὶ πρόσδεξαι ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου, ἵνα μὴ ἐμποδίσῃ μοι * ὁ μιαρὸς καὶ φονιώδης δράκων, καὶ παρεμποδίσῃ αὐτὴν ἐν τῇ πονηρίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐμπέσῃ ἐν τῇ ἀπάτῃ αὐτοῦ, ἀλλὰ συναναπαυσόν με τῷ χορῷ τῶν ἁγίων σου μαρτύρων, καὶ ῥῦσαι, κύριε, τὸν λαόν σου ἐκ τῆς θλίψεως ταύτης τῶν ἀθέων, ὅτι σοὶ πρέπει τιμὴ καὶ κράτος σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ τὴν εὐχὴν, ἐκρούσθη ὑπὸ τοῦ σπεκουλάτορος, καὶ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, ὥστε πάντας ἀναβοῆσαι καὶ εἰπεῖν· μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν· καὶ πιστεῦσαι πολλοὺς ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

* καταπλέξῃ με Coll.

14. Οἱ δὲ σύνδουλοι αὐτοῦ περιῆγον πανταχοῦ ζητοῦντες αὐτόν, καὶ μὴ εὑρόντες ἤρξαντο λέγειν πρὸς ἀλλήλους· ἐκεῖνος ἄρτι ἐν πορνείῳ, ἢ ἐν καπηλείῳ κατακείμενος εὐφραίνεται· καὶ ἡμεῖς περιάγομεν ζητοῦντες αὐτόν. ἐν δὲ τῷ διαλογίζεσθαι ταῦτα, συνέβη ἀπαντῆσαι αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κομενταρησίου, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· μὴ ἑώρακας ξένον τινὰ ἐνταῦθα Ῥωμαῖον; ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς. τῇ χθὲς ἡμέρᾳ ἀνὴρ ξένος ἐμαρτύρησεν ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· καὶ ποῦ ἐστιν; ὁ δὲ εἶπεν· ἐν τῷ σταδίῳ. καὶ λέγει αὐτοῖς· ποίας ἰδέας ἐστίν; οἱ εἶπον αὐτῷ· ἀνὴρ τετραγωναῖος *, παχὺς, ξανθὸς, ῥούσιον ἀρμελαύσιον φορῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὃν ζητεῖτε, παρ' ἡμῖν χθὲς ἐμαρτύρησεν. οἱ δὲ

* λευκὸς Coll.

ctus Martyr: *Obmuteſce infelix, & noli aperire labia tua contra Dominum meum Jeſum Chriſtum: obſcuriſſime mentis ſerpens, inveterate dierum malorum, anathema tibi. Nam Dominus meus Jeſus Chriſtus hæc omnia ſuſtinuit, volens ſalvare genus humanum.* Et iratus Judex juſſit afferri ollam, & eam impleri pice, & in bullientem ſanctum Martyrem inverſo capite immitti. Sanctus autem Chriſti Martyr facto ſigno crucis miſſus eſt io ollam. Angelus vero Domini deſcendit de cælo, & tetigit ollam: & protious liqueſacta eſt, ſicut cera ante faciem ignis. Et Sanctus quidem non eſt moleſtatus; incendit autem de aſſiaoribus viros multos.

XII. Tremefactus autem Judex virtute Chriſti, atque admirans toleraoriam ſancti Martyris, juſſit gladio caput ejus abſcindi, dicens: Quem legibus Imperatorum noo obtemperautem reperimus, hunc jubet noſtra poteſtas capitalem ſubire ſententiam. Spiculatores autem tulerunt eum cum feſtioatione de medio judicii.

XIII. Sanctus vero Chriſti Martyr facto ſigoo crucis rogavit ſpiculatores, ut largirentur ei parvam horam, donec oraret. Et ſtans contra Orientem, deprecatus eſt dicens: *Domine Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, adeſto in adjutorium mihi famulo tuo, & mitte Angelum tuum, & ſuſcipe in pace animam meam; ut non impediat me peſtifer & interfector draco ſua malignitate, & ne ſuadeat me in fallacia ſua: ſed conrequieſcere me fac in choro ſanctorum Martyrum tuorum: & erue, Domine, populum tuum de tribulatione impiorum; quoniam te decet omnis honor & poteſtas una cum Unigenito tuo, atque ſancto & vivificante Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen.* Et cum compleſſet oratiooem, percuſſus eſt a ſpiculatore; & factus eſt terræ motus magnus, ita ut omnes exclamarent, diceotes: *Magnus Deus Chriſtianorum.* Et crediderunt multi in Dominum Jeſum Chriſtum.

XIV. Conſervi autem Beati Bonifatii circuibant, ubique requirentes eum; & non invenientes cœperunt dicere adiovicem: Ille modo io adulterio, aut io taberna poſitos epulatur; & nos circuimus, ubique requireotes eum. Cum ergo iorer ſe confabularentur, contigit obviare eis fratrem Commentarienſis, & dicunt ei: Forſitan vidiſti virum peregrinum Romaoum? Ille autem dixit eis: Heſterno die vir peregrinus martyrizatus eſt pro Chriſto, & abſciſſos eſt capite. Qui dixerunt ei: Et ubi eſt? At ille dixit eis: In ſtadio, ubi paſſus eſt. Et iterum interrogati illi de aſpectu ejus, dixeront ei: Vir eſt quadratus, craſſus, robuſtus, capillo compoſitus, coccinea armelauſia indutus. Et dicit eis: Ille, quem quæritis, heſterno die marty-

martyrio eſt finitus. Illi vero dixerunt ei: Homo quem nos quærimus, magis in taberna requirendus eſt, quam in ſtadio. Dicit autem illis: Quid enim vos nocebit venire uſque ad ſtadium, & videte ſi ipſe eſt?

XV. Illi autem ſecuti ſunt eum uſque ad ſtadium; & oſtendit eis pretioſum corpus ejus, & dixerunt ad eum: Quæſumus, oſtende nobis & caput ejus. Cum autem contemplati fuiſſent caput Sancti Martyris conſervi ipſius, riſit in Spiritu Sancto; & cognoſcentes eum pueri fleverunt amare, dicentes: Ne memineris noſtri in peccatum, quanta locuti ſumus de te, famule Chriſti. Et dicunt ad Officialem: Iſte eſt quem quærebamus: petimus te, da nobis eum. Dicit eis ille: Ego gratis corpus ejus dare vobis non poſſum. Illi autem dantes ei ſolidos quingentos acceperunt corpus ſancti Martyris: & ungentes illud aromatibus, & involventes linteaminibus pretioſis, poſuerunt in una de baſternis. Et ſic profecti ſunt iter ſuum gaudentes, & glorificantes Dominum ſuper defunctione ſancti Martyris.

XVI. Angelus autem Domini apparuit Dominæ ejus, dicens: Aliquando ſervum tuum, nunc autem noſtrum fratrem ſuſcipe ſicut dominum, & reconde eum bene. Per ipſius enim interventionem univerſa peccata relaxabuntur tibi. Et conſurgens Aglaes confeſtim accepit ſecum Clericos, & viros religioſos; & ſic cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, & omni veneratione obviavit ſancto corpori, & repoſuit illud ſtadiis ab urbe Roma quinque, in via quæ Latina nuncupatur; donec ædificaret ei domum dignam paſſione ejus. In quo etiam loco exuberant beneficia orationum ſancti Martyris uſque in hodiernum diem: ita ut etiam Dæmones expellantur, & omnes varias infirmitates repellit, quibus detinetur hominum genus. Martyrizatus eſt autem Beatus Bonifatius pridie Idus Maias, apud Tarſum Metropolim Ciliciæ; & ſepultus eſt Romæ Nonis Junii.

εἶπον αὐτῷ· ὁ ἄνθρωπος, ὃν ζητοῦμεν, πόρνος ἐςὶ καὶ μέθυσης, καὶ εἰς τὸ μαρτυρῆσαι οὐ ποιεῖ. εἶπεν δὲ αὐτοῖς ἐκεῖνος. τί γὰρ ὑμᾶς ἀδικήσει ἐλθεῖν ἕως τοῦ ςαδίου, ϗ θεάσασθαι αὐτόν.

15. Οἱ δὲ ἠκολούθησαν αὐτῷ ἕως τοῦ ςαδίου, ϗ ἔδειξεν αὐτοῖς τὸ σκήνωμα * αὐτοῦ κείμενον, λέγουσιν αὐτῷ· δεόμεθά σου, δεῖξον ἡμῖν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ ἀπελθὼν, ἤνεγκεν αὐτοῖς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ἰδοῦσα δὲ ἡ ὄψις τοῦ μάρτυρος τοῦς συντρόφους * αὐτοῦ, ἐγέλασεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ· ϗ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ παῖδες, ἔκλαυσαν πικρῶς λέγοντες· μὴ μνησθῇς ἡμῶν εἰς ἁμαρτίαν, ὅσα κατελαλήσαμέν σου, δοῦλε τοῦ Χριςοῦ. ϗ λέγουσι τῷ ταξεώτῃ *. οὗτός ἐςιν ὃν ζητοῦμεν, δεόμεθά σου, δώρησαι ἡμῖν αὐτόν. λέγει αὐτοῖς ὁ ταξεώτης· ἐγὼ δωρεὰν τὸ λείψανον ἀπολῦσαι ὑμῖν οὐ δύναμαι. οἱ δὲ δεδωκότες αὐτῷ νομίσματα πεντακόσια, ἔλαβον τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου μάρτυρος· ϗ μυρίσαντες αὐτὸ μύροις, ϗ περιβαλόντες ὀθόνην * πολυτίμητον, ἐνέβαλον ἐν ἑνὶ τῶν λεκτικίων, ϗ ὥδευσαν τὴν ὁδὸν αὐτῶν χαίροντες, ϗ δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει τοῦ ἁγίου μάρτυρος.

16. Ἄγγελος δὲ κυρίου ὤφθη τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ, λέγων· τόν ποτε δοῦλόν σου, νῦν δὲ ἡμέτερον ἀδελφὸν δέξαι ὡς δεσπότην, καὶ ἀνάπαυσον καλῶς. δι' αὐτοῦ γὰρ αἱ ἁμαρτίαι σου πᾶσαι συγχωρηθήσονταί σοι. ϗ ἀναςᾶσα ἡ Ἀγλαῒς συντόμως, καὶ παραλαβοῦσα κληρικοὺς εὐλαβεῖς μετὰ λιτῆς, ϗ κηρῶν, ϗ θυμιαμάτων ὑπήντησαν τῷ ἁγίῳ λειψάνῳ, ϗ ἀπέθετο ὡς ἀπὸ σταδίων πεντήκοντα τῆς πόλεως Ῥώμης, εὐκτήριον οἰκοδομήσασα οἶκον ἄξιον τῆς ἀθλήσεως τοῦ καλλινίκου μάρτυρος. ἐν ᾧ μέχρι τῆς σήμερον δαίμονες ἀπελαύνονται, ϗ πᾶσα νόσος φυγαδεύεται τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ μάρτυρος καὶ προςασίᾳ.

* τὸν νεκρὸν Colb.

* συνδούλους Colb.

* leg. ταξεώτῃ

* Colb. ἐνειλήσαντες ὀθόναις

XVII. Beata autem Aglaes abrenuntiavit mundo, & pompis ejus, univerſa quæ poſſidebat, diſtribuens egenis. Relaxans autem & univerſam familiam ſuam diverſi ſexus & ætatis a jugo ſervitutis, ſic cum paucis puellis cum ea abrenuntiantibus famulata eſt Chriſto: & ſic facta eſt magna, ut etiam gratiam a Deo mereretur accipere, ut dæmonia expelleret, & diverſas infirmitates curaret. Supervixit autem beata Aglaes in habitu Sanctimonialis annos tredecim, & ſic obdormivit in Domino, & in pace ſepulta eſt apud præfatum Martyrem. Sic quoque decertavit glorioſus Martyr Bonifatius, victoriæ coronam aſſumens, in gloriam & laudem Dei Patris, & Unigeniti Filii ejus, & Spiritus Sancti: nunc & ſemper, & in cuncta ſæcula ſæculorum. Amen.

17. Ἡ δὲ μακαρία Ἀγλαῒς ἀπετάξατο τῷ κόσμῳ, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς διαδοῦσα πτωχοῖς, ϗ εἰς μοναστήρια, ϗ ξενῶνας, ἐλευθερώσασα ϗ τὴν οἰκετίαν, μετὰ ὀλίγων κορασίων σὺν αὐτῇ ἀποταξαμένων ἐδούλευσεν τῷ Χριςῷ· ϗ οὕτως ἐγένετο τιμία, ὥστε ϗ χάριν παρὰ Θεοῦ λαβοῦσα, δαίμονας ἀπελαύνειν, ϗ παντοῖα πάθη διὰ προσευχῆς θεραπεύειν. ἐπιζήσασα δὲ ἡ μακαρία ἐν τῇ ἀσκήσει ἔτη δεκατρία ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ. οὕτως ἀγωνισάμενος ὁ καλλίνικος μάρτυς, τὸν τῆς νίκης στέφανον ἀνεδήσατο, εἰς δόξαν τοῦ πατρὸς ϗ τοῦ υἱοῦ ϗ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem Sanctorum Martyrum VICTORIS, & ſociorum ejus.

*Maſſilia Victoris ſanguine ſacra.* 1. ILluſtris ſane fuit Maſſiliæ civitas ob civiles honores ac prærogativas, quibus præ ceteris fere Galliarum urbibus olim emioebat: at longe illuſtrior apod Chriſtianos baberi debet, quod beatiſſimi VICTORIS martyrio decorata fuerit, qui per totam hanc ampliſſimam civitatem, fune injecto ideo raptarus videtur, ut eam ſanguine ſuo conſecraret. Hujus Martyris Acta in variis codd. mſſ. paſſim reperimus, ſed in nonnullis quidem vitiata; at in aliis ſinceriora, quæ jam Franciſcus Boſquetus, tum Prætor Narbonenſis, in probationibus ad librum quartum biſtoriæ eccleſiaſticæ Gallicanæ vulgaverat; ex quo ea ipſa, ſanatis ope codd mſſ. aliquot mendis, deſcripta proſerimus. Hæc porro Acta etſi tantæ antiquitatis eſſe non videantur, ut ab auctore æquali, vel etiam fere æquali ſcripta dici poſſiot; talia tamen viris eroditis viſa ſunt, quæ Joanni Caſſiano, aut alicui ex illuſtribus viris, qui ſæculo quinto ineunte iſtis in partibus florebant, poſſint tribui.

2. Beati Victoris ac ſociorum ejus memoriam faciunt vulgata Martyrologia ad diem 21. Julii, obi eorum paſſionis compendium exbibent. At apud Maſſilienſes præcipue Victor colitur, qui eum veluti præcipuum patriæ ſuæ patronum ac tutelarem venerantur: cujus ſepulcrum ſuo tempore multis miraculis celeberrimum fuiſſe teſtatur Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 77. Certe Venantius Fortunatus, qui eodem tempore qoo Gregorius ipſe in Gallia florebat, inter præcipuos Martyres Victorem Maſſilienſem martyrem laudat lib. 8. Carm. 4. ubi ipſum cum Albano celeberrimo Britanniæ majoris martyre boc diſticbo conjungit. *Victoris celebritas.*

*Egregium* ALBANUM *fœcunda Britannia profert.*
*Maſſilia* VICTOR *martyr ab urbe venit.*

3. Nec prætermittere licet, ſub ejuſdem Martyris nomine ab annis amplius mille & ducentis conſtructum fuiſſe nobiliſſimum monaſterium io urbe Maſſilienſi, quod celebrem illum Jobaonem Caſſianum inſtitutorem agnoſcit; inſtituto Benedictino poſtmodum ad ooſtrum uſque tempus adſtrictum. Porro præter Paſſionem ſancti Victoris metrice deſcriptam, quam a Cardinali Baronio laudatam vulgavit Franciſcus Boſquetus, reperimus eriam io aliquot mſſ. codd. libros tres de ejuſdem ſancti miraculis, quæ omnia cum ad ooſtrum inſtiturum non pertineant, omittere viſum eſt. Sob ſancti Victoris Maſſilienſis nomine baſilicam Conſtantinopoli conſtruxit Johannes Comnenus imperator, de qua Caogius in CP. Chriſtiana lib. 4. ſect. 6. nu. 109. *Monaſterium ſub ejus nomine.*

4. De iſtorum porro Martyrum paſſionis tempore nihil eerti occurrit, niſi quod eorum martytium anno circirer CCXC. aut CCCIII. videtur contigiſſe, cum iſtis temporibus Maximianus imperator apud Maſſiliam verſaretur. Ceterum veri ſimile non eſt id quod Rabanus in Martyrolorio commemorat, Maximianum ſcilicet poſt Viſtoris mortem *dæmonum infeſtatione tortum* fuiſſe, ac *quinto poſt die putredinis ſqualore decoctum & vermibus bullientem ſemetipſum ſtrangulaſſe*. Certiora enim habemus de Maximiani morte argumenta, quorum nonnulla videſis in notis ad paſſionem Martyrum Agaunenſium num. 7. ſupra pag. 278. Sed & in hoc quoque erravit Rabanus, quod Victorem Maſſilienſium epiſcopum fuiſſe exiſtimarit. *Tempus paſſionis.*

---

## P A S S I O

### Sanctorum VICTORIS, ALEXANDRI, FELICIANI, atque LONGINI Martyrum.

*Anno Christi circ. 290. vel 303.*

*Ex codd. mſſ. & edit. Boſquet.*

*Maſſilia ſitus.* I. MAſſilia, civitas ampla, quondam mirabili ſtructuræ ſuæ firmitate, ſimul & pulcritudine glorioſa, in optimæ terræ ſolo, in capite Galliarum ſita, terra marique omnium fere gentium commerciis patens, immen-

ſa

ſa divitiarum opulentia, & frequentibus populorum turbis, armorumque terroribus inclita fuit: unde & Romanæ potentiæ meruit eſſe in occiduis partibus quædam propria ſedes. Quare & Romanorum numinum, immo Romanorum dæmonum ſtudioſa cultrix, & ſacrilegarum ſuperſtitionum acerrima & ferociſſima defenſatrix habebatur. Quas ob res ſuperba nimis & peſſima, tanta crudelitate in Chriſtianorum ſupplicia ſanctorumque neces, velut totius humanitatis immemor, raptabatur, ut collectos undique circa ſe piorum greges, ad adventum maxime Imperatorum inſtar luporum raperet. Sed nec ipſis civibus parcens, quoſcumque Chriſtiani nominis inveniſſet, abſque ulla miſeratione ætatis, aut ſexus quaſi ad triumphum ſuorum dæmonum variis ludibriis affectos, irrecitabilibus tormentorum generibus excruciatos, vilius quam pecudes trucidaret [1].

II. Inter quas ſanctorum Martyrum gemmas, VICTOR ſanctiſſimus, velut ceteris ſtella fulgentior, glorioſus claruit: vel quod eſſet nobilior, vel quod in religione noſtra inſtructior & ferventior atque famoſior, vel quod de ipſa ceteris peſſimis immaniore & truculentiore beſtia, Maximiano videlicet imperatore, cum ipſo comminus pugnans, inſigniter & digne ſuo nomine triumphavit. Maximianus enim cum pro Sanctorum ſanguine, quem per totum orbem crudelius aliis, maximeque per totas Gallias recentius ſuderat, & præcipue pro famoſiſſima illa THEBÆORUM apud Agaunum cæde, noſtrorum plurimis nimium terribilis factus Maſſiliam adveniſſet, ut ſecundum Scripturam, impius adhuc impie ageret: cuncta illuc crimina ſua cum vita nequiſſima completurus, ne quid ſibi deeſſet ſcelerum, pietati protinus inſatiabilis tortor, velut parum hactenus feciſſet, tota rabie bellum indicit: Chriſticolaſque, niſi ſacrificent idolis, exquiſitis mortibus deperire jubet. Tum vero tanta malorum nube oppreſſis [2], perturbatiſque noſtrorum animis, invincibilis ſeſe in medium Victor oppoſuit, ſingulis noctibus ſanctorum caſtra ſollicite circumiens, & per domos ſingulas ad amorem æternæ vitæ, & contemtum tranſitoriæ mortis ſervorum Dei corda confortando ſuccedens.

*Plures martyres in Galliis ſub Maximiano.*

*Apoc. 22. 11.*

III. Talibus inſiſtens felix hoſtia mox futurus deprehenditur, ac Præfectorum tribunalibus præſentatur. Præfecti primum ſuadent clementius viro, ne deorum culturam ſperneret, nec conſueta militiæ ſtipendia, & Cæſaris amicitias, pro cultu cujuſdam olim [3] mortui recuſaret. Ille ſtatim ſancti Spiritus armatus eloquio, *deos quos dicebant, immundiſſimos dæmones* efficaciſſime comprobat: *militaria vero ſtipendia, & Imperatoris amicitias ſe Chriſti militem, in contumeliam Regis ſui nullatenus habere velle* reſpondet. *Dominum autem Jeſum Chriſtum altiſſimum Dei Filium pro caritate reſtaurationis humanæ, vere quidem hominem fuiſſe mortalem, & ab impiis ſe volente occiſum, ſed* DIVINÆ *ſuæ virtutis potentia, die tertia ſuſcitatum cælos aſcendiſſe, & a Deo Patre regnum ſuper omnia ſtabile ſuſcepiſſe*, vultu conſtanti, ac liberæ vocis plena auctoritate proteſtatur. Nec mora, circumadſtantium clamor ingens in cælum attollitur, pius Domini Confeſſor ab omnibus injuriatur. Sed quia vir clarus erat, judicatum a Præfectis eſt, uti ejus cauſa ad Cæſaris audientiam referretur. Quo facto, ille efferato animo, ſubito converſus in furias, dilationis impatiens, jubet athletam ſanctum ſuis tribunalibus præſentari.

*Victor coram Præfectis ſiſtitur.*

*Chriſtus homo ac Deus.*

IV. Beatiſſimus igitur Victor coram tribunali furentis Imperatoris ſtatuitur, multiſque undique accuſationibus impetitus, omni calliditate, ſummiſque terroribus ad ſacrificia iterum dæmonum perurgetur. Martyr vero ex audito

*Tum coram Maximiano.*

1 An ex illis fuere *Hermes*, *Adrianus*, *Cotthous*, *Felix*, *Euſebius*, *Januarius*, & alii 24. qui Maſſiliæ paſſi dicuntur in nonnullis Martyrologiis, uti videre eſt apud Bolland. die 1. Martii? Defendens etiam martyr ibi colitur, ſed quem ex legione Thebæorum fuiſſe ajunt.

2 Apud Boiquetum, *oppreſſæ*, *perturbatiſque*.

3 In cod. Germ. deeſt, *olim*.

to terrore robuſtior, velut qui gebennas levi commercio vinceret; nec auferri de terra veritas, qui municipatum cæleſtis curiæ jam ſentiret: de promtuario ſancti Spiritus recreatus, Imperatorem ſæviſſimum, cunctoſque Principes ejus mira prudentia, & virtute animi confutavit, idolorum cultus aſſertionibus claris evacuans, Jeſum Chriſtum verum Deum eſſe certa publice ratione confirmans.

*Chriſtus verus Deus.*

*Per totam urbem volutatur.*

V. Tunc impiiſſimus Cæſar omni fera crudelior, omni dracone malignior, diabolica face ſuccenſus in rabiem vertitur, ſanctumque Martyrem funibus coartatum, per totam urbem præcepit volutari: ut ex ignominioſa viri pœna, & deorum ſuorum vindicaret injurias, & noſtrorum ſimul animos territaret. Data ſententia, conclamat exercitus inſanientis populi, undique ad ſpectaculum multitudines ruunt: dumque per totam civitatem, brachiis pedibuſque ligatis Chriſti athleta pertrahitur, impiis manibus, vel maledico ſaltem ore, prout quiſque poterat, cruciatus adaugent; ita ut pro reatu non minimo ſibi duceret, qui ad ejus injurias non aliquid adjeciſſet.

*Ad Præfectorum tribunal reducitur.*

VI. Tali ergo ludibrio cum ſatis ſuperque vulgi nefandiſſimi oculo, ſatiaſſet, ad tribunalia Præfectorum ſanctiſſimus iterum Victor laceratus, cruentuſque reducitur, de negando Chriſto, & diis adorandis acrius itidem peroratur. Putantes enim pœna, & contumeliis, populique tumultibus feſſum animo decidiſſe, nec jam de ſuperfluo locuturum, qui ſibi potius conſulendum eſſe crudeli experimento didiciſſet: de injuriis Cæſaris, ac totius reipublicæ graviter conqueruntur. Tum deinde ſupremæ dementiæ [4], nihilque infelicius eſſe aſſerunt, quam omnium deorum, & inviçtiſſimorum Principum amiciſſima familiaritate poſtbabita, cuncta mundi oblectamenta, & gloriam, & honorem, ipſam quoque dulciſſimam ſalutem corporis, pro eo quod numquam viderit, perdere, cunctorum iras deorum, hominumque, in ſe gratuito provocare; cum omnium dolore carorum, per ſumma tormenta ad interitum feſtinare. Proinde vel jam experto rationem ſanioris eligendam eſſe conſilii; nec contemnendos eſſe deos, quorum manifeſta maieſtas fulgeret in templis, quorum beneficia ſentirentur a cunctis quos veneranda antiquitas adoraſſet, & ſummi Principes colerent: quibus propitiis cuncta lætarentur; quibus adverſis durare mundus nec ipſe valeret. Illi ſane quantocius renuntiandum, qui & vivendo ſemper pauperrimus fuerit; & quam eſſet impotens moriendo demonſtraverit. Id ſi faceret, futurum ut & imminentia ſupplicia lucraretur, & de intima Cæſaris amicitia, ſummiſque honoribus ipſis poſſet intervenientibus gratulari. Quæ ſi reſpueret, ad illam quam nemo umquam vidiſſet Chriſti ſui gloriam, non aliter quam ipſius exemplo, per ſumma tormenta & contumelias, totius opprobrium & abiectio populi factus, eſſet ilico tranſiturus.

*Victoris reſponſio*

VII. Tum Martyr de primo iam impetu plene victor, & ſancti Spiritus ſactus oraculum, imperterrito & infatigabili animo, Deo confortante, perſiſtens, ad hunc modum concionatus ait: „ Si de iniuriis [5] Cæſaris & reipu-„ blicæ agitur; Numquam, inquit, Cæ-„ ſari, numquam reipublicæ nocui, „ non honori imperii quidquam detra-„ xi, non ab eius me propugnatione „ retraxi. Quotidie pro ſalute Cæſaris „ & totius imperii ſtudioſe ſacrifico, „ quotidie pro ſtatu reipublicæ coram „ Deo meo ſpirituales hoſtias macto. „ Dementiſſimum autem non ab re vi-„ deri omnibus æſtimo, ſi quis unum „ aliquid ita diligat, ut non id pro „ centuplo meliore poſtponat. Quid „ vero ſi illud unum, nec prout cupias „ habere, nec ſi habeas, ſine metu gaude-„ re, nec cum maxime ſollicitus ſis va-„ leas retinere? Illud vero centuplum

mox

4 Boſq. *clementia*.

5 Boſq. *in mihi*.

» mox ut volueris, præ manibus habeas: cum tenueris ſecurus gaudeas; quod nullo jam fine, nullo ſui tuive defectu, nullius deinceps violentia perdas. Proinde ſanioris ratione conſilii, omniumque judicio ſapientium, familiaritas Principum, mundi oblectatio, gloriæ, bonores, ſalus corporis, cara [6] cognatio & hujuſmodi cetera, ipſa denique temporalis vita, quæ nec pro voto acquiri, nec ſecure haberi, nec vel longiuſcule teneri, omnibus plane notiſſimum eſt, æternæ vitæ ineffabilibus, & ſtabilibus gaudiis, ſummique omnium auctoris amplexibus poſtponenda ſunt: quem cum amaveris, habeas: cum habueris, cuncta pariter cum illo poſſideas. Nec te doleas bæc ipſa, quæ deſerueras momentanea reliquiſſe, quæ commutatione leviſſima, incomparabiliter meliora in æternum gaudeas recepiſſe. Non autem tormenta, ſed refrigeramenta recte dici, quæ cruciatus æternos extinguunt; nec mortem, ſed ſalubre poculum reputari, per quam ad talem vitam tranſitus procuratur. Illo ſane nihil inſanius, nihil omnium conſcientia teſte, vecordius, qui boc tanto bono ſine cauſa poſthabito, manifeſtum vitæ ſuæ hoſtem ſtudioſe ut Deum colat: unde & poſt vitam nihil aliud, quam mortis æternæ mercedem, & inexplicabiles ſine termino cruciatus acquirat. Quis enim vitæ humanæ truculentior hoſtis appareat, quam qui agenda docet, proprioque exemplo ſuadet, quæ & extrema ſint agentis opprobria, & injuſtiſſimis legibus capitaliter puniantur? Nonne autem agenda docentur, quæ publice recitari, quæ laudando cantari jubentur? Tales quippe, tales ſunt dii veſtri maximi, quibus præcipientibus horrenda ſua ſcelera non ſolum recitantur, ſed & viſibiliter effinguntur in theatris, cantantur, & ſummis laudibus celebrantur in templis.

Dii Gentilium facinoroſi.

» VIII. Cui enim veſtrum neſcire licet funeſtas rapinas, & quantum in ſe fuit, nefanda parricidia ſummi Jovis? Cui innumera ejus ſtupra, & adulteria furtiva, & publica fraudulenta, & violenta ignorare permiſſum eſt? Numquid Reginæ deorum, ſororiſque Jovis maligna crudelitas, & fraterna ſecum inceſta latuerunt? Nonne palam ſunt Martis implacabilis ferocitas, & obſcœniſſimi priapi, necnon & fœdiſſimæ Veneris turpitudo? Quid deas febres, deoſque pallores, & hujuſcemodi deorum referam greges; quos ipſi vos deos malignos, & ſalutis inimicos humanæ prædicatis? Pudet memorare deos Stercutios [7], & deas Cloacinas, & mille talium portenta deorum, qui tanto dedecore miſeros ſuos cultores afficiunt, ut venerari cloacas & ſtercora, deorum ſcilicet talium templa, compellantur. Patet igitur quam truculentiſſimi, & ultra omnes inimicos immaniſſimi boſtes ſint hominum iſti dii veſtri magni, quorum lignea vel lapidea, vel ærea majeſtas a vobis facta & ſtabilita, a muribus ſeu avibus ſtercoratur in templis: quorum prædicta maleficia, nulla vero beneficia ſentiuntur a ſuis: quos venerata veſtra miſera antiquitas periit; quos utinam veſtri Principes tollendo felicis viverent, quibus propitiis, cuncti quibus propitii ſunt, jubentur a juſtiſſimis legibus capitaliter plecti: quibus adverſis per mundum innocentia honeſtas & juſtitia refloreſcit. Non enim illi propitiari niſi ſimilibus poſſunt, diſſimilibus enim nequeunt: quia nulla contraria ſibi invicem convenire poſſunt. Similes vero illorum, & juſtiſſima lex, ut diximus cum peſſima nota de medio exterminat, & ipſa æquitas nihil illis poſt vitam aliud, niſi mortis æternæ ſupplicia ſervat. Beatitudinem quippe flagitioſis nemo vel inſanus concedit. Reſtat ergo quidquid poſt hanc vitam talibus retribuitur id eſſe, ut quoniam num-

6 Boſq. carorum.

7 Legendum forte Stercutios. De Stercuto vide ſupra pag. 108.

» numquam beati ſunt, ſempiterna mi-
» ſeria moriantur. Quoniam igitur dii
» veſtri diſſimilibus quidem adverſi, ſi-
» milibus antem ſemper ſunt mortali-
» ter inimici; ratione firmiſſima con-
» ſtat, quod eos nemo colere debeat,
» quorum & cultura viventes ſemper
» turpiſſimos; & retributio, ſive in hac
» vita, ſive poſt baoc vitam, facit mi-
» ſerrimos, quos oec aliquatenns de-
» ceat formidari, cum ſola ſit eorum
» propitiatio metnenda.

*Christi laudes.* » IX. Illum ſane qoanta caritate,
» quanta veneratione dignum eſt ado-
» rare, qui cum inimici eſſemus, prior
» nos dilexit: qui & deorum turpium
» nobis fraudes aperuit, & nt nos ab il-
» lis eriperet, non ſuam minuens deita-
» tem, ſed noſtram veſtiens humanita-
*Christus Deus & homo.* » tem, inter nos Deus permanens, ho-
» mo ſactus apparuit; ut pauperrimos
» ditaret, noſtræ ſe paupertati, cum di-
» tiſſimus eſſet, pauperrimns veniens,
» configuravit? cujns illa humana con-
» verſatio nobis eſt omnis virtutis, &
» honeſtatis exemplum: cujns indebi-
» ta mors debitam noſtram abolevit in
» æternum: & dum iſti dii, immo peſ-
» ſimi dæmones illum iooocentem no-
» ſtra infirmitate velatum, iojuſte ex-
» petunt, quos a ſe deceptos captiva-
» verant juſte perdiderunt. O quam di-
» ves illa quam objicitis paupertas! quæ
» quando ſibi placuit, ſolo juſſu piſci-
» bus implevit naviculas, quinque pa-
» nibus quinque millium hominum ſa-
» tiavit turbas. O quam fortis infirmi-
» tas, quæ omnes ſuorum infirmitates
» ſaoavit! O qnam vivifica mors, quæ
» tot mortuos ſuſcitavit! Quæ ne forte
» minus vera eſſe aliquatenus æſtime-
» tis, adſpicite ab initio prædicta innu-
» merabilibus miraculis totius creatu-
» ræ atteſtatione firmata. O ſi intente
» videritis quantus iſte ſit, cui totus
» eſt obediens mundus! qualis ſit qui
» eſt deſiderabilis totus! in quo oihil
» vituperabile, io quo totum laudabi-
» le, cujus caritas omnes recipit, cu-
» jus judicium nullus evadit. Quid
» ejus vita ſanctius? quid doctrina re-
» ctius? quid promiſſis ntilins? quid
» minis terribilius? qnid ejus tutius pa-
» trooatu? quid laudabilius amicitia?
» quid jucnndius gloria? Quis deornm
» hnic ſimilis, quis hnic comparabi-
» lis? Omnes enim dii gentium dæ-
» monia, Deus autem noſter cælos fe- *Christus Deus unicus.*
» cit. & ideo illi cum ſuis cultoribus,
» æternis iocendiis damnati ſunt; at-
» que damnandi, ſicut ſcriptum eſt in
» ſancto Propbeta: Dii qui cælum & *Psalm. 96. 7.*
» terram ooo ſecerunt, pereant de ſub
» cælo. & in alio: Confundantur omoes *Psalm. 139. 11.*
» qui adorant ſculptilia. & iterum: In
» ignem dejicies eos, in miſeris noo *Psalm. 134. 5.*
» ſubſiſtent. De iſto autem ſanctus Pro-
» pheta dixit: Deus noſter præ omni- *Psalm. 127. 1.*
» bus diis, omnia quæcumque voluit
» fecit in cælo, & io terra, in mari &
» in omoibus abyſſis. Unde & eodem
» Propheta teſte: Beati omnes qui ti-
» meot Domioum, qui ambulant in
» viis eius. Regis enim ſui gloria fideles
» milites non carebunt; propter quod
» ſecure pro eios teſtimonio mortem
» nos ultro ſulcipimus, & quam certa
» ſit noſtra ſpes paſſionis exemplo mon-
» ſtramus. Quocirca, viri illuſtriſſimi,
» viri doctiſſimi, mentis compotes &
» ratione vigeotes, ſemoto quæſo paul-
» liſper odio & conteotione, iuſto exa-
» mioe vim utrinſque partis attendite,
» nec turpiſſimis & inimiciſſimis dæ-
» monibus damoatis atque damoati-
» bus ulterius vos ipſos tradatis, oeu di-
» vinæ ſimilitudinis honorem, quæ in
» vobis eſt, eorum obſcœniſſimæ tur-
» pitudini ſubſternatis, ut eorum da-
» mnationem evadere valeatis. Obedi-
» te autem ſaoctiſſimo, pulcherrimo,
» iuſtiſſimo, clementiſſimo, omnipoten-
» ti Creatori & amico veſtro, cuius vos *Christus Creator omnipotens.*
» humilitas, ſi ei acquieſcitis, ſublima-
» bit, paupertas ditabit, mors vivificabit:
» cuius vos nunc advocant ſaluberrima
» monita, invitant præmia, ot in æterna
» ipſius gloria paullo poſt ſuſcipi, & eius
» ſemper valeatis amicitia gratulari.

X. Cumque peroraſſet Martyr, im-
piiſſimi præſides rationum pondere
oppreſſi: Adhuc, ioquiuot, Victor,

 philo-

philoſophari non deſinis? Unum tibi elige, aut placare deos, aut cum ſumma infelicitate deperire. *Si ſic*, inquit, *proponitis, quod docuimus verbis, exemplo firmandum eſt. Deos ſperno, fateor Chriſtum. Quæcumque poteſtis date ſupplicia, cumulate tormenta.* Exacerbati ergo reſponſis ejus Præfecti ſacrilegi, dum in laniando eo, alter alterum crudelitate vincere nititur, in ſe primitus verſi, orta rixa diſſentiunt. pro qua recedente Euticio, optatæ ſortes excruciandi Martyris alteri cedunt. Tunc Aſterius (ſic enim dicebatur) Chriſti militem mox jubet affigi. Quo facto cum diutius acerrime torqueretur, attollens in cælum lumina, piam tolerantiam a miſericordiſſimo Patre Deo, cujus id eſſe donum noverat, precabatur. Nec jam ultra ferens clementiſſimus Jeſus, certatori ſuo inſigne certaminis, victoriæque ſignum, crucem videlicet, in manibus geſtans, in ſpecie conſolantis apparuit, dicens: Pax „ tibi, Victor noſter. Ego ſum, inquit Jeſus, qui in ſanctis meis injurias & tormenta ſuſtineo. Viriliter „ age & eſto robuſtus. Ego enim tecum „ ſum fortis adjutor in prœlio, qui fidelis poſt victoriam remunerator in „ regno. Ad Salvatoris vocem protinus omnis dolor, cunctaque irrita ceſſere tormenta. Tunc ille mente vultuque alacri converſus ad laudes, immenſas viſitatori ac conſolatori ſuo toto ſpiritu gratias referebat.

*In crucem Chriſti torquetur.*

XI. Lictores autem ſævi cum jam laſſi deficerent, nihil autem ſe profeciſſe tripudiante Martyre cernerent; depoſitum patibulo, juſſu nefandiſſimi Præſidis, ſub cuſtodia militum in obſcuriſſimum omnium carcerem trudunt. Et ecce benigniſſimus Jeſus ſponſionis ſuæ non immemor, noctis medio, militi ſuo viſitationem angelicam [1] mittit. Continuo igitur ſolutis carceris clauſtris, depulſa nocte, totum carcerem die clarior lux cæleſtis irradiat. Exultans Martyr laudes Domino cum Angelis leniter ſe demulcentibus cantat. Milites ergo claritatem tanti cernentes fulgoris, ad pedes Sancti cernui procedunt, veniam flagitant, baptiſmum petunt. quos pro tempore diligenter inſtructos, adſcitis Sacerdotibus, ipſa nocte ad mare duxit, ibique baptizatos propriis manibus de fonte levavit. Mane autem facto, ſanctorum militum ALEXANDRI, LONGINI, FELICIANI (ſic enim eorum nomina dicebantur) divulgata converſione, magnus ille draco Maximianus furore ſuccenditur, feralia edicta proponuntur. Hæc omnia in Victorem, quippe qui auctor fuiſſet, durius retorqueri: milites vero debere aut conſentire idolis, aut capitali ſententia condemnari.

*Tres milites convertuntur.*

XII. Tunc beatus Victor novos Chriſti milites præmiſſurus ad prœlia, hujuſcemodi oratione præmunivit, dicens: *O fortiſſimi commilitones, o glorioſi certaminis anteſignani, opus eſt animis, nunc opus eſt tota fortitudine. Fidem quam nunc Imperatori noſtro promiſiſtis, viriliter cuſtodite. Imminet enim hoſtis, adeſt pugna. Vult enim hoſtis nova tirocinia veſtra repentinus aggredi, ut ſi incautos invenerit, palmam victoriæ ſe quodammodo ſurripuiſſe glorietur. Vos autem, cariſſimi, non ita negligenter inſtructi eſtis; non ita parum Chriſtum didiciſtis. Vos quoque non ignoratis prœlia, nec perdidiſtis militiam, ſed mutaſtis. Experiatur igitur Rex noſter quos elegit, quibus aciem primam felicis pugnæ commiſit: experiantur & inimici quos impetunt, nec vos degeneres in aliquo ſentiant: de quibus tamen bene veſter Imperator ſenſit, ut recentiſſimis tironibus ſummam rerum committeret, & primos belli eventus veſtræ fortitudini commendaret. Nec vos terreant bella, qui ſemper bella didiciſtis; nec vos avocent peritura, qui jam præ manibus æterna videtis. Supereſt vobis illa fortiter rapere; ſupereſt vobis per medias acies ad illa tranſire: quæ ſi paullo vobis interim aſperiora videntur, ipſum Regem noſtrum jamjam per talia tranſiiſſe cognoſcite; ipſum, non alium, dicentem*

*Quos ad martyrium Victor adhortatur.*

1 Boſq. evangelicam.

Johan. 16. 33. *tem audite: In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite: ego vici mundum. Ipſum, inquam, ipſum fiducialiter mente & voce contra omnia dura invocate. Non vobis fideliter invocantibus deerit, qui ſuis omnibus veraciter promiſit, di-*
Matth. 28. 20. *cens: Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſaculi. Denique hujus rei meipſum vobis exemplum fidele propono. Dum enim appenſus patibulo, intolerabilibus cruciarer anguſtiis, miſericordem Dominum ſupplicibus lacrymis invocavi: & ecce protinus illum video, glorioſum noſtræ redemtionis ſignum in manu ferentem, & dicentem mihi:* PAX TIBI VICTOR, NE TIMEAS; EGO ENIM SUM JESUS, QUI IN SANCTIS MEIS INJURIAS ET TORMENTA SUSTINEO. *Ad cujus vocem tanta mihi ſtatim virtus infuſa eſt, ut nulla deinceps penitus ſupplicia reputarem. Quapropter, cariſſimi, virtutis veſtræ*
Christus auctor omnium. *memores, in auctorem omnium* JESUM DOMINUM, *& qua ille tranſierit, quo pervenerit adſpicientes, ne timeatis minas volaticas mortalium hominum, quibus promiſſa*[1] *jam præ manibus eſt immortalium ſocietas Angelorum: & momentanea ferte ſupplicia, ut triumphaliter ſuperare poſſitis æterna: & qui antea malebatis mori, quam vinci perpetuo perituri, nunc patimini, oro vos, vincere, in æternum poſtmodum regnaturi.*

XIII. Talibus armatos, unaque Victorem ſanctum miſſi apparitores ad forum ſuperius rapiunt. quibus auditis certatim ad ſpectaculum tota pæne civitas ruit. Alios furibundæ mentis inſania trahebat, alii meliore ſpiritu cupiebant videre ſanctum Martyrem cum diabolo dimicantem. Vulgi concurrentis undique confuſio perſonat, tumultu & clamore omnia replentur; in ſanctum Martyrem maledicta & convicia undique jaciuntur. At ille contra omnia illata robuſtior permanens, cum ab impiis cogeretur, ut vel milites quos averterat, ad cultus deorum revocaret: *Quæ*, inquit, *ipſe ædificavi, deſtruere mihi non licet*. Interrogati ergo milites ſancti, Alexander, Felicianus atque Longinus, in confeſſione Domini fideliter perſeverant: moxque ex imperiali juſſu gladio feriuntur, cor- *Gladio feriuntur.* poraque projicientes temporalia, vita potiuntur æterna.

XIV. Sacratiſſimus autem Victor *Victor iterum tortus includitur.* cernens ſanctos milites neci datos, lacrymabili voce Dominum deprecabatur, ut illorum ſocius eſſe martyrii pariter & gloriæ mereretur, quorum poſt Deum, credulitatis & confeſſionis auctor exſtitiſſet. Statim igitur glorioſus Martyr conclamantibus turbis undique tunditur, iterumque ſuſpenſus, ſuſtibus nervisque taureis atrociſſime cruciatur. Inde victis tortoribus revocatur ad carcerem: ubi triduo in oratione perſeverans, martyrium ſuum magna contritione cordis, & multis lacrymis Domino commendabat.

XV. Deinde funeſtus Cæſar, audita *Coram Imperatore.* conſtantia Martyris, velut ad ultimum tortor inſanior reſervatus, ſuis eum adſpectibus imperat ſiſti. Tunc interrogatione facta Martyr perſeverantiſſimus, idem qui fuerat in confeſſione Domini per omnia reperitur. Tum vero quaſi de novo furor & rabies in Chriſti militem debacchatur: tum minæ, terroresque, maledicta & convicia denuo renovantur. Interea Maximianus Jovis aram jubet afferri. Mox igitur coram ipſo ara componitur, ſacrilegus quoque ſacerdos paratus aſſiſtit. Tunc Imperator ad ſanctum Victorem: Pone, inquit, thura, placa Jovem, & noſter amicus eſto. Hoc audito fortisſimus Chriſti miles, ſancti Spiritus ardore inflammatus, ſeſeque amplius ita ferre non ſuſtinens, velut litaturus propius accedit, aramque de ipſa manu ſacerdotis ſolo tenus pede proſternit: *Aram pede conculcat, & pes ei amputatur.* atque ipſum pedem mox juſſu deteſtabilis Cæſaris amputatum, DEO & Regi ſuo DOMINO JESU CHRISTO, velut quaſdam ſuaveolentes primitias interim ſui corporis dedicavit. *Christus Deus & Rex noster.*

XVI.

[1] Germ. *promiſſa*.

XVI. Ad ultimum vero jam totum corpus & animam Domino redditurus, edicto Cæſaris ad molam piſtoriam ducitur. Ibat autem ita celer & hilaris, ac ſi nihil penitus paſſus incommodi videretur. Igitur cruentiſſimi & exſecrabilis tyranni juſſa complentes lictores ſævi, glorioſum Martyrem toto mox corpore, rotatu celeri conterendum, piſtoriæ [10] molæ ſupponunt. Tunc electum Dei frumentum ſine miſeratione conteritur: tunc invictiſſimi Martyris oſſa felicia crudeliter conquaſſantur. *Mola contritus.* Sed cum diſſipata paullo poſt divinitus machina, ſpirans adhuc aliquantulum videretur, ad perfectam ejus plenamque victoriam, tot Domino confeſſionibus dedicatum, tot & tantis agonibus decoratum, gladio illi caput abſcindunt. *Capite plectitur.* quo facto, mox deſuper vox cæleſtis intonuit dicens: VICISTI, VICTOR BEATE, VICISTI.

XVII. At infelix Maximianus, ſpeciale dæmonum templum, a quibus hactenus fuerat ſuperatus ſperans ſe vincere vel defunctos; ad cumulandas Martyrum glorias, omni humanitate ſepulturæ prohibita, eorum corpora in profundo maris brachio, quo a meridiano latere civitas cingitur, a piſcibus devoranda ſubmergi facit. Sed pius Dominus, meliori conſilio & honori Sanctorum, & poſterorum patrociniis providens, miniſtrantibus Angelis, natatu celerrimo ſancta corpora in oppoſitum littus illæſa tranſponit, ibique a Chriſtianis, in crypta nativo in ſaxo opetoſe ac decenter exciſa, ſepulta, multis uſque in hunc diem miraculis honorantur, multaque beneficia pie petentibus ipſorum meritis conferuntur per Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui ſit laus æterna, *Christus Deus.* virtus, honor & imperium, cum Deo Patre & Spiritu ſancto per infinita ſæcula ſæculorum, Amen. *SS. Trinitas.*

10 Boſq. molæ.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſancti MAXIMILIANI Martyris.

*Acta unde habita.* 1. QUamvis ex ſancti Maximiliani Actis nullam, ob Chriſtianæ religionis cauſam, adverſus ipſum litem motam fuiſſe appareat; jure tamen merito inter Marryres locum obtinuit, qui cum ſe ſalva Chriſti fide militare non poſſe fuiſſet arbittatus, renuens militiæ inſignia ſuſcipere, morte punitus eſt. Ipſius paſſionis Acta, quæ ſane inter ſinceriora antiquitatis monumenta computari debent, ex cod. mſſ. Sarenſi typis jam Oxonii edita, rurſus noſter Johannes Mabillonius tomi IV. veterum ſuorum Analectorum Appendici inſeruit; cum quibus editionibus collata eadem proferimus ex mſ. cod. monaſterii noſtri ſancti Michaelis in Periculo maris, in quo emendatiora habentur.

*Martyrii tempus.* 2. Sanctus Maximilianus paſſus eſt anno Chriſti CCXCV. ut ex Conſulibus qui in Actis deſignantur, certum eſt; & quidem die 12. menſis Martii. qua die in Martyrologiis Adonis, Notkeri, Bedæ vulgati, aliiſque nonnullis ineditis, quæ Bollandiani ad eamdem 12. Martii diem laudant, ipſius memoria recolitur, at ſine ulla in quo paſſus eſt loci mentione.

3. Porro certum eſt hunc beatum martyrem Thebeſte, quæ civitas erat epiſcopalis in Numidia, paſſum fuiſſe. *Locus.* Hinc vel emendanda ſunt Galeſinii & Baronii Martyrologia, in quibus die 12. Martii *Maximilianus* ſeu *Mamilianus* Romæ paſſus memoratur; vel certe hic Maximilianus a noſtro diverſus eſſe cenſendus eſt. Certe quæ ſuo Maximiliano Baronius in notis ad Martyrologium Romanum attribuit, quod nempe de ipſo fiat mentio in Actis ſancti Urbani Papæ & Cæciliæ martyris, noſtro Maximiliano convenire non poſſunt; immo nec ulli alteri, ut dicunt Bollandiani ad 12. Martii: cum in vulgatis ſanctæ Cæciliæ Actis nuſquam Maximiliani martyris mentio habeatur. niſi forte is Maximilianus dicatur eſſe Maximus Almachii præfecti cubicularius, qui ad Chriſti fidem a Valeriano & Tiburtio martyribus converſus, paulo poſt globis igneis verberatus martyr occubuit. quem Maximum iidem Bollandiani

diani

Google

diani obſervant in aliquot mſſ. codd. *Maximianum* appellari. Verum etſi Baronius memoria lapſus ſit ubi ait Maximiliani mentionem fieri in Actis ſanctorum Urbani & Cæciliæ quæ in tomo ſexto Surii referuntur, die 22. Novembris, in quibus re ipſa nihil de iſto martyre habetur, certum eſt tamen in Actis ſancti Urbani Papæ & martyris, inter alios Martyres qui cum hoc ſancto Pontifice interfecti dicuntur, *Mamilianum* presbyterum recenſeri, ut ex ipſis Actis patet num. 4. & 13. quæ quidem Acta ex tribus codd. mſſ. bibliothecæ Vaticanæ Godefridus Henſchenius ad diem 25. Maii Bollandiani vulgavit, ubi *per Notarios Romanæ eccleſiæ* conſcripta fuiſſe dicuntur. quem Mamilianum Galeſinius & poſt ipſum Cardinalis Baronius noſtro Maximiliano Africano ipſis ignoto ſubſtituere præmittendo hanc vocem *Romæ* iis quæ in antiquis Martyrologiis de ipſo habebantur.

---

# ACTA

## Sancti MAXIMILIANI Martyris,

*Ex cod. mſ. Montis S. Michaelis cum editis collato.*

Anno Christi 295.

I. TUſco & Anulino [1] Conſulibus IV. Id. Martii, Teveſte in foro inducto Fabio Victore una cum MAXIMILIANO; & admiſſo Pompeiano Advocato idem dixit: Fabius Victor Temonarius [2] eſt conſtitutus cum Valeſiano Quintiano præpoſito Cæſarienſi; cum [3] bono timone Maximiliano filio Victoris, quoniam probabilis eſt, rogo ut incometur [4]. Dion [5] Proconſul dixit: Quis vocaris? Maximilianus reſpondit: *Quid autem vis ſcire nomen meum? Mihi non licet militare, quia Chriſtianus ſum.* Dion proconſul [6] dixit: Apta illum. Cumque aptaretur, Maximilianus reſpondit: *Non poſſum militare; non poſſum malefacere. Chriſtianus ſum.* Dion proconſul dixit: Incumetur. Cumque incumetus fuiſſet, ex Officio recitatum eſt: Habet pedes quinque, uncias decem. Dion dixit ad Officium: Signetur [7]. Cumque reſiſteret Maximilianus reſpondit: *Non facio: Non poſſum militare.*

*Maximilianus renuit militare.*

II. Dion dixit: Milita ne pereas. Maximilianus reſpondit: *Non milito. Caput mihi præcide, non milito ſæculo; ſed milito Deo meo.* Dion proconſul dixit: Quis tibi hoc perſuaſit? Maximilianus reſpondit: *Animus meus, & is qui me vocavit.* Dion ad Victorem patrem ejus dixit: Conſiliare filium tuum. Victor reſpondit: Ipſe ſcit, habet conſilium ſuum, quid illi expediat. Dion ad Maximilianum: Milita & accipe ſignaculum [8]. Reſpondit: *Non accipio ſignaculum. Jam habeo ſignum* CHRISTI DEI *mei.* Dion dixit: Statim te ad Chriſtum tuum mitto. Reſpondit: *Vellem modo facias. Hoc & mea laus eſt.* Dion ad Officium dixit: Signetur. Cumque reluctaret, reſpondit: *Non accipio ſignaculum ſæculi; & ſi ſignaveris, rumpo illud, quia nihil valeo *.* *Ego* [9] *Chriſtianus ſum, non* [9] *licet mihi plumbum collo portare, poſt ſignum ſalutare Domini mei Jeſu Chriſti filii Dei vivi, quem tu ignoras, qui paſſus eſt pro ſalute noſtra* [10] *quem Deus tradidit pro peccatis noſtris. Huic omnes Chriſtiani ſervimus; hunc ſequimur vitæ principem, ſalutis auctorem.* Dion dixit: Milita, & accipe ſignaculum ne miſer pereas. Maximilianus reſpondit: *Non pereo. Nomen meum jam ad Dominum meum eſt. Non poſſum militare.* Dion dixit: Atten-

*Militia ſigna reſpuit.*

*Chriſtus Deus noſter.*

* valet.

1 mſ. *Aquilino*.

2 Temonarius præfectus erat præſtationi tironum. Vide Stewechium in cap. 7. lib. 1. Vegetii de re militari. Fabius in cod. Michael. dicitur *Fabianus*. Hujuſmodi variationes ſæpius in mſſ. occurrunt.

3 Cod. Mich. *Cum bonum tironem Maximilianum filium*. Lege, cum bono tirone &c.

4 Sic cod. Mich. ac editi *incometur*. Incumare autem idem eſt ac menſurare. Videſis Gloſſar. Cangianum Latinum & Græci appendicem. Romani autem tirones menſurabantur priuſquam militiæ adſcriberentur. Vide Vegetium lib. 1. cap. 5.

5 Is, ut obſervat Mabillonius, videtur eſſe idem qui ante quadriennium cum Junio Tiberiano conſul fuerat, & poſt annum Præfectus Urbi.

6 Hæc uſque ad *incumetur* deſunt in editis, quæ ex mſ. ſupplentur.

7 Qui enim quinos pedes & uncias decem habebant, erant admittendi, ex Vegetii loco laudato. De ſignandis militibus agit idem Vegetius cap. 8. ſequenti.

8 Mabillon. *Puncta & γράμματα in manibus, inſcriptio nominis imperatoris, præterea moniſe plumbeum, teſſera erant militis adſcripti.*

9 Cod. Mich. *Non licet in collo portare*.

10 mſ. *ſæculi vita*.

Attende juventutem tuam, & milita. Hoc enim decet juvenem. Maximilianus reſpondit: *Militia mea ad Dominum meum eſt. Non poſſum ſæculo militare. Jam dixi, Chriſtianus ſum.* Dixit Dion proconſul: In ſacro comitatu dominorum noſtrorum Diocletiani & Maximiani, Conſtantii & Maximi [11], milites Chriſtiani ſunt & militant. Maximilianus reſpondit: *Ipſi ſciunt quod ipſis expediat. Ego tamen Chriſtianus ſum, & non poſſum mala facere.* Dion dixit: Qui militant [12] quæ mala faciunt? Maximilianus reſpondit: *Tu enim ſcis quæ faciunt.* Dion proconſul dixit: Milita, ne contemta militia, incipias male interire [13]. Maximilianus reſpondit: *Ego non pereo; & ſi de ſæculo exiero, vivit anima mea cum Chriſto Domino meo.*

*Sententia in eum lata.* III. Dion dixit: Sterne nomen ejus. Cumque ſtratum fuiſſet, Dion dixit: Quia indevoto animo militiam recuſaſti, congruentem accipies ſententiam ad ceterorum exemplum. Et decretum ex tabella recitavit: Maximilianum, eo quod indevoto animo ſacramentum militiæ recuſaverit [14], gladio animadverti placuit. Maximilianus reſpondit: *Deo gratias.* Annorum fuit in ſæculo XXI. & menſium trium, dierum X. & VIII [15]. Et cum duceretur ad locum, ſic ait: *Fratres dilectiſſimi, quantacumque poteſtis virtute, avida cupiditate properate, ut Dominum vobis videre contingat, & talem etiam vobis coronam tribuat.* Et hilari vultu ad patrem ſuum ſic ait: *Da huic ſpiculatori* [16] *veſtem meam novam, quam mihi ad militiam præparaveras. Sic cum centenario* [17] *numero te ſuſcipiam, & ſimul cum Domino glorięmur.* Et ita mox paſſus eſt. Et Pompeiana matrona corpus ejus de judice eruit [18], & impoſito in dormitorio ſuo perduxit ad Carthaginem, & ſub monticulo juxta Cyprianum martyrem ſecus palatium [19] condidit: & ita poſt XIII. diem eadem matrona diſceſſit, & illic poſita eſt. Pater autem ejus VICTOR regreſſus eſt domui ſuæ cum gaudio magno, gratias agens Deo, quod tale munus Domino præmiſit, ipſe poſtmodum ſecuturus [20], Deo gratias, Amen.

11 Cod. Mich. *conſtantes & maximi milites ſunt Chriſtiani.*

12 Hæc interrogatio cum reſponſione deeſt in editis: ex qua tamen poſſe colligi videtur, Maximilianum militiam non reſpuiſſe, quaſi per ſeſe mala eſſet, ſed ob occaſiones peccandi, quas frequenter milites experiuntur. Sic ſanctus Martinus apud Sulpicium Severum, ubi Chriſtianus factus eſt, ait: *Chriſti ego miles ſum, pugnare mihi non licet.* Quanto magis ſub Imperatoribus ethnicis, qui ſæpius milites ſacrificare diis cogebant, aut certe alios profanos ritus admittere. Vide infra Acta S. Marcelli num. 3. & SS. Tarachi &c num. 1. & Baronii notas in Martyrol. Rom. die 2. Januarii, ubi *Marcellinus* pater etiam occiſus dicitur ab Licinio imp. quod militare nollet.

13 mſ. *intereas.*

14 Veteranorum filii ad militiam cogebantur.

15 Ed. *dierum & XVII.* Vegetius lib. 1. cap. 4. de tironum ætate ait: *Si antiqua conſuetudo ſervanda eſt, incipientem pubertatem ad delectum eagendam nullus ignorat.* Vix aliquem minorem 17. annis admiſſum fuiſſe ex variis auctoribus probat Stewechius in notis ad hunc locum. Excuſabantur autem a militia anno ætatis 46. alii ad annum quinquageſimum militiam extendunt.

16 In Cyprianus 25. aureos ſpiculatori dari præcepit, ſupra pagina 190.

17 Edit. *centenarias.*

18 Edit. *meruit.*

19 Edit. *platum.*

20 Edit. ſic deſinunt. *ipſe poſt modum ſecutus.* Melius mſ. unde diſcimus, Victorem Maximiliani patrem martyrium ſubiiſſe. Sed quis ille eſt? Plures Victores martyres in Africa commemorant vulgata Martyrologia. Poſſidius vero indiculi cap. 10. meminit ſermonis quem S. Auguſtinus habuit in *natali ſancti Victoris.* Et Kalendarium Carthaginenſe V. Idus Februarii *Felicem, Victorem & Januarium* recolit.

## *ADMONITIO*

### In Acta ſancti MARCELLI Martyris Tingitani.

*Marcelli Acta ſincera.* IDem Chriſtianæ innocentiæ amor, qui Maximilianum a ſuſcipienda militia apud Thebeſtem avocaverat, Marcello centurioni perſuaſit, ut dignitatis ſuæ inſignia palam in urbe Tingitana a ſe projiceret, quod facinus martyrii coronam ipſi acceſſivit. Qua id ratione contigerit ex Actis publicis edifcimus, quæ ſincera, & ut a Notariis excepta ſunt, ad Surii & Baronii editiones collata proferimus ex duobus codd. mſſ. quorum prior eſt Bibliothecæ Colbertinæ, alter vero monaſterii noſtri Silvæ-majoris in diœceſi Burdigalenſi.

2. Marcelli centurionis feſtum recolunt Martyrologia Adonis, Uſuardi & Romana vulgata die 30. menſis Octobris, qua ſcilicet die in Actis coram Agricolano præſentatus, & capite damnatus dicitur. Non *Paſſionis dies & annus.*

ita

ita certus eiuſdem martyrii annus, quod ad Fauſti ſecundo & Galli conſulatum, id eſt annum Chriſti CCXCVIII. refert Vaſæus in Chronico Hiſpanico. Hanc ſententiam ſequitur Baronius, cui etiam adhæremus, dum certiora proferantur monumenta: maxime quod vix quiſquam inficiari poſſit, Marcelli paſſionem ante magnam Diocletiani perſecutionem contigiſſe. Certe, ut ex Proſperi Chronico obſervat vir doctiſſimus Antonius Pagi, hoc ipſo anno perſecutio adverſus Chriſtianos milites potiſſimum inchoata eſt.

3. Hunc Martyrem tamquam ex ſua patria ortum ſibi vindicant Hiſpani ſcriptores, eique duodecim filios Martyres attribuunt: ſed quo jure, alii judicent. Hos omnes receoſet Lucas Tudenſis in ſua præfatione ad Chronicum mundi; ſed multo plura de his habet Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico ad diem 30 Octobris, ubi aſſeverat, ejuſdem ſancti Martyris corpus anno 1493. ſub Ferdinando rege Catholico in Hiſpaniam ex urbe Tingitana advectum fuiſſe, ubi in urbe Legione, quæ cognominis regni caput eſt, aſſervatur. Porro Tingis, ubi Marcellus martyrio coronatus eſt, notiſſima eſt Africæ civitas, provinciæ Mauritaniæ caput, cui nomen Tingitanæ tribuit. Celebris etiam nunc eſt, vulgo *Tanger* appellata in Habata provincia regni Fezzæ. Locus.

# A C T A

## Sancti MARCELLI Centurionis & Martyris.

Anno Chriſti 298.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

*Marcellus ne ſacrificet militiam abjicit.*

I. IN civitate Tingitana, procurante Fortunato præſide, advenit natalis dies Imperatoris. Ibi cum omnes in conviviis epularentur, atque ſacrificarent; MARCELLUS quidam ex Centurionibus legionis Trajanæ,[1] profana reputans illa convivia, rejecto etiam cingulo militari coram ſignis legionis, quæ tunc aderant, clara voce teſtatus eſt, dicens: *Jeſu Chriſto Regi æterno milito*. Abjecit quoque vitem[2] & arma; & addidit: *Ex hoc militare Imperatoribus veſtris deſiſto, & deos veſtros ligneos & lapideos adorare[3] contemno, quæ ſunt idola ſurda & muta. Si talis eſt conditio militantium, ut diis & Imperatoribus ſacra facere compellantur: ecce projicio vitem & cingulum; renuntio ſignis, & militare recuſo.*

*Chriſtus Rex æternus.*

II. Stupefacti ſunt autem milites iſta audientes: tenuerunt eum, & nuntiaverunt Anaſtaſio Fortunato præſidi legionis. qui juſſit eum conjici in carcerem. Finitis autem epulis, reſidens in conſiſtorio præcepit introduci Marcellum centurionem. Introductoque Marcello ex centurionibus[4] Aſtaſianis introduci. Anaſtaſius Fortunatus Præſes ei dixit: Quid tibi viſum eſt, ut contra diſciplinam militarem te diſcingeres, & baltheum ac vitem projiceres? Marcellus reſpondit: *Jam die duodecimo Kalendarum Auguſtarum apud ſigna legionis iſtius, quando diem feſtum[5] Imperatoris celebraſtis, publice clara voce reſpondi me Chriſtianum eſſe, & ſacramento huic militare non poſſe, niſi Jeſu Chriſto filio Dei Patris omnipotentis.* Anaſtaſius Fortunatus præſes dixit: Temeritatem tuam diſſimulare non poſſum. & ideo referam hoc Imperatoribus & Cæſari. Ipſe[6] ſanus tranſmitteris ad dominum meum Aurelium Agricolanum[7], agentem vicem Præfectorum prætorio proſequente[8] Cæcilio arva officialia.

*Chriſtum confitetur.*

III. Die

1 In cod. Silv. deſunt hæc verba *Legionis Trajanæ*. In Legionum catalogo ex Inſcriptione, quæ exſtat Romæ in capitolio, habetur II TRAI. apud Baron. ad an. 196. num 18.

2 De vite Centurionum inſigni vide ſupra notas in paſſionem ſancti Martini pag. 230.

3 In Sur. deeſt *adorare*. Cod. Silv. pro *quæ ſunt*, habet *quia ſunt*.

4 Sic cod. Silv. Colb. *Aſſiſulanis*. At infra uterque habet *Aſtaſianis*, neutrum in editis habetur.

5 Hæc verba non de genuino Herculii natali intelligenda eſſe obſervat Antonius Pagi, ſed de natali ejus imperii Cæſarei, quod nonniſi ſingulis quinquennalis, decennalis ac deinceps feſtum habebatur; natale autem genuinum ſingulis annis.

6 Sic cod. Silv. & optime. Alii vero cum edit. *Cæſari ipſi ſanus*.

7 Sic cod. Silv. In Colb dicitur *Aurelius Auriculanus*, ſed mſſ. ſæpius litteris G & V indifferenter utuntur. Edit. *Aurelianus*, *Agricolans*.

8 Hæc & nonn. ſequentis initium ex mſſ. At edit. *Mittitur ſub cuſtodia Marcellus centurio in Mauritaniam Tingitanam ad Aurelianum Agricolanum: In civitatem Tingitanam introductus Marcellus &c.*

*Acta coram Agricolano.*

III. Die tertio Kalendarnm Novembrium Tingi inducto Marcello ex centurionibus Aſtaſianis, ex Officio dictum eſt: Marcellum [9] ex centurionibus Fortunatus præſes ad poteſtatem tuam tranſmiſit. Præſto eſt epiſtola ſuper nomine ejus, quam, ſi præcipis, recito. Agricolanus dixit: Recitetur. Ex Officio dictum eſt [10]. Tibi domine Fortunatus, & reliqua. Miles hic, rejecto cingulo militari, Chriſtianum ſe eſſe teſtatus, coram omni populo in deos & in Cæſarem multa blaſphema locutus eſt. Ideo eum ad te dieximus, ut, quod ex eodem claritas tua ſanxerit, jubeas obſervari.

IV. Recitatis itaque litteris, Agricolanus dixit: Locutus es hæc apud Acta Præſidis [11]? Marcellus reſpondit: *Locutus ſum*. Agricolanus dixit: [12] Centurio ordinarius militabas? Marcellus reſpondit: *Militabam*. Agricolanus dixit: Quo furore accenſus es, ut projiceres ſacramenta, & talia loquereris? Marcellus reſpondit: *Furor nullus eſt in eis qui timent Dominum*. Agricolanus dixit: Singula hæc locutus es, quæ in Actis præſidialibus continentur? Marcellus reſpondit: *Locutus ſum*. Agricolanus dixit: Projeciſti arma? Marcellus reſpondit: *Projeci. Non enim decebat* [13] *Chriſtianum hominem moleſtiis ſæcularibus militare, qui Chriſto Domino militat*.

*Sententia in Marcellum lata.*

V. Agricolanus dixit: Ita ſe habent facta Marcelli, ut hæc diſciplina debeant vindicari. Atque ita dictavit ſententiam: Marcellum, qui centurio ordinarius militabat; qui abjecto publice ſacramento, polluiſſe [14] ſe dixit; & inſuper apud Acta præſidialia [15] alia verba furore plena depoſuit, gladio animadverti placet. Cum ad ſupplicium duceretur, dixit Agricolano [16]: *Deus tibi benefaciat*. Sic enim decebat Martyrem ex hoc mundo diſcedere. Et his dictis, capite cæſus occubuit pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt glorioſus in ſæcula ſæculorum, Amen.

9 Edit. *Anaſtaſius Fortunatus præſes Legionis Marcellum ex ordinariis centurionibus præſentem ad &c.*
10 Cod Silv. & edit. *dictum eſt: Miles &c.*
11 Edit. *præſidialia.*
12 Hæc interrogatio cum reſponſione in ſolo cod. Colbert habetur.
13 Edit. *oportet.*
14 Sur. *poluiſſe.*
15 Edit *Tollens.*
16 Edit. *Dixit Agricolanus: Nec tibi Deus benefaciat.* Cod. Colb. *dixit: Agricolano, Deus tibi bene ne faciat.*

## *ADMONITIO*

In Paſſionem ſancti CASSIANI martyris.

*Caſſiani Acta ex cod. mſ.*

1. SAncti Caſſiani Tingitani martyris Paſſionem beati Marcelli centurionis Actis conjongimus non ſolum ob temporum viciniam; verum etiam quod ab uno & eodem auctore collecta, ita connexa ſiot, ut quæ de Caſſiani martyrio narrantur, vix ſine beati Marcelli Actis intelligi queant. Hujus autem narrationis antiquitas ſeſe ultro legentibus prodit. Eam vero ex cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ deſcripſimus, & quidem cum mendis. Cum enim nondum edita fuerit hæc paſſio, nec aliunde codd. mſſ. in quibus habeatur, reperire licuerit, ſatius viſum eſt eam, prout eſt in cod. mſ. exhibere, quam ex marte proprio incerta pro certis inducere.

*Ejus memoria.*

2. Caſſianum *glorioſum martyrem* appellat Ado in Martyrologio ad diem 3. Decembris, quo die, ſicut & in aliis vetuſtis & recentioribus Martyrologiis, ejuſdem Martyris memoria celebratur. At ipſa paſſionis Acta Uſuardo nota fuiſſe conjici poteſt ex his quæ de noſtro Caſſiano ad prædictum diem refert his verbis. *Tingi metropoli paſſio ſancti Caſſiani, qui exceptoris diu gereret officium, tandem cælitus inſpiratus, execrabile duxit Chriſtianorum neci deſervire cruentus, unde renuntians eidem officio, ſub Chriſtiana confeſſione triumphum meruit obtinere martyrii*. Hæc eadem verba Martyrologio Romano inſeruit Cardinalis Baronius, quæ paullo aliter in Martyrologio Galeſinii habebantur. Ceterum hunc Martyrem ſæculo quarto jam notiſſimum fuiſſe patet ex hymno 4. Prudentii de Coronis, ubi præcipuos variarum eccleſiarum

patro-

patronos recenſens, hæc de beato Caſſiano habet verſu 45.

*Ingeret Tingis ſua CASSIANUM,*

*Tempus mortis.* 3. Porro cum paullo poſt ſancti Marcelli necem paſſus fuerit Caſſianus, jam nulla difficultas ſupereſt in aſſignando ipſius mortis anno, quæ nempe ad annum CCXCVIII. quem extremum Marcelli fuiſſe diximus, revocanda eſt.

---

Anno Christi 298.

# PASSIO

## Sancti CASSIANI Tingitani martyris.

*Ex cod. mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.*

I. CUm beatiſſimus CASSIANUS Aureliano Auriculano * agenti vices Præfectorum prætorio militaris exceptor, eo tempore quo ſanctum Martyrem (Marcellum) auditurus erat, ejuſdem parebat officio. Inducto itaque Marcello ex centurionibus Aſtaſianis Tingi, tertio Kal. Novembris die, multa & terribili eum voce, quaſi judiciaria auctoritate a confeſſionis perſeverantia Aurelianus Auriculanus depravare tentabat. Sed cum Marcellus beatiſſimus Martyr, Chriſti ſe militem eſſe proclamaret, ſumma auctoritate conſtantiæ moleſtiis ſæcularibus militare non poſſe, ut jam multum * judicem judicantis crederent omnes eſſe Marcellum; contra Aurelius Auriculanus plena ſuroris verba depromeret. Quas cum ſententias exciperet Caſſianus, ubi devictum devotione tanti Martyris Aurelium Auriculanum, capitalem vidit ferire ſententiam, exſecrationem ſui elata voce conteſtans, graphium & codicem projecit in terra. Quare ſtupente Officio, ridente Marcello, tremefactus Aurelius Auriculanus exſiliens de Sella decidit *, quare cum deteſtatione codices projeciſſet. Reſpondit beatiſſimus Caſſianus, *iniquam eum dictaſſe ſententiam*. Quem ut ne ſe amplius redargueret, ſtatim juſſit eum abripi, & in carcerem trahi.

* Agricolano.

* ſ. magis.

* ſ. dixit.

II. Riſerat enim beatiſſimus Marcellus Martyr, quia gaudebat præſcius per Spiritum ſanctum, Caſſianum in martyrio ſibi comitem fieri. Qua quidem die ſumma cum exſpectatione civitatis Marcellum beatiſſimum deſideratum [1]. Nec longa tamen intercapedine temporis venerabilis Caſſianus, id eſt tertio Nonas Decembris die, in eodem loco, in quo Marcellus fuerat auditus, introductus eſt, & iiſdem fere reſponſionibus, iiſdemque ſententiis, quibus ſanctus Marcellus, triumphum meruit obtinere martyrii, adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, virtus & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.

1 Forte, *Marcellus beatiſſimus deſideratam ſortem obtinuit.*

# *ADMONITIO*

## In Euſebii narrationem de perſecutione DIOCLETIANI.

1. QUandoquidem illuſtriora quæque antiquitatis monumenta de primis Eccleſiæ Martyribus, ut initio hujus operis in me recepi, exhibere mihi incumbit; piaculum fuerit omittere egregiam deſcriptionem acerbiſſime perſecutionis Diocletiani, quam Euſebius libro octavo hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ inſeruit. Hæc enim quo fuit acrior, eo illuſtriora præbuit Eccleſiæ alumnis conſtantiæ & fortitudinis exempla. Subjungimus deinde ejuſdem Euſebii librum de Martyribus Palæſtinæ, qui ante Valeſii editionem hiſt. libro 8. conjungebatur. Et quidem optandum eſſet, ut ſingulorum, ſi fieri poſſet, aut certe præcipuorum Martyrum Acta haberentur: ſed cum vel temporum diuturnitate & injuriis, aut certe quod pleri-

cum pax adhuc vigeret. Tunc enim cum diabolus, qui poteſtatem accepit hujus mundi, tamquam ex altiſſimo ſopore excitari primum cœpiſſet, & poſt illud temporis intervallum quod perſecutionem Decii ac Valeriani ſubſecutum eſt, clam adhuc & occulte inſidiaretur Eccleſiæ, nec ſimul & confertim nobis bellum inferret, ſed eos dumtaxat qui in exercitu militabant, utpote periculum ipſorum facturus appereret. Reliquos enim nullo negotio expugnaturum ſe credebat, ſi hos primum in certamine ſuperaſſet. Tunc inquam, cernere erat quamplurimos, qui abjecta militia privatam vitam amplecti maluerunt, quam ſupremi omnium rerum Opificis cultum abnegare. Poſtquam enim Dux [4] Romani exercitus, neſcio quis Chriſtianos milites perſequi aggreſſus, eos qui in exercitu merebant, luſtrare cœpiſſet ac recenſere: & Chriſtianis liberam eligendi poteſtatem feciſſet, ut vel Imperatorum juſſis obtemperantes honoris ſui gradum retinerent, vel ſi parere nollent, honore militiæ nudarentur: complures regni Jeſu Chriſti milites nominis illius confeſſionem ſæculari gloriæ ac felicitati qua fruebantur, abſque ulla cunctatione prætulerunt. Ex quibus pauci admodum non modo dignitatem, verum etiam vitam amittere pro defenſione pietatis ſuſtinuerunt; cum is qui religioni noſtræ ſtruebat inſidias, parce adhuc & raro ſanguinem quorumdam fundere auderet, deterritus, ut credibile eſt, multitudine fidelium, & univerſis ſimul bellum inferre formidans. Verum ubi apertius ſe ad bellum accinxit, dici non poteſt, quot & quantos Chriſti Martyres in omnibus locis atque urbibus paſſim cernere licuerit.

CAP. V.

4, Primum quidem ſimul ac edictum contra eccleſias propoſitum eſt Nicomediæ; vir quidam [5] minime obſcurus, ſed ſæcularium honorum prærogativa in primis conſpicuus, zelo quodam divino commotus, & ardore fidei incitatus, edictum illud in publico & illuſtri urbis loco affixum detraxit, & tamquam impium ac ſceleſtum manibus ſuis diſcerpſit; idque duobus Imperatoribus [6] in eadem urbe commorantibus: quorum alter ſenior Auguſtus primum inter omnes imperii gradum; alter vero quartum obtinebat. Hic igitur eum primus omnium in ea civitate hujuſmodi facinore inclaruiſſet; ſtatim ea ſupplicia perpeſſus quæ poſt tantam audaciam ei infligenda eſſe credibile erat, lætitiam ac tranquillitatem animi uſque ad ultimum ſpiritum conſervavit.

*Illuſtris vir edictum ſcindit.*

CAP. VI.

*Pueri cubicularii imperatoris martyres.*

5. Verum præ omnibus qui umquam ſive apud Græcos, ſive apud barbaros admiratione digni, & ob fortitudinem celebres extiterunt, glorioſos atque illuſtres Dei Martyres ea tempeſtas tulit, DOROTHEUM ſcilicet & reliquos cubicularios pueros: qui tametſi ſummi honoris prærogativa ab Imperatoribus ornati eſſent, nec minus ab iiſdem diligerentur quam filii; probra tamen pro pietate tolerata, & ærumnas, ac diverſa mortis genera adverſus ipſos excogitata, majoris re vera pretii eſſe duxerunt, quam gloriam ac delicias hujus ſæculi. Horum igitur unius dumtaxat hic exitum referam, ut ex illo lectores conjicere poſſint, quid reliquis contigerit. Productus eſt in medium quidam illorum in urbe ſuperius memorata, coram iis quos dixi Imperatoribus; juſſuſque diis ſacrificare, cum id pertinaciter recuſaret, nudato corpore ſublimis tolli

4 Is videtur eſſe Veturius magiſter militiæ, qui in Euſebii Chronico dicitur Chriſtianos milites perſecutus. *Paullatim*, inquit Euſebius, *ex illo jam tempore perſecutione adverſus nos incipiente &c.*

5 Lactantius cap. 13. ipſius non factum, ſed animi ardorem laudat, ac mortis genus exponit his verbis: *Quod edictum quidam, etſi non recte, magno tamen animo diripuit & conſcidit, cum irridens diceret, victorias Gothorum & Sarmatarum eſſe propoſitas*, Impp. in titulis ſe Gothicos &c. dicebant. *Statimque productus, non modo extortus, ſed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia poſtremo exuſtus eſt.* Porro hunc Martyrem Ado, Uſuardus, aliique Martyrologiorum editores *Johannem* appellant ad diem 7. Septembris. Hanſchenius vero ſuſpicatur eum eſſe celebrem Martyrem Georgium, cujus acta ſuſiora & portentoſis fabulis referta adducit. Hunc nec Johannem appellatum nec Georgium martyrem fuiſſe contendit Cl. Baluzius in notis ad Lactantium. Certa Georgii martyrium ad Cari & Numeriani imperatorum tempora revocat auctor Chronici Paſchalis. Quæ vero de eo Fortunatus habet lib. 2. Carm. 13. Nicomedienſi iſti Martyri competere non poſſunt. *Carcere, ſede, ſiti, vinclis, fame, frigore, flammis, confeſſus Chriſtum &c.* Jam celebris erat Georgius ſæculo VI. in Occidente, ut patet ex Greg. Turon. lib. 1. de gloria Mart. cap. 101. Greg. M. lib. 9. epiſt. 18. Vita S. Barhildis &c. Haud minus clara erat ejus apud Græcos memoria, quod teſtantur vetera monumenta, uti Procopius lib. 1. de ædificiis Juſtiniani cap. 4. Vita S. Johannis Silentiarii; item vita S. Theodori Siceotæ &c.

6 Diocletiano ſcilicet & Galerio Maximiano, licet nondum Auguſto. cum enim Cæſaris nomen ſimul cum Imperatoris nomine jungebatur, tunc Auguſti & Imperatores ſimul nuncupari poterant

tolli præcipitur, & verberibus concidi, quoad tandem vel invitus juſſis obtemperaret. Sed cum ille hujuſmodi tormentis excarnificatus, in eadem ſententia firmus permaneret; ipſis jam oſſibus denudatis, commixtum ſale acetum tabeſcentibus corporis membris infuderunt. Quos dolores cum ille etiam toleraret, craticula deinceps & ignis in medium affertur. Et reliquiæ corporis ipſius inſtar carnium quæ ad cibum parantur, igne aſſatæ ſunt; idque non ſimul ac ſemel [7], ſed paullatim; ne ſcilicet celeri exitu defungeretur. Nec carnifices qui eum rogo impoſuerant, dimittere illum ſinebantur, niſi prius juſſis poſt tot cruciatus adquieviſſet. Verum ille in eadem ſemper ſententia perſeverans, victor ipſis in tormentis animam exhalavit. Hujuſmodi fuit martyrium unius ex Imperatoris cubiculariis, digni profecto ſuo nomine PETRUS [8] enim ille vocabatur. Reliquorum vero martyria, nihilo inferiora tamen brevitatis ſtudio hic omittemus. Id tantum retuliſſe ſufficiet, quod Dorotheus & GORGONIUS una cum aliis pluribus, qui in palatio miniſtrabant, poſt cujuſque modi certamina, eliſis laqueo faucibus, divinæ victoriæ præmium adepti ſunt.

*Anthimus epiſc. Nicomediæ cum aliis plurimis.* 6. Tunc etiam ANTHIMUS [9] eccleſiæ Nicomedienſis epiſcopus, ob confeſſionem Chriſti in eadem urbe capite truncatus eſt. Huic adjuncta eſt ingens Martyrum multitudo. Quippe iiſdem diebus, neſcio quo caſu, in palatio excitatum erat incendium [10]. Cujus cum noſtros auctores fuiſſe publicus rumor falſa ſuſpicione jactaſſet, imperiali juſſu quotquot illic erant Dei cultores acervatim cum ſuis familiis, alii gladio, flammis alti conſumti petiere. Tunc divina quadam alacritate, quæ verbis explicari non poteſt, conciti viri ſimul ac mulieres in ardentem rogum inſiliſſe dicuntur. Alios quoque innumerabiles vinctos, & ſcaphis impoſitos, carnifices in profundum mare projecere [11]. Sed & corpora regiorum cubiculariorum, quæ poſt mortem convenienti tradita fuerant ſepulturæ, ipſi eorum legitimi domini erui ex ſepulcro, & in mare proiici oportere cenſuerunt: ne quis illos ſepulcris conditos, pro diis, ut ipſi quidem opinabantur, reputans in poſterum adoraret. Et hæc quidem in ipſo perſecutionis exordio Nicomediæ geſta ſunt.

7. Ceterum paullo poſt cum alii in Melitina Armeniæ regione [12], alii in Syria [13] imperium arripere conati eſſent, promulgatum eſt Imperatoris edictum, ut omnes ubique eccleſiarum Antiſtites vincti in carcerem trudentur. Earum vero rerum quæ poſtea facta ſunt, ſpectaculum omnem prorſus dicendi copiam ſuperabat. *Perſecutio aucta.* quippe cum innumerabilis ubique hominum multitudo cuſtodiæ manciparetur, & carceres olim homicidis, & ſepulcrorum expilatoribus deputati, tunc Epiſcopis, Presbyteris, diaconis, lectoribus, atque exorciſtis complerentur; adeo ut iis qui ob crimina condemnati fuerant, nullus jam locus ſupereſſet. Rurſus vero cum aliud edictum priora illa ſubſecutum fuiſſet, quo præcipiebatur ut carceribus incluſi, ſi quidem ſacrificaſſent, liberi abire ſinerentur; ſi vero id renuerint, tormentis graviſſimis cruciarentur; vix jam iniri numerus poteſt omnium, qui deinceps in ſingulis provinciis paſſi ſunt Martyrum; ac

præ-

7 Confer Lactantii lib. de mort. Perſec. cap. 13. & 21. Hoc dicebatur *legitimo rogo*, ut obſervat Baluzius.

8 Petri feſtum celebrant Latini die 12. Martii, Gorgonii autem & Dorothei die 9. Septembris.

9 De hoc item n. 7. Ipſius Acta latine & græca habentur tomo 3. April. Bolland. Colitur a Latinis die 27. Aprilis, a Græcis 3. Sept.

10 Lactant. lib. laudato cap. 14. ait, hoc incendium juſſu Maximiani occulte excitatum fuiſſe, ut vel eo modo Diocletianum, qui erga Chriſtianos mitius agere volebat, ad perſecutionem graviſſimam provocaret. Quindecim poſtea diebus aliud incendium idem Cæſar molitus eſt, & ſtatim Nicomedia diſceſſit. Vide Orationem Conſtantini M. ad SS. cœtum ubi incendium iſtud fuiſſe divinitus immiſſum videtur innuere.

11 Confer. Lactant. cap. 15. ubi ait, Imperatorem *primum omnium filiam Valeriam conjugemque Priſcam ſacrificio pollui coegiſſe. Deinde, potentiſſimi quondam Eunuchi necati* . . . . *Omnis ſexus & ætatis homines ad exuſtionem rapti. Nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, & gregatim circumdato igni ambiebantur domeſtici, alligatis ad collum molaribus mari mergebantur. Nec minus in ceterum populum perſecutio violenter incubuit . . . Tormentorum genera inaudita excogitabantur* &c.

12 Nihil ſe legiſſe ait Valeſius de tyranno, qui tunc temporis in Armenia imperium affectaret.

13 Eugenius Tribunus Seleuciæ, Antiochiæ paullo poſt occiſus, cujus fortunam ex Libanio narrat Valeſius.

*Martyres in Africa &c.*

præſertim eorum qui per Africam & Mauritaniam, per Thebaidem & Ægyptum ſunt interfecti. Ex Ægypto quidem nonnulli in alias quoque urbes ac provincias tranſgreſſi, nobilibus martyriis inclaruerunt.

CAP. VII. *In Palæſtina.*

8. Et quoſdam quidem illorum in Palæſtina [24] claruiſſe novimus, quoſdam vero apud Tyrum urbem Phœnices. Quos quis eſt qui cum videret non admiratus ſit innumerabiles ictus flagrorum, & in iis perferendis conſtantiam illorum revera illuſtrium [25] Chriſtianæ fidei athletarum: & poſt verbera certamen cum beſtiis humanum ſanguinem lambere aſſuetis, atque in eo certamine incurſus pardorum, & urſorum immanium, aprorum etiam & taurorum, quos admoto igne & candenti ferro adverſus illos incitabant: admirabilem denique fortiſſimorum Martyrum in ſingulis beſtiis ſuſtinendis patientiam? Quæ cum gererentur, nos ipſi præſentes aderamus: ubi & divinam potentiam Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, cui tunc Martyres teſtimonium perhibebant, præſentem & ſemetipſam manifeſte Martyribus exhibentem perſpeximus. Siquidem voraciſſimæ beſtiæ longo temporis ſpatio, nec attingere ſanctorum corpora, nec propius accedere ſunt auſæ. verum in alios quidem qui a fide noſtra alieni ipſas inſtigabant, impetum ſuum converterunt: ſolos vero ſacroſanctos athletas, qui nudis corporibus ſtabant, & commotis manibus eas in ſemetipſos provocabant, (id enim facere jubebantur) ne contigerunt quidem. Immo interdum quidem in eos irruebant: ſed protinus quaſi divina quadam virtute repulſæ, retro cedebant. Quæ cum diutius fierent, non mediocri admiratione defixi erant ſpectatores: adeo ut ob caſſum & inanem prioris beſtiæ incurſum, altera rurſus ac tertia in unum eumdemque Martyrem emitteretur. Mirari tunc licebat intrepidam erga hæc Sanctorum conſtantiam, & ſtabilem atque inconcuſſam in teneris corporibus animi fortitudinem. Quippe vidiſſes tunc adoleſcentulum, vixdum viceſimum ætatis annum ingreſſum, abſque vinculis ſtantem, & manibus in crucis formam expanſis, firmoque & impavido animo attentiſſime Deo ſupplicantem; nec ab eo in quo ſteterat loco recedentem, aut ullatenus declinantem. cum interim urſi & pardi furorem ac mortem anhelitu ipſo ſpirantes, membra illius pæne jam morſibus invaderent. qui tamen neſcio quo pacto conſtrictis divina quadam & arcana virtute ipſorum faucibus, retro protinus abſcedebant. Et hic quidem ſe geſſit iſto quem diximus modo. Rurſus vero alios vidiſſes, (erant enim omnes numero quinque) efferato objectos tauro, qui alios quidem ex infidelium numero cornibus in ſublime jactatos diſcerpebat, ac ſemivivos adſportandos relinquebat: ad ſolos autem ſacros Martyres, cum in eos furens & minabundus irrueret, ne accedere quidem poterat: ſed pedibus terram quatiens, & hac illac jactans cornua, atque ob candentis ferri ſtimulos furorem ac minas ſpirans, nihilo minus divina obſiſtente providentia retro avertebatur. Proinde cum nullatenus ab eo læſi eſſent, aliæ rurſus in illos immiſſæ ſunt beſtiæ. Tandem denique poſt multiplices & horrendos beſtiarum incurſus, cuncti gladio confoſſi, ſepulcri loco marinis gurgitibus commendati ſunt.

*Euſebius teſtis oculatus.*

*Beſtiæ non audent Martyres attingere.*

CAP. VIII. *Martyres in Ægypto.*

9. Huiuſmodi fuit certamen Ægyptiorum, qui in urbe Tyro pro pietate glorioſe dimicarunt. Sed & illos Ægyptios qui domi martyrium perpeſſi ſunt, merito quis admiretur. Illic [26] enim viri prope innumerabiles cum uxoribus & liberis, pro Servatoris noſtri doctrina temporalem hanc vitam aſpernati, varia mortis genera ſuſtinuerunt: alii

24 De his infra in libello de Martyribus Palæſtinæ.

25 Græce expreſſius, παραδόξων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν. Paradoxi enim athletæ, ut ex Petro Fabro obſervat Valeſius, dicebantur qui multas victorias retulerant.

26 Marcum & Marcianum in Ægypto celebrant etiam vetuſtiora Martyrologia die IV. Nonas Octobris, quos Uſuardus, Ado, Notkerus, & qui poſtmodum ſecuti ſunt Faſtorum ſacrorum ſcriptores, ex his quos laudat hic Euſebius, fuiſſe aſſeverant.

alii quidem poſt ungulas ac fidiculas, poſt crudeliſſima verbera, & varios, ipſo etiam dictu horrendos cruciatus, flammis abſumti: alii vero in mare demerſi; alii carnificibus capita ſua amputanda alacri animo præbuerunt. Nonnulli tormentis ipſis immortui; quidam fame conſumti. Alii denique in crucem acti; pars eo modo quo malefici vulgo ſuffigi ſolent: pars atrocius capite deorſum verſo clavis confixi, & vivi eo uſque ſervati, quoad in ipſis patibulis fame interiiſſent.

CAP. IX. *In Thebaide.*

10. Verum omnem dicendi copiam ſuperant cruciatus illi ac dolores, quos apud Thebaidem Martyres pertulerunt, acutis teſtis vice ungularum adhibitis toto corpore ad mortem uſque lacerati. Mulieres vero altero pede religatæ ſublimes, capite deorſum vergente machinis quibuſdam in altum ſublatæ, nudiſque ac prorſus intectis corporibus fœdiſſimum ſimul ac inhumaniſſimum ſpectaculum cunctis intuentibus præbuerunt. Alii rurſus ad arbores & ramos alligati interiere. nam cum robuſtiſſimos ramos inflexos machinamentis quibuſdam in unum coire feciſſent, Martyrum cruribus utrimque ad eos religatis, ramos in proprium ac naturalem ſitum reverti ſinebant, ut membra eorum adverſus quos hæc excogitaverant, uno ſimul impetu diſcerperentur. Atque hæc omnia non paucis diebus, nec exiguo temporis ſpatio, ſed prolixo aliquot annorum curriculo continue perpetrata ſunt: cum nunc deni, interdum viceni & amplius, nonnumquam ad triginta uſque & ſexaginta; quandoque & centeni viri ſimul ac mulieres cum parvulis uno die interficerentur, variis ac per vices alternatis ſuppliciis addicti. Nos quoque cum in illis partibus degeremus, quamplurimos acervatim uno die, alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus. adeo ut gladii ipſi hebetarentur, & cædere amplius non valentes frangerentur; ipſique carnifices viribus ſatiſcentes, ſibi invicem ſuccederent. Quo quidem tempore mirabilem in primis animi ardorem, vereque divinam virtutem & alacritatem eorum qui in Chriſtum Dei crediderant, oculis noſtris conſpeximus. Etenim vixdum adverſus primos lata erat ſententia, cum alii aliunde ad tribunal judicis proſilierunt, Chriſtianos ſeſe confeſſi. Et pericula quidem cunctaque multiformium tormentorum genera parvi ducebant: ſupremi vero omnium Numinis cultum libera voce abſque ullo metu profitebantur, & cum gaudio atque hilaritate, ridentes capitalem ſententiam excipiebant; adeo ut in laudem conditoris omnium Dei pſalmos, hymnoſque & gratiarum actiones ad extremum uſque ſpiritum concinerent. Et hi quidem admiratione profecto digni extiterunt.

11. Verum ii maximam præ cunctis laudem atque admirationem merentur, qui opibus ac nobilitate pollentes, & ob eloquentiam ac Philoſophiæ ſtudium non mediocrem gloriam conſecuti, tamen veram pietatem & fidem in Dominum ac Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum his omnibus prærpoſuerunt. *Philoromus & Phileas Martyres.* Hujuſmodi fuit PHILOROMUS: qui non vulgarem magiſtratum, Procuratoris[17] ſcilicet ſummæ rei, apud Alexandriam gerebat, & pro dignitate ac prærogativa honoris Romani, ſtipatus militibus quotidie jus dicebat. Hujuſmodi etiam fuit PHILEAS[18] eccleſiæ Thmuitarum epiſcopus; vir cunctis in patria honoribus ac muneribus ſumma cum laude perfunctus, & in Philoſophiæ ſtudiis admodum clarus, qui, cum innumeri cognati atque amici, quidam etiam ex magiſtratibus atque honoratis eos rogarent, cum Judex

17 Erat Philoromus Procurator ſeu Rationalis ſummarum Ægypti. At Rufinus vertit, *agens turmam militum Romanorum*. quod locum præbuit, ut obſervat Valeſius, Adoni & aliis Martyrologiorum ſcriptoribus hunc Martyrem Tribunum appellandi. Porro Rationales alii erant rei privatæ, alii largitionum ſacrarum, de quibus Valeſ. in notis ad lib. 25. Ammiani Marcellini. Idem Valeſius in notis ad lib. 18. Officium quidem & Apparitionem Rationali concedit, ſed eum judicem fuiſſe negat. *Jus dicendi* tamen eo hoc loco Philoromum *jus dixiſſe* conſtat, Rationales [illegible] rum bona fiſco vindicabant, dicebanturque [illegible]

18 Ejus acta habes infra poſt annum 305.

dex ipſe eos cohortaretur, ut ſui ipſo-
rum miſereri, & uxoribus ac liberis ſuis
conſulere vellent: numquam bis omni-
bus adduci potuerunt, ut vitæ ſuæ con-
ſervandæ cauſa, divinas leges de con-
feſſione, & negatione nominis Chriſti
latas contemnerent: ſed virili ac phi-
loſophico animo, ſeu potius religioſa
ac Deo dicata mente, adverſus omnes
Judicis minas & contumelias ambo
perſtantes ſecuri percuſſi ſunt,

CAP. X.

12. Verum quandoquidem Phileam
in Græcorum diſciplinis apprime ver-
ſatum fuiſſe retulimus, ipſe nunc pro-
deat, tum de ſe ipſo teſtimonium di-
cturus, quis & unde fuerit: tum mar-
tyria illa quæ per id tempus Alexan-
driæ contigerunt, accuratius quam
nos relaturus his verbis[19]. Ex epiſtola

*Egregia epiſtola Martyris de Martyribus.*

Phileæ ad Thmuitas. „ Hæc igitur
» omnia exempla ac ſigna & pulcber-
» rima documenta in ſacris literis ex-
» ſtare cum ſcirent beatiſſimi qui no-
» biſcum verſati ſunt Martyres; abſque
» ulla cunctatione, oculum mentis in
» ſupremum omnium Deum ſincere
» defigentes, & mortem pro pietate li-
» benti animo amplectentes, vocationi
» ſuæ pertinaciter inhæſerunt. Quippe
» qui probe noſſent, Dominum no-

*Incarnatio Jeſu Chriſti.*

» ſtrum Jeſum Chriſtum noſtra cauſa
» hominem idcirco factum fuiſſe, ut
» & peccatum omnino exſcinderet,
» & ad vitam æternam contendenti-
» bus nobis ſubſidia itineris compa-
» raret. Non enim rapinam arbitratus
» eſt Chriſtus eſſe ſe æqualem Deo; ſed
» exinanivit ſe ipſum, ſervi formam in-

Philipp. 2.

» duens: & ſpecie ipſa inventus quaſi
» homo, humiliavit ſemetipſum uſque
» ad mortem; & quidem mortem cru-
» cis. Proinde meliora chariſmata con-
» ſectantes Martyres, qui Chriſtum ge-
» ſtabant, omnes ærumnas, omnia tor-
» mentorum genera, quæ excogitari po-
» tuerant, non ſemel, ſed iterum ac ſæ-
» pius nonnulli ſuſtinuerunt. Et cum
» ſatellites non ſolum verbis minantes,
» ſed etiam factis terrorem ipſis incute-
» re certatim niterentur, non tamen fra-
» cti ſunt animo, eo quod perfecta ca-
» ritas foras ejiciebat timorem. Quo-
» rum virtutem & in ſingulis tormentis
» fortitudinem, quæ tandem oratio poſ-
» ſit percenſere? Nam cum eos injuria
» afficere cuivis liceret; alii fuſtibus,
» alii virgis, alii flagris eos verberabant,
» quidam loris, nonnulli etiam funi-
» bus cædebant. Eratque ejuſmodi cru-
» ciatuum ſpectaculum varium & mul-
» tiplex, plenumque malitiæ. Quidam
» enim illorum manibus poſt tergum
» revinctis ad ſtipitem ſuſpendebantur,
» ac deinde univerſa corporis membra
» machinis quibuſdam diſtendebantur.
» Poſt hæc tortores juſſu Judicis uni-
» verſo corpori, neque, ut homicidis
» ſolet, lateribus dumtaxat, ſed etiam
» ventri, cruribus, ac genis cruciatus
» ferreis ungulis adhibebant. Quidam
» altera manu ad porticum ſuſpenſi pen-
» debant: quibus articulorum mem-
» brorumque omnium diſtenſio quovis
» cruciatu erat acerbior. Alii vultibus
» in ſe mutuo converſis ad columnas
» alligabantur, pedibus ſolum non con-
» tingentibus; adeo ut vincula gravi-
» tate corporum adacta, acrius inten-
» derentur. Atque id tolerabant, non
» ſolum quamdiu Præſes eos alloque-
» batur, aut audiendis ipſis vacabat;
» ſed toto propemodum die. Nam ubi
» ad alios audiendos tranſierat, mini-
» ſtros officii ſui relinquebat, qui prio-
» ribus imminerent; ſi forte quis tor-
» mentorum acerbitate victus a propo-
» ſito deſiſcere videretur: jubebatque
» eos abſque ulla miſeratione vinculis
» ſtringi, & poſtea cum jam animam
» exhalarent, humi abjectos trahi.
» Neque enim aiebat vel minimam
» noſtri curam habendam eſſe: ſed
» cunctos ſic de nobis ſentire, ſic erga
» nos agere debere, quaſi non amplius
» homines eſſemus. Hunc ſcilicet ſe-
» cundum cruciatum poſt verbera ini-
» mici noſtri excogitaverant. Quidam
» etiam poſt tormenta in nervo jacue-
runt,

19 Hinc Phileas ab Hieronymo inter ſcriptores eccleſiaſticos in Catalogo recenſetur.

„ ruut, pedibus ad quatuor uſque fo-
„ ramina divaricatis, ita ut ſupini eſſe
„ cogerentur, cum ob recentes plaga-
„ rum cicatrices, quas toto corpore ge-
„ rebant, ſtare omnino non poſſent. Alii
„ humi projecti jacebant præ nimia tor-
„ mentorum acerbitate, & multo gra-
„ vius quam dum cruciarentur ſpecta-
„ culum intuentibus præbebant, varia
„ ac multiplicia tormentorum excogi-
„ tata genera corporibus ſuis circumfe-
„ rentes. Quæ cum ita gererentur, alii
„ in ipſis tormentis exſpirabant, con-
„ ſtantia ſua pudorem incutientes ad-
„ verſario. Alii ſemineces in carcerem
„ truſi, paucis poſt diebus doloribus op-
„ preſſi vitam finierunt. Reliqui curan-
„ tium remediis refocillati, tempore
„ ipſo ac diuturna carceris mora fiden-
„ tiores evaſere. Itaque cum poſtea ju-
„ berentur eligere utrum mallent, an
„ cunctis nefariis ſacrificiis omni mo-
„ leſtia liberari, & abominandæ abſo-
„ lutionis ſententiam ab ipſis conſequi;
„ an vero ſacrificare abnuentes capite
„ damnari: omnes nihil cunctati, liben-
„ ti animo ad mortem perrexerunt.
„ Quippe probe norant quæ in ſacris lit-
„ teris nobis præſcripta ſunt. *Qui enim*
„ *ſacrificat diis alienis*, ait Scriptura,
„ *exterminabitur*. & iterum: *Non babe-*
„ *bis deos alienos præter me*.

13. Hæc ſunt vere Philoſophi, nec minus Dei quam ſapientiæ amatoris Martyris verba, quæ ante extremam Judicis ſententiam adhuc in cuſtodia conſtitutus ad fratres eccleſiæ ſuæ ſcripſit; partim quo in ſtatu verſaretur exponens, partim eos adhortans, ut pietatem in Chriſtum, etiam poſt obitum ſuum jamjam imminentem mordicus retinerent. Sed quid opus eſt prolixa oratione uti, & divinorum qui per univerſum orbem paſſi ſunt Martyrum nova ſemper novis ſuccedentia certamina exponere? præſertim cum illi non vulgari modo, ſed quaſi jure belli oppugnati ſunt.

14. Certe urbem [20] quamdam Chriſtianorum in Phrygia milites armati obſidione cinxerunt; injectoque igne, totam una cum viris & mulieribus ac parvulis CHRISTUM omnium DEUM invocantibus concremarunt: hanc ſcilicet ob cauſam, quod univerſi ejus urbis incolæ, & curator [21] ipſe ac magiſtratus cum honoratis omnibus ac plebeis, Chriſtianos ſe eſſe profeſſi, ſacrificare jubentibus nullo modo obtemperabant. Quidam etiam ADAUCTUS nomine, claro in Italia genere ortus, Romana dignitate conſpicuus, & per omnes honorum gradus in Imperatorum palatio provectus; quippe qui procurationem ſummæ rei, & Magiſtri, ut vocant, ac Rationalis officium integerrime geſſiſſet: præter hæc omnia multis præclaris actibus inter fideles, & nominis Chriſti confeſſionibus nobilitatus: dum adhuc Rationalis officium adminiſtraret, pro vera pietate decertans martyrii corona exornatus eſt.

CAP. XI. *Urbs cum incolis Chriſtianis deleta.*

*Chriſtus omnium Deus.*

15. Quid nunc opus eſt reliquos nominatim commemorare, aut multitudinem hominum recenſere, aut varias tormentorum ſpecies orationis penicillo depingere? Quippe cum admirandi Martyres, partim ſecuribus cæſi ſint, ut in Arabia contigit: partim ſuffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia: nonnulli capite deorſum verſo pedibus ſuſpenſi, leni ac remiſſo igne ſubtus accenſo, flagrantis materiæ fumo ſuffocati ſint, ut in Meſopotamia factum eſt: alii naſo, auribus ac manibus truncati, ceteriſque corporis membris mutilati ſint atque concifi, ut contigit Alexandriæ.

CAP. XII. *Martyres in Arabia, Cappadocia,*

*Et Meſopotamia.*

16. Jam vero ea quæ apud Antiochiam geſta ſunt, quid opus eſt in memoriam revocare? ubi alii craticulis im-

*Antiochia.*

20 Hujus urbis nomen latet. Ibi Adauctum degiſſe aſſerit Rufinus. Horum omnium feſtum die 7. Februarii celebratur. Porro de his Lactantius videtur locutus fuiſſe lib. 5. divinarum Inſtitutionum cap. 11. ubi de Chriſtianorum perſecutoribus dicit: *Sicut unus in Phrygia, qui univerſum populum cum ipſo pariter conventiculo concremavit*.

21 Curator dicebatur ille qui reipublicæ pecuniam, & quidquid ad rem civitatis pertinet adminiſtrabat. Sæpius etiam ex voce græca Logiſta vocabatur. De eo plura Valeſius in lib. 14. Ammiani Marcellini, de Magiſtratibus autem, qui apud Græcos στρατηγοὶ dicebantur, in notis ad lib. 31. Honorati vero appellabantur, qui res civiles, vel in Urbe, vel in Provinciis geſſerant, & Militares, qui aliqua militari dignitate præfulgebant. De quibus idem Valeſius ad librum jam laudatum 14. Ammiani Marcellini.

impoſiti, non ad mortem uſque, ſed ad diuturnitatem ſupplicii torrebantur. Alii dextras ſuas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere. Ex quibus nonnulli periculum vitantes, priuſquam caperentur, & in inſidiatorum manus inciderent, ex ſublimibus tabulatis præcipites ſe dederunt, propter impiorum malitiam mortem lucro deputantes. Quædam etiam ſanctiſſima femina, & ob animi fortitudinem admirabilis, opibus ac ſplendore generis, bonaque in primis fama Antiochiæ percelebris, quæ duas filias virgines [92], corporis forma & ætatis flore præſtantes, Chriſtianæ religionis præceptis inſtituerat: cum plurimi ſtimulante ipſos invidia earum latebras curioſius inveſtigarent; deinde comperto eas apud exteros degere, omni ſtudio atque opera Antiochiam eas evocaſſent; poſtquam mulier ſeſe ac filias in militum laqueos incidiſſe ſenſit, ad inopiam conſilii redacta, filias allocuta eſt, & quanta ipſis mala a militibus imminerent exposuit: omnium vero malorum graviſſimum ac maxime intolerabile eſſe ſtuprum, cujus minas ne auditu quidem ſuſtinere ſibi ipſi ac filiabus fas eſſet. Ad hæc animam ſervituti & obſequio dæmonum mancipare, omni morte exitioque pejus eſſe cum dixiſſet, unicum adverſus hæc omnia remedium eſſe admonuit, ſi ad opem Chriſti confugerent. His dictis, idem omnes conſilium amplexæ, cum ad medium itineris perveniſſent, veniam a militibus petunt, ut tantiſper de via deflectere ſibi liceret. Quo impetrato, compoſitis honeſte ac decenter veſtibus, in præfluentem ſe fluvium conjecerunt. Et hæ quidem ſemetipſas ita ſubmerſerunt. Duæ vero aliæ virgines in eadem urbe, divinæ prorſus ac germanæ per omnia ſorores, ſplendore quidem natalium, opibus, ætate & forma florentes, ſed gravitate morum, mentis pietate, ſtudioque & induſtria clariores; perinde ac ſi terra tantum decus ferre non poſſet, a cultoribus dæmonum juſſæ ſunt in mare præcipitari. Hæc Antiochiæ.

17. Sed quæ apud Pontum geſta ſunt, vel ipſo dictu incutiunt horrorem. Aliis manuum digiti a ſummis uſque unguibus acutis arundinibus transfigebantur. Aliis plumbo ignis vi liqueſacto, bulliente ac fervente metallo terga adurebantur, & corporis partes maxime neceſſariæ torrebantur. Quidam in viſceribus ac pudendis partibus fœdos atque inexplicabiles cruciatus abſque ulla miſeratione pertulerunt, prout ſcilicet generoſi illi atque æqui judices ſollertiam ſuam oſtentantes, quaſi hoc virtutis alicujus ac prudentiæ eſſet, ambitioſius excogitabant; novis quotidie ſuppliciorum inventis, tamquam in certamine quodam in quo propoſita ſunt præmia, ſuperare ſe invicem contendentes. Ceterum hæ calamitates non prius finem acceperunt, quam judices tot ærumnis quidquam adjicere poſſe deſperantes, jamque cædibus feſſi, cum ipſos ſanguinis ſatietas ac tædium cepiſſet, ad ſpecioſam illam, ut quidem putabant, clementiam atque humanitatem ſe converterunt, ut in poſterum nulla adverſum nos uti ſævitia viderentur. Neque enim fas eſſe ajebant, ut urbes quidem civium ſanguine contaminarentur; Imperatores autem ipſi, erga omnes benigni ac manſueti, crudelitatis aſpergerentur infamia: ſed potius decere, ut humanitas & beneficentia imperatoriæ majeſtatis in univerſos diffunderetur; nec poſthac noſtri capitali ſupplicio plecterentur. quippe hujuſmodi pœna per Imperatorum indulgentiam liberatos nos eſſe. *In Ponto.*

18. Exinde igitur oculos noſtris erui [93], & alterum ex cruribus debilitari præceptum eſt. Hujuſmodi enim

fuit

92 Hæ ſunt Domnina, Proſdoce, & Bernice, de quibus infra ad annum circ. 306.

93 Hæc ad Maximinum refert Lactantius lib. de morte Perſecut. cap. 36. cui veteres ſcriptores conſentiunt. Et quidem Maximinus jam imperium aſſumſerat, ſiquidem ut ipſe Lactantius teſtetur, cap. 32. & Euſeb. lib. 8. cap. 13. Maximinus eodem anno quo Licinius factus eſt Imperator, rejecto Cæſaris nomine ſemetipſum Auguſtum nuncupavit anno 307. Vide lib. de Mart. Palæſtinæ infra cap. 8.

fuit illorum humanitas, hoc leniſſimum ſupplicii genus adverſus nos viſum. Adeo ut propter banc impiornm hominum lenitatem, nullo jam modo recenſeri poſſit numerus, tum eorum quibus oculi dextri primum quidem ferro effoſſi, deinde vero cauterio aduſti ſunt: tum illorum quibus ſiniſtri poplites candente ferro ſunt debilitati [24], & qui poſtea ad æris metalla quæ in provincia erant, non tam operis faciendi, quam vexationis cauſa condemnabantur: aliorum deniqne, qui varia viritim ſinguli certamina ſubierunt. Quæ quidem nos nec enumerare ſufficimus, quippe cum præclara illorum facinora omnem dicendi copiam ſuperent. In bis ergo certaminum diſcriminibus, per univerſum orbem maximam gloriam adepti nobiliſſimi Martyres, & cunctos ſpectatores admiratione fortitudinis ſuæ merito perculerunt; & divinæ prorſus atque inexplicabilis Servatoris noſtri potentiæ evidentiſſima in ſemetipſis exhibuerunt indicia. Ac ſingulos quidem nominatim commemorare longum ac difficile fuerit, ne dicam prorſus inexplicabile.

CAP. XIII. *Martyres illuſtres.*

19. Ex præſidibus autem eccleſiarum, qui in celeberrimis urbibus martyrium perpeſſi ſunt, primus in piorum tabulis a nobis nominetur Anthimus Nicomedienſis epiſcopus, teſtis regni Jeſu Chriſti in eadem urbe capite truncatus. Ex Antiochenis vero Martyribus LUCIANUS [25] ejuſdem eccleſiæ presbyter, vir in omni vita ſanctiſſimus: qui cæleſte Chriſti regnum primum verbis & oratione apologetica, Nicomediæ præſente ipſo Imperatore; poſtea vero etiam rebus ipſis aſſeruit. Jam vero omnium in Phœnice Martyrum nobiliſſimi Deoque accepti martyres, Cbriſtiani gregis paſtores fuere TYRANNIO [26] eccleſiæ Tyriorum epiſcopus, & ZENOBIUS presbyter apud Sidonem. Silvanus [27] quoque Emiſenæ antiſtes eccleſiæ. Sed bic quidem in ipſa urbe Emeſa feris objectus una cum aliis quibuſdam in Martyrum relatus eſt numerum: illi vero Antiocbiæ doctrinam veræ fidei conſtantiſſima in perferendis ad mortem uſque tormentis patientia ambo illuſtrarunt. Tyrannio qnidem in profundum mare demerſus: Zenobins vero medicorum omninm præſtantiſſimus, dum ungulis latera ipſi ſulcarentur, in mediis cruciatibus forti animo immortuus. Inter Martyres autem Palæſtinæ SILVANUS [28] Gazæ urbis epiſcopus, apud æris metalla quæ ſunt in Phœno, cum aliis undequadraginta capite truncatus eſt. Sed & quidam Ægyptii ſacerdotes, PELEUS ac NILUS, cum aliquot aliis illic flammis abſumti periere. Horum in numero maximum decus Cæſarienſis eccleſiæ PAMPHILUS presbyter a nobis haud quaquam prætereundus eſt, vir omnium noſtræ ætatis maxime admiratione dignus: cujus quidem fortitudinem & glorioſa facinora ſuo tempore expoſuimus. Ex iis porro qui Alexandriæ, & per totam Ægyptum ac Thebaidem nobili martyrio perfuncti ſunt, primus omnium nominandus eſt PETRUS [29] Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, Cbriſtianæ religionis doctor eximius, & inter ejus presbyteros FAUSTUS, DIUS atque AMMONIUS perfecti martyres Chriſti. Præterea PHILEAS & HESYCHIUS, PACHUMIUS ac THEODORUS

24 Utrumque ſupplicium, oculi ſcilicet dextri effoſſionem & ſiniſtri pedis enervationem, plerique Confeſſores pertulerunt, poſtea ad metalla damnati, qui deinde pace ſub Conſtantino M. data, Eccleſiam adverſus Arianos defenderunt. Inter hos celebres, fuere Paphnutius epiſcopus Ægyptius & Maximus Jeroſolymorum antiſtes, de quibus Rufinus, Sozomenus, Socrates, Theodoretus aliique paſſim auctores agunt.

25 Ejus martyrium a ſancto Chryſoſtomo deſcriptum habes infra ad an. 312.

26 Hi quinque, Tyrannio, Silvanus, Peleus, Nilus ac Zenobius, ſimul recoluntur in Martyrologio Romano die 20. Februarii. Porro Nilo hic memorato nonnulli attribuunt Parænefes non ſemel jam editas. qua de re videſis Leonis Allatii Diatribam de Nilis, cap. 4.

27 De hoc iterum Euſebius lib. 9. cap. 6. ubi 40. annis ſacerdotio functus fuiſſe dicitur, ac tandem cum aliis duobus Emeſæ feris objectus martyrium conſummaſſe ſub Maximino imperatore, memoratur in Martyrolog. Rom. die 6. Februarii.

28 De eo ac 3. ſequentibus vide infra lib. de Martyr. Palæſtinæ.

29 Cum eo *complures alios Ægyptiorum epiſcopos* paſſus dicit idem Euſeb lib. 9. cap. 6. ubi Petri ſanctimoniam & doctrinam laudat. Ejuſdem Canones pœnitentiales recipit VI. Synodus. Laudatur vero ipſius liber de divinitate in Synodis Epheſina & Chalcedonenſi. De eo vide Athanaſium libro 2. contra Arianos, & in vita S. Antonii cap. 12. prolog. in vitam S. Pacomii, Sozomen lib. 2. Hiſt. cap. 6. Vincent. Lirinenſem Commonit. 2. & alios paſſim auctores eccleſiaſticos. Ejus martyrium contigit anno 311. nono ſcilicet Perſecutionis anno, ſub Maximino Imperatore. S. Epiphanius hæreſi 69. quæ eſt Meletianorum, pluribus de eo & aliis Martyribus & Confeſſoribus ejus ſociis diſſerit, quem conſule.

RUS diverſarum in Ægypto eccleſiarum epiſcopi: innumerabiles [30] denique alii minime obſcuri, qui per eccleſias in illis locis ac regionibus conſtitutas multis laudibus celebrantur. Quorum omnium pro vero Dei cultu toto orbe confecta certamina, & quæ ſingulis eorum acciderunt, omnia accurate commemorare, non eſt officii noſtri, ſed eorum potius qui res geſtas oculis ſuis contemplati ſunt. Nos vero ea quibus ipſi interfuimus, alio in opere [31] poſterorum notitiæ commendabimus.

20. *Poſt nonnulla vero quæ Euſebius de Maxentii, Romæ; & Maximini in Oriente tyrannide & impudicitiis dixit, ſic de utroque narrationem proſequitur.* Atque hæc ex voto ipſis ſucceſſerunt adverſus cunctos, ſolis exceptis Chriſtianis, qui calcato mortis metu tam violentam hominis tyrannidem deſpexerunt. Nam & viri ignem ac ferrum, clavorum ſuffixiones, beſtias, profundos maris gurgites, membrorum abſciſſiones ac peruſtiones, confixiones & effoſſiones oculorum, totius denique corporis mutilationes; ad hæc famem, metalla ac vincula perpeſſi, in his omnibus maluerunt pro vera pietate tolerantiæ ſuæ ſpecimen edere, quam rejecto Dei cultu ſimulacra venerari. Et mulieres doctrina veræ fidei non minus quam viri roboratæ, aliæ eadem quæ viri certamina ſubierunt, & æqualia virtutis adeptæ ſunt præmia. Aliæ cum raperentur ad ſtuprum, vitam citius quam pudorem corporis ſui prodere ſuſtinuerunt. Certe unica mulier Chriſtiana [32], Alexandrinarum omnium nobiliſſima atque opulentiſſima; cum ceteræ a tyranno violatæ fuiſſent, effuſam atque effrenatam Maximini libidinem virili quadam animi celſitudine devicit, mulier tum ob ſplendorem generis ac divitias, tum ob ſingularem doctrinam celeberrima: ſed quæ modeſtiam ac pudicitiam his omnibus præferebat. quam cum tyrannus ſæpius interpellaſſet de ſtupro, obtruncare quidem illam, mori utique paratam, non ſuſtinuit, eo quod crudelitate ſuperior eſſet cupiditas. Ceterum bonis omnibus ſpoliatam exſilio damnavit. Sexcentæ * quoque aliæ, cum ſtupri minas quas provinciarum Rectores ipſis intentabant, ne auditu quidem tenus ferre potuiſſent, omnia cruciatuum, tormentorum, & capitalium ſuppliciorum genera pertulere.

Ex Cap. XIV. *Maxentius & Maximinus tyranni.*

* μυρίαι

21. Omnes quidem admiratione digniſſimæ; ſed præ omnibus admirationem meretur mulier illa [33] in urbe Roma, omnium earum quas Maxentius illarum partium tyrannus Maximino in cunctis ſimillimus, violare aggreſſus eſt, longe nobiliſſima & caſtiſſima. Hæc enim ſimul atque eos, quibus tyrannus ad hujuſmodi flagitia miniſtris utebatur, irrupiſſe in domum ſuam comperit, & maritum ſuum qui præfecturam Romanæ urbis gerebat, conterritum permiſiſſe ſatellitibus ut ipſam abducerent, (erat autem Chriſtiana;) breve temporis ſpatium, quaſi ad exornandum corpus concedi ſibi poſtulavit. Poſt hæc in cubiculum ingreſſa, ſolam ſe relictam eſſe circumſpiciens, gladium pectori immergit. Quo vulnere protinus exanimata, cadaver quidem perductoribus dereliquit: ipſo autem facto, quod profecto omni vocis ſono clarius intonat, univerſis qui nunc ſunt, & qui poſthac erunt hominibus denuntiavit, ſolam Chriſtianorum virtutem invictam & inexpugnabilem, nec morti obnoxiam eſſe. Talis ac tanta nequitiæ copia uno eodemque tempore exuberavit, auctoribus duobus tyrannis, quorum alter Orientem, alter Occidentem occupaverat.

30 Valeſius habet *ſexcenti*, græcus textus *μυρίοι*, quo nomine ingens numerus deſignatur.

31 In libro de Mart. Palæſtinæ, quem integrum infra exhibebimus.

32 Hunc locum de celebri martyre Catharina, ſeu, ut Græci ſcribunt, Æcatherina, nonnulli intelligunt. quæ opinio aliis non placet. Et quidem hanc Rufinus, Dorotheam virginem appellat, lib. 8. Hiſt. cap. 17. quam Chriſtiano nomine accuſatam fuiſſe dicit, priuſquam de ſtupro interpellaretur. Verum lis iſta abſque antiquis monumentis dirimi non poteſt. Vide Bolland. tom. 1. Febr. pag. 777. ad diem VI. Catharinam vero *ſapientiſſimam* commendat Euthimius in Pſal. 44. ſed & jam celebris erat apud auctores noni ſæculi.

33 Sophroniam appellat Rufinus loco laudato.

EUSE-

Anno Chriſti 303.

# EUSEBII PAMPHILI
## CÆSARIENSIS EPISCOPI Liber de Martyribus Palæſtinæ.

*Prologus.*

1. ANno imperii Diocletiani nono & decimo, menſe Xanthico [1], quem Romani Aprilem vocant, Flaviano provinciam Palæſtinam regente, cum ſalutaris Paſſionis dies imminerct, repente propoſita ſunt ubique edicta, quibus imperabatur eccleſias quidem ſolo æquari, ſacros autem codices flammis abſumi: & Honoratos quidem honoris prærogativa ſpoliari; plebeios autem & in miniſterio conſtitutos libertate privari, ſi in Chriſtianæ religionis propoſito adhuc permanerent. Et primi quidem adverſus nos edicti hujuſmodi fuit ſententia. Sed non multo poſt allatæ ſunt aliæ litteræ, quibus jubebatur, ut omnes ubique eccleſiarum Antiſtites primum quidem conjicerentur in vincula, poſtea vero ad ſacrificandum omnibus modis cogerentur.

CAP. I. *Procopius primus martyr Palæſtinæ.*

2. Igitur ex Palæſtinæ Martyribus primus PROCOPIUS [2], antequam carceris periculum feciſſet, ſtatim a primo, quod ajunt, limine ad Præſidis tribunal adductus, & ſacrificare diis gentilium juſſus, unum ſe Deum noſſe reſpondit, cui ſacrificandum eſſet eo ritu quem ipſe ſtatuiſſet. Cum vero quatuor etiam Imperatoribus libare juberetur, ſententiam quamdam ex Homerico carmine prolocutus, quæ illis minime arridebat: *Haud bona res domini plures: herus unicus eſto, Rex unus;* ilico capite truncatur die octavo menſis Deſii [3], hoc eſt, ut Romani dicunt, ante diem ſeptimum idus Junias, quarta feria hebdomadis. Hoc primum apud Cæſaream Palæſtinæ martyrium perperratum eſt.

*[illegible]*

3. Poſt hunc vero in eadem urbe quam plurimi eccleſiarum illius provinciæ Antiſtites graviſſima ſupplicia alacri animo perpeſſi, illuſtrium certaminum ſpectacula exhibuerunt. Alii vero non pauci præ ignavia fracti animis ac debilitati, primo ſtatim impetu conciderunt. Ex reliquis varia quiſque tormentorum genera expertus eſt. Hic flagris conciſus: ille intolerabilibus tormentis & ungulis excruciatus, & vinculis oppreſſus; adeo ut quibuſdam manus,laxata nervorum compage reſolutæ ſint. Singuli tamen quæcumque ipſis juxta arcanum Dei judicium eveniebant, fortiter tulere. Alius enim, cum quidam manus ejus apprehendiſſent, ipſumque ad aram adduxiſſent, & abominandum ac ſceleſtum ſacrificium dextræ ipſius injeciſſent, quaſi ſacrificaſſet, dimittebatur. Alius cum ne ſummis quidem digitis tbus attigiſſet, nonnullis tantum affirmantibus eum ſacrificaſſe, ſilentio abſcedebat. Hic ſemivivus correptus ac ſublimis elatus, projiciebatur ut mortuus, & vinculis abſolvebatur, computatus inter eos qui ſacrificaverant. Ille vociferans atque conteſtans ſe his quæ jubebantur minime aſſentiri; pugnis ore contuſo, plurimis ad hoc conſtitutis illum tacere cogentibus, per vim extrudebatur, tametſi haud quaquam ſacrificaſſet. Adeo magni apud eos æſtimabatur, ſi vel viderentur effeciſſe id quod voluerant.

*Alphæus & Zacchæus martyres.*

4. Ex iſtis igitur qui tot numero erant, ſoli ALPHÆUS & ZACCHÆUS martyrii coronam adepti ſunt, qui poſt flagella & ungulas, poſt acerbiſſima vincula, & dolores in iis exantlatos; poſt alia omnis generis tormenta, cum viginti

1 Hoc edictum ſupra lib. 8. cap. 2. latum dicitur, *menſe Dyſtro quem Romani Martium* vocant; at nil mirum. Prius enim Nicomediæ ubi degebat Imperator quam in Palæſtina promulgatum eſt. Porro non adeo certum eſt, quod iſte Prologus ab Euſebio ſcriptus fuerit.

2 Hujus Martyris Acta inferius exhibemus. Porro primus in Palæſtina martyr dicitur, in hac Diocletiani ſcilicet perſecutione. Nam Martyres ſub Valeriano Cæſarem paſſos ex ipſomet Euſebio laudavimus ſupra pag. 225.

3 De hoc menſe videſis Valeſii notas. In Kalendario R. P. Antonii Pagii incipit die 25. Maii.

viginti quatuor horarum ſpatio pedes in nervo ad quatuor uſque puncta diſtentos habuiſſent, unum Deum, unumque Regem ac Dominum Jeſum Chriſtum confeſſi, perinde ac ſi impium quidquam loeuri eſſent, eodem quo primus ille martyr Proeopius ſupplicii genere, abſciſſis capitibus interiere, die ſeptimo menſis Dii, quod eſt apud Romanos ante diem [4] XV. Kal. Decembris.

CAP. II. *Romanus martyr.*

5. Sed & commemoratione digna ſunt in primis quæ circa Romanum [5] martyrem eodem die Antiochiæ geſta ſunt. Hic enim genere Palæſtinus, Cæſarienſis eccleſiæ diaconus & exorciſta [6], eo ipſo temporis articulo quo eccleſiæ deſtruebantur, Antiochiam ingreſſus: cum innumerabiles viros ſimul ac mulieres una cum parvulis templa deorum confertim adeuntes, & ſacrificantes vidiſſet, ſpectaculum id minime tolerandum ratus, zelo divini cultus ipſum incitante, propius acceſſit, & contenta voce inclamans objurgare eos cœpit. Ob cujus facinoris audaciam ilico comprehenſus, generoſo, ſi quis umquam alius, martyrio decoratus eſt. Nam cum judex eum ignis ſupplicio addixiſſet, ille hilari vultu, & admodum alacri animo ſententiam excipiens, ad ſupplicium eſt abductus. Deinde alligatus ad ſtipitem, congeſtis undique lignis ac ſarmentis, cum miniſtri qui rogum accenſuri erant, Imperatoris [7] tum forte præſentis judicium exſpectarent: Ubinam, inquit, mihi ignis [8]? Quibus dictis acceitus coram Imperatore ſiſtitur, novo quodam ſupplicii genere plectendus, linguæ ſcilicet abſciſſione. Quod quidem ſupplicium cum fortiſſime pertuliſſet, re ipſa omnibus declaravit, iis qui quemlibet cruciatum pro pietate ſuſtinent, ſemper præſto adeſſe divinam virtutem, quæ & dolores eorum imminuat, & animos ipſorum confirmet. Comperta igitur novitate ſupplicii, nequaquam conterritus vir fortiſſimus ultro protendit linguam, promtiſſime eam deſecandam carnificibus præbens. Poſt quod ſupplicium contruſus in carcerem [9], ac diutiſſime ibidem maceratus, tandem cum Imperatoris vicennalia jam adeſſent, & ex ſolemni more univerſis qui in cuſtodia tenebantur, indulgentia publice per præconem annuntiata eſſet; ſolus ad quatuor uſque puncta diſtentos habens pedes, in ipſo jacens nervo, fractis laqueo faucibus, martyrio, ſicut optaverat, exornatus eſt. Et hic quidem, utpote Palæſtinus, inter Palæſtinenſes martyres recenſeri meretur, tametſi extra patriam paſſus ſit. Hæc primo [10] perſecutionis anno in hunc modum geſta ſunt, cum adverſus ſolos eccleſiarum Præſides perſecutorum immanitas deſæviret.

Anno Christi 304. CAP. III. *Annus ſecundus perſecutionis.*

6. Secundo dehinc anno cum perſecutionis adverſus nos furor vehementius incaluiſſet, Urbano tunc provinciam regente, primum Imperatoris miſſæ ſunt litteræ, quibus generali præcepto jubebatur, ut omnes ubique locorum ac gentium publice idolis ſacrificia ac libationes offerrent. Quo tempore TIMOTHEUS [11] apud Gazam urbem Palæſtinæ, innumera perpeſſus tormenta, tandem tenui ac lento igne conſumtus; cum ſinceræ erga Deum pietatis luculentiſſimum ſpecimen edidiſſet, conſtanti in omnibus tolerantia, coronam martyrii repor-

4 Hac ipſa die eorum memoriam recolit Martyrol. Romanum; Græcorum vero Menæa die ſequenti, in quibus Zacchæus dicitur fuiſſe Gadarenſis eccleſiæ diaconus. Gadara olim civitas erat epiſcopalis ſub Scythopolitano metropolitano in II. Palæſtina. Nunc dicitur *Gadda*.

5 De Romano Martyre ſingillatim agemus infra ad annum 303.

6 Primis temporibus ob clericorum paucitatem, unus idemque duorum aut trium munere fungebatur. Sic duo hic Romanus, Procopius autem tria munia exercebat in eccleſia Scythopolitana, ut in ejus Actis habetur. Laudat hac occaſione Valeſius auctorem veterem quæſtionum vet. & novi teſtam. cap. 101. quem videſis. Simul autem Romanus erat diaconus & exorciſta, quod forte poſt catechizatos catechumenos eos etiam exorcizaret. Tum enim pro catechumenis quam pro energumenis purgandis inſtituti erant exorciſtæ. Vide Valeſii notas.

7 Galerii ſcilicet Cæſaris, ut putat Valeſius. Nam tunc Diocletianus Nicomediæ morabatur. Valeſii opinionem confirmat Prudentius hymno X. περὶ στεφάνων verſ. 31. *Galerius orbis forte Romani ſatum* &c. Nondum tamen erat Auguſtus.

8 Non ſatis exponit hic miraculum ignis qui non potuit accendi, de quo ſuſe fermo.c. de Reſurrectione, & *Prudentius* hymno laudato verſ. 846. & ſeqq.

9 Omittit miraculum Romani, etiam abſciſſa lingua, loquentis, quod alias adeo exaggerat. Hinc patet non omnia in iſto libello contineri.

10 Dodwellus diſſert. XI. ait, hæc anno 3. tribuenda eſſe; at Euſebium egregie vindicat *P.* Antonius Pagi ad annum 304.

11 Ejus cum Agapio & Tecla feſtum recolitur die 19. Auguſti. De Agapio vide & infra cap. 6.

portavit. AGAPIUS quoque & THECLA priſcæ illi cognuminis [12], cum una cum ſupradicto Timotheo ingentem animi conſtantiam oſtendiſſent, damnati ſunt ad beſtias.

7. Ea vero quæ poſtea ſubſecuta ſunt, quis tandem non admiratus eſt, cum videret; aut ſtupore non perculſus eſt, cum auditu acciperet? Nam cum gentiles publicam ſolemnitatem, & conſueta ſpectacula celebrarent, ingens omnium rumor erat, præter ceteros quos illi maximo favore proſequebantur, etiam Chriſtianos illos qui nuper damnati fuerant, cum beſtiis pugnaturos. Cumque hujus rei fama paſſim apud omnes increbreſceret, adoleſcentes numero ſex, quorum unus natione Ponticus, TIMOLAUS vocabatur; alter Tripoli Phœnices urbe oriundus erat, DIONYSIUS nomine; tertius Dioſpolitanæ eccleſiæ ſubdiaconus, ROMULUS dicebatur; poſt hos Ægyptii duo, PAUSIS [13] & ALEXANDER; poſtremo alter priori illi cognominis ALEXANDER Gaza oriundus. Hi, inquam, omnes colligatis prius manibus, ut ſe ad ſubeundum martyrium promtos ac paratos oſtenderent, contento curſu ad Urbanum, qui tunc forte ad amphitheatrum proficiſcebatur, advolarunt, ſe Chriſtianos eſſe confitentes, palamque omnibus facientes, præ fiducia animi adverſus cuncta diſcrimina confirmati, eos qui veri Dei cultum profitentur, ne beſtiarum quidem incurſus formidare. Ac protinus quidem cum & præſidem ipſum, & eos qui adſtabant, non mediocri admiratione perculiſſent, cuſtodiæ mancipati ſunt. Paucis autem poſt diebus, cum alii duo ex ipſis accerſiti eſſent, quorum alter AGAPIUS nomine, jam dudum ante illos varia tormenta perpeſſus, multis confeſſionibus inclaruerat; alter nomine DIONYSIUS, res ipſis ad corporis uſum neceſſarias ſubminiſtrabat: octo omnes uno eodemque die in urbe Cæſarea præciſis capitibus interierunt, die viceſima quarta menſis Dyſtri, hoc eſt, ante diem [14] nonum Kalendas Apriles.

8. Per idem tempus duo Imperatores, quorum alter primum imperii gradum, alter ſecundum ab eo locum obtinebat, depoſito imperiali cultu privatum habitum induerunt [15]: & male habere iterum cœpit reſpublica. Nec multo poſt diſciſſo in partes imperio Romano, bellum inexpiabile inter ipſos Romanos exarſit. Nec diſſidium ac tumultus qui poſtea ſubſecutus eſt, ante ſedari potuit, quam per univerſum orbem Romanum pax Chriſtianis reddita eſſet. Nam ſimul atque ea pax, quaſi lux quædam poſt obſcuræ ac tenebroſæ noctis caliginem, cunctis affulſit, confeſtim reſpublica Romana in priſtinam ſtabilitatem & concordiam, ac quietem iterum reſtituta eſt; cunctis mutuam inter ſe benevolentiam, quam a maioribus traditam acceperant, quaſi poſtliminio recuperantibus. Verum hæc ſuo loco ac tempore uberius exponentur. Nunc narrationis noſtræ ſeriem proſequamur.

Anno Chriſti 305. CAP. VI. *Perſecutio gravior ſub Maximino.*

9. Maximus [16] Cæſar ex eo tempore ad imperium evectus, quaſi qui odii in Deum & impietatis ſibi innatæ inſignia oſtentare vellet, violentius quam ſuperiores Principes perſecutioni noſtrorum incubuit. Cum igitur omnes graviter perturbati hac illac diſpergerentur, & periculum effugere unuſquiſque omni ope laboraret, maximuſque tumultus cunctas provincias occupaſſet; qua tandem oratione divini amoris ardorem, plenamque fiduciæ confeſſionem beati ac revera innocentis oviculæ APPHIANI martyris,

pro

12 Tecla virginum protomartyr quam Patres Latini & Græci paſſim laudant.

13 In aliquot mſſ. dicitur *Paeſis*. In Menæis autem Baſilii Imp. & Sirleti Cardinalis *Publius*.

14 Hæc ipſa dies a Latinis & Græcis memoratur.

15 Diocletianus ſcilicet prope Nicomediam, Herculius Mediolani, cogente Galerio Maximiano, non autem ſponte, uti hactenus putabatur. Totam hanc hiſtoriam egregie deſcribit Lactantius in lib. de mortibus Perſec. cap. 18. & ſeqq.

16 Anno 305. quo Kalendis Maii Galerius Maximianus Armentarius a Diocletiano Jovio, Conſtantius Chlorus a Maximiano Herculio Imperatores, & Severus ac Daza, qui deinde Galerius Maximinus dictus eſt, Cæſares ſunt creati, quæ omnia Galerio Maximiano cogente facta ſunt. Vide Lactantii lib. laudatum cap. 18. & ſeqq. ante cujus editionem cenſebant viri eruditi hæc omnia anno 304 contigiſſe. Vide erud. Baluzii notas, & P. Ant. Pagi ad annum 304.

Digitized by Google

*Apphianus martyr.*

pro merito poterimus exponere? Qui quidem ad portas urbis Cæſareæ, admirabile exemplum ſinceræ erga verum Deum pietatis cunctis illius incolis ſpectandum præbuit; idque nondum viginti annos natus. Ac prius quidem cum ſæcularium diſciplinarum cauſa, utpote parentibus ortus locupletiſſimis, plurimum temporis Beryti [17] eſſet commoratus, incredibile dictu eſt, quo pacto in ea civitate calcatis adoleſcentiæ cupiditatibus, nec vigore corporis, nec ſodalium conſuetudine corrumpi ſe paſſus, modeſtiam amplexatus ſit; honeſte, ſobrie ac pie ex præcepto Chriſtianiſmi degens, moreſque ſuos moderans atque caſtigans. Quod ſi patriam quoque ejus commemorare convenit, eamque urbem ex qua tam generoſus religionis noſtræ ortus eſt pugil, debito præconio exornare; equidem id faciam libentiſſime. Si quis ergo Pagas [18] novit urbem Lyciæ non obſcuram, inde oriundus fuit nobilis adoleſcens. Qui quidem reverſus poſtea a Berytenſibus ſtudiis cum pater ipſius principem locum domi obtineret, ipſe nihilominus cum patre & propinquis ſuis verſari non ſuſtinuit, eo quod illi ex divinæ religionis præceptis vitam agere recuſarent. Sed divino quodam ſpiritu afflatus, & præ innato philoſophiæ ſtudio, ſeu potius cæleſtis ac veræ ſapientiæ amore, vanam hujus ſæculi gloriam & corporis voluptates deſpiciens, clam domo auſugit. Ac ne quidem de ſumtu ad diurnum victum neceſſario ſollicitus, ob ſpem ac fiduciam quam in Deo collocaverat; prævio, & quaſi manu ipſum ducente Spiritu ſancto Cæſaream pervenit, ubi corona martyrii ipſum manebat. Ibi nobiſcum verſatus, cum ex ſacrarum litterarum lectione, quantum fieri potuit, breviſſimo illo tempore fructus ſibi collegiſſet, & congrua arctioris abſtinentiæ exercitatione ſemet roboraſſet; tandem ejuſmodi exitu inclaruit, quem quiſquis viſu accepit, fieri nullo modo poteſt quin ſimul obſtupuerit. Quiſquis vero auditione tantum acceperit, admiretur neceſſe eſt adoleſcentis fiduciam, libertatem, conſtantiam, & ante omnia conſilii ac propoſiti ipſius audaciam. Quæ quidem zeli divinæ Religionis, & divini cujuſdam Spiritus argumenta ſunt certiſſima.

10. Nam cum Maximinus ſecundum adverſus noſtros bellum excitaſſet, anno tertio perſecutionis Diocletiani; & per omnes provincias miſſa eſſent tyranni edicta, quibus Rectores jubebantur operam dare, ut omnes omnium urbium incolæ diis publice ſacrificarent: cumque præcones per univerſam Cæſaream cunctos patres familias ad dæmonum templa juſſu Præſidis evocarent; ac præterea Tribuni militum ſingulos ex tabella nominatim citarent; omnibus ubique locorum Chriſtianis inexplicabili malorum turbine concuſſis, hic quem ſupra nominavimus, nemini communicato conſilio, clam nobis, qui in eadem domo degebamus: clam univerſa militum cohorte, qui circa Præſidem ſtabant; ad Urbanum tunc forte libantem intrepidus acceſſit, fidentique animo comprehenſa ejus dextra e veſtigio quidem ſacrificium omittere ipſum coegit. Mox inſtar prudentiſſimi monitoris, cum divina quadam gravitate eum hortari cœpit, ut ab errore deſiſteret; quippe abſurdum eſſe ut poſthabito veri ac ſolius Dei numine ſimulacris ac dæmonibus homines ſacra faciant. Id autem, ut veriſimile eſt, agebat fortiſſimus juvenis divina quadam virtute, quæ ipſum ad hoc impulerat, omnibus, ut ita dicam, inclamante ac denuntiante per hoc facinus, tantum abeſſe ut Chriſtiani, qui quidem eo nomine digni eſſent, ab eo quem ſemel imbibiſſent divini Numinis cultu umquam abducerentur; quin potius minis, & his, qui minas ſubſequi ſolent, cruciatibus adeo illos ſuperiores

*Præſidem palam arguit.*

17 Berytum apud antiquos ob Juris civilis Scholas celebrem fuiſſe nemo neſcit.

18 Alias ἀρπαγὰς vel ἀρπωγὰς aut tandem ἀραγὰς. Sed hæc erudito Valeſio ignota. Forte Aranas legendum; Eſt quippe ejus nominis civitas epiſcopalis in Lycia. An Patara urbs Lyciæ celebris? Eſt etiam in Syria oppidum *Pagæ* dictum.

riores eſſe, ut adhuc eo liberius in poſterum loquantur, & ingenua atque intrepida voce veritatem prædicent, ipſoſque etiam, ſi fieri poſſit, perſecutores ſuos hortentur, ut abjecto impietatis errore, eum qui ſolus Deus eſt agnoſcant.

11. Poſt hæc ſupradictus juvenis in præſentia quidem, utpote tam audaci perpetrato facinore, a militibus qui Præſidi apparebant, tamquam a feris beſtiis diſcerptus, & innumera verbera toto corpore fortiſſime perpeſſus, in carcerem conjicitur. Ubi cum noctis ac diei unius ſpatio, pedibus in nervo diſtentis manſiſſet, poſtero die in judicium adducitur. Compulſus deinde a judice diis ſacrificare, invictam adverſus ærumnas, & quantumvis horrendos dolores conſtantiam animi declaravit; lateribus non ſemel, ſed iterum ac ſæpius ad ipſa uſque oſſa & viſcera ſulcatis; totque plumbatarum ictibus in os ac cervicem verberatus, ut contuſa ac tumefacta facie, ne ab illis quidem qui eum optime norant agnoſceretur. Verum cum ille tantis doloribus nullatenus cederet, tortores juſſu Præſidis, linum oleo madefactum pedibus ejus circumponentes [19], ignem poſtea ſubjecerunt. Quo facto quantos beatiſſimus Martyr dolores perſenſerit, nulla, ut arbitror, oratione explicari poteſt. Ignis ſiquidem conſumtis ejus carnibus ad oſſa uſque penetrabat: adeo ut univerſus humor corporis ceræ inſtar liquefactus ſtillatim diffiueret. Sed neque his cruciatibus ſuperatus, licet jam victis & ob portentoſam ejus fortitudinem animo deſpondentibus adverſariis, rurſus in vincula compingitur. Dehinc tertio poſt die Judici oblatus, eamdemque fidei conſtantiam profeſſus; licet ſemivivus in profundum mare demerſus eſt.

*Immania tormenta perfert.*

*In mare tandem mergitur.*

12. Ea vero quæ continuo ſubſecuta ſunt, illis fortaſſe ſi retulero, incredibilia videbuntur, qui oculis ſuis hæc minime viderunt. Verum tametſi id procul dubio eventurum intelligam, facere nullo modo poſſum, quin rem geſtam poſterorum memoriæ commendem: quippe cum univerſi propemodum incolæ urbis Cæſareæ teſtes hujus miraculi exſtiterint. Nulla certe ætas tam ſtupendæ rei ſpectaculo non interfuit. Poſtquam igitur ſanctiſſimum illum ac beatiſſimum juvenem medio mari, in altiſſimum, ut ipſis videbatur, gurgitem ſubmerſerunt, repente tantus motus, tantuſque fragor non ſolum mare, verum etiam cælum omne concuſſit, ut terra quoque & ipſa Cæſarienſium civitas eo motu quateretur. Eodemque temporis momento, quo repentinus ille ac mirabilis terræ motus acciderat, divini Martyris cadaver, utpote quod marini fluctus continere non poterant, ab iiſdem ante portas civitatis ejectum eſt. Hujuſmodi fuit exitus admirandi Apphiani, die ſecundo menſis Xanthici, quod eſt ante diem quartum Nonas Apriles [20], feria ſexta.

13. Per idem tempus, iiſdemque pæne diebus in urbe Tyro, adoleſcens quidam, ULPIANUS [21] nomine, poſt crudeles plagas & acerbiſſima flagrorum verbera, una cum cane & aſpide in culeum ex crudo bovis corio inſutus, in mare præcipitatus eſt. Proinde cum Apphiani martyrio, jure merito hic a nobis commemorandus videtur.

CAP. V.

*Ulpianus martyr.*

14. Aliquanto poſt tempore ÆDESIUS, tam ſecundum Deum quam ſecundum carnem Apphiani frater germanus, germana cum illo perpeſſus eſt. Quippe poſt innumerabiles confeſſiones, poſt diuturnos carceris & vinculorum cruciatus, poſt Præſidum ſententias, quibus ad metalla Palæſtinæ fuerat condemnatus; poſt vitæ rationem plane philoſophicam, quam in pallio philoſophico agens perpetuo tra-

*Et Ædeſius.*

19 Ejuſmodi tela ſi totum corpus operiret, dicebatur *Tunica moleſta*, de qua paſſim antiqui. Vid. Martial. lib. 10. epigr. 25.

20 Hoc die in Martyrologio Romano & aliis nonnullis colitur, quidam tamen ejus feſtum ad diem 5. ejuſdem menſis referunt. Porro cum Maximinus nonniſi anno 305. Kalendis Maii Cæſar creatus ſit, Apphianus vero 2. Aprilis fuerit paſſus, ejus martyrium ad annum 306. revocandum erit; quo anno finit tertius & incipit quartus perſecutionis annus.

21 Celebratur in Martyrologio Romano die 3. Aprilis; ad quem locum plura obſervat Baronius de ſupplicio culei.

traduxerat: longius enim quam frater in diſciplinis proceſſerat, utpote qui operam dediſſet philoſophiæ: tandem apud Alexandriam cum Judicem [22], qui de Chriſtianis quæſtionem habebat, ſupra modum debacchantem atque inſultantem vidiſſet, & nunc quidem viros graves variis afficientem contumeliis, nunc mulieres eximia caſtitate præditas, atque etiam virgines Deo devotas lenonibus ad omne genus turpitudinis dedentem, idem ac frater facere conatus eſt. Cum enim hæc ipſi intolerabilia viderentur, ingenti animi fiducia acceſſit ad Judicem. Cumque verbis ſimul & factis illum pudore atque ignominia perfudiſſet, poſt hæc multiplices tormentorum cruciatus fortiter perpeſſus, tandem in mare præcipitatus, eodem quo frater genere mortis interiit. Et hæc quidem Ædeſio [23], tametſi aliquanto poſt tempore, ut jam dixi, ad hunc modum contigerunt.

CAP. IV. Anno Chriſti 306.

15. Anno autem quarto perſecutionis adverſus nos concitatæ, die viceſimo menſis Dii, quod eſt ante diem duodecimum [24] Kal. Decembris, feria ſexta, apud eamdem urbem Cæſaream martyrium prorſus memorabile perpetratum eſt, præſente tyranno ipſo Maximino, & ob natalem ſuum ſpectacula populis exhibente. *Præſente Maximino.* Cum eſſet vetus conſuetudo, ut præſentibus Imperatoribus magnifica, ſi umquam alias, ſpectacula, majorem ſolito voluptatem ſpectantibus præberent: novis undique & inuſitatis conquiſitis miraculis, partim ferarum quæ ex India, aut Æthiopia, aut aliunde advectæ in amphitheatrum introducebantur; partim hominum, qui exercitatis arte corporibus ſtupenda exhibentes artis ſuæ ſpecimina, ſpectatores mirabili voluptate oblectabant: tunc quoque, utpote Imperatore ipſo ſpectacula præbente, magnificentius aliquid & admirabilius ſolito, in apparatu ludorum ineſſe omnino oportebat. Quid vero illud fuit? Noſtræ religionis Martyr in medium adductus eſt pro vera & ſola pietate pugnaturus, nomine AGAPIUS, quem una cum THECLA ad beſtias damnatum fuiſſe ſecundo perſecutionis anno retulimus.

16. Hic igitur cum ter jam antea ex carcere eductus, & ſæpius cum maleficis ſolemni pompa traductus eſſet in ſtadio: Judice poſt varias comminationes ad alia ſubinde certamina ipſum differente, ſive quod miſeratione ejus caperetur, ſive quod a propoſito eum abduci poſſe ſperabat, tunc tandem præſente Imperatore productus eſt: tamquam de induſtria ad id tempus reſervatus, ut in ipſo verbum illud compleretur, quod Servator noſter per divinam præſcientiam diſcipulis ſuis prædixerat; fore ut coram regibus adducerentur propter nominis ipſius confeſſionem. *Matth. 10.* Trahitur ergo in medium ſtadium una cum noxio quodam, qui dominum peremiſſe ferebatur. Poſt hæc is quidem qui dominum ſuum interfecerat, beſtiis objectus veniam & clementiam Imperatoris promeruit, eodem pæne modo quo ille qui temporibus Servatoris noſtri fuit Barabbas. *Agapius ferio objectus.* Quam ob cauſam totum repente amphitheatrum acclamationibus & laudibus perſonare cœpit, quia ſcilicet Imperator cruentum homicidam benigniſſime ſervaverat, & honore ac libertate donaverat. Ille vero divinæ religionis athleta, primum quidem ab Imperatore accitus eſt. Deinde cum ab eo poſtularetur ut fidei ſuæ propoſitum abjuraret, promiſſa ipſi, ſi id faceret, libertate; contenta voce profeſſus eſt, ſe non ob aliquod crimen, ſed pro pietate in Deum omnium conditorem, quæcumque ſibi inferrentur ſupplicia, non modo alacri ac forti animo, ſed etiam cum voluptate eſſe ſubiturum. Hæc locutus, ſimul cum dictis facta conjungens, urſæ quæ adverſus ipſum dimiſſa fuerat, concito curſu obviam occurrit, ſeque ipſum beſtiæ devorandum libentiſſime obtu-

22 Hunc Heroclem fuiſſe putant, adverſus quem Euſebius librum ſcripſit. Vide Valeſii notas.
23 Die 8. Aprilis in Martyrologio Rom. memoratur; at Græci eum ſimul cum Apphiano die 2. ejuſdem menſis colunt.
24 Eodem die in Martyrol. Romano memoratur.

obtulit. Poſt cujus laniatus adhuc ſpirans, in carcerem reportatur. Ubi cum diei ſpatio ſupervixiſſet, ſequenti die, appenſis ad ejus pedes lapidibus, medio mari ſubmerſus eſt. Hujuſmodi fuit Agapii martyrium.

*Anno Chriſti 307. CAP. VII. Theodoſiæ martyrium.*

17. Cum vero quintus jam annus perſecutionis volveretur, die ſecundo menſis Xanthici, quod eſt ante diem quartum Nonas Apriles, ipſo Dominicæ Reſurrectionis die, rurſus apud Cæſaream THEODOSIA [25] virgo, ex urbe Tyro oriunda, fidelis, graviſque in primis puella, nondum octodecim annos nata ad vinctos quoſdam acceſſit, qui regnum Dei libere confitentes, ante prætorium ſedebant; tum ut eos ſalutaret, tum ut, quod credibile eſt, eoſdem rogaret, ut cum ad Deum perveniſſent, ſui memores eſſe vellent. Quo facto, quaſi impium quoddam ac neſarium facinus perpetraſſet, correpta a militibus deducitur ad Præſidem. Ille confeſtim, ut erat inſanus, & belluino quodam furoris impetu incitatus, cum eam acerbis atque horrendis tormentis excruciaſſet, & latera ipſius ac papillas ad ipſa uſque oſſa ferreis ungulis exaraſſet: ſpirantem adhuc & læto atque hilari vultu cuncta tolerantem, marinis fluctibus mergi jubet. Inde ad reliquos Chriſti Confeſſores ſe transferens, omnes ad æris metalla, quæ ſunt apud Phænum Palæſtinæ damnavit.

*Silvanus epiſcopus.*

18. Poſt hæc die quinto menſis Dii, hoc eſt, ut Romani dicunt, Nonis Novembris, in eadem urbe Cæſarea SILVANUS [26], qui etiam tum Presbyter & Confeſſor erat, ſed paullo poſt ad epiſcopatus honorem evectus, martyrium conſummavit, & alii quidam ejus comites; cum pro vera pietate ſingularem conſtantiam oſtendiſſent, ad opus in iiſdem metallis faciendum, ab eo quem dixi Præſide condemnati ſunt, decretumque, ut pedum juncturæ, candente ferro prius ipſis debilitarentur.

*Domninus,*

19. Eodem temporis momento, quo adverſus iſtos ſententiam tulerat, virum quemdam innumeris aliis confeſſionibus nobilitatum, DOMNINUM nomine, qui ob ſingularem in dicendo libertatem univerſis Palæſtinis erat notiſſimus, vivum comburi præcepit.

*Et alii.*

20. Poſt hæc idem judex in excogitandis malis eximius artifex, & qui ad doctrinam Chriſti expugnandam, nova quædam inſidiarum ac fraudum genera commentus eſt, inaudita prius ſupplicia adverſus Dei cultores excogitavit. Ac tres quidem pugilatu inter ſe dimicare, lata ſententia coegit; quemdam vero ſanctum ac venerabilem ſenem, nomine AUXENTIUM, beſtiis objecit. Alios item jam adultos & virilem ætatem ingreſſos, exſectis prius teſticulis ad eadem metalla damnavit. Alios rurſus poſt acerbiſſima tormenta in carcerem conjecit. Inter quos erat & PAMPHILUS [27], omnium ſodalium mihi longe cariſſimus; qui præ cunctis noſtræ ætatis Martyribus, ob eximiam virtutem, præcipuam laudem & gloriam eſt conſecutus. Ac primum quidem Urbanus; ejus tum in arte dicendi, tum in philoſophia peritiam experimento aliquo cognoſcere voluit; deinde ſacrificare illum jubens, cum renuentem minaſque ipſius aſpernantem videret, ſupra modum efferatus, gravioribus eum tormentis excruciari præcepit. Poſt hæc ungularum quibus latera eius perſulcaverat crebritate ac pertinacia, tantum non carnibus illius paſtus vir immaniſſimus, cum ex his omnibus nihil præter dedecus atque ignominiam retuliſſet, tandem illum ceteris qui in carcere erant Confeſſoribus aggregavit.

*Pamphilus Euſebii ſodalis.*

21. Hic porro qui adverſus Martyres Chriſti tantopere debacchatus eſt, cuiuſmodi pœna apud juſtiſſimum Dei tri-

25 Celebris eſt ejus memoria apud Latinos, & Græcos die 2. Aprilis. Alii tamen aliis diebus ejus feſtum peragunt. Ejuſdem Martyris Acta prolixiora vidimus in multis codd. mſſ. ſed aliquatenus amplificata. Ipſius vero ſacrum corpus in monaſterium Dervenſe allatum ab ipſo S. Berchario fuiſſe dicitur. Vid. Mabillon. ſæc. 2. Bened. pag. 748. & Bolland ad diem 2. April.

26 In Martyrologio Romano die 5 Novembris, ſimul commemorantur *Domninus*, *Theotimus*, *Philotheus*, *Silvanus & ſocii*. Eadem die Græci in Menæis, Domninum, & Silvanum ſeorſim recolunt.

27 De Pamphilo iterum cap. 11. infra.

tribunal afficiendus ſit, ob ſævitiam qua in ſanctos eſt uſus, ex ipſis quæ in hac vita expertus eſt, quaſi proludiis, licet cognoſcere. Etenim ſtatim poſt illa quæ adverſus Pampbilum nefarie admiſerat, eum adhuc provinciam adminiſtrantem ultio divina corripuit. Quæ quidem hominem illum, qui heſterno die, in excelſo tribunali reſidens jus dicebat, militum ſatellitium ſtipatus, totiuſque provinciæ Palæſtinæ rector, qui contubernalis tyranni utpote amicorum præcipuus, & conviva ejuſdem exſtiterat: repente unius noctis ſpatio ſpoliatum cunctis hiſce dignitatibus nudavit: & coram ipſis qui nuper illum, utpote Præſidem, coluerant, pudore atque ignominia perfudit; & abjectum atque ignavum, voceſque ac preces muliebri more fundentem, univerſæ quam rexerat gentis conſpectui exhibuit: ipſum denique Maximinum, quo ſeſe ille maxime efferebat, utpote ei carus in primis & acceptus ob ea quæ adverſus noſtros crudeliter agebat, inexorabilem & crudeliſſimum ipſi judicem in ipſa urbe Cæſarea conſtituit. Poſt plurima enim opprobria, quibus ob illa quorum convictus fuerat crimina affectus eſt, tandem Imperator capitali eum ſententia damnavit. Sed hoc a nobis obiter dictum ſit. Cum vero oportunum tempus adfuerit, & impiorum qui præcipue adverſus nos inſurrexerunt, & ipſius adeo Maximini, eorumque quos habuit conſiliorum miniſtros, mortem ac funeſtos exitus, commodius memorabimus.

*Ultio divina in Urbanum perſecutorem.*

Anno Christi 308

CAP. VIII.

*Plures ad metalla damnati.*

22. Cum in ſextum uſque annum perſecutionis adverſus nos procella continuo deſæviret, ex Confeſſoribus divinæ Religionis, quorum innumerabilis multitudo jampridem apud Thebaidem verſabatur, in loco qui Porphyrites vocatur, ex nomine marmoris quod ibidem effoditur, centum fere viri tribus demtis, una cum mulieribus & parvulis admodum liberis ad Præſidem Palæſtinæ tranſmiſſi ſunt. Quibus omnibus cum univerſorum opificem Deum Chriſtumque confeſſi eſſent, Firmilianus Præſes qui Urbano ſucceſſerat, ſiniſtri pedis curvaturas ſimul cum ipſis nervis candente ferro exſcindi; dextroſque oculos primum quidem mucronibus confodi ſimul cum membranis & pupillis, deinde ad ipſas uſque radices cauterio peruri, tamquam ex Imperatoris mandato præcepit. Poſt hæc ad metalla provinciæ Palæſtinæ laboribus & ærumnis conficiendos tranſmittit. Nec vero hos ſolos hujuſmodi ſupplicia perpeſſos vidimus, verum etiam ex Palæſtinis illos, quos ad pugilatus [28] certamina condemnatos paullo ante retulimus, eo quod ſcilicet, nec annonam ex Principis ærario accipere, nec conſueto pugilibus munere, quotidianis proludiis exerceri ſuſtinerent. Quam ob cauſam non ſolum Procuratoribus [29], ſed ipſi etiam Maximino exhibiti, cum invictam in Chriſti confeſſione conſtantiam famis & flagrorum tolerantia declaraſſent, eadem cum illis, de quibus diximus, pertulerunt; adiunctis aliis quibuſdam Confeſſoribus in ipſa urbe Cæſarea.

*Firmilianus Præſidis Urbani ſucceſſor.*

23. Poſt hos deinde quidam alii, qui apud Gazam capti fuerant, dum ad audiendas ſacræ Scripturæ lectiones convenirent; pars eaſdem quas ſuperiores illi oculorum pedumque mutilationes ſuſtinuerunt; pars ſulcatis lateribus multo graviores cruciatus pertulerunt. ex quibus quædam in muliebri corpore virilem animum gerens, cum ſtupri comminationem non ſuſtineret, jacto adverſus tyrannum convicio, quippe qui tam ſævis judicibus regendas provincias commiſiſſet; primum quidem flagris verberata eſt, dein ſublimis in equuleo ſuſpenſa, admotas lateribus ungulas pertulit. Cum vero miniſtri ad id conſtituti, omni pertinacia omnique virium niſu inſtantes, iuſſu Judicis eam excruciarent; alia quædam mulier,

*Virginum duarum confeſſio.*

28 Ex hoc loco, ut obſervat Valeſius, diſcimus, eos qui ad certamina condemnati erant, Procuratoribus Cæſaris traditos fuiſſe, ut quotidianis proludiis exerciti, quandoque in arenam produci poſſent.

29 Hi erant Procuratores familiæ gladiatoriæ ac ludi matutini, qui curam habebant gladiatorum fiſcalium, iiſque annonas præbebant ex fiſco.

mulier, quæ virginitatis propoſitum perinde ac prior amplexa fuerat, ipſo quidem aſpectu vilis ac deſpicabilis, verum forti & ſupra quam ſexus ferebat, ſublimi animo prædita, ac longe præſtantior pugnatoribus illis, qui apud Græcos ob libertatem in loquendo omnium ore celebrantur, cum tantam atrocitatem atque immanitatem ferre non valeret, ex media turba inclamare adverſus Judicem cœpit: Quouſque tandem adeo crudeliter meam torquebis ſororem? Quo dicto ille exacerbatus, corripi repente mulierem jubet. Tracta igitur in medium, cum auguſto Servatoris noſtri nomine ſeſe indigitaſſet, primum quidem blandioribus verbis ſollicitata eſt, ut ſacrificare vellet: ſed cum id abnueret, vi ad aram pertracta eſt. Tum vero illa ſui ſimilis, nec de priore alacritate quidquam remittens, firmo ac fidenti pede aram calcibus inceſſit; eamque cum impoſito ipſi rogo diſturbat. Quam ob cauſam Judex inſtar truculentæ cujuſdam beſtiæ percitus, primum quidem ejus latera tot tantiſque ungularum ictibus laniari præcepit, quot nullius umquam antea; adeo ut crudis ejus carnibus ſaturari velle videretur. Poſtquam vero improbitatis ipſum ſatietas cepit; ambas ſimul copulans, hanc ipſam ſcilicet cum illa, quam ſororem ſuam appellaverat, flammis juſſit abſumi. Harum prior ex regione Gazenſium orta eſſe ferebatur; altera vero VALENTINA [30] nomine, multis probe cognita patriam habuit Cæſaream.

*Paulus martyr.* 24. Illud autem martyrium proxime ſubſecutum, quo beatiſſimus PAULUS exornatus eſt, quo tandem modo pro dignitate explicare poſſim? Qui cum eodem temporis articulo, eademque qua virgines illæ ſententia, capitali ſupplicio damnatus fuiſſet; imminente conſummationis ſuæ tempore, a carnifice qui caput ipſi jamjam erat præciſurus, breve temporis ſpatium ſibi concedi flagitavit. Eoque impetrato, contenta voce, primo quidem pro univerſa Chriſtianorum gente preces ad Deum fudit, orans ut iiſdem reconciliari vellet, utque pax illis ac ſecuritas quam primum reſtitueretur. Tum pro Judæis ſupplicavit, ut per Chriſti fidem ad Deum converſi accederent. Deinde ordine progreſſus eadem pro Samaritis obſecravit. Poſt hæc pro gentilibus, qui errore mentis impliciti, & ignoratione obcæcati tenebantur, Deum precatus eſt, ut ad agnitionem tandem ejus pervenirent, veramque religionem ſuſciperent. Sed nec promiſcuæ circumſtantium turbæ mentionem prætermiſit. Poſt hos omnes, o vere eximiam & inexplicabilem animi manſuetudinem! pro ipſo Judice a quo capitis ſupplicio damnatus fuerat; pro Imperatoribus, ac pro ipſo etiam carnifice, qui cervicem ipſi jamjam erat præciſurus, illo ipſo, & cunctis qui aderant audientibus, ſupplex Deum omnipotentem rogavit, ne quod in ipſum admittebant facinus, illis imputaretur. Hæc clara voce precatus, cum univerſi miſeratione ejus commoti, utpote qui innocens occideretur, lacrymas funderent; nihilominus ſemet ipſe compoſuit, nudamque cervicem gladio feriendam præbens divino martyrio decoratus eſt, die XXV. menſis Panemi, hoc eſt ante diem octavum Kalendas Auguſti. Et hujuſmodi quidem exitus fuit Martyrum illorum.

25. Non longo poſt tempore rurſus ex Ægypto centum ac triginta athletæ, Chriſtianæ fidei confeſſione nobiles, eaſdem quas ſuperiores illi, oculorum ac pedum mutilationes jam antea in Ægypto perpeſſi, juſſu Imperatoris Maximini, pars ad Palæſtinæ, pars ad Ciliciæ provinciæ metalla damnati ac deducti ſunt. *Plures ad metalla damnati.*

26. Ceterum poſt tot egregia nobilium Chriſti Martyrum facinora, cum perſecutionis incendium imminui, & ſacro ipſorum cruore quaſi reſtingui jam cœpiſſet; cumque his qui per The- CAP. IX.

[30] Harum Virginum & Pauli memoriam celebrant Latini die 25. Julii. Græci vero die 18. ejuſdem menſis, ubi priorum virginem *Theam* appellant.

Thebaidem ad metalla damoati graviter vexabaotur, quies ac libertas eſſet indulta; cumque jam liberiorem ſpiritum ducturi, & puriore, quod aiont aura fruituri eſſemus: rurſus ille qui perſequendi poteſtatem nactus fuerat, neſcio quomodo, quove impulſu adverſus Chriſtianos, de iotegro ioflammatus eſt. Repente ſiqoidem edicta Maximioi cootra Cbriſtiaoos quoquo verſus per ſingulas ſoot miſſa proviocias. Simul Præſides, ipſeque Præfectus prætorii [31], propoſitis edictis, & epiſtolis, ac publicis juſſionibus, inſtabant, curatoribos civitatum, & magiſtratibus ac tabulariis[32] ut Imperatoris præceptum exſecutioni mandareot, quo juſſum erat, ut idolorum quidem delubra quæ vetuſtate collapſa erant, omni cura ac ſtudio inſtaurarent; cuoctos vero tam viros quam mulieres, ooa cum ſervulis & infantibus, ſacrificare & libare diis immortalibus cogereot, & immolatis hoſtiarum carnibus veſci; utque coocta io foro venalia ſacrificiorum libationibus inquinarentur; & aote publicas balneas quaſi in ioſidiis collocarentur cuſtodes, qui lavantes illic homines, ſordeſque corporis expurgantes, exſecraodis ſacrificiis macularent. Quæ dum ita geruntur, noſtris de integro, ut credibile eſt, ingeoti angore oppreſſis; ipſis quoque gentilibus, qui a noſtra Fide alieni erant, gravem jamque nimiam bujuſmodi rerum atrocitatem improbaotibus, (quippe bæc illis plena importunitatis ac faſtidii videbantur) cum graviſſima tempeſtas omnibus ubicumque poſitis immineret, rurſum divina vis ac potentia Servatoris noſtri athletis ſuis taotam animi fiduciam addidit, ut oemioe eos urgeote ac trabeote, ipſi ultro tot adverſariorum mioas proculcareot.

*Perſecutio recrudeſcit.*

27. Tres igitur ex fidelium oumero, quaſi juncto agmine, irruuot in Præſidem, qui tum idolis ſacrificabat, clamantes ut ab errore deſiſteret: neque enim alium Deum eſſe præter univerſi opificem & creatorem. Poſt bæc interrogati quinam eſſent, Cbriſtianos ſe eſſe audacter profitentur. Quamobrem acrius commotus Firmilianus, nullis prius tormentis excruciatos capitali ſupplicio addixit. Horum primus quidem presbyter fuit, nomine ANTONINUS; alter ZEBINAS vocabatur, patria Eleutheropolitanus; tertius dictus eſt GERMANUS. Hæc tertiodecimo meoſis Dii, quod eſt Idibus Novembris [33], adverſus eos geſta ſunt.

*Tres Martyres.*

28. Eodem die comes eis adjuncta eſt mulier quædam Scytbopolitana, ENNATHAS oomine, ipſa quoque virgioitatis infulis [34] decorata. Quæ qoidem noo idem præſtiterat, quod priores illi; ſed per vim tracta, & ad Judicem ducta eſt. Poſt flagra igitur graveſque contumelias, quas abſque permiſſu majoris poteſtatis inferre ei auſus eſt quidam ex ipſius vicinia tribuoos Maxys [35] nomine, vir vocabulo ſuo deterior, fortis alioqui, & robore corporis præſtaos; ſed ſceleratus & moribus atque ingenio violeotus, & univerſis qui eum oorant inviſus. Hic ſiquidem beatam Virgioem, omni veſte nudatam, adeo ut a lumbis deorſum ad pedes ipſos operta, reliquo corpore intecta eſſet, per ooiverſam Cæſarieoſium civitatem circumducens, tractam per omoia urbis fora loris cædere pro magno babuit. Poſt tot, inquam, verbera, cum apud ipſum etiam tribuoal Præſidis magnum conſtaotis fiduciæ ſpecimeo edidiſſet, judex eam vivam exuri præcepit.

*Ennathas virgo.*

29. Qui

31 Sic vertit Valeſius, quod ad ſolum Præfectum prætorii pertineret edicta & juſſiones ad Curatores, magiſtratus, & tabularios civitatum dare.

32 Tabularii ii erant, qui tabulas publicas civitatum curabant. Id nomen etiam Numerariis poſtea tributum eſt, ut obſervat Valeſius in lib. 28. Ammiani Marcellini.

33 Hoc ipſa die memorantur cum Ennathe virgine in Martyrol. Romano, ac Menologio Baſilii Imp. ſed in magnis Menæis & Menologio Caniſii die præcedenti. Porro hæc omnia Menologia *Nicephorum* tribus his Martyribus adjiciunt, & pro Ennathe habent *Manetho*. Eleutheropolis civitas eſt epiſcopalis ſub Cæſarienſi Palæſtinæ I. metropolitano. Scythopolis autem Palæſtinæ II. metropolis, dein Nazareth translata.

34 Mitrellas aureas vel purpureas virginitatem profeſſæ in capite geſtabant. unde Optatus Milevitanus lib. 6. Donatiſtis exprobrat, quod ipſis jubentibus virginitatem profeſſæ *ſigna voluntatis capitibus* immutarint, *mitellas aureas* projecerint, *Velata capita* nudarint &c. Purpureas autem fuiſſe ex his verbis patet, *ne illa ſint proœrpta conjuncta, vel de qua lana mitrella fieret, vel de qua purpura tingeretur*. Hæc vocat *Indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inventa*. De virginum velis vide Baron. in notis ad Martyrol. Rom. die 7. Maii.

35 Hæc vox græca non eſt. An a Syris repetenda, apud quos *mochos* eſt publicanus, a radice *caſas* increpare.

29. Qui quidem immanitatem & rabiem adverſus Dei cultores intendens, ipſas communis naturæ leges prætergreſſus eſt; quippe qui ſanctorum hominum cadaveribus ſepulturam negare non ſit veritus. Horum igitur corpora ſub dio expoſita ut a beſtiis laniarentur, diu noctuque ſollicite juſſit cuſtodiri. Proinde non exiguam hominum multitudinem plurimis diebus cernere licebat, huic immani ac ferino conſilio obſequentem. Et hi quidem velut e ſpecula, ne cadavera ſubriperentur obſervabant, quaſi ea res magni momenti eſſet. Canes vero & feræ beſtiæ, & carnivoræ alites humanos artus hac atque illac diſpergebant, totaque circum undique civitas viſceribus & oſſibus conſtrata erat. Adeo ut nihil umquam crudelius, nihil horribilius, vel iis ipſis qui antea nobis erant infeſti viſum fuerit; cunctis non tam eorum adverſus quos hæc gerebantur calamitatem, quam ſuam ipſorum & communis omnium naturæ contumeliam deplorantibus. Nam pæne ad ipſas civitatis portas propoſitum erat ſpectaculum, quod omnem dicendi copiam, omnem.que tragœdiam longe ſuperabat; carnes ſcilicet humanæ, quæ non in uno loco devorabantur, ſed paſſim diſjectæ erant. Nonnulli etiam intra portas, artus, & carnium ac viſcerum fruſta ab ſe viſa eſſe affirmarunt.

*Immanitas in Martyrum corpora.*

*Miraculum insigne.*

30. Quæ cum per plurimos dies continue gererentur, hujuſmodi miraculum accidit [36]. Forte aer purus ac liquidus & totius cæli mira quædam ſerenitas erat; cum repente maxima pars columnarum quæ publicas urbis porticus ſuſtentabant, quaſdam velut lacrymarum guttas ſtillaverant: fora quoque & plateæ, cum nullus ex aere delapſus ros eſſet, neſcio unde aqua perfuſæ maduerunt; adeo ut communi omnium ſermone vulgaretur, terram miro & inexplicabili modo lacrymas edidiſſe, cum eorum quæ patrabantur, impietatem ferre non poſſet; & ad immites ac barbaras hominum mentes convincendas, lapides ipſos reſque anima carentes his quæ fierent ingemuiſſe. Nec dubito quin hæc quæ dixi, pro nugis quibuſdam & fabulis habituri ſint poſteri: at non itidem illi quibus præſentis temporis fides veritatem rei confirmavit.

31. Inſequentis vero menſis quem Appellæum dicimus, die quartodecimo, quod eſt ante diem XIX. Kalendas Januarias, rurſus quidam Ægyptii, qui ad miniſteria Confeſſoribus in Cilicia conſtitutis exhibenda, ex patria profecti erant, comprehenſi ab iis qui ad portas urbis appoſiti cunctos tranſeuntes ſcrutabantur; pars eadem pœna qua illi quibus miniſtraturi venerant, damnati ſunt, oculorum juxta ac pedum uſu eis ademto. Tres vero ex ipſis in urbe Aſcalone, in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem oſtendiſſent, diverſo martyrii exitu occubuere. Quippe unus illorum, ARES nomine, flammis conſumtus eſt: reliquis duobus, quorum alter PROMUS [37], alter ELIAS vocabatur, caput gladio præciſum. CAP. X.

*Ares & alii Martyres.*

*Anno Christi 309.*

32. Undecimo autem die menſis Audynæi, id eſt, ut Romani dicerent, ante diem tertium Idus Januarias, PETRUS [38] Aſceta, qui & ABSELAMUS vocabatur, ortus ex vico Anea in agro Eleutheropolitano: velut aurum puriſſimum per ignem probatus, ſuæ in Chriſtum fidei in urbe Cæſarea illuſtre ſpecimen edidit. Nam & judicem ipſum, & cunctos qui ei apparebant, identidem hortantes, ut ſui ipſius miſereri vellet, ſuæque ætati & adoleſcentiæ conſuleret, generoſo animo deſpexit: & ſpem quam in conditore omnium Deo collocaverat, omnibus rebus, ipſique adeo vitæ ſuæ antepoſuit. Cum hoc Aſclepius quidam, qui ſectæ Marclonitarum epiſcopus eſſe ferebatur,

36 En hoc aliiſque portentis quæ paſſim Euſebius narrat, colligo rejicienda non eſſe Martyrum Acta eo nomine, quod quandoque in eis ejuſmodi inſolita miracula a fidelibus interſerta ſint.

37 Valeſ. *Probus*.

38 De Petro Balſamo, quem nonnulli ab iſto non diſtinguunt, agemus inferius. Aſcetæ tunc dicebantur qui omnia relinquentes in mediis etiam urbibus, vitam ex Evangelii præſcripto ſeveriorem ſectabantur. Nunc nomen iſtud poſtea ad monachos translatum.

tur, zelo quidem, ut ipſe exiſtimabat, pietatis adductus, ſed non illius quæ eſt ſecundum ſcientiam; uno eodemque nihilominus rogo conſumtus ex hac luce migravit. Et hæc quidem geſta ſunt in hunc modum.

CAP. XI.

33. Tempus nunc eſt, ut magnum illud ac celebre ſpectaculum eorum qui cum PAMPHILO [39], cujus nomen mihi quidem deſideratiſſimum eſt, martyrium conſummaverunt, poſterorum memoriæ tradam. Erant omnes numero duodecim, prophetica quadam, ſeu potius apoſtolica gratia, ſimul & numeri æqualitate [40] donati. Quorum princeps eminebat Pamphilus, ſolus ex illorum numero presbyterii apud Cæſaream dignitate decoratus. Vir toto vitæ ſuæ tempore in omni virtutis genere ſpectatiſſimus, ſeu fugam & contemtum ſæculi conſideres, ſeu bonorum largam in pauperes erogationem, ſeu ſæcularium honorum ad quos adſpirare poterat deſpicientiam, ſeu denique artioris & philoſophicæ cujuſdam vitæ exercitationem. Sed præ cunctis noſtræ ætatis hominibus eminuit in eo viro ardentiſſimum ſtudium ſacrarum litterarum, & in iis rebus quas ſibi perficiendas propoſuerat indefeſſa laboris aſſiduitas ac diligentia: ad hæc ſingularis in proximos, cunctoſque qui ad ipſum acceſſerant beneficentia. Hujus viri reliquas virtutes, reſque præclare geſtas, quæ prolixiorem orationem deſiderant, jampridem nos in peculiari opere quod de ejus vita conſcripſimus, tribus libris complexi ſumus. Si qui igitur harum etiam rerum cognoſcendarum cupidine tenentur, eos illuc amandaſſe contenti in præſentiarum cœptam de Martyribus noſtris narrationem proſequemur.

*Martyres cum Pamphilo.*

34. Secundus poſt Pamphilum in certamen deſcendit VALENS, Æliæ [41] urbis diaconus, auguſta canitie conſpicuus, ipſoque aſpectu venerabilis ſenex, qui divinas Scripturas præ ceteris egregie callebat. Eas enim uſque adeo fideli memoria complectebatur, ut nihil omnino intereſſet, an ex codice ipſo legeret, an cuiuslibet Scripturæ integras paginas memoriter recitaret. Tertius inter eos claruit PAULUS, Jamnitarum [42] opido oriundus: vir in agendo fervidus, & ardore ſpiritus plenus, qui ante martyrium candentis ferri exuſtiones perpeſſus, confeſſionis coronam retulerat.

*Valens diaconus.*

*Pau.*

35. His biennii ſpatio in carcere detentis, occaſionem martyrii præbuit Ægyptiorum iterum fratrum adventus, qui etiam una cum illis martyrio coronati ſunt. Hi Ægyptii conſtitutos in Cilicia confeſſores, ad uſque metalla quæ illic ſita ſunt, honoris cauſa erant profecuti. Cumque in patriam reverterentur, ad ipſas urbis Cæſareæ portas perinde ac priores illi quos ſupra commemoravi, interrogati a cuſtodibus, viris ſuopte ingenio barbaris, quinam & unde profecti eſſent; abſque ullis ambagibus rem, ut erat, confeſſi; protinus tamquam malefici in ipſo facinore deprehenſi vinciuntur. Erant hi numero quinque: qui cum ad tyrannum perducti, coram illo libere locuti eſſent, continuo truſi ſunt in carcerem. Poſtridie vero, qui dies erat XVI. menſis Peritii, hoc eſt, juxta Romanos ante diem XIV. Kalendas Martias, una cum Pamphilo & ſupradictis ejus ſociis ex mandato Judicis exhibentur. Hic primum quidem Ægyptiorum inexplicabilem conſtantiam omni tormentorum genere, & variis novarum machinarum adinventionibus experiri aggreditur. Ac principem quidem illorum, cum ejus modi cruciatibus antea exercuiſſet, quiſnam eſſet, primum interrogavit. Poſtquam vero pro nomine proprio, propheticum aliquod vocabulum ex eo audiviſſet; quippe ipſi indita ſibi a parentibus nomina, ideo fortaſſe

quod

39 Ab eo Euſebius Pamphili cognomen accepit. Ejus Acta apud Surium habentur, quæ Metaphraſtes ex iſto libello deſcripſit. ubi eum patria Berytenſem fuiſſe ait. Hunc Latini ſimul cum Valente & Paulo die 1. Junii recolunt.

40 Apoſtoli & Prophetæ, ut vocant, minores 12. numerantur.

Hos 11. Mart. Græci ſimul die 16. Februarii celebrant.

41 Jeruſolyma ab Ælio Trajano reſtaurata Æliæ nomen accepit. Hinc infra Præſes ubi fuerit Jeruſalem ignorabat.

42 Jamnia urbs epiſcopalis ſub metropoli Cæſarienſi.

*Quinque Ægyptii.* quod eſſent idolorum vocabula, abjecerant. HELIÆ [43] igitur & HIEREMIÆ, atque ESAIÆ, & SAMUELIS ac DANIELIS oomina eos ſibi adſciſcentes audire erat, & genuinum & germanum Iſraelem, qui proprie eſt eorum qui in occulto ſunt Judæi, non ſolum operibus, ſed propriis etiam nomioibus exbibeotes.

36. Hujuſmodi, inquam, nomeo, cum ex Martyre audiiſſet Firmilianus, nec tamen vim ac virtutem oominis intellexiſſet, poſt hæc quæoam ei patria eſſet interrogavit. Ille a priori vocabulo nullatenus diſcrepantia loquens, Hieruſalem ſibi patriam eſſe reſpondet, illam ſcilicet Hieroſalem intelligeos, de qua loquitur Paulus: Gal. 4. Superna autem Hieruſaleoı libera eſt, & metropolis omnium noſtrum. Item Heb. 12. *Hieruſalem cæleſtis Chriſtianorum patria.* alio loco: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ad civitatem Dei viventis Hieruſalem cæleſtem. Et banc quidem Martyr intelligebat. Judex vero ſenſu in terram abjecto ac depreſſo, quænam illa urbs, & ubi gentium eſſet ſollicite inquirebat. Tormenta dehioc adhibuit ut veritatem eliceret. Sed enim ille manus poſt tergum retortas, pedeſque novis quibuſdam machinis luxatos babens, verum ſe dixiſſe affirmavit. Interrogatus iterum ac ſæpius quæoam eſſet illa quam dicebat civitas, & ubi terrarum ſita; *Eorum dumtaxat qui veri Dei cultores eſſent banc eſſe patriam,* reſpondit. *Neque enim aliis præterquam iſtis bujus civitatis jus competere; ipſam porro ad Orientem, & juxta ipſum exſurgentis ſolis cubile poſitam eſſe.* Et Martyr quidem rurſus in buoc modum juxta ſenſum ſuum philoſopbabatur, nullatenus intentus iis qui tormentis ipſum undique excruciabant; ſed tamquam carnis expers & corporis, ne minimo quidem dolorum ſenſu affici videbatur. Judex vero dubius atque anceps animo æſtuabat, ratus Cbriſtiaoos urbem aliquam æmulam atque infenſam Romanis alicubi condituros eſſe. Proinde multum laborabat, ut eam perveſtigaret, & Orientis regionem quam Martyr dixerat, iodagaret. Verum ubi fortiſſimum virum poſt flagrorum verbera quibus eum laniaverat, & poſt cujuſque modi tormentorum cruciatus, ſtabilem atque immotum in iiſdem quæ prius dixerat perſeverare intellexit, capitali eum ſententia damnavit. Et res quidem hujuſce Martyris bunc veluti cujuſdam tragœdiæ actom atque exitum habuerunt. Reliquos deinde, cum baud diſſimilibus proluſionibus exercuiſſet, pari qooque genere mortis exſtinxit.

37. Feſſus deinde, fruſtraque eos *Altera Pamphili confeſſio.* hnmines excruciari ab ſe cernens, cum cupiditatis ſuæ ſatietas ipſum cepiſſet, ad Pamphilum ejuſque ſocios traoſit. Et quoniam compertum habebat, eos pro fidei ſuæ defenſione alacritatem nulla vi tormeotorom expugnabilem jam antea oſtendiſſe; interrogavit illos, utrum vel nunc tandem præceptis imperialibus parere vellent. Cumque nihil aliud a ſingulis elicere potuiſſet præter ultimam illam quæ io martyrio fit confeſſionem, eodem cum ſuperioribus ſupplicio eos affecit.

38. His ita geſtis, adoleſceos quidam ex familia Pamphili, utpote in convictu ac diſciplina taoti viri liberaliter educatus, ſimul atque ſententiam in Dominum ſuum latam eſſe cognovit, e medio turbæ exclamans, ut mortuorum cadavera ſepulturæ ſaltem traderentur, poſtulavit. At Judex noo hominis, ſed belluæ potius, aut ſi quid etiam bellua tetrius eſt, dignus oomine; nullam ætati veniam impertiens, poſtquam interrogatum juvenem, Cbriſtiaoum eſſe ex ipſius confeſſione didicit, ſtatim quaſi telo aliquo ſauciatus intumuit, mandavitque tortoribus, ut totis viribus in adoleſcentem ſævirent. Poſt hæc ſacrificare eum jubens, cum reouentem videret prorſus quaſi ſaxum aliquod, aut ligoum, aliudve quid ſenſu deſtitutum, non hominis corpus feri-

43 Hos quinque cum Porphyrio & Seleuco memorant Latini die 16. Februarii. Vide ipſum Euſeb. lib. 7. cap. 20.

feriret, adoleſcentis latera ad ipſa uſque oſſa, & intimos viſcerum receſſus, abſque ullis induciis ſulcari præcepit. Quod cum diutius fieret, judex adoleſcentem, toto licet corpore tormentis confeciſſo, nec vocem edere, nec ſenſu ullo doloris tangi, & quaſi inanimem perſtare videns, fruſtra ſe laborare intellexit. Nihilominus in priſtina ſemper ſævitia & immanitate perſeverans, ſtatim illum eo quo erat habitu ingenti rogo cremari præcepit. Et hic quidem licet poſtremus in ſtadium ingreſſus, tamen ante temporalem dominum ſuum ex hac vita digredi occupavit: cum ii qui priores illos expugnare ſtudebant, adhuc moram
*Porphyrius igne combuſtus.* traherent. Itaque PORPHYRIUM [44], hoc enim ei nomen fuit, cernere licebat, inſtar nobilis athletæ, qui in ſacro certamine decertans pammachio victoriam reportavit; corpore quidem pulverulento ac fordido, vultu autem hilari & confidenti animo poſt tot cruciatus ad mortem incedentem; prorſus divino Spiritu repletum, & habitu philoſophico; uno ſcilicet quod habebat pallio in modum exomidis contectum; & tranquillo ac ſedato animo familiaribus ſuis quæcumque volebat mandantem atque innuentem: in ipſo denique palo adhuc ſerenitatem oris retinentem. Quin etiam cum rogus ſatis longo ab ipſo intervallo circumquaque accenſus fuiſſet, ipſe hinc inde flammam ore attrahebat: nec poſt unicam illam vocem, quam cum flamma ipſum contingere cœpiſſet protulit, Jeſum ſcilicet filium Dei, adjutorem ſibi invocans, quidquam locutus eſt, fortiſſime ad extremum uſque ſpiritum in ſilentio perſeverans.

39. Hujuſmodi certamen Porphyrii fuit, cujus conſummationem, cum
*Seleucus capite plectitur.* Confeſſor quidam, nomine SELEUCUS, qui olim miles fuerat, Pamphilo renuntiaſſet, confeſtim, utpote talis nuntii miniſter, eorum ſorti meruit adjungi. Quippe vix mortem Porphyrii nuntiaverat, & unum ex Martyribus oſculo ſalutarat; cum ſubito milites correptum eum deducunt ad Præſidem. Qui perinde ac ſi Seleucum urgere voluiſſet, ut Porphyrio ad cælum tendenti ſe itineris comitem adjungeret, ſtatim illum capitali ſupplicio plecti juſſit. Hic ex Cappadocia oriundus inter lectos militiæ Romanæ juvenes non mediocrem honoris gradum erat adeptus. Nam cum ætatis flore, tum proceritate corporis ac robore ceteros commilitones longe anteibat: adeo ut forma ipſius crebris hominum ſermonibus celebraretur, & totius corporis ſpecies, tum ob proceritatem, tum ob venuſtatem admirationi eſſet. Ac ſub initia quidem perſecutionis, flagrorum verbera perpeſſus, in confeſſionis ſtadio inclaruerat. Poſt depoſitam vero militiam, æmulatus eos qui divinæ pietatis ſtudiis atque exercitationibus ſe totos dediderunt, pupillis ac viduis omni ope ac patrocinio deſtitutis, egenis quoque & infirmis, inſtar patris cujuſdam aut curatoris, inſpectorem ſe atque adjutorem exhibuit. Unde ab eo qui hujuſmodi operibus magis quam victimarum nidore & ſanguine delectatur, admirabilem martyrii vocationem promeruit. Porro decimus hic athleta, poſt omnes ſupra memoratos, eo ipſo interfectus eſt die, quo maxima cæli porta Pamphili martyrio, ut credi par eſt, reſerata, facilis tum ipſi Pamphilo, tum ejus ſociis in regnum cælorum aditus patere videbatur.

40. Poſthæc THEODULUS [45] qui- *Theodulus crucifigitur.*
dam, gravis & religioſus ſenex, unus ex Præſidis familia, & ab ipſo Firmiliano præ cunctis domeſticis honoratus, partim ob ſenectutem, & quod tertiæ jam ſtirpis nepotes haberet; partim ob ſinceram fidem & benevolentiam quam ipſi perpetuo præſtiterat, cum iiſdem veſtigiis inſiſtens, idem ac Seleucus geſſiſſet, deductus ad dominum, magis ipſum quam cuncti ſuperiores exacerbavit. Statimque in crucem actus,

eodem

44 Porphyrium & Julianum catechumenos ſolummodo fuiſſe, refert Metaphraſtes.

45 Theodulus ſimul cum Juliano recolitur in Martyrologio Romano die 17. Februarii.

eodem quo Servator noſter, ioartyrio defunctus eſt.

41. Cum unus adhuc deeſſet, qui in ſupradictis Martyribus duodecimi numerum impleret, adſuit poſt omoes JULIANUS, eum oumerum expleturus. Qui cum peregre adveniſſet, necdum ad locum ipſum acceſſiſſet, ſimulatque de Martyrum cæde audivit, ſtatim ut erat, de via concito curſu ad id ſpectaculum contendit. Cumque ſanctorum cadavera humi jacentia vidiſſet; gaudio diffuſus ſingulos complexus honorifice ſalutavit. Quo in facinore comprehenſus a militibus qui cædium miniſtri erant, perducitur ad Firmilianum. Qui a ſolita crudelitate neqoaquam deſciſcens, ingenti rogo eum comburi præcepit. In hunc modum Julianus geſtiens, ac præ lætitia exſiliens, & clara voce Domino qui tanto honore ipſum affeciſſet, gratias agens, martyrii coronam adeptus eſt. Erat hic Julianus patria quidem Cappadox, moribus vero religioſiſſimus, & fidei ſinceritate atque integritate conſpicuus; idem in omnibus rebus gnavus ac ſtrenuus, ipſoque ſancti Spiritus Numine erat plenus.

*Julianus comburitur.*

42. Hujuſmodi fuit manipulus eorum qui in ſubeundo martyrio comites Pamphili eſſe meruerunt: quorum ſacroſancta cadavera, juſſu quidem impii Præſidis per quatuor continuos dies, totidemque noctes additis militaribus excubiis expoſita ſunt, ut a carnivoris beſtiis laniarentur. Sed cum præter omnium exſpectationem oec fera, nec volucris ulla, nec canis ad ea accederet; tandem divina ordinante providentia, integra atque illæſa aſportata ſunt: omnique funebri cultu, ut par erat, ornata & curata, conſuetæ tradita ſuot ſepulturæ.

*Eorum corpora nihil ſtrepata,* *ſepeliuntur.*

43. Cum autem motus ac furor Præſidis adverſus ſupradictos Martyres adhuc in ore omnium adverſaretur, ADRIANUS & EUBULUS, ex regione Manganæa Cæſaream ad reliquos Confeſſores profecti, in ipſo civitatis introitu perinde ac ceteri interrogati ſuot, cujus rei gratia adveniſſent: confeſſique id quod res erat, Firmiliano exhibentur. Qui rurſus ita ut erat, nulla dilatione uſus, poſt crebra ungularum verbera quibus latera eorum ſulcaverat, eos ad beſtias damnavit. Biduo igitur interjecto, Adrianus [46] quidem quinto die menſis Dyſtri, id eſt ante diem tertium Nonas Martias, quo die natalis Genii publici, ut gentiles exiſtimant, apud Cæſaream celebratur, leoni objectus, ac deinde gladio tranſfixus martyrium conſummavit. Eubulus vero perendie, ipſis Nonis Martiis, quod eſt ſeptimo die menſis Dyſtri, cum judex enixe ipſum rogaſſet, ut oblato diis ſacrificio, libertatem, prout ipſi exiſtimant, conſequeretur; glorioſam mortem pro pietate toleratam huic caducæ viræ anteponens, poſt beſtias non ſecus ac prior ille jugulatus, Cæſarienſium Martyrum certamina ultimus obſignavit.

44. Operæ pretium quoque fuerit hoc loco commemorare, quemadmodum divini Numinis providentia impios illos Præſides ſimul cum ipſis tyrannis ulta eſt. Etenim Firmilianus qui Martyribus Chriſti adeo contumelioſe inſultaverat, cum aliis extremo ſupplicio addictus, capite truncatus eſt. Et hæc quidem ſunt martyria, quæ in urbe Cæſarea toto perſecutionis teorpore perpetrata ſunt.

*Divina in Firmilianum ultio.*

CAP. XII.

45. Jam vero quæ hoc temporis ſpatio, & poſt hæc circa eccleſiarum Præſides geſta ſiot; quemadmodum ex paſtoribus rationalis Chriſti gregis, quem non rite ac legitime gubernaverant, eos curatores camelorum [47], animalis bruti, & ſuapte natora tortuoſi, divina juſtitia, utpote tali officio dignos conſtitui, permiſerit, & ad alendos Imperatoris equos amandaverit: quas præterea iojurias & contumelias, quantos deoique cruciatus a Procuratoribus Principis, & provinciarum Rectoribus, quot-

46 Adrianum & Eubulum ſeorſim 5. & 7. die Martii celebrat Martyrol. Rom. Græci autem utrumque ſimul die 3. Februarii.

47 De hac pœna, quæ *Camelaſia*, dicebatur, videſis Valeſii notas.

quotquot per illa fuerunt tempora, pro ſacris vaſis & theſauris eccleſiæ perpeſſi ſint: ad hæc ambitiones plurimorum & temerarias atqne illegitimas ordinationes; & inter ipſos Confeſſores diſſidia [48]; & quæcumque juniores illi turbarum concitatores adverſus Eccleſiæ reliquias pertinaciter moliti ſunt, novas res ſubinde alias poſt alias excogitantes, & in mediis perſecutionis calamitatibus inclementius inſultantes, & mala malis cumulantes; hæc inquam omnia omittenda eſſe duco. Eſt enim meo quidem judicio aliena ab inſtituto noſtro hujnſmodi rerum commemoratio, a qua etiam abhorrere me in ipſo ſermonis hujns exordio ſnm profeſſus. Cum igitur propoſito noſtro maxime congruat ea dicere ac ſcribere & fidelium auribus commendare quæ in religione noſtra gravia atque honeſta ſunt, & qnæcumque ad laudem & gloriam pertinent; rectius facturus eſſe mihi videor, ſi extremam partem hujus libri, præclaris admirabilium Martyrum facinoribus, & pace quæ poſt hæc cælitus nobis affulſit, exornem.

CAP XIII. *Perſecutio paurum remiſſa.*

46. Septimus jam perſecutionis annus ad exitum vergebat, & res noſtræ ſenſim ſine ſenſu calumniantium moleſtia liberatæ, ad octavum uſque annum proceſſerant. Cnmque in metallis æris apud Palæſtinam maxima Confeſſorum multitudo in unum congregata, incredibili libertate frneretur, adeo ut eccleſias etiam exſtruerent: Præſes provinciæ, vir ſævus atque improbus, ut ex iis quæ adverſus Martyres geſſit perſpici facile poteſt, illuc delatus; audita illorum vivendi ratione, rem ſtatim ad Imperatorem retulit, quæcumque ipſi viſum fuerat, calumnioſe in eos ſcribens. Dehinc Præpoſitus metallorum eo adveniens, velut ex imperiali præcepto Confeſſores varias in turmas diſtribuit; & alios quidem apud Cyprum, alios in Libano juſſit incolere; reliquos per varia Palæſtinæ loca diſperſos, diverſorum operum moleſtiis vexari omnes mandavit. Quatuor deinde ex illis ſeligens, qui ceteris antecellere videbantur, ad ducem qui militaribus copiis illic præerar, eos mittit.

47. Horum duo erant Ægyptiorum epiſcopi, PELEUS ac NILUS; tertius presbyter quidam [49], quartus fuit PATERMUTHIUS, vir ob prolixam erga omnes benevolentiam cunctis notiſſimus. A quibus cum dux ille poſtnlaviſſet, ut religionem ſuam abnegarent, repulſam paſſus, flammis eos abſumi præcepit. Alii rurſus ibidem verſabantur, ſejunctam a ceteris regionem ſeorſum incolendam ſortiti; quotquot ſcilicet ex Confeſſoribus ob ſenectutem aut membrorum debilitatem, aut propter varios corporis morbos ab opere faciundo immunes erant. Quorum princeps erat SILVANUS [50] Gaza oriundus epiſcopus; vir qui religionis Chriſtianæ abſolutiſſimum quoddam & venerabile exemplum exſtitit. Hic cum a primo, ut ita dicam, perſecutionis die, & per totum deinceps illud tempus, variis confeſſionum certaminibus inclarniſſet, ad id uſque temporis ſervatus fuerat, ut omne illud in Palæſtina certamen poſtremus quaſi ſignaculo clauderet.

*[illegible]*

Anno Christi 310.

48. Erant una cum illo Ægyptii complures, inter quos fuit JOHANNES [51] quidam, qui præ cunctis noſtræ ætatis hominibus memoria valuit. Et hic quidem jam antea luminibus erat orbatus. Nihilominus tamen in confeſſionum certaminibus, in quibus maxime enituit, cum ipſi perinde ac ceteris alter pedum candente ferro debilitatus eſſet, oculi quoque licet lumine orbati cauterio peruſti ſunt: crudelitate ſcilicet & inhumanitate carniſi-

48 Nimirum ſchiſma Donatiſtarum in Africa, ac Meletii Lycopolitani epiſcopi in Ægypto.

49 Hunc Helium appellat Valeſius ex Græcorum Menologio die 19 Septembris, qui etiam obſervat Photium loqui de Patermuthio in Bibliotheca cap. 118. De his etiam Euſeb. lib. 8 Hiſt Eccleſ. cap. 13. Ceterum Pelei & Nili ac Patermuthii feſtum recolunt pleraque Latinorum Martyrologia die 19. Septemb.

50 Ejus feſtum die 4. Maii celebratur. Dubitant nonnulli, an Gazæ fuerit epiſcopus, quod diſerte tradit Euſeb lib. 8. Hiſt. Eccleſ cap. 13. & ſupra hujus libri cap 7. Menæa enim die 14. Octobris ajunt eum Gazæ ortundum ad metalla cum multis fidelibus damnatum fuiſſe, a quibus in epiſcopum poſtulatus, ordinatus eſt.

51 Memoratur in Menæis Græcorum die 20. Octobris.

nificum ad id uſque feritatis ac dirita- *Johannis martyris elogium.* tis progreſſa. Porro hunc virum ob mores quidem & philoſophicam vivendi rationem nihil attinet prædicare, præſertim cum hujus rei cauſa, non tantum admirationis ſit conſecutus, quantum ex memoriæ præſtantia. Quippe qui totos divinæ Scripturæ libros, non in tabulis lapideis, quemadmodum ait divinus Apoſtolus, nec in membranis animalium, aut chartis quæ vermibus & longinquitate temporis conſumuntur; verum in carneis cordis tabulis, in anima ſcilicet candida, & in puriſſimo mentis lumine perſcriptos habuerit. Adeo ut quoties vellet, interdum legis Moſaicæ, interdum Prophetarum libros, nonnumquam ſacræ hiſtoriæ locos; alias Evangelica & Apoſtolorum ſcripta, memoriter velut ex litterario quodam penu proferret. Fateor certe obſtupuiſſe me, cum illum in frequentiſſimo Eccleſiæ cœtu medium ſtantem, & quoſdam divinæ Scripturæ locos recitantem primitus vidi. Etenim quamdiu quidem vocem dumtaxat hominis audire mihi dabatur, quædam illum, ut in eccleſiaſticu cœtu moris eſt, legere exiſtimabam. Verum ubi proxime accedens id quod res erat deprehendi, ceteros quidem qui in circuitu adſtabant, integra oculorum acie pollere, illum vero ſolis intelligentiæ oculis præditum, inſtar Prophetæ cujuſdam oracula edere, & reliquis corpore valentioribus multo præſtare; facere omnino non potui, quin Deum ſummis laudibus efferrem ac prædicarem. Et evidens ac certiſſimum argumentum reapſe mihi cernere videbar, quo conſtaret hominem vere eſſe, non eum qui in externa corporis ſpecie apparet, ſed illum potius qui in animo & intelligentia reſidet. Quippe corpore licet mutilato, nihilominus majorem facultatis ſuæ vim ac virtutem exerebat.

49 Porro ſupradictos viros qui ſeorſum degentes, orationibus & jejuniis, & hujuſcemodi exercitationibus more ſolito incumbebant, Deus quidem beato ac ſalutari exitu donare jam parabat, adjutricem illis porrigens manum. Verum hoſtis ille & bonorum omnium inimicus, cum eos ſemper armatos aſſiduis ad Deum precibus, & ad pugnam paratos ferre non poſſet, interficere, utpote ſibi moleſtos, atque e medio tollere ſatagebat. Quod quidem Deus efficere illi permiſit: partim ne ille a ſpontanea ſua improbitate abſterreretur, partim ut iſti tot ac tantorum certaminum præmia tandem referrent. Sic igitur undequadraginta [55] homines juſſu ſceleratiſſimi Maximini uno eodemque die capite truncati ſunt. *Martyres XXXIX.*

50. Atque hæc ſunt martyria quæ octo annorum ſpatio in Palæſtina perpetrata fuerunt. Hujuſmodi noſtri temporis perſecutio fuit: quæ cum ab eccleſiarum everſione ſumſiſſet initium, poſtmodum ſubſecutis vario tempore Rectorum infeſtationibus, longe ulterius progreſſa eſt. In quibus varia omnis generis certamina eorum qui pro pietate fortiter pugnaverunt, innumerabiles in ſingulis provinciis martyres præſtiterunt: in Libya ſcilicet & per univerſam Ægyptum ac Syriam omneſque provincias quæ ab Oriente uſque ad tractum Illyrici quaquaverſum protenduntur. Nam quæ ulterius ſitæ ſunt regiones, Italia videlicet tota, & Sicilia, Gallia quoque & quæcumque ad occaſum ſolis porriguntur, Hiſpania, Mauritania & Africa; cum vix duobus primis perſecutionis annis integris furorem belli expertæ eſſent, divini Numinis præſentiſſimum auxilium & pacem brevi ſunt conſecutæ, Dei ſcilicet providentia ſimplicitati illorum hominum ac fidei proſpiciente. Porro quod numquam antea imperio Romano accidiſſe memoratur, id tunc primum præter omnium opinionem evenit. In hac enim perſecutione quæ noſtris

55 Hos ſimul cum Silvano ſupra memorato conjungit Menologium Baſilii Imperatoris die 4. Maji, ſicut & Martyrologium Romanum.

noſtris temporibus graſſata eſt, imperium orbis Romani in duas diviſum eſt partes [53]. Harum alteram quam paullo ante deſignavimus, quicumque incolebant fratres, pace fruebantur. Quotquot vero in altera orbis Romani parte degebant, innumera ſubinde certamina ſubierunt. Verum ſimulatque divina clementia nos propitio ac benigno vultu aſpicere dignata eſt, ſtatim Principes illi ipſi qui jampridem bellum adverſus nos excitaverant, præter omnium ſpem mutata ſententia, palinodiam, ut dicitur, cecinerunt; clementibus edictis, & benignis erga nos conſtitutionibus perſecutionis adverſus noſtros conflatæ reſtinguentes incendium. ipſum vero palinodiam a nobis reticeri non convenit [54].

53 Inter Conſtantium & Galerium Maximianum.

54 Ex hoc aliiſque paſſim locis oſtendit Valeſius, hunc libellum imperfectum eſſe. Palinodia hic memorata ex lib. 8. hiſtoriæ repetenda eſt. quæ autem annis nono & decimo perſecutionis contigere, idem Euſebius lib. 9. exponit.

## *ADMONITIO*

In Paſſionem ſanctorum THEODOTI, & ſeptem Virginum Martyrum.

*Acta unde ſumta.* 1. Præclaram hanc ſancti Theodoti paſſionis narrationem erudito viro Danieli Papebrochio ſocietatis Jeſu Presbytero acceptam referre debemus, qui eam, cum Romæ verſaretur, a Leone Allatio Bibliothecæ Vaticanæ cuſtode primario acceptam e Græco in Latinum tranſtulit, atque in utraque lingua inſeruit tomo 4. *Auctor oculatus.* Maii Bollandiani, ad diem ſcilicet 18. ejus menſis. Hanc autem Paſſionem deſcripſit Nilus teſtis oculatus, ut ipſemet ſæpius indicat, qui etſi alias nobis ignotus ſit, ex ſcriptione tamen, ſtylo, aliiſque narrationis characteribus is eſſe videtur, cui tuto fides adhiberi poſſit.

2. Porro nec Theodoti iſtius, nec ſeptem Virginum quæ paullo ante ipſum paſſæ ſunt, ulla habetur memoria in antiquis Latinorum Martyrologiis quæ videre licuit; tametſi in hodierno Martyrologio Romano, & Uſuardi Auctuario eorum *Memoria in ſacris faſtis.* dies feſtus die 18. menſis Maji recolitur. At celebres ſemper apud Græcos fuere, qui ut plurimum ſanctarum ſeptem Virginum die 18. menſis Maii; ſancti vero Theodoti die 7. Junii ſeorſim feſtum recolunt. Et quidem Theodotom aliquot diebus poſt has Virgines paſſum eſſe nemo inficiari poteſt; quamvis in nonnullis Kalendariis, & in Typo Lauræ ſancti Sabæ prope Jeroſolymam, omnes ſimul die 18. menſis Maii celebrentur.

3. Jam vero quærendum eſt, quonam *Tempus.* tempore hoc martyrium contigerit. Certe quamvis id auctor diſerte non expreſſerit; ex ejus tamen verbis colligi poteſt, ipſum ad magnæ perſecutionis Diocletiani initia, id eſt ad annum 303. referri debere. Deſcribit enim ſæviſſimam perſecutionem, qua primo eccleſiæ deſtructæ ſunt, poſtea fugati ſacerdotes, ac tandem in omnes ſævitum fuit. quæ quidem omnia Lactantius & Euſebius narrant Ad extrema autem ejus perſecutionis decennalis tempora, quando ſolus Maximinus in Oriente ſæviebat, referri non poteſt. ſiquidem Præſes Theodoto amicitiam *Imperatorum* pollicetur, ac ad ipſos ſcribendi facultatem, immo & ipſummet ab Imperatoribus epiſtolas recepturum ait. quæ tempore Maximini vix dici potuiſſent.

---

*Anno Chriſti 303.*

## P A S S I O

Sancti THEODOTI Ancyrani, & ſeptem Virginum.

Auctore Nilo teſte oculato.

*Ex tomo 4. Maii Bollandiani.*

*Auctoris Præfatio.* I. MUltam erga me ſancti martyris THEODOTI expertus beneficentiam, non ſolum verbis certamen ejus laudare debeo, ſed etiam operibus

ribus compenſare caritatem: quamvis neque operibus poſſim ſatis honorare Martyrem, neque verbis quibus par eſſet eloqui. Prout tamen poſſum ac valeo factas mihi ab ipſo gratias, ſecundum tenuem captum meum, exponere me convenit, minuta duo cum Evangelica vidua in medium proferendo. Omnino enim neceſſarium eſſe ſentio, ad piorum cognitionem deducere ejus vitam atque certamen, & quomodo a prima juventute cauponariam aggreſſus, inde ad martyrium uſque pervenit. Fateor tamen formidare me, ne ſermone incultus, ſcientia tenuis, eruditione exiguus, Martyris agones, atque in agonibus conſtantiam lædam, argumentum ſuſcipiens viribus majus. Res enim eximiæ a puſillo ingenio magnum patientur detrimentum, ſi tales quis eas exiſtimaverit, quales oratio mea poterit demonſtrare. Ad hæc objicient aliqui, communem vivendi modum amplexum eſſe Martyrem, nec ab uſu voluptatum remotum; qui & mulieri legitimis nuptiis ſibi junctæ convixit, & cauponariam exercuit quæſtus gratia. Sed extremum certamen martyrii priorem quoque vitam fecit inſignem, prima noviſſimis ornans. Dicat igitur quod volet quiſque: ego qui Martyri ab initio convixi, dicam quæ novi, & oculis ipſis uſurpavi; conſtantiam ſcilicet ejus, cujus conſortio & colloquio dignatus ſui ad propriam inſtructionem.

*Auctor coæqualis.*

II. Prius autem quam ad poſtremum martyrii agonem deſcenderet, variis, multiſque occaſionibus virtutem probavit ſuam, ſicut athleta contra adverſarium dimicaturus. Et primum ſibi bellum adverſus concupiſcentias gerendum eſſe ſtatuit; tantumque ad virtutem profecit, ut omnium potuerit eſſe magiſter. Non enim ſe voluptatibus mancipavit aut alicui impuro affectui; ſed a prima juventute exercitationis pulcræ fructus illuſtres protulit, quod & poſtrema ejus vita probavit. In primis vero temperantiam, tamquam aliorum omnium bonorum initium, ſibi pro ſcuto ad pugnandum accepit, afflictionem corporis delicias eſſe homini Chriſtiano congruas ratus, cujus opes & gloria ſint generoſe tolerare inopiam. Equidem ſæpe magnanimum vidi a cupiditate, non divitiarum dumtaxat, ſed etiam gloriæ ſuperari; a formidine vinci ſapientiam, & manſuetum ac placidum deliciis enervari: ſoli autem juſto, tamquam domino, cunctæ ſerviunt paſſiones. Ergo adverſus voluptates famulantem ſibi habuit jejunii conſuetudinem; temperantiam adverſus commoditates corporis; & contra divitiarum abundantiam uſum ſua diſtribuendi pauperibus. Hæc vero omnia ſigillatim deinceps demonſtrabimus, palamque faciemus, quod gloriam obtinuerit ignominia, opulentiam & affluentiam paupertate eximia, perque tentationes & plagas cælum ſibi comparaverit.

*Theodoti jejunium.*

*Ejus virtutes.*

III. Multos ille abduxit a pravitate, eos veluti a peſtifero morbo curans inſtructione opportuna: multos, qui corpore videbantur ſani, animo autem turpibus cogitationibus preſſo laborabant, oratione ſanavit: quin etiam doctrina & exhortatione admirabili, paganorum atque Judæorum numerum magnum adduxit ad Eccleſiam. Etenim cauponaria, præter morem, erat ei in vili habitu pro munere epiſcopali; cum injuriam paſſis pro virili ſuccurreret, infirmis collaboraret, afflictis compateretur, particeps ipſe paſſionum alienarum, & caritate plenus. Quod autem in primis admireris, etiam manus imponens quantumcumque incurabili infirmitate detentis, liberabat morbo, ſuas eis preces pro medicina adhibens. Libidinoſis quoque hominibus ſuadebat continentiam, & nimio vino deditos ab ebrietate reducebat: quoſdam autem qui morbo avaritiæ irremediabiliter videbantur teneri, commonendo adducebat, ut paupertatem crederent appetendam, & ſua pauperibus erogarent. Tali vero ex diſciplina non pauci numerantur, qui pro Chriſto haud ſolum ſpreverunt flagra, ſed etiam mortem qualemcumque. Ab hujuſmodi certa-

*Aegros curat, cauponariam alios inſtruit.*

certaminibus egregius hic pietatis pugil ad omnium ſupremum certamen comparatus, multa atque admiranda mihi narranda ſuggerit, quæ ſingillatim proſequi cupio, ipſo ſuis me precibus adjuvante, & rerum ordinem demonſtrante. Nunc ergo initium ſuſcepti argumenti faciamus.

*Theotecnus ſæviſſimus perſecutor.*

IV. Quidam, Theotecnus nomine, patriæ noſtræ regimen conſecutus eſt; homo incompoſitus turbidus, violentus, ad ſævitiam proclivis, malignus omnino, cæde ac ſanguine gaudens, deſertor pietatis; omnimodis exſecrabilis, & cujus neqnitiam nullis verbis melius poſſim explicare, quam dicendo, quod ejus ſolius merito tam magnæ civitatis adminiſtrationem acceperit. Etenim Imperatori, adverſus Eccleſiam belligeranti, promiſerat; qnod ſi hujus regionis gubernatio ſibi crederetur, omnes quotquot hic ſunt Chriſtianos, brevi tempore traduceret ad impietatem. Hic ergo prius quam fines noſtros ingrederetur, ſola ſui adventus ſama pios omnes hic exterruit, ut deſolata fuerit plenitudo Eccleſiæ, & fugitivis impletæ ſolitudines montiumque cacumina: tantuſque omnes terror invaſit, ac ſi demiſſa cælitus plaga impenderet capitibus univerſorum. Præmittebat enim nuntios unos poſt alios, palam declarantes animi ſui conſilia peſſima. Vix autem priores excuſſerant e pedibus pulverem, quin novi ſupervenirent crudelitatis atque inhumanitatis ejus implacabilem declarantes rigorem. Rurſumque tertii adferebant edicta, poteſtatis commiſſæ amplitudinem teſtantia, quibus præcipiebatur, ut omnes ubique eccleſiæ cum ſuis altaribus æquarentur ſolo: ſacerdotes traherentur ad aras idolorum, & ſacrificare compulſi cogerentur ejurare pietatem; omnium autem eorum qui præceptis contradicerent facultates addicerentur fiſco, ipſique ac liberi eorum includerentur carceribus, Præſidi ad ſupplicium reſervandi, quatenus vinculis prius et verberibus domiti, animos ad futuram quæſtionem emollitos adferrent.

*Gentilium inſolentia.*

V. Hujuſmodi ſama cum ſpargeretur, ubique calamitatem imminentem denuntians, erat Eccleſia inſtar navis turbinibus procelliſque agitatæ, in qua videres ſuſdeque ferri omnia, dum tota ipſa tamquam fluctibus ſic perſecutione metuit abſorberi. Conſilium autem malignantium, ipſi ſuæ perditionis baratro innatans, verſabatur in comeſſationibus & compotationibus: & ſuæ proſperitatis exceſſum portare non valentes impii, ac nimia malitia velut mero ebrii, omnia quæ inſani furenteſque ſolent, agebant & patiebantur. Etenim irrumpentes in domos nulla apparente ex cauſa, obvia quæque diripiebant, neque injuriam ferentium aliquis audebat ipſis ſe opponere. nam ſi vel verbo obloqueretur quiſpiam, reus agebatur inſolentiæ ac ſeditionis. Cum ergo ſic propoſita eſſent impia edicta, & primi quique ex Fratribus ad cuſtodiam ferro vincti tenerentur in carcere; Chriſtianorum nemo apparebat in publico: palam autem expilabantur eorum ædes, prodebantur amici, calumniam patiebatur religio, mulieres ingenuæ virgineſque a laſcivis hominibus inverecunde raptabantur: nec omnino poterat qui vidiſſet narrare, quomodo tunc cum Eccleſia ageretur. Deerat enim fugitivis ſalutis locus, & ab aris receſſerant ſacerdotes, derelinquentes veſtibula eccleſiarum: dumque eorum facultates impiis eſſent expoſitæ ad rapinam, omni ſupplicio gravior digreſſis inſtabat fames. Per totam quippe vagantes ſolitudinem, & in ſpelæis atque cavernis, ut quiſque latebram invenerat, ſe continentes, non poterant diu tolerare eſuriem, qnin multi ſe comprehendendos præberent, miſericurdiam ſe conſecuturos rati. Grave ergo fugitivis ipſius fugæ malum, ingenuis præſertim atque in multa rerum affluentia enutritis, qui olim nullius indigi, nunc radicibus veſcebantur & herbis.

*Theodoti erga alios cura.*

VI. Solus interim Theodotus, martyr glorioſus, decertabat pro divinis


inſti-

inſtitutis, multa pericula adiens. Non enim cauponariam, ut quidam ajunt, lucri cauſa exercebat ad congregandas pecunias; ſed induſtria utens cogitabat, quomodo caupona ſua fieret portus ſalutis perſecutionem patientibus, communi omnium ſecuritati præparatus. Ingens vero labor ei erat cum piis qui detinebantur in cuſtodia, dum poſt fugam oberrantes ſalvare, & interfectos ab impiis conabatur contegere. Eorum enim corpora qui variis tormentis fuerant necati, projiciebantur canibus in eſcam: & ſi quis inveniebatur eorum curare ſepulturam, idem ſuſtinebat ſupplicium: quia mors acerbiſſima conſtituta erat ſepelientibus illa. Quis autem cogitaret in caupona tantam occultari pietatem? Erat ergo domus Juſti caupona ſimul & portus tranquillus religionis illuc confugientibus, ibidemque abditis ad orationem locus munitus. Aſſumto enim cauponarii quæſtus prætextu in occaſionem exercendæ pietatis, aliquamdiu manſit inobſervatus: & juxta monitum beati Pauli, perſecutionem patientibus omnibus ſolus ipſe fiebat omnia, medicus egentibus, obſonator corpore infirmis, victus penuria laborantibus piſtor ac pincerna, magiſter boneſtam vitam pietatis ſtudio exornantibus. Ad tormenta perferenda animabat eos qui ducebantur captivi, atque ante aras conſtitutos bortabatur pro Chriſto ſuſcipere mortem; ſic ut merito eum quis dixerit præceptorem fuiſſe omnium, qui tempore iſto martyrio conſummabantur. Necdum tamen in notitiam adduxi præcipuum quoddam Martyris facinus, oblivione ferme præteritum, quod tamen omnino effugere ſcribentem non poterat.

*Martyres.*

VII. Juſſerat miniſter diaboli Theotecnus, omnem humani victus ſpeciem idolotbytis inquinari, panem ſcilicet ac vinum, ut nec Deo quidem omnium Domino poſſet oblatio munda exhiberi: & publicitus conſtituerat ſacerdotes erroris, qui id curarent. Oportebat autem, ut norunt omnes, offerre Deo immaculata munera. Moleſtiſſimo huic commento celeriter remedium adinvenit Martyr, vehementer induſtrius in cultu virtutis. Quidquid enim prius emerat a Chriſtianis, iiſdem revendebat ad neceſſitatem faciendæ oblationis. Fuit ergo caupona ejus fidelibus, quod olim Arca Noe erat ſalvatis per eam tempore diluvii. Nam ſicut tunc cum per univerſum orbem graſſaretur exterminium, nullus erat modus inveniendæ ſalutis, ſi quis vel tantillum recederet ab Arca, eo quod omnis terra eſſet inundata: ſic in noſtra civitate nullus poterat ſalvari Chriſtianus extra domicilium Martyris. Converſa ergo erat taberna in Ædem orationis, in hoſpitium peregrinorum, in altare ſacerdotum ad offerenda ſacra dona: cum illuc omnes confugerent, ſicut naufragium patientes ad ſcapham. Hæc erant Juſto cauponariæ profeſſionis lucra, hi negotiationis ſuæ proventus Martyri: notumque habebant pietatis cultores, cauponam iſtam eſſe periclitantibus portum commodiſſimum. Atque de his nunc ſatis, ut alia etiam facinora ejus in ſermonem adducam.

*Panem & vinum ad ſacras oblationes ſuppeditat.*

VIII. In diebus illis contigit Victorem quemdam, amicum Martyris, raptum ab impiis comprehendi ex hujuſmodi cauſa. Nonnulli ex ſacerdotibus Dianæ accuſantes dixerunt, dixiſſe eum, quod Apollo ſororem ſuam Dianam ante aram in Delo violaverit, quodque Græcos pudere deberet hujuſmodi laſciviæ, talem habentes Deum, qui fecit ſcelus quod nec homines quidem auderent committere. De bis cum accuſaretur Victor, accedebant ad eum pagani, blandientes atque dicentes: Obedias Præſidi, & multo honore afficieris, eriſque amicus Imperatorum, ab eiſque divitias obtinebis, & in eorum palatio verſaberis. Si vero non parueris Præſidi, ſcito quod acerba tormenta te maneant, & toti familiæ tuæ immineat exterminium. Facultates tuæ addicentur fiſco, genuſque tuum univerſum delebitur; & corpus tuum

*Victorem incitat ad conſtantiam.*

poſt

poſt cruciamenta canibus devorandum objicietur. hæc & alia plura Victori dicebant impii. Pietatis vero confeſſor Theodotus, noctu carcerem ingreſſus confortabat eum dicens: *Nihil aliud curare debent Chriſtiani, quam puritatem vitæ, converſationem rectam, & mentem in vera religione firmam, quarum poſſeſſio rara & paratu difficilis ad paucos pervenit.*

IX. Iterum vero ad ipſum dicebat Beatus: *Ne, quæſo, audias noxios illos profanoſque ſermones, quibus impuri illi aggrediuntur te; neque omnino ſuſcipias ſuaſiones eorum, ut nos deſerens eos ſequaris, continentiæ laſciviam præferens, injuſtitiam juſtitiæ, pietati impietatem. Nequaquam, Victor, nequaquam. Quantum enim blandiuntur promiſſa impiorum, tam certam inducunt perniciem. Numquid non hujuſmodi promiſſis Judæi deceperunt proditorem Judam? Non illi quidquam profuit triginta argenteos accepiſſe. Horum enim pretium in ſepulturam ceſſit peregrinorum: ipſe vero ſuſpenſus crepuit, nihil præter laqueum pecuniis ſuis lucratus. Noli aliquid boni ſperare a malis. Promiſſa enim nonniſi ad perpetuam mortem ducunt.* His atque hujuſmodi verbis cum Victorem confirmaſſet Juſtus, manſit ille quidem conſtans, & principia tormentorum generoſe pertulit, eoque nomine laudabatur a ſpectatoribus, quamdiu memoria tenuit exhortationes magiſtri. Sed cum jam pæne ad terminum ſui ſtadii perveniſſet coronam victoriæ recepturus a Salvatore; petiit a tyranno breves ad deliberandum inducias. *Victoris incertus exitus.* Quo audito, lictores ſtatim deſierunt eum verberare, arbitrati ipſum defeciſſe a fide. Ipſe vero ex plagis mortuus eſt in carcere, dubium relinquens confeſſionis ſuæ exitum. unde uſque in hodiernum diem memoria ejus in ambiguo manet.

X. Nunc vero aliud Martyris certamen deſcribamus. Vicus eſt diſtans ad quadrageſimum circiter ab urbe lapidem, Malus nomine. Huc, diſponente ſic Deo, venit perſecutionis tempore martyr Theodotus, cum ſancti & glorioſi martyris VALENTIS reliquiæ, *Valens martyr.* ejus nempe qui apud Medicones primum per multas plagas, ac denique per ignem tranſierat, conjectæ eſſent in vorticoſas aquas fluminis Halyos [a], quas ille ſuſtulit: venerat autem non in ipſum vicum; ſed aliquanto inferius ad ſpeluncam quamdam verſus orientem proſpicientem, unde fluentum Halyos erumpit, cujus loci a vico diſtantia duorum circiter ſtadiorum eſt. Iſtic autem divina quadam ordinatione accidit, *Theodotus ſociis ſitim refecit.* ut fratribus quibuſdam occurreret, qui ſalutato ei multas accumulabant actiones gratiarum, tamquam communi omnium afflictorum benefactori; & ſingillatim meminerant ſuæ erga eum obligationis, quod cum non ita pridem eſſent a propriis ſuis conſanguineis detenti, qui eos feſtinabant tradere Præfectis, quia Dianæ aram ſubverterant, eos Sanctus, magno molimine, nec exiguo ſumtu uſus, ægre demum exemerat vinculis. Horum ergo occurſum lucrum inſigne ratus, rogavit ut ſecum cibum ſumerent, atque ita ſuum proſequerentur iter.

XI. Illis autem ſuper herba recumbentibus, (erat enim multum ibi gramen, & arbores circumſtantes tam fructiferæ quam ſilveſtres, cum omnigena florum ſuaveolentia, & cicadarum atque luſciniarum dulci ſub auroram concentu, variarumque avium modulatione, & ea denique omnia quibus natura poteſt ſolitarium aliquem locum ornare,) illis, inquam, ſuper herba recumbentibus, quoſdam e ſociis Sanctus miſit ad vicum, qui ſibi advocarent Presbyterum, qui ſimul pranderet, & profecturos conſuetis ad iter muniret precationibus. Nec enim cibum ſumere conſueverat Sanctus, niſi benedicente Presbytero. Cum ergo in vicum veniſſent qui miſſi erant, occurrerunt Presbytero egredienti ab eccleſia poſt horam

[a] Halys, Aſiæ minoris fluvius, rigatis aliquot Galatiæ & Paphlagoniæ urbibus, in ſinum Amyſenum cadit: Hujus fluvii aquas vorticoſas eſſe obſervarunt etiam Valerius Flaccus lib. 5. Argon. & Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

horam orationis ſextam: qui videns eos infeſtari a canibus, continuo accurrit; & canes ſubmovens, ſalutavit, rogavitque, ut ſiquidem eſſent Chriſtiani, ingrederentur ad ſe, quo mutua in Chriſto caritate perfrui poſſent. Cui illi: Chriſtiani ſumus, & Chriſtianorum gaudemus congreſſu. Tunc ſubridens Presbyter intra ſe ait; O Fronto [2], (hoc enim ei nomen erat) quam manifeſtæ tibi ſemper per ſomnum oſferuntur viſiones! quod autem hac nocte vidi, ſtupendum plane fuit. Vidi enim viros duos, vobis ſimiles, dicentes mihi, quod theſaurum huic regioni adferrent. Cum igitur vos ipſos intueor, quos vidi per ſomnium; agite, theſaurum iſtum mihi tradite.

XII. Reſponderunt viri: Vere habemus nobiſcum theſauro quovis potiorem martyrem Theodotum, quem, ſi volueris, videre poteris, hominem religione præſtantem. ſed vici hujus Presbyterum nobis oſtende, Pater. Qui ait: Euge, ipſe ego ſum quem requiritis. Sed præſtat ut illum huc domum inducamus. Nec enim convenit ubi Chriſtiani ſunt, quemquam in ſilva manere. Accedens igitur, & Sanctum cum Fratribus oſculatus, rogavit ut ſimul omnes venirent in domum ſuam. Ille vero excuſabat ſe, eo quod feſtinaret ad metropolim [3] regredi. Magnum enim ibi, inquit, ſtadium ad ſalutem Chriſtianis aperitur. Oportet autem Fratribus in neceſſitate conſtitutis opitulari. Poſtquam ergo cibum ſumſiſſent, Athleta Chriſti ad Presbyterum ſubridens: *Quam aptum*, inquit, *video locum ad ſacrarum Reliquiarum ſuſceptionem? quid cunctaris?* Reſpondit Presbyter: Tu ſatage ut habeam in quibus laborem; & tunc me argue tarditatis, de ſanctarum Reliquiarum allatione loquens. Oportet enim, inquit, obtinere illas, ac tum de ædificio inchoando cogitare. Tunc Martyr: *Noſtrum*, inquit, *eſt ſollicitius agere; ſeu potius Dei, Reliquias tibi ſubminiſtrare: tuum vero præparare diligenter ædem ſacram. Quapropter obſecro, Pater, ne cuncteris in opere; ſed cura, ut quamprimum illud perducas ad finem. Cito enim advenient Reliquiæ.* Atque hæc dicens, detraxit digito anulum, deditque Presbytero, & ait: *Dominus teſtis ſit inter me & te, quia brevi tibi providebitur de Reliquiis.* indicans ſcilicet vel alium ſe miſſurum, vel ipſummet venturum. Feſtinabat enim certaminis ſui curſum abſolvere. Talia autem cum commendaſſet, deceſſit ex partibus illis, venitque in urbem, ubi repe-rit velut a terræ motu everſa omnia.

ſibi locum pro SS. Reliquiis parari.

Futurum prædicit.

XIII. Virgines ſeptem erant, a prima ætate exercitatæ ad virtutem, doctæque præ cunctis æſtimare continentiam, & Dei timorem ante oculos habere. Has cum tyrannus comprehendiſſet, multiſque illas tormentis non potuiſſet ad impietatem traducere; laſcivis adoleſcentibus denique tradi violandas juſſit, ira exæſtuans, & religioni facere injuriam volens. Cum ergo miſſæ eſſent ad juvenes quoſdam, turpem injuriam, ut dicebatur, paſſuræ, ingemiſcentes profunde, manuſque cum oculis tollentes in cælum: *Domine*, inquiebant, *Jeſu Chriſte, quamdiu in noſtra fuit poteſtate cuſtodire virginitatem illibatam, noſti quam diligenter id fecerimus uſque in diem hodiernum. Nunc vero impudici adoleſcentes poteſtatem in corpora noſtra acceperunt.* Hæc & his ſimilia cum ſupplicantes dicerent & lacrymarentur, ſeniorem ipſarum, TECUSAM nomine, in partem traxit eorum unus, qui ceteris videbatur impudentior. Ipſa vero flens & pedes ejus tenens: *Quodnam*, inquit, *o fili, ex me tibi lucrum, aut quæ voluptas eſſe poterit commiſceri corporibus, ſenio, jejunio, morbo, eruciatuque, ut vides, conſumtis?* Jam enim ſeptuageſimum ſupergrediebatur annum, & reliquæ haud minoris ferme ætatis erant. *Indecens omnino vobis eſt amare carnem, ut ſic dixerim, mortuam, quam*

Virgines ſeptem ad ſtuprum traditæ.

mox

2 Notat Papebrochius hunc Presbyterum in Joſephi hymno Ode 7. appellari *Phrontonem*.

3 Ancyra quippe Galatiæ metropolis erat.

*mox videbitis a feris avibuſque diſcerpi. Jam enim Præſes ſtatuit, nec ſepulcro quidem nos dignari. Quin potius accipite pro nobis Dominum Jeſum Chriſtum, magnas vobis gratias redditurum.* Sic illa cum lacrymis affata juvenem, & velum raptim diſcerpens, oſtendebat ei capitis ſui canitiem: *Et has*, inquit, *reverere, fili. nam & tu forſitan matrem jam canam habes. Ea pro nobis deprecatrix veniat, ſive adhuc ſupereſt, ſive jam obiit. Et nobis quidem miſeris reliquæ lacrymas; tibi vero ſpem habe retribuendæ a Salvatore noſtro Jeſu Chriſto gratiæ. nec enim vana eſt ſpes in ipſo collocata.* Talia cum diceret Tecuſa, ſtatim adoleſcentes, poſito libidinis æſtu, ſoluti etiam ipſi in lacrymas, virginibuſque compatientes, abierunt.

XIV. Audiens autem Theotecnus quod conſtupratæ non eſſent, noluit amplius inhoneſtæ voluptatis cauſa eis eſſe moleſtus; ſed juſſit eas fieri Dianæ atque Minervæ ſacerdotes, ut quotannis juxta morem lavarent earum ſimulacra in vicino lacu. Recurrebat vero tunc ipſa lavandorum idolorum anniverſaria dies. *Ad lacum deductæ.* Cum ergo oporteret eorum ſingula vehiculis imponi, juſſit etiam ipſas ad paludem duci, eodem quo idola modo lavandas. Vehebant ergo illas, nudatis corporibus rectas ſtantes in curribus, ad verecundiam irriſionemque. Poſt ipſas vero vehebantur & idola: ſimul etiam egrediebatur multitudo univerſæ civitatis, ad ſpectaculum futurum. Inter hæc audire erat & videre tibiarum ac cymbalorum ſonum, choreaſque mulierum ſolutis crinibus mænadum[4] inſtar bacchantium. Multus autem excitabatur ſtrepitus pedum terram plaudentium, & muſicorum inſtrumentorum concrepatio, itaque vehebantur ſimulacra. Et propterea quidem magna populi turba concurrebat, major tamen propter Virginum paſſionem; quarum alii ſenium miſerebantur, quidam admirabantur conſtantiam, nonnulli laudabant modeſtiam; omnes vero conſpiciendo illas confectas plagis lacrymabantur. Egreſſus etiam cum illis ibat viperinum germen præſes Theotecnus.

XV. Interim Dei martyr Theodotus in magna verſabatur ſollicitudine *Pro eis orant Theodotus.* pro unaquaque ſanctarum Virginum, metuens ne qua earum, ſicut de feminis formidari poterat, deficeret in certamine. Multis igitur precibus exorabat Deum, ut illas in agone juvaret. Ad hoc vero ſe concluſerat in parva domuncula prope confeſſionem[5] Patriarcharum, quæ pauperis cujuſdam erat, Theocharidis nomine; una cum Polychronio, qui erat nepos Tecuſæ martyris; & Theodoto juniore, ex ipſius cognata progenito, aliiſque nonnullis Chriſtianis, intra eamdem cellulam congregatis. Jacuerant autem ſimul omnes *Martyrium conſummant.* in oratione a primo mane uſque ad horam ſextam, quando Theocharidis uxor nuntiavit virginum corpora in lacu ſubmerſa eſſe. Ad hanc denuntiationem nonnihil a pavimento ſe attollens Juſtus, & adhuc genibus flexus, in cælum manus extendit, & copioſo lacrymarum perfuſus imbre: *Gratias*, inquit, *tibi ago, Domine, quod fletum meum hunc nolueris eſſe inutilem.* Tum quæſivit ex muliere quomodo in profundum actæ virgines eſſent, & qua parte laci; in medione, an juxta crepidinem. Illa vero, quæ ſimul cum aliis mulieribus egreſſa præſens in loco fuerat, ſic ait: Multa ſuadens, multa etiam promittens Theotecnus fruſtra fuit, Tecuſa ipſum injurioſis verbis repellente. Sacerdotes quoque Dianæ & Minervæ, coronam veſtemque albam illis offerentes, ut quæ ſecum dæmonibus miniſtrare deberent, rejectæ ſimiliter cum improperiis ſunt. Juſſit ergo Præſes lapides earum illigari collis, navigioque parvo impoſitas eo devehi, ubi profundior lacus erat; itaque injectæ in

[4] Mænades ſeu Bacchæ erant mulieres inſanientium ritu Bacchi orgia celebrantes: ſic dictæ a Græco μαίνεσθαι, inſanire.

[5] Μαρτύριον, quo nomine oratorium in Martyrum honorem extructum ſolebat intelligi. De martyrio, memoria, baſilica, oratorio & confeſſione videtis Baron. in notis ad Martyrol. Rom. die 6. Julii; de titulis vero diebus 26. Julii & 5. Auguſti.

in aquas ſunt ad ſpatium duorum jugerum a ripa.

XVI. His auditis ibidem uſque ad veſperam ſe continuit Martyr, una cum Polychronio atque Theocharide, conſultans, qua ratione poſſent corpora educi e lacu. Sub occaſum vero ſolis adfuit conſultantibus adoleſcens ut ſignificaret, quod Theotecnus juſſerit ad lacum permanere milites, cuſtodes corporum futuros. Tum vero magno mærore correptus fuit Sanctus. Apparebat enim perquam difficulter recipienda eſſe ſacra corpora, tum propter cuſtodientes ea milites, tum propter lapidum gravitatem, quorum ſingulos ægre plauſtrum moviſſet. Veſpere porro facto, qui cum Theodoto erant ibi manſerunt; ipſe vero progreſſus ad Patriarcharum confeſſionem, cum obſtructam illam ab impiis reperiſſet, ne quis Chriſtianorum illuc poſſet ingredi, foris juxta concham ſe projecit in orationem, aliquamdiu ſic perſeverans. Inde vero progreſſus abiit ad confeſſionem Patrum: & hanc quoque obſtructam inveniens, ibidem in oratione procubuit. Deinde magnum poſt ſe ſtrepitum audiens, & credens aliquos ſibi imminere, divertit ad Theocharidis habitaculum. Ibi cum aliquantulum obdormiſſet, apparuit ei beata Tecuſa dicens: *Dormis, fili Theodote, & nulla te noſtri cura tangit? Neque meminiſti adhortationum, quibus te juniorem inſtruxi, ac præter opinionem parentum ad virtutem manu duxi? Et tu quidem viventem numquam negligebas, ſed colebas ut matrem: nunc vero poſtquam obii, oblitus es quod uſque in finem mihi miniſtrare debebas. Ne obſecro ſinas noſtra corpora ſub aquis laci fieri eſcam piſcium. nam & poſt duos dies magnum te exſpectat certamen. Surgens igitur accede ad paludem, verum cave tibi a proditore.* Atque hæc dicens, receſſit.

*Ad corpora ſepelienda incitatur.*

XVII. Tunc exſurgens a ſomno, oblatam ſibi viſionem expoſuit fratribus, qui omnes ei compatiebantur, & cum lacrymis orabant Deum, ut ipſi vellet ad invenienda corpora eſſe adjutor. Cumque illuxiſſet, juvenem illum qui primo annuntiaverat milites paludi appoſitos manere ad cuſtodiam corporum, (erat enim Chriſtianus & ipſe) eumdem cum Theocharide miſerunt accuratius exploraturum, quid eſſet de militibus, receſſiſſe illos ſuſpicati propter feſtivitatem Dianæ, quam eo die celebrabant impii. Euntes ergo Theocharides & Glycerius, (hoc enim juveni nomen erat) renuntiaverunt adhuc eos perſtare in cuſtodia. Continuerunt ergo ſeſe etiam die iſta. Veſpere autem facto egreſſi ſunt verſus paludem jejuni, acutas ſecum falces deferentes, cum quibus ingreſſi in aquam præſcinderent funes demerſarum collo innexos. Tenebræ autem profundæ erant, eo quod neque luna, neque ſtellæ conſpicerentur. Cum vero perveniſſent ad locum in quo ſolent rei cruciari, locum horribilem, & quem nemo poſt ſolis occaſum audebat intrare, (quia iſtic præciſa capita, aut contis infixa ſtabant, aut diſperſa jacebant igne combuſta,) horrore non modico correpti etiam ipſi ſunt: ſed vocem audiverunt dicentem: FIDENTER ACCEDE, THEODOTE. Rurſum ergo perterrefacti, Crucis [g] ſignum ſuæ quiſque impreſſit fronti, & mox apparuit eis Crux illuſtris, quæ videbatur ex parte orientali radium ignitum emittere: ad quam apparitionem mixtus gaudio timor fuit, & genibus flexis adoraverunt verſus locum unde Crux apparebat.

*Viſio crucis.*

XVIII. Completa oratione ſurgentes, denuo ingreſſi ſunt viam: ſed propter ingentem noctis obſcuritatem alter alterum non videbant. Huic autem incommodo accedebat vehemens imber, unde multum ubique exſiſtebat lutum, quod lubricos eis greſſus faciebat, ægreque ſinebat proferre veſtigium ad viam proſequendam: adeo ut inter tene-

[g] Antiquiſſimum eſſe morem Chriſtianis aliquo timore correptis frontem cruce ſignare, jam obſervavimus pag. 241. Signo Crucis fugatos eſſe dæmones & ſacra profana turbata obſervat Lactantius lib. 4. Inſtitutionum cap. 27. & de mortibus Perſecutorum cap. 10.

tenebras haud minor labor eſſet quam timor. Subſtiterunt igitur rurſus ad orandum, auxilium in hac neceſſitate *Alia viſio.* poſtulantes a Deo. Subito autem apparuit eis ignita lampas viam præmonſtrans: apparuerunt etiam viri duo ſplendidas induti veſtes, capillo ac barba „ cani, atque dicentes: Confide Theo„ dote. Dominus enim Jeſus Chriſtus „ nomen tuum inter Martyres deſcri„ pſit, audiens orationem tuam, quam „ effudiſti cum lacrymis pro inventio„ ne ſanctorum corporum. Miſſi au„ tem ſumus ab illo, ut ſuſcipiamus „ te; & ſumus ii qui dicuntur PA„ TRES: Veniens porro ad paludem, „ videbis ſanctum SOSANDRUM ar„ matum, qui cuſtodibus formidinem „ incutit: ſed non debebas tecum ad„ ducere proditorem.

*Martyrum corpora ſepeliuntur* XIX. Sequentes ergo lumen quod apparebat ſibi, venerunt ad paludem, eoque uſi ſunt uſque dum ſacra lipſana abſtulerunt. quod hoc modo peractum. Facta ſunt fulmina multa, tonitrua & imbres: ventus autem tam vehemens irruit, ut corporum cuſtodes fugam elegerint. Fugerunt autem non ſolum propter tempeſtatem, ſed etiam propter viſionem qua terrebantur, cernentes virum procerum armatumque clypeo, thorace, galea & haſta, ex quibus undique abſiſtebat ignis. Hic vero erat ſanctus & glorioſus martyr Soſander, cujus aſpectu conterriti, ad vicina confugerunt tuguriola. Aqua vero, ventorum impetu in alterum propulſa litus, uſque eo receſſerat, ut fundus appareret ſiccus, & Virginum corpora conſpicerentur: quibus innexos funes præciderunt falcibus, effetenteſque impoſuerunt jumentis, atque vexerunt ad ædem Patriarcharum, ſepelientes ea in vicino monumento. Virginum autem nomina hæc ſunt: TECUSA, ALEXANDRA, PHAINE. Et has tres Apotactitas[y] dicunt eſſe ſuas, ſicuti revera ſunt.

CLAUDIA, EUPHRASIA, MATRONA & JULITTA[z].

XX. Facta die, civitas univerſa æſtuare cœpit, propter raptum ſacrorum corporum: cunctis enim eum ſubito manifeſtavit fama. Itaque mox ac Chriſtianus aliquis conſpiciebatur, trahebatur in quæſtionem. Multis autem ſic comprehenſis, & tamquam per ferarum agreſtium dentes diſcerpendis, res innotuit Sancto. qui ſe ipſum tradere volens, prohibitus eſt a fratribus. Polychronius autem, mutato habitu ſe *Polychronius apoſtata.* transformans in ruſticum, in forum abiit ad veritatem totam certius explorandam. Sed mox comprehenſus ab aliquibus, adductuſque ad Præſidem, qui cum plagis multato mortem inſuper minaretur, ſtrictum intentando gladium, terrori ceſſit, faſſus de reliquiis Virginum, quodque eas de lacu tuliſſet Theodotus, & locum ubi eas abdiderat indicavit. Accipientes ergo ſancta corpora ex ſepulcris, combuſſerunt illa. Tunc cognovimus proditorem eſſe Polychronium: deque eo locutos qui apparuerant, cum dicerent: CAVE PRODITOREM. Aliqui autem Martyri renuntiaverunt de Polychronio, & Virginum reliquias combuſtas fuiſſe.

XXI. Tunc glorioſus Chriſti mar- *Theodotus ſe ad martyrium præparat.* tyr Theodotus valedicens fratribus, jubenſque ne ab oratione ceſſarent, ſed Deum orarent ut corona ipſi obtingeret; præparavit ſe ad verbera ſuſtinenda. Simul igitur perſtiterunt in oratione cum Martyre, qui prolixe precatus tandem ait: *Domine Jeſu Chriſte, ſpes deſperatorum, da mihi certaminis curſum perficere, & ſanguinis effuſionem pro ſacrificio & libatione offerre, omnium eorum cauſa qui propter te affliguntur. Alleva onus eorum, & compeſce tempeſtatem, ut requie & profunda tranquillitate potiantur omnes qui in te credunt.* Hæc illo cum lacrymis petorante, exortus eſt planctus magnus inter fra-

y Apotactitas ſeu Renuntiantes dictos fuiſſe putat Papebrochius, qui ſuis facultatibus renuntiantes Apoſtolicam vitam ſectabantur. Id vero quod ex conſilio tunc fiebat, nonnulli poſtea tamquam ex præcepto evangelico obſervari voluerunt. unde ſimul cum Encratitis ſeu Abſtinentibus a Theodoſio M. vetiti ſunt conventicula habere, Lege 7. de Hæreticis. Julianus apoſtata Monachos ſolebat *Apotactitas* appellare. Vide Tillemont in notis ad horum SS. acta tom 5. pag. 661.

z In Menologio Baſilii imperatoris & aliis quibuſdam vocatur *Julia*.

fratres, amplectentes eum atque dicentes: Vale, o ſuaviſſimum lumen Eccleſiæ Theodute. Te quidem, poſtquam ab bis ærumnis emigraveris, cæleſtia excipient luminaria, Angelorumque & Archangelorum gloria diverſimoda, & Spiritus ſancti incommutabilis claritas, ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus reſidens ad Patris ſui dexteram. Horum enim bonorum cauſa tibi erit glorioſum ac magnum quod inſtat certamen: nobis vero in ambiguo remaoentibus tuus ex vita diſceſſus aliod non parit quam luctum, plaoctum, gemitumque. Sic lamentantibus illis, ſingulos amplexus eſt Sanctus, monuitque ut quando veoiret Papa ᵃ beatus Fronto, ex Malo ferens ſecum anulum, darent ei reliquias ſuas, ſiquidem eas potuerint ſuffurari. Atque hæc dicens, totumque corpus ſuum ſigno Crucis muniens, io ſtadium proceſſit animo imperterrito.

XXII. Eunti autem illi occurrerunt duo ex civibus, jubentes quantocius retro abire, & diceotes: Salva temetipſum. Erant enim noti atque amici Martyris, putabantque gratiam ei præſtare: Quia, inquiebant, ſacerdotes Minervæ & Dianæ cum turba populari accuſant te apud Præſidem, quod omnibus Chriſtianis diſſuadeas ne ſaxa inanima adoreot; & alia multa adverſum te loquuntur: & Polychronius reum te agit ſubductorum furtim corporum. Dum igitur adhuc tempus eſt, ſalva te ipſum, Theodote. Stultitia enim foret ultro te tradere ad tormenta. Quibus Martyr: *Si putatis vos amicos meos eſſe, & gratiam vultis facere, nolite mibi moleſtiam faceſſere, & ſtudium meum accuſare; ſed potius ite ad Magiſtratus, & dicite: Theodotus, quem ſacerdotes cum tota civitate accuſant, ante fores adſtat.* Et hæc dicens anteceſſit, eos, ſeque accuſatoribus ſuis ſtitit. Ingreſſus vero ad tribunal ſtabat intrepidus, vultuque ſubrideoti præparata intuebatur tormenta. Erat enim ibi accenſus focus, & lebetes ferventes, rotæque, & alia plura cruciatuum inſtrumenta expoſita: ad quorum omnium conſpectum adeo nihil exhorreſcebat Martyr, ut animi conſtantiam etiam vultus bilaritas demonſtraret.

*Ultro ſe coram Præſide ſiſtit.*

*Qui eum blanditiis tentat.*

XXIII. Sic adſtantem conſpiciens Theotecnus: Nihil propoſitorum ſuppliciorum, inquit, experieris, ſi perſuaderi tibi ſinas ut ſapere velis, atque ſacrifices; eriſque liber ab omnibus criminibus quæ civitas univerſa, & ſacerdotes de te nobis annuntiarunt: quio etiam noſtra præ aliis frueris amicitia, & victorioſiſſimis Imperatoribus carus evades, dignuſque habeberis quem & ſuis ipſi dignentur litteris, quique ipſis, cum res ita tulerit, ſcribas. Tantum ejura Jeſum, quem qui ante nos fuit Pilatus, in Judæa crucifixit. Ergo ſtatue apud te ſapienter agere. Videris enim præferre ſpeciem hominis experti. Sapieotis autem eſt omoia agere conſiderate ac provide. Recede igitur, Theodote, ab omni ſtultitia, & alios Chriſtianos abduc a dementia. Ita faciens, toti urbi dominaberis, factus ſacerdos Apollinis, omnium deorum maximi, propter magna quæ confert in homines beneficia prædicendo futura ſuis oraculis, & medicinæ arte curando morborum infirmitates. Per te enim ordinabuntur ſacerdotes, per te fient promotiones dignitatum, per te ſupplicabitur magiſtratibus pro patria & legationes pro communibus cauſis ad Imperatores deferentur; affluentque tibi cum virtute divitiæ, clientelæ generis, & honores magni cum gloriæ claritate. Quod ſi poſſeſſiones cupias, tibique gratum ſit eas habere; ecce paratum me ad eas tradendas. Hæc dicente Præſide, gratulationes multæ audiebantur a vulgo, beatificante Theodotum, ſuadente ut oblata munera acceptaret.

XXIV. Interim Theotecno Martyr

ᵃ Jam obſervavit noſter Mabillonius in Acta SS. Mammarii, & aliorum Martyrum Africanorum tom. 9 Analect. Papæ ſeu Popali nomen Presbyteris etiam tributum fuiſſe. Græcum hic habet ὁ Παπᾶς, quo nomine donatur Antonius presbyter in Actis SS. Juliani & Baſiliſſæ in vetuſtiſſimo Lectionario Luxovienſi.

tyr hunc in modum reſpoodit: *Primum banc gratiam peto a Domino meo Jeſu Chriſto quem modo contemtim appellaſti ut bominem vulgarem, ut errorem circa deos confutare poſſim, & Domini mei Jeſu Chriſti miracula, Incarnationiſque myſteria paucis complecti. Neceſſe eſt ergo, Theotecne, ut meam in ipſum fidem opere & verbo comprobem per multos teſtes. Nam quod ad deorum tuorum facta attinet; turpe eſt eloqui. dicam tamen ad veſtram confuſionem. Is quem Jovem appellatis & deorum omnium maximum creditis eſſe, in mulierum puerorumque contumeliam eo proceſſit, ut malorum omnium ipſe principium & finis ſit. Orpheus enim poeta veſter ait, quod Jupiter Saturnum proprium patrem occidit, uxoremque habuit propriam matrem Rheam, unde genita eſt Perſephone, quam etiam adamavit. Habuit deinde etiam ſororem ſuam Junonem; ſicuti & Apollo, qui ſororem ſuam Dianam conſtupravit in Delo ante aram. Similiter Mars inſanivit in Venerem, Vulcanus in Minervam, germani utique in germanas. Viden, Proconſul* [10], *quanta ſit in diis veſtris turpitudo? Numquid non leges punirent eum qui talia patraſſet? Interim vos in hujuſmodi veſtrorum deorum laſcivia gloriamini, neque erubeſcitis adorando puerorum corruptores, adulteros, veneficos. Hæc enim poetæ dixerunt velut jactabundi.*

*Ipſe deorum turpitudinem oſtendit.*

XXV. *E contra de virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti ejuſque miraculis, deque myſterio Incarnationis ejus, multa quidem tam Prophetæ quam viri ſpirituales prædixerunt; ſed quæ palam fateri nemo erubeſcat, caſta omnia: teſtificantes quomodo noviſſimis temporibus de cælis inter homines apparuit, cum admirandis prodigiis & miraculis ineffabilibus, infirmantium ſanans morbos, & homines regno cælorum dignos efficiens. De Incarnatione vero ipſius accurate ſcripſerunt Prophetæ, deque morte & paſſione ipſius, ac reſurrectione a mortuis: quorum teſtes Chaldæi ac Magi, Perſarumque ſapientiſſimi, aſtrorum motu ducti, & tempus nativitatis ejus ſecundum carnem agnoverunt, & primi agnito a ſe DEO ut DEO munera obtulerunt. Multa autem atque ſtupenda miracula fecit. Primum enim aquam commutavit in vinum: & quinque panibus ac duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiavit in deſerto; & infirmos verbo ſanavit, & ſupra mare velut ſuper aridam ambulavit. Ejus quoque dominatum agnovit natura ignis, & mandato ejus reſuſcitati ſunt mortui, & a nativitate cæcis lumen ſolo verbo affulſit. Claudos celerrime fecit ambulare, & a diebus quatuor tumulatos revocavit ad vitam. Quis autem poſſit exſequi verbis omnia quæ fecit ſigna & prodigia, quibuſque probatus eſt Deus eſſe, non autem aliquis homo vulgaris?*

*Prophetiis & miraculis.*

*Chriſti divinitatem probant.*

XXVI. Talia cum diceret Martyr, commota eſt univerſa multitudo idololatrarum, inſtar maris a veoto vehementi concuſſi; ſacerdotibus veſtes lacerantibus, comas ſpargentibus, coronas diſcerpentibus; populo autem vociferante, ipſumque Proconſulem [11] Theotecnum accuſante, quod oon ageret ex jure cum homine, verberum & mortis reo, clementiam deorum palam blaſphemante, & rhetoricam artem adeo impudenter oſtentante: quem oportebat ſtatim in equuleum tolli & diis debitas pœnas dare. Hioc ergo magis exacerbatus Theotecnus iraque exæſtuans, mandavit ſatellitibus, ut ſtatim Sanctum attollerent in lignum: immo ipſemet deſilivit ex throno præ furore, volens per ſemetipſum torquere Saoctum. Cumque multitudo populi tumultuaretur, & carnifices ungulas expedirent, vociferantibuſque præcooibus cooſuſa exſiſteret vociferatio; ſolus athleta adſtabat tranquilla mente, quaſi non cootra ipſum, ſed contra alium quemvis, ejuſmodi æſtus commotus foret.

*Furentibus adverſus eum gentilibus.*

XXVII. Exinde nullum feralium inſtrumentorum genus permiſſum eſt

*Varie cruciatur.*

otio-

10 Græce 'Υπατικὸ, id eſt Conſularis; atque ita etiam numero 15.

11 Græcum ἡγεμόνα, quo nomine, ut jam obſervavimus pag. 52. quilibet provinciæ Rector deſignari poteſt.

otioſum, non ignis, non ferrum, non ungulæ: ſed alii aliunde irruentes, veſtimentaque detrahentes, in equuleum levaverunt hominem; diviſique in partes, latera ejus lacerabant ungulis, quantum unuſquiſque valebat, labori non parcens. Martyr vero læto ac ſubridenti vultu intuebatur percutientes, & ſine conturbatione ulla ſuſcipiebat ſenſum tormentorum, neque vultum contorquens, neque ſævitiam tyranni declinans. Habebat enim adjuvantem ſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, uſque dum verberantes laſſarentur. Et his quidem deficientibus ſuccedebant alii. Pugil autem invictus, corpus ſuum, tamquam alienum tradiderat carnificibus, mentem habens fixam in Dominum univerſorum. Tunc juſſit Theotecnus fortiſſimum acetum infundi lateribus ejus, & lampades flammantes admoveri. Cumque aceto compunctus Sanctus, atque ab aduſtis laterum carnibus nidorem ſentiens, nonnihil avertiſſet nares, de throno confeſtim ſuo deſiliens Theotecnus: Ubi nunc, inquit, Theodote, verborum tuorum generoſitas? Video enim tantum non victum te tormentis cedere. Profecto ſi deos non blaſphemaſſes, & poteſtatis eorum robur adorares, non contigiſſent te tormenta iſta. Suaſerim ego tibi, ut, caupo cum ſis & conditione vilis, ejuſmodi amplius non loquaris contra Imperatores, quibus jus in ſanguinem tuum eſt. Cui Martyr: *Nihil te commoveat, Proconſul, quod videris me, ſentiendo nidorem laterum meorum, contorſiſſe nares: ſed jube potius ut ſatellites tui exſequantur mandata. Conſpicio enim remiſſius eos agere. Tu vero tormenta excogita & novarum adinventiones machinarum, ut fortitudinem meam experiaris: quin potius agnoſce Dominum Jeſum adjuvantem me, per quem te velut mancipium contemno, & impios tuos Imperatores deſpicio. Tantos animos dat mihi Chriſtus Dominus. Quod ſi nocentem me comprehendiſſes, haberet in me locum timor: nunc vero non formido minas tuas, pro Chriſti fide quidlibet pati paratus.* Hæc loquentis maxillas juſſit Theotecnus ſaxis pullari, & dentes excuti. E contra vero Martyr: *Etiamſi linguam mihi excideris, Theotecne, & omnia vocis organa, Deus tamen etiam tacentes Chriſtianos exaudit.*

*Inſultantem irridens refellit.*

XXVIII. Tandem feſſis laniando corpus lictoribus, mandavit Præſes, ex ligno depoſitum claudi carcere, in alium quæſtionem reſervatum. Ipſe vero cum per medium duceretur forum, toto conciſus corpore ipſiſque vulneribus victoriam oſtentans; concurrentes undique ad ſpectaculum cives invitabat, ad cognoſcendam ex iis quæ paſſus erat, Chriſti potentiam. *Videte*, inquiens, *univerſi, quam admirabilis Chriſti ſit virtus; & quomodo iis qui ejus cauſa ſe tormentis exponunt, largiatur impaſſibilitatem, atque corpoream infirmitatem efficit igne valentiorem, facitque generis infimi homines minas Principum flocci pendere, & edicta Imperatorum contra pietatem lata. Et quidem citra perſonarum acceptionem Dominus univerſorum univerſis præſtat ejuſmodi gratiam, ignobilibus, ſervis, liberis, barbaris.* Sic perorans & inflictarum ſibi plagarum oſtentans veſtigia; *Convenit*, inquit, *credentibus in Chriſtum hujuſmodi ſacrificia* [12] *ei offerre, qualia ego obtuli; quandoquidem prior ipſe pro unoquoque noſtrum ſic paſſus ſit.*

*In carcerem ducitur.*

XXIX. Exinde tranſierunt dies quinque, quando Theotecnus urbe media & ſpectabili loco juſſit auditorium ſibi exſtrui, & ſatellitibus mandavit eo adducere Martyrem. quod mox factum eſt quam diligentiſſime. Advenientem autem ſic affatus eſt: Accede ad nos propius, Theodote. intelligo enim te, eruditum iis quæ ante facta ſunt, meliorem nunc eſſe, & priorem ſuperbiam dimiſiſſe. Profecto contra rationem omnem tantos in te cruciatus

*Iterum ad judicem productus minas contemnit.*

12 Acta S. Criſpinæ infra num. 3. *Nec ſacrifico niſi uni Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto.* Et ſanctus Mammarius in Actis jam laudatis: *Domino Jeſu Chriſto ſacrificamus &c.*

tus attraxiſti, etiam invitis nobis. Nunc ergo abjecta feritate & pervicacia, agnoſce dominatum omnipotentium deorum, ut noſtris perfruaris muneribus, quæ antebac promiſi tibi, & etiam nunc paratus ſum exhibere ſacrificanti diis. Diſpice quid expediat tibi. Alias enim vides paratum tibi ignem, exacutum ferrum, ferarum rictus ad lanienam hiantes. quæ ſi volueris experiri, priora tormenta non niſi umbræ ad hæc poſteriora videbuntur. Ad quæ Martyr nihil formidans: *Ecquid*, inquit, *o Theotecne, adeo grande contra me excogitabis quod poſſit reſiſtere poteſtati Domini mei Jeſu Chriſti? Quamvis autem corpus meum totum ſit prioribus plagis diſſolutum, ut vides; novam tamen roboris mei experientiam ſume, diverſaque tormenta membris meis admove, ut videas quam valida ſint ad tolerantiam, quæ modo diſſipata videbantur.*

*Torquetur.* XXX. Tunc iterum juſſit Theotecnus ſanctum applicare ad lignum: & utrimque adſtantes lictores, tamquam feræ cœperunt priorum vulnerum loca ſcrutari, & ungulas quam profundiſſime lateribus infigere. Interim glorioſus Martyr, voce magna fidem confitebatur. Videns ergo Præſes ſe fruſtra laborare, & fatigatos tortores deficere; depoſitum de ligno juſſit ſupra ignitas teſtulas collocari. quibus etiam interiora corporis penetrantibus graviſſimum dolorem ſentiens Theodotus, oravit dicens: *Domine Jeſu Chriſte, ſpes deſperatorum, exaudi orationem meam, & cruciatum hunc mitiga; quia propter nomen ſanctum tuum iſta patior.* Senſit ergo Theotecnus etiam teſtularum experimentum ad ſuam voluntatem nihil prodeſſe: rurſumque mandavit in equuleo appendi ſublatum, ac denuo priores plagas ſulcari. Sed nullum corporis ſui ſenſum oſtendebat Martyr, videbanturque lictores ei joco potius quam ſerio agere. Sola autem lingua ejus permanebat illæſa glorificans Deum, quam ei ſervare ad negandum volebant impii, neſcientes quod hanc ei potius ad confirmandam veritatem relinquerent.

XXXI. Tandem cernens Theotecnus, neque ſufficere ad novos cruciatus excogitandos, neque tortores jam prorſus exhauſtos quidquam amplius poſſe, Martyrem vero in propoſito firmiorem; tulit in eum ſententiam dicens: Thedotum protectorem Galilæorum [13], deorum vero hoſtem, invictorum Imperatorum mandatis non parentem, neque etiam contemnentem, poteſtas noſtra jubet gladii ſubire pœnam; & decollati corpus igne comburi, ne illud nacti Chriſtiani ſepeliant. *Sententia in ipſum lata.* Lata ſententia, exiit cum Martyre multitudo univerſa virorum atque mulierum, finem videre cupiens. Cumque ad locum perveniſſent, orare cœpit Martyr in hæc verba: *Domine Jeſu Chriſte, cæli terræque conditor, qui non derelinquis ſperantes in te, gratias tibi ago, quia feciſti me dignum cæleſtis tuæ urbis civem, tuique regni conſortem. Gratias tibi ago, quia donaſti mihi draconem vincere, & caput ejus conterere. Da requiem ſervis tuis, atque in me ſiſte violentiam inimicorum. Da Eccleſiæ tuæ pacem, eruens eam a tyrannide diaboli.* *Chriſtus omnium conditor.* Cumque orationem finiens adjunxiſſet, Amen, converſus vidit fratres flentes, & dixit: *Nolite lugere, fratres, ſed glorificate Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui fecit ut perficerem curſum meum, & inimicum ſuperarem. Deinceps enim in cælis cum fiducia pro vobis Deum deprecabor.* Et hoc dicto, gaudens excepit gladium. *Gladio percutitur.*

XXXII. Tum vero pyra ingenti conſtructa, cadaver ſancti Martyris in ipſam conjecere lictores, multam materiam circumponentes. Sed quadam Dei hominibus conſulentis providentia ſubito apparuit ſupra pyram lumen circumquaque refulgens, ita ut nemo eorum qui ignem ſuccenſuri erant,

13 Vox rarius uſurpata ad deſignandos Chriſtianos ante Juliani tempora, quamvis eos prioribus ſæculis cum Judæis gentiles confunderent: certum eſt tamen, uti etiam obſervavit Dodwellus in Diſſ. ex Cyprianica n. 2. *Galilæi* nomen longe ante hujus Imperatoris tempora Chriſtianis tributum fuiſſe. & quidem autor Philopatridis & Celſus Chriſtianorum hoſtes infenſiſſimi ſic eos appellarunt.

crant, accedere auderet; atque ita ſacrum corpus intra pyram illæſum manſit, Nuntiantibus autem id Tbeotecno famulis ſuis, juſſit eos iſtic manere, in loco ubi poſitum erat caput, & cadaver cuſtodire. Manſerunt igitur ibi milites, ſicuti ſibi mandatum fuerat, ad cuſtodiam. Advenit autem eodem, juxta condictum, ex vico Malo presbyter Fronto, ferens anulum ſancti Martyris, quem dederat ei reliquiarum cauſa, habeos etiam ſecum jumentum vino veteri onuſtum. Agriculturam eoim exercet egregius iſte vir, Accedens ergo ad urbem circa veſperam, ex Dei providentis voluntate, procubuit aſioa ſupra locum ubi jacebat corpus ſancti Martyris. quod videntes cuſtodes, accurreruot dixeruotque Presbytero: Quo pergis, hoſpes, proſuoda jam veſpera? quio tu potins venis, & maoes nobiſcum, ubi aſina tua large paſcetur? Ecce enim copioſum adeſt gramen, & ſi in ſata eam velis immittere, nemo eſt qui prohibeat. Tibi vero tolerabilius eſt nobiſcum manere, quam cauponaria inurbanitate vexari,

*Corpus mire ſervatum.*

XXXIII. Ergo aſioam a via deflectens Presbyter, in ruguriuin ingreſſus eſt, quod illi pro ſe ſtruxerant die præcedenti, crectos ſalicum ramos extrorſum vincientes contortis calamis. Jacebat autem juxta tugurium cadaver Martyris, ramis ſuperinjectis fœnoque opertum. Erat autem etiam ignis prope accenſus & cœna parata. Tum eorum primi, reverſi a lavacro ad tugurium, cœperunt bibere, incumbeotes tapetiis ſuper humum fœnumque explicatis. Invitabant autem etiam Presbyterum ad bibendum ſecum. Ille vero poſtulans poculum exoneravit aſinam; illudque proprio ſuo vino impleos, inquit: Guſtate & experimini quale hoc vinum ſit. Fortaſſis enim non malum vobis videbitur. Ita locutus modeſteque ſubridens, plenum vino poculum eis tradidit: cujus illi odorem ſaporemque admirati, interrogant ſenem quot annorum ſit. Aſſerente autem Presbytero, aonorum eſſe quinque; Sine, inquiunt, bibamus cito, magna enim ſiti laboramus. Presbyter autem ait: Hilariter ſumite, quantum bibere poteſtis. Cui adoleſcentium unus, nomine Metrodorus, arrideos reſpondit: Numquam potero in omni vita mea obliviſci, nequidem ſi potum illum ſumſero, quem Letbes dicunt: quia Chriſtiani ſimul omoes ooo tales plagas acceperunt, quales ego nuper guſtavi propter mulieres ex palude ſubductas. Nunc autem largiter præbe, boſpes ex mero illo Maronio fundens, ut dolorum iſtorum bibam oblivionem. Tum Fronto: Neſcio quas mulieres dicas, adoleſcens, Maronis autem fontem prope eſſe ſcio. Tu vero, Metrodore, inquit alius cui nomeo Apollonius, vide ne iſtud Maronis, quod ais, poculnm, magnum tibi malum pariat, juſſo cuſtodire æreum illum hominem, qui modo memoratas a te mulieres ex palude furatus eſt.

*Presbyter Fronto.*

XXXIV. Ad hæc Presbyter: Peccavi ſane quod interpretem non adduxerim, qui mihi ſermonem veſtrum explicet. Nihil enim eorum hactenus quæ dicitis intelligo. Quænam mulieres illæ furto ſubductæ ex lacu, aut quis iſte æreus quem vos dicitis cuſtodire? an forte ſtatuam buc uſque adductam ſervatis? vel ænigmata loquimini, ut ruſticitatem meam babeatis ludibrio? Volebat reſpondere Metrodorus: ſed prævertit cum alius Glauceotius appellatus, atque ait: O hoſpes, oihil eorum quæ dicuntur a ſociis meis tibi mirum videatur. Virum enim æreum nominantes, nihil a vero alienum dicunt. Sive enim æreum, ſive ferreum dixeriot, ſcimus eum & ære, & ferro, & alia quavis natura meliorem ac firmiorem fuiſſe. ſiquidem æs & ferrum cedit igni, & arte laboratur; ipſe etiam quem vocant adamantem, induſtria & ingeoio ſuperatur: illi autem admotus ignis, ferrumque & ungulæ nibil profecerunt. Necdum, inquit Presbyter, clare aſſequor quid velis, utrum ſcilicet de homioe loquamini, an de re alia quapiam. Cui Glaucentius;

Ægre,

Ægre, inquit, o hoſpes, naturam ejus tibi explicavero. Si enim hominem appellavero, nullus umquam homo ita certavit. Sciunt quidem omnes quod civis noſter ſit, cujus hic & domus, & genus, & poſſeſſiones ſunt: quod autem humanam non habuerit naturam, ipſis operibus manifeſte monſtravit. Etenim verberatus, & ſectus, atque per omnia membra uſtulatus igne, nullum ſe affligentibus verbum reponebat, ſed firmus in ſententia perſiſtebat in priori propoſito, ſicut rupes a fluctibus concuſſa manet undequaque immobilis. Nomen viro Theodotus erat, qui religione Chriſtianus, a propoſiti ſententia nullo potuit molimine dimoveri. Virgines ſeptem, in hac palude ſuffocatas juſſaſque ſub aquis permanere, clam ſuſtulit, ac ſepulturæ tradidit. Poſtquam autem didicit ideo Chriſtianos multos eſſe correptos, & Magiſtratibus ad ſupplicium traditos; veritus ne ſuam religionem abnegarent, ultro ſe Magiſtratibus manifeſtavit, ſuumque opus ſaſſus eſt, ne pro eo alii torquerentur. Quamvis autem Præſes ei polliceretur infinitas opes dignitateſque & honores, adeo ut etiam ſummum [14] Pontificatum ei deferret, ſi diis ſacrificans Chriſtianorum fidem ejuraret; ille tamen Magiſtratus irridens, deoſque afficiens contumelia, & Imperatorum leges contemnens, nec reſponſo quidem dignabatur Præſidem. Poſtquam autem verberatus fuit, & omnis generis tormenta ſuſtinuit, nihil ex plagis pati videbatur, ſicut & ipſe nobis verbis aſſirmabat. Illudebat enim percutientibus cum riſu, velut inertia diſſolutis; Præſidemque ut vile mancipium alloquebatur. Cumque laſſarentur qui eum cruciabant, ipſe velut plagis factus robuſtior, canebat hymnos; donec denique capite minutus, juſſus eſt igne comburi. Nos vero infelices iterum ejus cauſa cruciari metuimus. Etenim pyra incenſa, circum ignem facta ſunt miracula nullis verbis explicanda, vidimuſque lumen in circuitu magnum, neque flamma Theodotum attigit. Juſſi ergo fumus cuſtodire eum propter Chriſtianos. Et hæc dicens adoleſcens, monſtrabat Presbytero locum in quo jacebat cadaver.

*Theodoti martyrium diſcit.*

XXXV. Intelligens ergo Fronto ipſum eſſe ſanctum Theodotum, gratias agebat Deo, ipſiuſque bonitatem ſibi adeſſe petebat ad tollendum corpus. Gaudens autem, amplius & amplius eis offerebat de vino, atque ad liberalius ſumendum invitabat; uſque dum illi inebriati, & ſomno gravi correpti ſunt. Tum conſurgens Presbyter; & venerandum corpus tollens, impoſuit aſinæ ſuæ, & dixit: Euge, Martyr, adimple quas mihi feciſti promiſſiones. ſimulque anulum inſeruit ipſius digito. Deinde ramos ſœnumque, uti jacuerant ſupra ſanctum, ſic iterum compoſuit, ut cuſtodes non ſuſpicarentur aliquid eſſe ablatum. Illuceſcente autem die ſurgens Presbyter quærebat aſinam velut amiſſam, multumque excitabat ſtrepitum; complodens manus, ploranſque & dicens: Amiſi aſinam meam. Serio ergo credebant eum loqui cuſtodes, neſcientes quod actum erat: quia putabant ſub ſœno jacere adhuc corpus ſanctum. Aſina autem deducta ab Angelo, per devia loca abiit in Malum; & cum ſuo onore procubuit eo loco, ubi nunc eſt confeſſio ſancti & glorioſi Martyris Theodoti. Advenientes autem quidam ex vico nunciaverunt Presbytero, quod aſina ſola per ſe attulerit ſacra lipſana, maneatque in loco. Malum ergo reverſus eſt Presbyter qui aſinam amiſſam querebatur: cuſtodes autem permanſerunt in loco, arbitrati corpus adhuc eſſe ſub ſœno. Atque in hunc modum glorioſi Martyris reliquiæ translatæ fuerunt Malum, Deo admirabiliter id procurante, & agonem Martyris glorificante.

*Ejus corpus aufert.*

*Oratorium ipſi erectum.*

XXXVI. Hæc omnia ego humilis NI-

*Nilus horum ſcriptor.*

14 De Pontificatu magno, quem etiam Imperatores Chriſtiani ad Gratianum habuerunt, conſule Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 22. Auguſti, vel in Annalib. Eccleſ. ad annum 312. num. 93.

NILUS magna cum diligentia vobis, dilectis Deo Fratribus, tradidi: qui & in cuſtodia cum illo fui, & ſingula novi quæ in notitiam veſtram adduxi, ubique ſtudens veritati; ut & vos ea audientes cum omni fide & certitudine, partem habeatis cum ſancto & glorioſo martyre Theodoto, omnibuſque ſanctis, qui pro pietate decertaverunt in Jeſu Chriſto Domino noſtro, cui eſt gloria & poteſtas, ſimul cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula. Amen.

SS. Trinitas.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem ſancti PROCOPII.

Procopii Acta ab Euſebio.

1. HEoricus Valeſius, vir ſacræ antiquitatis ſtudio & ſumma eruditione clariſſimus, in Notis ad caput 1. libri Euſebii de Martyribus Paleſtinæ refert Paſſionem ſancti Procopii martyris, quam Librariorum incuria, ex Euſebii textu incaute detractam exiſtimavit. Et quidem nemo poteſt inficiari banc ab auctore coæquali deſcriptam fuiſſe, ut ex his verbis, *primo anno quo adverſus nos perſecutio fuit*, manifeſtum eſt. Cætera quoque Euſebii venam & ingenium ſpirant. Hanc autem ad tres codd. mſſ. primum ſcilicet ex noſtra ſancti Germani bibliotheca, alterum Corbeienſis monaſterii, tertium vero bibliothecæ Colbertinæ collatam, hic exhibere viſum eſt. cum qua conferre juverit, quæ de eodem Martyre initio libri de Martyribus Palæſtinæ dicta ſunt ſupra pag. 278.

Alter Procopius.

2. Porro hunc Procopium ab altero ejuſdem nominis Martyre, cujus Acta fuſiora ex Metaphraſte refert Surius die 8. Julii, diſtinguendus eſt. Procopius quippe de quo agimus, lector & exorciſta, poſt primam confeſſionem capitali ſententia ſtatim plexus eſt; alter vero Dux exercitus, poſt immania tormenta, variaſque confeſſiones, capite tandem amputato martyrium illuſtre complevit. qui ideo a Græcis inter celebriores Martyres, quos μεγαλομάρτυρας appellant, merito cenſetur. Ejus Acta, quæ fortaſſis Simeon Metaphraſtes pro more ſuo interpolavit, in actione quarta ſeptimæ Synodi generalis laudantur adverſus Iconoclaſtas.

Memoria.

3. Unicus tamen Procopius, tum in Latinorum Martyrologiis, tum in Menæis Græcorum memoratur, die ſcilicet octava Julii: & Latini quidem hunc ipſum, quem Euſebius laudaot, Græci vero alterum celebrant. quod qua ratione factum ſit, aliis divinandum relinquimus. Sub alterutrius nomine Conſtantinopoli eccleſia exſtabat, de qua Cangius in CP. Chriſtiana lib. 4. ſect. 6. num. 83. & 84. De eadem Chronicon Paſchale pag. 327. Paſſus eſt autem Procopius lector anno CCCIII. primo ſcilicet Maximiani perſecutionis in Palæſtina, die 7. Julii, ut ex Actis patet, quamvis Martyrologia ejus feſtum ad ſequentem diem referant. Cyrillus in vita S. Sabæ meminit Eccleſiæ S. Martyris Procopii apud Scythopolim conſtructæ.

---

## PASSIO

### Sancti PROCOPII Martyris.

Anno Christi 303

*Ex tribus codd. mſſ. & Valeſio in Notis ad Euſebium.*

Procopii mores.

I. PRimus Martyrum qui ſunt in Palæſtina, apparuit PROCOPIUS, vir cæleſtis gratiæ, qui ante martyrium ſic ſuam vitam diſpoſuit, ut etiam a parva ætate caſtitati ſemper, & morum virtutibus ſtuderet. Corpus quidem ſuum ſic confecit, ut pæne mortuum putaretur; animam vero ſic verbis confortabat divinis, ut etiam corpori virtutem ex hujus refectione miniſtraret. Cibus & potus ei panis & aqua fuit: ſolis his utebatur, cum poſt biduum triduumque diem, interdum etiam poſt ſeptimanam, ad cibum rediret. Sacrorum quoque meditatio ſermonum ita mentem ejus obſtrinxerat, ut nocte ac die in hac infatigabilis permaneret. Clementiæ autem & manſuetudinis,

tam-

tamquam ceteris inferior, documentum ſui præbebat verbi copiam. In verbis divinis ei tantum ſtudium erat. Illa vero quæ extrinſecus ſunt mediocriter attigerat. Igitur genere quidem Ælienſis, converſatione autem vel habitatione Scythopolitanus erat. Ibi eccleſiæ tria miniſteria præbebat: unum in legendi officio, alterum in Syri [1] interpretatione ſermonis, & tertium adverſus dæmones manus impoſitione conſummans.

II. Cumque ab Scythopoli una cum ſociis in Cæſaream tranſmiſſus fuiſſet, ab ipſis portis ad Præſidem ducitur, & priuſquam carceris vel vinculorum experiretur anguſtias, in ipſo ingreſſu ſuo a judice Flaviano, ut diis ſacrificaret impellitur. At ille magna voce *non eſſe deos multos; ſed unum factorem omnium opificemque* teſtatus eſt. Judex autem plaga ſermonis ictus, & conſcientia [2] ſaucius, conſentit ejus ſermoni, atque ad alia ſe rurſum argumenta conſtituit, ut vel Regibus ſacrificaret. Sanctus autem Dei Martyr ſermonem ejus deſpiciens, Homeri inquit verſum, dicens: *Non eſt bonum multos dominos eſſe. Unus Dominus eſt, unus Rex.* Itaque hoc verbo ejus audito, quaſi qui infauſta regibus depromſiſſet, juſſu judicis ducitur ad mortem, & capite amputato ingreſſum vitæ cæleſtis, vel * compendium beatus invenit, Deſii ſeptima Julii menſis [3], quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno quo adverſus nos fuit perſecutio. Hoc primum in Cæſarea martyrium conſummatum eſt [4], regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Confeſſio.

Martyrium.

* f. per

1 Scite notat hic Valeſius Scythopoli, non vernacula, ſed græca lingua ſcripturas in eccleſia lectas fuiſſe, quas Procopius Syra lingua exponebat.

2 Colb. *patientia.*

3 Codd. Corb. & Germ. *Dies erat ſeptima Julii menſis, quæ VII. Idus Julii dicitur apud Latinos.* Sed mendoſe, nam VII. Id. Julii eſt dies 9.

4 Sub hac ſcilicet perſecutione. Vide ſupra pag. 298.

## *ADMONITIO*

### In Acta Sancti FELICIS Epiſcopi & Martyris.

1. CUm animadverterent Chriſtianæ religionis hoſtes, plurimum ad fidelium animos ſuo propoſito confirmandos valere divinarum Scripturarum lectiones; codicibus ſacris bellum indixere, mandantes ut ubique terrarum flammis abſumerentur. Hoc edictum per omnes imperii Romani provincias promulgatum, multos Eccleſiæ Martyres peperit, præcipueque in Africa, ubi complures hac occaſione mortem pertulere: alii vero qui pœnarum metu perterriti prodiderunt ſacros codices, famoſo *Traditorum* nomini originem præbuerunt. Cumque nomen iſtud Cæciliano epiſcopo Carthaginenſi, ceteriſque Catholicis Donatiſtæ attribuiſſent; multis tumultibus eccleſia Africana agitata fuit. Inter alios autem qui pro ſacrorum librorum defenſione martyrium in Africa pertulerunt, primus recenſetur FELIX epiſcopus, cujus Acta quæ a variis referuntur, ex veteri Suriana editione mutuari ſumus, propterea quod ibi ſinceriora & puriora haberi videantur, tametſi inficiari nolim, aliquot loca aliarum editionum ac codd. mſſ. ope reſtitui, aut ſaltem illuſtrari debere; quæ ſingillatim expendenda ſunt.

Edictum adverſus SS. libros.

2. Primo inquirendum eſt, cuinam civitati Felix epiſcopus præfuerit. Ex quinque codd. mſſ. bibliothecæ Colbertinæ, ad quos hujus Martyris Actorum editionem adornavit eruditus Baluzius tom. 2. Miſcellaneorum, duo Felicis ſedem appellant *Tubizacenſem*. quibus conſentiunt alii codd. mſſ. unus ſcilicet Bibliothecæ ſancti Victoris Pariſienſis, alter RR. PP. Cæleſtinorum ejuſdem urbis, ac tertius ſancti Melanii Redonenſis, ut diſcimus ex aliquot ſchedis ante iſtius bibliothecæ incendium deſcriptis, quæ penes nos ſunt. Unus Colbert. habet in titulo *Bituzacenſis*; in actis vero ipſis *Tubiza* ſeu *Tubizocenſe*. Alii vero 2. codd. Colbertini & unus ſancti Cornelii Compendienſis, cum Mombritio & editione Acheriana Spicilegii tom. 12. *Tubizocenſem* ſeu *Tubzocenſem*; aut *Tubzuzenſem* præferunt. quibus conſentiunt aliquot vetera Martyrologia. At *Tibiurenſem* appellat vetus editio Suriana, pro quo nomine *Tbibarenſem* repoſuit Cardinalis Baronius ad annum 302. n. 118 quod nomen in novæ editionis Surianæ Acta inve-

Felicis ſedes.

invectum eſt. Beda in Martyrol. ſinceto Felicem appellat epiſcopum *Tubzocenſem*, & poſtea urbem ipſam *Tibzocam*. At monent Bollandiani Editores in mſſ. haberi *Tibiucam*. Erat & in Byzacena urbs *Tubulbaca*, cujus epiſcopi numerantur. Sed hæc omnia obſcuta ſunt. Quæ vero lectio in actis noſtris præferenda ſit, incertum: cum nulla urbs ſub iſtis nominibus in ullis Africæ notitiis babeatur. Civitas quidem *Tbibarenſis* ant *Tibarenſis* nota eſt, ad cujus urbis plebem Cyprianus epiſtolam 58. novæ edit. alias 56. ſcripſit; & inter Patres Coneilii Carthaginenſis de baptiſmo, *Vincentius a Tbibari* ſententiam dixit. at Tbibaris nomen ex conjectura Baronius repoſuit: nullum enim laodat mſ. codicem ad id probandum: nec conſtat an fuerit provinciæ Proconſularis. At Zeugitanam quidem eſſe referendam cenſet Oxonienſis editor io notis ad laudatam epiſt. quamvis antea dixerit in notis ad Concil. Carthag. de baptiſmo, hane ſibi videri eſſe Taboram in Mauritania Cæſarienſi. Unde non magis certum eſt Felicem Thibaritanum epiſcopum fuiſſe, quam Tuburſicenſem, ut ſuſpicatur clariſſ. Balnzius, aut Tuburbitanum, ut ad marginem ſuæ editionis noſter Acherius annotavit. Id tamen eſt ineommodi in priori illa opinione, quod *Tuburſicum* urbs Numidiæ fuerit: eum Felix proviociæ Proconſularis fuiſſe videatut, utpote qui a Curatore civitatis ad Proconſulem miſſus fuerit. quin & ejus ſedes noo longe a Carthagine diſtitiſſe dicenda eſt, ſi Actis Surianis fides adhibeatur, in quibus una die Felix Carthaginem profectus dicitur, & poſtera die ad ſedem ſuam reverſus fuiſſe. quod certe convenit his quæ inferius ex Beda prolaturi ſumus.

Socii. 3. Alterum caput in quo Suriana Acta ab aliis diſcrepant, Felicis clerieos reſpicit. Hos Surius *Aprum presbyterum*, *Cyrum & Victorem Lectores* appellat. quos aliæ editiones cum mſſ. *Januarium presbyterum*, *Fortunatium*, ſeu *Fortunatianum & Septiminum Lectores* vocant. His conſentiunt vetera Martyrologia, quæ Felici *Audactum & Januarium presbyteros*, *Fortunatianum & Septimium Lectores*, ſocios adjungunt. Sed eadem Martyrologia Surio favent in loci deſignatione. Unaoimi quippe conſenſu referunt, Felicem Venuſiæ in Apulia martyrium conſummaſſe. quamvis editiones Baluziana & Aeberiana eum omnibus mſſ. quos videri licuit, eumdem Nolæ paſſum commemorent.

Tempus. 4 Non minus inter ſe diſſentiunt Acta edita in aſſignando tempore, quo idem ſanctus Felix martyrium pertulit. Id die 18. Kalendas Februarii contigiſſe cum mſſ. codd. referunt editiones Acheriana & Baluziana: quod ad 3. Kalendas Septembris revocat editio Suriana. quam poſtremam ſententiam alteri præferendam cenſemus. Cum enim edictum de comburendis libris anno 303. Nicomediæ menſe Mattio promulgatum fuerit; vix quiſquam ſibi perſuadeat, ipſum nonniſi anno ſequenti in Afrieam perveoiſſe. quod tamen dicere debent qui primam ſententiam amplectuntur. Certum quippe eſt ex Actis, Felicem apprebenſum fuiſſe, ſtatim atque edictum iſtud in Africa promulgatum fuit. Surianæ editioni favet etiam ipſe Actorum contextus, *Diocletiano octies* ... *exivit edictum &c. Tunc programma propoſitum eſt &c.* In altera enim opinione hæc verba, *Tunc programma*, de anno qui his verbis *Diocletiano octies &c.* deſignatur, intelligi non poteſt. Hæc vero omnia optime congruunt cum Suriana ſeu Baroniana lectione. Nam Diocletiano octies & Maximiano ſepties Coſſ. id eſt anno 303. menſe Martio, primum edictum adverſus Chriſtianos de libris comburendis &c. Nicomediæ latum eſt. Quod quidem edictum ad diverſas imperii Romani provincias tranſmiſſum, menſe Junio in Africam pervenit: eoque in civirate, eui Felix epiſcopus præerat, promulgato, eum ipſe ſacros libros tradere conſtanter renueret, ad diverſa tribunalia, etiam trans mare perductus, tandem die 30. Auguſti apud Venuſium Apuliæ urbem gladio pereuſſus martyrium complevit. Ejus tamen feſtivitatem menſe Octobri celebrant Martyrologia Uſuardi, Adonis, Romana Roſvveydi, Galeſinii & Baronii. at die præcedenti recolitur in Flori & Norkeri Martyrologiis. Sed his omnibus præferri debet ſinceri Martyrologii Bedæ auctoritas, cujus verba, quæ Surianam lectionem egregie confirmant, hic deſcribo. *III. Kalend. (Sept.) In Venuſia civitate Apuliæ natale SS. Felicis epiſcopi Tubzocenſis, & Audacti, & Januarii presbyteri, & Fortunatiani & Septimini Lectorum, qui temporibus Diocletiani in ſua civitate tenti a Magneliano Curatore, inde multis diu vinculis & carceribus macerati & in Africa, & in Sicilia; tandem in occiſione gladii conſummati ſunt. Felix quinquaginta ſex annorum virgo obiit. Sunt autem inter Carthaginem & Tibzocam* ( mſſ. in margine *Tibiucam* * ) *millia paſſuum trigiuta quinque.* Eadem uſque ad hæc verba, *ſunt autem &c.* babeotur in vetuſtiſſimo cod. mſ. Chriſtinæ reginæ Sveciæ apud Florentinium, & apud Lucam Holſtenium in animadverſis ad Martyrologium Romanum ad diem 30. Auguſti.

* an Tibiuram

niſi

niſi quod Januarius inter Felicis ſocios non recenſetur: ſed exprimitur dies quo tenti ſunt, XVIII. *Kal. Julii*. Porro noſtri Felicis memoria apud Græcos etiam celebris eſt, qui ejus feſtum die 16. Aprilis commemorant. ad quam diem ejuſdem Sancti paſſionis compendium in Menologio Græcorum legitur apud Caniſium tom. 2 antiquæ lectionis.

---

## ACTA

Anno Christi 303.

## Sancti FELICIS Epiſcopi & Martyris.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

*Edictum de libris ſacris comburendis.*

I. Diocletiano octies & Maximiano ſepties [1], Conſulibus, Auguſtis, exivit edictum Imperatorum & Cæſarum ſuper omnem faciem terræ, & propoſitum eſt per colonias & civitates Principibus & Magiſtratibus, ſuo cuique loco, ut libros Deificos peterent de manu Epiſcoporum & Presbyterorum. Tunc programma poſitum eſt in civitate Tibiurenſi, die Nonarum Juniarum. Tunc Magnilianus [2] Curator juſſit ad ſe perduci ſeniores plebis eadem die [3] FELIX epiſcopus Carthaginem fuerat profectus. Aprum vero presbyterum ad ſe juſſit perduci, & Gyrum [4] & Vitalem Lectores. Quibus Magnilianus Curator dixit: Libros Deificos habetis? Aper dixit: Habemus. Magnilianus Curator dixit: Date illos igni aduri. Tunc Aper: Epiſcopus noſter apud ſe illos habet. Magnilianus Curator dixit: Ubi eſt? Aper dixit: Neſcio. Magnilianus Curator dixit: Eritis ergo ſub Officio, donec Anulino Proconſuli rationem reddatis.

*Requiritur a Felice epiſcopo.*

II. Poſtera autem die Felix epiſcopus venit Carthagine Tibiuram. Tunc Magnilianus Curator juſſit Felicem epiſcopum ad ſe perduci per Officialem. Cui Magnilianus Curator dixit: Felix epiſcope, da libros, vel membranas quaſcumque habes. Felix epiſcopus dixit: *Habeo, ſed non do*. Magnilianus Curator dixit: Prius eſt quod Imperatores juſſerunt, quam quod tu loqueris. Da libros, ut poſſint igni aduri. Felix epiſcopus dixit: *Melius eſt me igne aduri, quam ſcripturas Deificas: quia bonum eſt obedire Deo magis quam hominibus*. Magnilianus Curator dixit: Prius eſt quod Imperatores juſſerunt, quam id quod tu loqueris. Felix epiſcopus dixit: *Prius eſt præceptum Domini, quam hominum*. Magnilianus dixit: Recogita tecum.

III. Poſt tertium autem diem juſſit Curator Felicem epiſcopum ad ſe perduci, & dixit ei: Recogitaſti tecum? Felix epiſcopus dixit: *Quæ prius locutus ſum, & modo loquor, & ante Proconſulem ea ſum dicturus*. Magnilianus Curator dixit; Ibis ergo ad Proconſulem, & ibi rationem reddes. Tunc aſſignatus eſt illi Vincentius Celſinus Decurio civitatis Tibiurenſium.

IV. Tunc profectus eſt Felix a Tibiura, octavo Kalendas Julias. Ligatus deductus eſt [5]; ligatum vero juſſit in carcerem trudi. Alia autem die productus eſt Felix epiſcopus ante lucem. cui dixit Proconſul [6]: Quare ſcripturas ſupervacuas non reddis? Felix epiſcopus dixit: *Habeo, ſed non dabo*. Tunc juſſit eum alligatum in ima carceris mitti. Poſt ſexdecim autem dies Felix epiſcopus productus eſt de carcere in vinculis, hora noctis quarta, ad Anulinum Proconſulem. cui dixit Anulinus: Quare ſcripturas ſupervacuas non reddis? Felix epiſcopus reſpondit: *Non ſum eas daturus*. Tunc juſſit [7] illum Anulinus Proconſul ad Præfectum *Ducitur ad Proconſulem.*

1 Surtana ed. mendoſe, *Diocl. IX. & Max. VIII.* Mendoſius ſine ulio mſ. Baronius, *Conſtantio Chloro & Galerio Maximiano IV*.
2 al. *Magnillianus*.
3 Hæc verba, *eadem die*, deſunt in aliis ed. & mſſ.
4 Bar. *Cyrum*.
5 Ed. al. & mſſ. add *Carthaginem*.

6 Hæc quæſtio in aliis edit. & mſſ. coram Proconſulis Legato habita dicitur; hinc forte ſupra legendum, *Legatus eum juſſit in carcerem trudi*, & hic, *Proconſulis Legatus: Quare* &c.
7 Aliæ ed. & mſſ. *Tranſmiſit eum Romæ*. At ex his quæ ſequuntur in utraque editione hic Præfectus videtur tunc in Africa fuiſſe.

quæ in variis cod. mſſ. invenimus, omittere viſum eſt.

*Memoria in faſtis.* 2. Romani memoriam apud Græcos & Latinos celebrem fuiſſe, præter aotiqua quæque & recentiora Menologia & Martyrologia, probant ſaoctorum Parrum opuſcola, quæ ſupra laudavimus. Iis adjungeodi ſunt Hiſpanici Patres io celebri Muzarabum Miſſali, obi, ſicur & in Martyrologiis & Menæis, die 14. Kalend. Decembris Romani ſeſtum recolitur. Paſſionem ejus ad anom CCCIII. revocandam eſſe ex libro de Martyribus Palæſtinæ certum eſt.

*An duplex Romanus.* 3. Porro Cardinalis Baronius exiſtimar, duos Romanos martyres exſtitiſſe, ex quibos unum Prudentius, aliique deinceps ſcriptores conflarint. quam ſententiam duabus rationibus conatur probare. Prima eſt martyrii cauſſæ diverſitas. Romaous enim, quem Euſebius commemorat, paſſus eſt, quod eos qui ad deorum delubra properabaot averterit: alter vero, quod Præfectum in eccleſiam Chriſtianorum ingredi volentem coaatus fuerit impedire. Alterum Baronii argumentum repetitnr ex Eoſebii & Cbryſoſtomi ſilentio, (hujus quippe rantummodo primam oratiooem laodat) qui nihil de infante habent, quem alii cum Romano interſectum aiuot. Faver huic rationi Henricus Valeſius, qui alteram, ſcilicet 48. ſancti Chryſoſtomi orationem de ſancto Romano, ob ſtyli diverſitarem ipſi abjudicar in notis ad Euſebii hiſtoriam pag. 175. Favent etiam doctiſſimi Cardinalis opinioni Græcorum Menæa, ubi eadem die, decima ſcilicet octava Novembris duplicem Romanum Antiocheoum martyrem commemorant. Nemo tamen ſibi facile perſuadebit, niſi certiora afferantur argumenta, duos fuiſſe ejuſdem nominis & dignitatis Martyres, qui in eadem civitate, eadem die, atque eodem mortis genere oecati fueriot.

---

Anno Christi 310.

## MARTYRIUM

### Sancti ROMANI.

*Ex Euſebio Cæſarienſi lib. 2. de Reſurrectione &c. edit. Sirmundi.*

I. IN Anthiochenorum illa urbe ROMANUS quidam exſtitit martyr. Iſte peregrinus advenerar illo. Cum autem jactari a tempeſtatibus illam tunc videret civitatem; invenerat enim jam multos milites cecidiſſe Eccleſiæ; non eſt paſſus dare diabolo ut exulraret; ſed exultantem judicem de his qui fuerant ſuperati, adgreditur vim faciens; regno vero rapto, & dicit: *Non recedes lætus. babet enim Deus milites qui ſuperari non poſſunt.* Judex [1] autem ebrius in victoria eorum qui fuerant ſuperati, ex illorum imbecillitate æſtimans ſancti conſtantiam, præcipit eum induci. Non oportebar enim Dominum Jeſum ſine victore recedere. Introducens autem eum, omnia tormenta movebat, & tanta uni vincenti, quanra omnibus his qui fuerant ſuperati. Conrendens enim ne ſolveretur victoria ſua per unius iſtius victoriam, & reputans apud ſe, quia & in ſtadiis finis curreutium quæritur, & quia ſi iſte vicerit, nec victi erunt qui fuerunt ſuperati, univerſa ei admoveri tormenta jubet. Volens enim flectere juvenem, & oculis torquebat, & dentibus minabatur, & manibus torquentium ſuas protendebat manus, & ab ipſa ira etiam de ſede movebatur ſua. Cum autem fatigarentur torquentes, & non cederet qui rorquebarur, atque obtuſum & deflexum fuiſſet ferrum, non eſt flexns qui radebatur.

II. Cum jam nulla adinventio tormentorum [2] fuiſſet derelicta, cupiens conſtantiam ſuam oſtendere Domini miles, emittit vocem dicens: *Cur jam tyranne non ceſſas? Confeſſus ſum per os verum eſſe Regem* CHRISTUM. Judex autem injuriam in tyrannidem dictam nun ſufferens, convicit quidem ſe, & commenda-

vit

1 Hunc Aſclepiadem vocant Acta, & Prudentius in hymno de S. Romano.

2 Hæc tormenta ſæpius repetita egregie deſcribit Prudentius, v. 108 & ſeqq. *Incenſus hic Aſclepiades inſtat* [illegible] *corpus*, [illegible] *Prudre, & ſuulis* [illegible]. Deinde v. 136. *Tundatur, inquit, terga crebris ictibus Plumbaque &c.* v. 451. *Scindunt utrimque milites teterrimi Mucrone bisulco pendulis latus obi, Sulcant per artus longa tractim vulnera.* v. 556. *Lictor impius Charaxat ambas ungulis ſcribentibus Genas, cruentis & ſecat faciem notis: Hirſuta barbis ſolvitur carptim cutis* &c. quæ videſis apud hunc auctorem.

vit Martyrem Chriſti: quia ideo hæc pro Rege patitur, qui ita de mortali auſus eſt loqui. Propterea jubet eum igni tradi, coronam coronis conjungens. Et ideo cito efficiebatur præceptum. Ejiciebatur enim Romanus lætus & coronatus ſanguine, inſignia in lateribus habens quæ pro veritate fuerat paſſus, portans quippe & in humeris crucem; & in fronte ſignum regale. *Igni damnatur.* Cum autem adunarentur ſarmenta & cannæ, ad velocitatem utpote flammæ, vel quod igni apta videntur ad incenſionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne. Hæc cum ita agerentur, non longe autem abeſſet civitas ut teſtaretur veritati. Et forte quia quidam de Judæis, aut alii homines dicebant: Ubi eſt eorum Deus? Forte proferentium Judæorum tres pueros, & dicentium, quia ſub nos ſalvabantur a flamma fornacis ardentis, iſti autem ardent. *Sed non poteſt accendi.* Atqui cæli jubet Dominus nubibus coronari cælum. Adimplens autem ſinus nubium grandine, & imbre admodum vehementi, & addens ventos ad velocem emiſſionem eorum, neque accendi flammam permittit, vehementiorem oſtendens hanc virtutem quam apud Babyloniam. Illic enim e flamma tres pueros liberavit: iſtic autem nequidem accendi flammam conceſſum eſt. Fit turbela non levis: nuntiantur tyranno quia Martyre tradito igni, cælum indignatum eſt, & quia cæleſtis Rex ſuos qui in terra habentur defendit. Hæc cum audiſſet tyrannus, & cum valde injuriam defenderet ſuam factam per linguam, jubet judici jam non jurgari eum ad Deum, ſed iſtum quem liberavit Deus dimitti debere. Et noſter igitur Ananias velut ex igne demittitur.

III. Judex autem blandiens tyranno, iniquus voluntate & propoſito, ſine Deo degens, cupiens nihil deeſſe blandimentis ſuis, invenit neſcio quid novum adverſus Sanctum, addens admirationem admirationibus. Quid enim facit? Præcipit linguam qua fuerat locutus in hominem, eo quod non negaverat Deum, incidi. Et quidam medicus [a] qui jam ruerat, non propoſito, ſed carnis infirmitate: quia enim * ipſe fuerat ſuperatus, exivit. ** f. jam.* Exultari libet de victoria ſuperantis. Provenit autem iſtum portare medicinalia operamenta, & exivit ut conſolaretur ſuam ruinam; inventus eſt in aliam tentationem incurrere. Præcepto enim judicis inſiſtente ut lingua incideretur Sancti, & quia inventus eſt ille parata habens ad iſtam *Et lingua præciditur.* neceſſitatem ferramenta urgebatur incidere quam nolebat linguam. Et incidit quidem. Cum autem incidiſſet *NOTA de Reliquiis.* ipſam linguam, uſus eſt ad tutelam ſui: non enim projecit quam incidit, ſed accipiens eam, ut medicamen ad ſanitatem illius delicti quod admiſerat abnegando, accipiens domi recondit, ut conſuerunt infirmiores, fideles tamen, honorare ſi quid a Martyribus ſumſerint. Dicit autem medicorum doctrina, conteſtatur etiam & natura, quia linguæ inciſio, interfectio eſt ejus a quo inciditur. Oportebat autem & ſecundo a morte liberari Martyrem Chriſti. Ergo cum producunt nobis Judæi tres pueros, in uno tria proferimus. Et jam quidem habemus duo mirabilia; flammam nequidem conceſſam flammam fieri; poſt inciſionem linguæ vitam, quam natura quidem non confitetur, gratia autem addidit. Ubi ergo tertia admiratio eſt de eodem Martyre Chriſti? Adducebatur Romanus ad carcerem. Addebat autem & hoc blandus ad tyrannum judex, qui iſtam corporalem linguam non babebat. Lectum eſt autem nobis, quia in Apoſtolos Spiritus linguas ut ignem diviſit & donavit: ſed illum non vidimus, ſed audivimus & credimus. Quod autem dicturus ſum, multi vultus ſunt teſtes.

IV. Dicitur quia beatus iſte Romanus, dum adhuc carneam habebat linguam, ſimilia Moſi loquebatur, hoc *Sine qua loquitur rectius quam prius.* eſt

[a] Acta cum Prudentio hunc *Ariſtonem* appellant.

eſt balbutiens, & non compoſite loquens. Dum adhuc haberet totam linguam, & noo poſſet compoſite loqui, erat balbus. Qui autem carcerem ingrediebatur, cuſtos carceris interrogavit eum, quod ei eſſet nomen, & certe litteræ jam his qui valde compoſiti recte loquuntur, impedit ad loquendum. Nunc autem Romaous & inciſa lingua, quam cum haberet, & recte loqui non poterat, Spiritus lioguæ loquitur, & valde rectiſſime [4], & dicit: *Romanus dicor*. Iterum ouotiatur hoc judici, & tyranno præſenti. Iterum qui inciderat medicus, conſtituitur in timore. Etiam, inquit, iſte adhuc Chriſtianus eſt, ut fratri parceos contemſit præceptum. Forte autem ille cupiens poſt inciſionem linguæ oon ſupereſſe Martyrem, & majori menſura incidit ad interfectionem potius quam ad præciſionem. Tamen comprehenſus medicus ducebatur ad judicem, & negotium habebar, cur loqueretur is cui inciſa fuerat liogua. Noo eoim ſemel locutus tacuit: ſed conferebat cum aliis de cruce & victoria Chriſti, & hoc multis meoſibus, in carcere conſtitutus. Habemus ergo & tertiam admiratiooem; & unus Eccleſiæ Martyr jam æquatur tribus ex Synagoga.

V. Cum autem negotium pateretur medicus, ut condiſcatis quantum boni ſit, & brevis quidam ictus religioſitatis. Quia enim tutelæ cauſa acceperat linguam, quia in ratione ſalutis theſaurum recooderat ſibi; exhinc accepit fructum fidei. Judici eoim indignanti & comioinanti, & jam eum interficere volenti, reſpondit medicus: Habeo linguam quam incidi. Producator alius cui ooo adſiſtit Deus, & ſecundum meoſuram inciſæ linguæ, incidatur lingua: & ſi vixerit, meum commentum eſt, & non Dei defenſio. Producitur quidam damnatorum, & diligentiſſime menſura accepta, iociſa etiam lingua eſt, quæ habebat iocidi. Taotum ut implera inciſio eſt, & ſiois ejus completus eſt vitæ. Et ille quidem eſt mortuus. Dei autem ex comparatiooe tenebrarum apparebat clariſſimum luoien. Si quis autem iofirmus & iocredulus eſt; ſigna autem infidelibus, ut dicit Scriptura, habemus hæc proferre quæ audivimus. Et certe non tantum egena eſt Eccleſia [5].

4 De hoc miraculo tota eſt oratio 43. S. Chryſoſtomi: memoratur etiam in oratione 48.

5 Martyris conſummatio repetenda eſt ex cap. 2. libri de Martyribus Palæſtinæ ſupra pag. 279.

## MARTYRIUM INFANTIS

### Qui cum Saocto Romano paſſus eſt.

*Ex Hymno X. περὶ στεφάνων Prudentii.*

Dixiſſe pauca ſit ſatis de myſticis
Noſtræ ſalutis deque proceſſu ſpei.
Jamjam ſilebo: margarita ſpargere
Cbriſti vetamur inter immundos ſues;
Lutulenta ſaoctum oe terant animalia.
Sed quia profuoda non licet luctarier
Ratiooe tecum, conſulamus proxima,
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia:
Fuci imperitus fac ut adſit arbiter.
Da ſeptennem circiter puerum [1] aut minus,
Qui ſit favoris liber, & non oderit

*S. Romanus infantem de fide interrogari poſtulat.*

Quem-

1 Eadem narrant Chryſoſtomus Homilia 48. jam laudata, Euſebius Gallicanus, & alii auctores. Hic puer in Actis & Martyrologiis vocatur *Barulas*. Notat tamen Baronius in Breviario Toletano ipſum appellari *Theodulum*.

Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat:
Periclitemur, quid recens infantia
Dicat ſequendum, quid novus ſapiat vigor.
Hanc ille ſancti Martyris vocem libens
Amplexus, unum de caterva infantium
Parvum, nec olim lacte depulſum, capi,
Captumque adeſſe præcipit. Quidvis roga,
Inquit, ſequamur quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem, Filiole, ait,
Dic quid videtur eſſe verum & congruens,
Unumne Chriſtum colere, & in Chriſto Patrem;
An comprecari mille formarum deos?
Arriſit infans, nec moratus retulit:
*A quo tyrannus confunditur.*
*Eſt quidquid illud quod ferunt homines Deum,*
*Unum eſſe oportet, & quod uni eſt unicum.*
*Chriſtus verus Deus.*
*Cum Chriſtus hoc ſit,* CHRISTUS *eſt verus Deus.*
*Genera deorum multa nec pueri putant.*
Stupuit tyrannus ſub pudore fluctuans;
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre leges, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis auctor, inquit, vocis eſt hujus tibi?
*Citatur mater.*
Reſpondit ille: *Mater, & matri Deus.*
*Illa ex parente Spiritu docta imbibit,*
*Quo me inter ipſa paſceret cunabula.*
*Ego ut gemellis uberum de fontibus*
*Lac parvus hauſi, Chriſtum & hauſi credere.*
Ergo ipſa mater adſit, exclamat, cedo
Aſclepiades: diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia,
Male eruditi torqueatur funere
Infantis, orba quemque corrupit fleat:
*Infans dire torquetur.*
Abſit, miniſtros, vilis ut muliercula
Noſtros fatiget. Quantulus autem dolor
Vexabit artus, mortis auxilio brevis,
Oculi parentis punientur acrius,
Quam ſi cruentæ membra carpant ungulæ.
Vix hæc præfatus, puſionem præcepit,
Sublime tollant, & manu pulſent nates:
Mox & remota veſte virgis verberent,
Tenerumque duris ictibus tergum ſecent;
Plus unde lactis quam cruoris defluat.
Quæ cautis illud perpeti ſpectaculum
Quis ferre poſſit æris aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine uda vimina,
Quem plaga flerat roſcidis livoribus,
Ferunt minaces verbetantium genas
Illacrymaſſe ſponte de manantibus
Guttis per ora barbarum frementia;

Scribas

Scribas & ipſos, & coronam plebium,
Proceresque ſiccis non ſtetiſſe viſibus.
At ſola mater biſce lamentis caret,
Soli ſereno frons renidet gaudio:
Stat impiorum corde pietas fortior,
Amore Chriſti, contumax doloribus;
Firmatque ſenſum mollis indulgentiæ.
Sitire ſeſe parvus exclamaverat:
Animæ æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat, lymphæ ut hauſtum poſceret:
Quem torva mater eminus triſti intuens
Vultu, & ſeveris vocibus ſic increpat:
Puto, imbecillo, nate, turbaris metu,
Et te doloris horror afflictum domat.
Non hanc meorum viſcerum ſtirpem fore
Deo ſpopondi, non in hanc ſpem gloriæ
Te procreavi, cedere ut leto ſcias.
Aquam bibendam poſtulas! cum ſit tibi
Fons ille vivus præſto qui ſemper fluit,
Et cuncta ſolus irrigat viventia,
Intus foriſque ſpiritum & corpus ſimul,
Æternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox fluentum, ſi modo
Animo ac medullis ſolus ardor æſtuet
Videre Chriſtum, quod ſemel potum affatim
Sic ſedet omnem pectoris flagrantiam,
Vita ut beata jam ſitire neſciat.
Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi eſt calix, *Innocentes Martyres*
Mille in Bethleem quem biberunt parvuli:
Oblita lactis & papillarum immemor
Ætas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis mella ſumſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud nitere, o fortis puer,
Generoſa proles matris & potentia.
Omnes capaces eſſe virtutum Pater
Mandavit annos, neminem excepit diem,
Ipſis triumphos annuens vagitibus.
Scis, ſæpe dixi, cum docenti alluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,
Iſaac fuiſſe parvulum patri unicum:
Qui cum immolandus aram & enſem cerneret,
Ultro ſacranti colla præbuerit ſeni.
Narravi & illud nobile ac memorabile
Certamen, una matre quod ſeptem editi
Geſſere pueri, ſed tamen factis viri:
Hortante eadem matre, in ancipiti exitu
Pœnæ & coronæ, ſanguini ut ne parcerent. *Machabæorum exemplum proponit.*
Videbat ipſos apparatus funerum
Præſens ſuorum, nec movebatur parens,
Lætata quoties aut olivo ſtridula
Sartago frixum torruiſſet puberem,

Dira aut crepaſſet laminarum impreſſio.
  Comam cutemque verticis revulſerat
A fronte tortor, nuda teſta ut tegmine
Cervicem aduſque dehoneſtaret caput.
Clamabat ille: Patere, gemmis veſtiet
Apicem hunc corona regio ex diademate.
  Linguam tyrannus amputari juſſerat
Uni ex ephebis. Mater ajebat: Satis
Jam parta nobis gloria eſt: pars optima
Deo immolatur ecce noſtri corporis.
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia.
  Interpres animi, enuntiatrix ſenſuum,
Cordis miniſtra, præco operti pectoris,
Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit redemtrix prima membrorum omnium:
Ducem dicatam mox ſequentur cetera.
  His Maccabæos incitans ſtimulis parens,
Hoſtem ſubegit ſubjugatum ſepties,
Quot fœta natis, tot triumphis inclita:
Me partus unus ut feracem gloriæ,
Mea vita præſtet, in tua eſt ſitum manu.
  Per hujus alvi fida conceptacula
Per hoſpitalem menſe bis quino larem,
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi,
Si molle gremium, grata ſi crepundia:
Perſiſte, & horam munerum auctorem affere.
  Quonam arte nobis vivere intus cœperis,
Nihilumque & illud, unde corpus, neſcio;
Novit animator ſolus & factor tui.
Impendere ipſi, cujus ortus munere es:
Bene in datorem, quod dedit refuderis.
  Talia canente matre, jam lætus puer
Virgas ſtrepentes, & dolorem verberum
Ridebat. Hic tum Cognitor pronuntiat:
Claudatur infans carcere, & tanti mali
Romanus auctor torqueatur acrius.
  Illum recentes per cicatricum vias
Denuo exarabant, quaque acutum traxerant
Paullo ante ferrum, mox recrudeſcentibus
Plagis, apertas perſequebantur notas,
Quos jam ſuperbus victor ignavos vocat.
  O non virile robur, o molles manus!
Unam labantis diſſipare tam diu
Vos non poteſſe fabricam corpuſculi!
Vix jam cohæret: nec tamen penitus cadit,
Vincens lacertos dexterarum inertium.
  Citius cadaver dentibus carpunt canes,
Longeque morſus vulturum efficacior
Ad devorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbelli fame, ac fatiſcitis.
Gula eſt ferina, ſed ſocors edacitas.

*Infans recluditur.*

*Romanus torquetur.*

Ex-

Exarſit iſtis turbida ira Judicis,
Seque in ſupremam concitat ſententiam.
Si te morarum pœnitet: finem citum
Subeas licebit, ignibus vorabere
Damnatus, & favilla jam tenuis fies.
  Abiens at ille, cum foro abriperent virum
Truces miniſtri, pone reſpectans ait:
*Apello ab iſta, perfide, ad Chriſtum meum*
*Crudelitate, non metu mortis tremens,*
*Sed ut probetur eſſe nil quod judicas.*
  Quid differo, inquit ille, utroſque perdere,
Puerum ac magiſtrum, complices ſectæ impiæ?
Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis; iſtum flamma vindex concremet.
Sit his ſub uno fine diſpar exitus.
  Perventum ad ipſum cædis implendæ locum,
Natum gerebat mater amplexu & ſinu,
Ut primitivum crederes fetum geri,
Deo offerendum ſancti Abelis ferculo,
Lectum ex ovili puriorem ceteris.
  Puerum popoſcit carnifex, mater dedit.
Nec immorata eſt fletibus; tantum oſculum
Impreſſit unum. Vale, ait, dulciſſime;
Et cum beatus regna Chriſti intraveris,
Memento matris, jam patrone ex filio.
  Dixit; deinde dum ferit cerviculam
Percuſſor enſe, docta mulier pſallere,
Hymnum canebat carminis Davidici.
Pretioſa ſancti mors ſub aſpectu Dei:
Tuus ille ſervus, proles ancillæ tuæ.
  Talia retexens explicabat pallium,
Manuſque tendebat ſub ictu & ſanguine,
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum:
Excepit, & caro applicavit pectori.

*Virgines decana-tor.*

*Poſthæc fuſius exponit idem auctor quæ Romano contigere, ipſiuſque mortem. quæ omnia apud eum videſis.*

## *ADMONITIO*

### In martyrium ſancti VINCENTII.

1. TYrannorum impietas, quæ in extremis Eccleſiæ perſecutionibus non minus adverſus Chriſtianorum codices, quam contra ipſos Martyres ſæviebat, Acta, ut vocabant præſidialia, ſancti Vincentii nobis invidit. Verum id grave damnum ab anonymo auctore Chriſtiano reſarcitum eſt, qui reſtituta Eccleſiæ pace, beati Vincentii Paſſionem litteris mandare euravit: ejus opus ita omnibus placuit, ut paullo poſt in Eccleſia lectum publice fuerit. quod patet ex Auguſtini ſerm. 275. *Voluptatem*, inquit, *interioribus oculis hauſimus, cum beati Vincentii glorioſa Paſſio legeretur.* Et ſerm. præcedenti: *Longam lectionem audivimus ... patienter audiſtis, & diu ſtando & audiendo* (tunc in Eccleſia conciones ſtando audiebantur) *tamquam Martyri compaſſi eſtis*

*Paſſio S. Vincentii ab Auguſtino laudata.*

Eadem quam quæ laudatur.

ſtis. Hanc vero Paſſionem quam ibi laudat Auguſtinus, eam ipſam eſſe quæ ad nos uſque pervenit, patet ex facta ipſius cum quatuor Auguſtini ſermonibus collatione, id eſt cum ſermone 274. novæ editionis tribuſque ſequentibus; qui quidem ſermones in ejuſdem Martyris natali habiti poſt paſſionis lectionem, nibil aliud videntur eſſe quam ipſius familiaris quædam ad populum expoſitio.

2. Ad id probandum quædam loca ſelecta ex ipſis ſermonibus in notulis ad textum apponemus; ſed interim noonulla proferenda ſunt, io qoibus Daciani ſævitia, Martyris invictus animus, totuſque Paſſionis ſcopus, eodem modo, iiſdemque ſæpius verbis, ac in ipſa paſſione exponuntur. De Daciano hæc habet ſerm. 275. num. 2. *Voces hujus bominis, oculi, vultus & turbulentus totius corporis motus indicabant, quam graviora tormenta ſeutiret interius, quam erant quæ Martyri infligebat exterius &c.* Et ſerm. ſequenti num. 3. *Per furioſas Daciaui voces, per truces oculos & minaces vultus, & totius corporis motus &c.* De Vinceotio autem ſic ibidem loquitur: *Putares quod cum duraret flamma, non ureret.* & eodem ſerm. 274. num. 2. *Quanto illa erant truculentiora & exquiſitiora tormenta, tanto magis tortus de torqueute triumphabat &c.* Et num. 1. *Tanta pœua erat in membris, tanta ſecuritas in verbis &c.* quæ fere repetit ſer. ſequenti num. 2. Quid vero Paſſio contineret, exponit his verbis ſerm. 274. *Cum Paſſio legeretur, erat videre invictam Martyris animam contra inſidias antiqui boſtis, contra ſævitiam impii judicis, contra dolores mortalis carnis.... Quas voces audierit, quas reddiderit, quæ tormenta devicerit, decurſa lectio declaravit, & nobis tamquam in conſpectu quæ geſta ſunt poſuit.* Hæc in ſpecimen ſatis.

3. Præter quatuor laudatos ſermones, quintum habuit idem Auguſtinus io natali ſancti Vincentii, in quo nonnulla de ejuſdem Martyris laudibus habet. Is eſt ſermo 4. qui de Jacob & Eſau inſcribitur. omitto autem ſermonem in veteri editione 13. de ſanctis cum in nova editione in Appendicem veluti ſuppoſititius rejectus ſit, & eruditus Queſnelius eum quoque ſancto Leoni Papæ abjudicaverit, cui in pleriſque mſſ. codicibus tribuitur. qui quidem nihil aliud eſt, quam totius paſſionis ſancti Vincentii compendium. Tandem proferri poſſet ſermo IX. ſancti Fulgentii in nova editione, oiſi is ipſe eſſet qui inter ſinceros Auguſtini 276. numeratur, quod mirum eſt ab iſtius Patris operum novæ editionis concinnatore non fuiſſe animadverſum: quamvis dubitaverit in Præfatione, an iſto ſermo pro ſincero Fulgentii fetu habendus ſit.

Quo ſcripta tempore.

4. Ex bis omnibus nemo non videt, ſancti Vincentii Paſſionem (ſic cum Auguſtino appellamus) initio ſæculi quarti, ſtatim poſt reſtitutam Eccleſiæ pacem conſcriptam fuiſſe quam ex mſſ. ſex codicibus ad varias editiones collatam ad diem 22. Januarii Bollandus exbibet, eamdemque proferimus denuo ad multos alios codices mſſ. exactam: in quibus fere omnibus ita accurate deſcripta eſt, ut vix unius aut alterius vocolæ diverſitas in eis habeatur. Paſſioni ſubjungimus hymnum Prudentii, cujus aoctoritas, etſi alias iam veneranda, in bac tameo parte ob locorum & temporum viciniam, ſingularemque ejus in hunc beatum Martyrem affectum majoris momenti eſſe debet.

Vincentii feſtum ubique celebre.

5. Mirum eſt quam brevi temporis intervallo Vinceotii fama totum orbem Chriſtianum pervaſerit. Teſtatur Auguſtinus ſermone 276. num. 4. jam ſuo tempore, huius beati Martyris feſtum ubique terrarum celebratum fuiſſe. *Quæ*, inquit, *bodie regio, quæve provincia ulla, quo uſque vel Romaaum imperium, vel Chriſtianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Vincentii?* Hioc mirum non eſt, quod ipſius memoria tam io Græcorum Menologiis quam in Martyrologiis Latinorum celebretur, die ſcilicet 22. menſis Januarii: quo die, & quidem anno Chriſti CCCIV. ejus martyrium accidiſſe exiſtimamus. Ceterum præter Auguſtinum alii etiam Patres & ſcriptores eccleſiaſtici ſanctum Vincentium paſſim laudarunt, nimirum ſanctus Paulinus Poemate 27. novæ edit. Gregorius Turonenſis lib. 3. Hiſtoriæ Francorum cap. 29. ubi de ſancti Martyris tunica, & lib. 1. de gloria Martyrum cap. 90. &c. Fortunatus lib. 8. Carmine 4. Auctor vitæ S. Clari apud Bollandum die 1. Januarii, ſanctus Bernardus ſermone 66. parvorum, & alii paſſim auctores, quos videſis apud Tamayum Salazar in Martyrologio Hiſpanico. His adjungendi ſunt Hiſpanici Patres in Miſſali Muzarabum, & Africani in Kalendario Carthaginenſi ſæpius laudato. Ejus etiam memoria occurrit in laterculo Polemii Sylvii tempore Theodoſii & Valeotiniani Imp. ſcripto, uti monet Bollandus in præfat. ad tomum 1. Januarii cap. 4. §. 3. in quo quidem Gentilium pleraque feſta & Imperatorum, at Martyrum pauca iodicantur; nempe Vincentii, Machabeorum, Laurentii, Hyppoliti & Stephani martyrum, Depoſitio Apoſtolorum Petri & Pauli, cum aliquot Chriſti Salvatoris ſolemnita-

mnitaribus. Porro Viocentius, de quo hic agimus, diſtinguendus eſt ab alio Vincentio itidem Levita & Martyre, qui Agenni in Aquitania paſſus eſt, ut patet ex Gregorio Turonenſi lib. 7. Hiſtoriæ capite 35. & lib. 1. de gloria Martyrum cap. 105 de quo etiam Fortunatus lib. 1. Carm. 8. & 9. A nonnullis etiam male confunditur noſter Vincentius cum altero Viocentio, qui ſub eadem perſecutione & eodem Daeiano Præſide cum ſororibus ſuis virginibus Sabina & Chriſteta martyriom Abulæ comſummavit. Sed & alii paſſim occurrunt Martyres ſub Vincentii oomine, de quibus fuſius agere non eſt ooſtri inſtituti.

*Ecclesiæ S. Vincentio dicatæ.* 6. At omittere non licet multas, & quidem illuſtres ecclefias, in ooſtra Gallia ſub ſancti Vincentii oomine Deo conſecratas eſſe. Ex iis quatuor ecclesiæ Cathedrales recenſentur, Cabilonenſis ſcilicet, Matiſconenſis, Maclovieoſis & Vivarienſis. Jam ſolemnis erat apud Cabilonenſes ſancti Vineentii feſtivitas tempore Sigiſmundi Burgundionum regis, ut patet ex ſancti Aviti epiſtola 70. ad eumdem regem. In ejuſdem Martyris baſilica habita eſt ſynodus Cabilonenſis ſub Clodoveo II. ut ex ipſius ſynodi præfatione patet. Fateodum tamen eſt Vincentium martyrem Aginenſem olim Eccleſiæ Cabiloneoſis fuiſſe patronum, quo tandem fere prætermiſſo, Cæſar-Auguſtenſis memoria prævaluit. Plores item abbatias celebres prætermitto, quæ ſancti Vincentii nomine & patrocinio gloriantur, ioter quas certe eminet nobiliſſimum noſtrum ſancti Germani a Pratis monaſteriom, quod ſub ſanctiſſimi hujus Martyris nomine a Childeberto I. Fraocorum rege, ageote beato Germano Pariſiorum epiſcopo, conditum eſt. De ejuſdem ſancti Martyris reliquiis & variis tranſlationibus plura vide io tomo 5. Actorum ſanctorum Ordinis noſtri Benedictini, & apud Bollandianos ad diem 22. Januarii.

---

*Anno Christi 304.*

## PASSIO
## Sancti VINCENTII Levitæ.
### *Ex compluribus codd. mſſ. & editis.*

*Vincentii poſt tempore martyrii non ſcripta.* I. PRobabile ſatis eſt, ad gloriam VINCENTII martyris, quod de ſcriptis paſſioois ipſius geſtis titulum invidit ioimicus. Unde reddimus fide pleoa relatiooem geſtorum, quæ litterarum apicibus annotari Judex oon immerito noluit, quia victum ſe erubeſcebat audiri. Naturalis ſiquidem providentia eſt male erraotium, auferre de medio teſtimonium probitatis. Sed [1] quoniam oobilem Martyris triumphum notitiæ fidelium tradere diſponimus, digoum eſt ut & generis ipſius nobilitas breviter intimetur. *Ejus genus.* Extitit eoim patre Euticio [2] progenitus, qui fuit Agreſſi [3] oobiliſſimi Conſulis filius: mater vero ejus Enola, ex Oſca [4] urbe ooſcitur procreata. qui a pueritia ſtudiis litterarum traditus, ſuperoa providente clementia, quæ ſibi eum prævidebat vas electioois futurum, gemioa ſcientia ſub beato VALERIO Cæſarauguſtæ civitatis antiſtite efficaciſſime claruit; a quo etiam ſanctitate inſignis diaconii arcem ſuſcepit. Et quoniam idem Epiſcopus impeditioris linguæ fuiſſe dignoſcitur, tradito doctrinæ mioiſterio venerabili Vincentio, ipſe orationi & divioæ contemplationi ſedolus ioſiſtebat. *A Valerio epiſcopo fit diaconus.* At vero memoratus Archidiaconus [5] vices ſæpe Pontificis diligeoter & opportuoe exſequebatur.

II. Cum igitur apud civitatem Cæſarauguſtam, ut multorum ſioceritas & ſignata veritatis verba teſtaotur, Daciano cuidam Præſidi gentili & ſacrilego a dominis & principibus ſuis, Diocletiano videlicet & Maximiaoo, ſæviendi in Chriſtianos forte [6] occaſio cecidiſſet, & ei oblatranti profanæ crudeli- *Uterque a Daciano apprehenſi.*

1 Huc uſque ad, *Cum igitur* in 2. mſſ. Colbert. non habentur.

2 Sic fere omnes mſſ. Bolland. *Eutychio*. Duo codd. Colbertin. optima nota *Euticio*.

3 Bolland. cum aliquot mſſ. *Agreſti*.

4 Tres occurrunt hujus nominis urbes in Hiſpania. Celebrior quæ hic deſignatur, civitas eſt Arragoniæ, vulgo *Huesca*, cujus Epiſcopus olim Tarraconenſi, nunc Cæſarauguſtana Archiepiſcopo ſuffragatur. Aliæ urbes in his Actis memoratæ notiſſimæ ſunt.

5 De Archidiaconorum antiquitate & prærogativis eccleſiaſticis vide Thomaſſinum P. 1. Diſciplinæ eccleſiaſticæ lib. 2. cap. 17. edit. Latinæ. *Archidiaconi Carthaginienſis*, occaſione Cæciliani, meminit Optatus Milevitanus.

6 al. mſſ. *forte*.

delitatis rabies adſpiraſſet ; Epiſcopos ac Presbyteros, ceteroſque ſacri Ordinis miniſtros, ſpiritu neqnitiæ exagitatus, rapi præcepit. Protinus ergo Valerius epiſcopus & Vincentius archidiaconus fidei ſoliditate & ſpe fruendi victoria ſubnixi, in confeſſionem Deitatis alacriter cucurrerunt, tanto feliciores ſe futuros eſſe credentes, quanto acriora tyranni ſupplicia pia longanimitate certaſſent evincere. Unde certaminis ac pœnarum dilatio, remunerationis eis videbatur diminutio.

[illegible] III. At Dacianus judex Sanctos Dei primo Valentiam ſub carcerali cuſtodia & famis miſeria ac catenarum ſtridore pertrahi præcepit, ut eos vexatione itineris frangeret, & facilius ſubigeret injuria, quos videbat non poſſe ſuperari de pœna. qui cum manibus & cervicibus immenſa ferri pondera ſuſtinerent, & per omnes artus jam tunc mortis ſupplicia paterentur: cumque jam defeciſſe eos crederet jugi injuria, & tam diu a publica converſatione ſecluſos, nec corpore prævalere nec ſpiritu: timens ne ſæviriæ ſuæ damna pateretur, produci juſſit e carcere, nolens eos ante tormenta vitam finire. quibus proponebat quod nec mortuis parceret, ſi deorum ſuorum culturam ſuſcipere renuiſſent. Hinc paveſactus ad conſpectum eorum, quod integri corpore & viribus eſſent, & inter ſupplicia fortiores, ait ſuis: Ut quid iſtis largiori paſtu indulſiſtis & potu? Mirabatur enim furore cæcus robuſtiores eſſe, quos Deus paverat. Et mox converſus ad Epiſcopum: Quid agis, inquit, tu Valeri? quid ſub nomine religionis contra principes facis? Neſcis quia qui regalia decreta ſpernunt, de vita periclitantur? Juſſerunt domini orbis & principes, ut diis libamina perſolvatis; nolentes dignitatem veteris culturæ novis & inauditis legibus profanari. Unde quod monemus obſequenter attende: quatenus tuo exemplo inferiores facile ſuſcipiant, quod te, (A Daciano interrogati.) qui Religionis hujus cerneris eſſe Epiſcopus, viderint non ſpreviſſe. Sed & tu Vincenti, verbis meis ſalubriter obaudi, quem & nobilitas generis, & decor commendat gratiſſimæ juventutis. Itaque veſtræ definitionis ſententiam in commune edicite, ut aut conſentientes honoribus amplificemini, aut contemnentes tormentorum ſuppliciis ſubdamini.

IV. Cumque reticeret Epiſcopus, erat enim miræ ſimplicitatis & innocentiæ; eruditus ſcientia, ſed, ut præmiſimus, impeditioris linguæ; ait Vincentius: *Si jubes, Pater, reſponſis Judicem aggrediar*. (Vincentius reſpondet.) „ Et beatus Valerius: „ Dudum, fili cariſſime, divini verbi „ tibi curam commiſeram: ſed & nunc „ pro fide pro qua adſtamus [y], reſ„ ponſa committo. Tunc Vincentius, „ cujus mens tota jam erat coronæ conſcia, converſus ad Dacianum: *Hactenus*, inquit, *habitus a te ſermo de neganda fide peroravit: ſed nefariam apud Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce, deitatis cultum abnegando aliquatenus blaſphemare. Et ne te longius protrabam: Profitemur nos Chriſtianæ religionis eſſe cultores, & unius ac veri Dei permanentis in ſæcula, famulos & teſtes*[*]. *In ejus nomine contra exquiſita calliditatis tuæ argumenta ſpiritualia conſtanter arma pugnaturi accipimus, minas tuas & ſupplicia non metuentes; ſed potius mortem pro veritate libentiſſime amplectentes. Suppliciis enim tuis erudimur ad coronam, morte deducimur ad vitam. Serviat proinde diabolicæ crudelitati moritura caro in pœnis, quoniam homo interior fidem intemeratam ſuo ſervabit auctori. Ille etenim venenatiſſimus ſerpens & inſatiabilis homicida chriſtianam innocentiam tormentis & mortibus vos cogit appetere, qui paradiſi felicitatem primis invidens hominibus, immortalitatis ſpoliatos dignitate morti miſerabiliter ſubdidit ac ſubſtravit. Ipſe malignitatis aſtu idola pro Deo coli inſtituit; dolens illuc hominem poſſe obedien-*

[*] Confer. Prud. §. 15. &c.

y al. mſ. Apud [illegible]

*obediendo redire, unde ipſe ſuperbiendo noſcitur corruiſſe. Iſte eſt, quem cum ſatellitibus ſuis a corporibus humanis divina invocatione ejicimus; cui vos ſub vaniſſimis figmentis ritum profani cultus exſolvitis, & nova dementia Creatori creaturam præfertis. Exarſit ergo diabolus adverſus Chriſtianam fidem: & dum contemni ſe ac deſpici videt, ingemuit.*

*Valerius in exſilium mittitur.*

V. Jamque præ ira pæne extra ſe poſitus Dacianus præſes dixit: Amovete hinc Epiſcopum iſtum. Juſtum eſt enim ſubire eum exſilium, quoniam imperiale contemſit edictum. Rebellem vero, qui in contumeliam publicam venit, gravioribus exhibete tormentis. Animoſitati enim ejus video inferenda eſſe majora ſupplicia: quia quicquid ſibi acceſſurum eſt pro pœna, ipſe præſumit ad gloriam. Applicate eum ad equuleum: membris diſtendite, & toto corpore diſſipate. Hanc pœnam ante ipſa tormenta ſuſtineat. Inter hæc Dacianus præſes ait: Quid dicis Vincenti? vel ubi conſpicis tuum jam miſerabile corpus? At ille Dei præſentia roboratus, alacri vultu reſpondit: *Hoc eſt quod ſemper optavi* §, *hoc eſt quod votis omnibus exquiſivi. Nemo mihi amicior, nec familiarior fuit. Tu ſolus meis maxime votis concordas. Ecce jam in ſublime agor, & ipſos principes tuos, ſæculo altior deſpicio. Nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas laudi. Paratus eſt Dei ſervus ad omnia pro Salvatoris nomine ſuſtinenda. Inſurge ergo, & toto malignitatis tuæ ſpiritu debacchare. Videbis me Dei virtute plus poſſe dum torqueor, quam poſſis ipſe qui torques. Crudelitate, qua ſpiras præſtabis mihi gloriam, cum inter graviora ſuppliciorum meorum exitia vinceris: unde ego jam ſingulariter gaudeo, quia dum patior vindicabor.* Clamare Dacianus cœpit, & in tortores ac carnifices ſuos virgis ac fuſtibus amplius deſævire. Sicque ſancto a pœna paullulum tuto, & de Dei auxilio ſecuro, prius ſuos diabolus vexabat, & vere, quos in poteſtate habebat. Ait ergo Vincentius: *Quid dicis Daciane? Ecce jam de apparitoribus tuis vindicor, ultionem mihi in pœna ipſe feciſti.* Summa autem voce miniſter diaboli rabidiores cœpit intonare ſermones, ſtridore dentium frendere; & dum Dei Martyrem lacerat, ſe potius ipſe laniare. tandem ceſſavere torti carnifices; & deſatigata lictorum manus, dum per Sancti latera pendet, victa deficit. Expalluit torquentium vultus, fortium robur emarcuit, ſudorum rivis liqueſcentia membra tabuerunt: anhelum pectus feſſis intremuit, ut putares eos potius in tormentis ſancti Martyris torqueri. Exſanguis & ipſe Dacianus, pectore trementi, torvis & minacibus oculis, clamare militibus cœpit: Quid agitis? Non enim agnoſco manus veſtras. Homicidas pertinaciter obſiſtentes ſæpe viciſtis, parricidarum magorumque ſilentia alta rupiſtis; arcana quoque ipſa adulterorum vobis incumbentibus patefacta ſunt; & quiſquis pro confeſſione ſui reatus mori timebat, in mortem ſua confeſſione perductus eſt. Hodie, inquam, o milites Principum meorum, quod in contumeliam Imperatorum noſtrorum dicitur non poſſumus cohibere, ut vel pro ſolo noſtro pudore taceatur; & qui alteros in confeſſionem mortis ſuæ coegimus, huic ſilentium pro noſtra contumelia nequimus imperare. Sed vos continete paulliſper * dexteras, vires reſumite, ut improbum hoſtem innovatus miles ad pœnam durius coerceat. Rimetur † acrior ungula intima coſtarum, & dolor interiora penetrans, gemitum reddere faciat, non contemtum. Tunc denuo ſubridens †† Vincentius diaconus dixit: *Hoc eſt ſane quod legitur, quia videntes non videbunt, & audientes non intelligent. Dominum enim Chriſtum confiteor, filium altiſſimi Patris, unici unicum, ipſum cum Patre & Spiritu ſancto, unum ſolum Deum eſſe profiteor. Quia ergo*

*Torquetur Vincentius.*

* Prud. §. 31. &c.

*Rurſus tormentis applicatur.*

† Prud. §. 33.

†† Prud. l. 30. Matth. 13.

*SS. Trinitas unus Deus.*

*quæ*

§ Auguſt. ſerm. 277. num. 8. *Nota nobis occaſio eſt ... ex paſſione Martyris, a quo ſe viderunt & mirati ſunt, corpus inter tormenta, extremal.*

*quæ vera ſunt fateor, negare me aſſeris. Plane debes torquere ſi mentiar, ſique deos principes tuos dicam. Sed torque diutius confitentem, nec a mea obſecro pœna ceſſes: ut vel ſic poſſis probatam, licet ſacrilego ſpiritu tuo, ſuſpirare veritatem, ejuſque me inſuperabilem agnoſcere confeſſorem. Nam quos jubes deos confiteri, idola ſunt lignea & lapidea. Tu illorum teſtis, tuque mortuorum fias mortuus Pontifex*. Ego uni & vivo ſacrifico Deo, qui eſt benedictus in ſæcula.*

* Prud. 5.9.

VI. At nimia Præſes fervens inſania, totaque facie humanitatis everſa, ſolam in corpus beati martyris aciem luminum, venenumque peſtiferorum fundebat oculorum, profluentem non jam a ſolis latebibus, ſed a toto corpore ſanguinem cernens. Erant enim viſcerum interna patefacta. nam juncturas e compagibus diverſitas tormentorum ſeparaverat. Nihil erat unde jam ſuis poſſet iraſci; ſed quod vincebatur jam & ipſe mirabatur. Ait autem: Miſerere tui Vincenti. Ne florem perdas nunc primum vernantis ætatis, & in primis annis poſitus vitam tibi minuas longiorem. Parce ſuppliciis tuis, ut vel ſero quæ ſuperſunt tormenta lucreris. At ille Spiritu ſancto repletus ait: *O viroſa diaboli lingua quid in me non facias, qui Deum & Dominum noſtrum tentare voluiſti? Non timeo ſupplicia quæcumque iratus impegeris. Hoc magis formidini eſt, quod fingis te velle miſereri. Percurrant denique omnes pœnæ: & ſi quid præſtigiarum, ſi quid tuæ artis perverſæ, ſi quid malignitatis viribus potueris, exſere*. Debes enim dulcem ſub amariſſimo veneno fidem & fortitudinem ab animo experiri Chriſtiano. Præſtat quippe tolerantiam fortitudinis, qui ſuis in Evangelio loquitur: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animæ autem non habent quid faciant. Nihil ergo de ſuppliciis minuas, ut in omnibus te victum eſſe fatearis* [1].

*Fruſtra a tyranno tentatur.*

* Prud. 5.44.

Matth. 10:28.

VII. Poſthæc Dacianus dixit: Transferatur hic ad legitimam quæſtionem, ac percurrat moleſtiora tormenta: & ſi tam diu anima durare poteſt, inter ſupplicia vel membra deficiant; vincere me iſte non poteſt dum vivit. Vincentius reſpondens; *O felicem me!* inquit. *Iſtæ minæ tuæ ad laudem & gloriam mihi ſunt, & terror aſperior, cumulatior beatitudo. Quod ergo iraſci te putas gravius, modo melius incipis miſereri.* Hinc ex equuleo aſſumtus Levita Vincentius, atque ad ignis patibulum raptus tortores ſuos pæne ipſe præveniens, moras carnificum arguendo, ad pœnam alacriter properabat. Jam enim truculentus miniſter profecti lectum * cum ferreis juſſerat coſtis, & addita ſubter carbonum congerie exurendum Dei Martyrem applicare. Intrepidus itaque Dei athleta candentis ferri machinam ultro conſcendit: torquetur, flagellatur, exuritur, & diſtentus membris creſcit ad pœnam. Inſeritur quoque pectori, & membris depreſſa aſperitas laminarum, & decurrente inter ipſas candentis ferri acies liquore, ſtridens flamma arvina reſpergitur, vulnera vulneribus infliguntur; tormentis tormenta deſæviunt. ſalis ignibus ſparſi crepitantes minutiæ per membra diſſiliunt: & jam non ad artus tantum, ſed ad ipſa viſcerum abdita ſuppliciorum tela jaciuntur. Et quoniam integri corporis pars nulla ſuperat; quæ primum fuerat plaga illata, jam & ipſa renovatur. Manet Dei ſervus immotus, & erectis in cælum luminibus Dominum precabatur.

*Novis afficitur tormentis.*

* Prud. 5.52

VIII. Interea Dacianus de Vincentio beatiſſimo non recte ſollicitus, recurrentibus militibus ſuis, quid ageret, quid diceret, inquirebat. Renuntiatur ab afflictis, & præ labore pæne mærentibus, percurriſſe illum univerſa ſupplicia hilari vultu, ſpiritu fortiore; & pertinaci magis eum profeſſione quam cœperat Chriſtum Dominum confiteri. Heu, ait Dacianus, vincimur. Sed hoc ſolum de ſuppliciis ſupereſt, ſi flecti perti-

*Includitur in locum horridum.*

[1] Auguſtin. ſerm. 274. *Magnum ſpectaculum ſpectavimus oculis fidei, Martyrem ſanctum Vincentium ubique vincentem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confeſſione, &c.*

pertinaeia non poteſt, vel ſemper duret in pœna; ſpiritus qui eoerceri non poteſt puniatur. Quærite, inquit, loca * Prud. §. 11. cum tenebroſum * & oppreſſum urgente tectura ab omni publica luce ſepoſitum, perpetuaque nocte damnatum reatui ejus peeuliarem, extra videlicet earceres careerem. Ibi fragmenta teſtarum exaſperata paſſim congerite: ut quiequid jacentis corporis male ineiſa fractura tetigerit, illiſmatis infigat aculeis, & ipſa converſio laterum innovetur ad pœnam: ut id ſcilicet quod commutatis artubus membra quærunt evadere, ſemper offendant. Divaricatis præterea & diſtentis cruribus, ligno pedes ejus conſtringite: quatenus diſciſſis pœna artubus rebellis principum exſpiret. Inde clauſum relinquite in tenebris; ne oculis quidem reſpiret ad lucem. Nullus ibi hominum relinquatur, ne vel conſortio alicujus ſermonis animetur. Clauſa & obſerata ſint omnia: ſolliciti tantum eſtote, ut quando defecerit nuntietur. Implent ſine mora miniſtri quod Judex præceperat, & Dei athletam fortiſſimum horrendo recludunt ergaſtulo. Sed cum prima quies feſſos artus cuſtodum ſomno vincente laxaſſet, quod Dacianus pro pœna graviſſimæ mortis intulerat, divinitus commutatur in gloriam. Qui cælitus mutatur. Carceris illius nox æternam accipit lucem, flagrant cerei ultra ſolis fulgorem radiantes, laxatumque ligni robur diſſiluit, ac teſtarum aſperitas fit florum redolentium jocunditas & mollities, quibus invictiſſimus Dei athleta refectus, pſalmum Deo & hymnum dicens, lætus exultat. Sicque ſolitudo borribilis angelorum relevatur frequentia: quorum caterva vallatus Martyr egregius, venerando fovebatur obſequio, & mulcebatur alloquio. „ Agnoſce inquiunt, „ o Vincenti invictiſſime, pro cujus no„ mine fideliter decertaſti, ipſe tibi re„ vera coronam præparatam ſervat in „ cæleſtibus, qui te victorem fecit eſſe „ in pœnis. Eſto igitur jam ſecurus de „ præmio, quia mox depoſito carnis o„ nere, noſtro addendus eris collegio. Dantur hinc laudes Deo, & reſonante organo vocis angelicæ modulata ſuavitas procul diffunditur. Turbati vero ſubito expavere cuſtodes: & ut vehementi ſtupore attoniti, certius de miraculo explorare contendunt. Clauſas fores adeunt, & introſpicientes per rimas deitatis miniſtros ſiderea venuſtate coruſcare cernebant: antrum tartareum tenebris pridem horribile immenſa luce ſplendere, teſtarum aculeos multiplieiter florere, ſanctumque Dei Martyrem ſolutis cunctis nexibus deambulantem pſallere. Qui mox divino Cuſtodes in Chriſtum credunt. terrore atque reſpectu compuncti relicto gentilitatis errore Chriſtianæ Religioni fideliter ſeſe dedere, cupientes jam mutata devotionis ſuæ obſequia ei impendere, in cujus ante fuerant nece graſſati. Venerat & multitudo vicina fidelium, dudum de ipſius mæſta ſuppliciis, ſed jam de conceſſa cælitus gloria alacris. quibus beatus Vincentius dixit: *Nolite timere; laudeſque Dei contemnendas nolite putare; immo propere irrumpite, & ſolatia angelico obſequio miniſtrata oculis haurite ſecuri. Ubi reliqueratis tenebras, gaudete lucem; & quem ingemiſcere in ſuppliciis credebatis, in laudes veri Dei exſultare gaudete. Laxata ſunt vincula: crevere vires, corpus ſtramenta mollia refecerunt. Miramini potius, & veris aſſerite præconiis Chriſtum in ſervis ſuis ſemper eſſe victorem. Renuntietur ergo Daciano, qua perfruor luce. Commentetur, ſi valet, aliquid, & addat ad gloriam meam, de laudis titulo nihil defraudans, ſed exercens quicquid adhuc furor bacchantis invenerit. ſiquidem ſolam illius miſericordiam timeo, ne videatur velle ignoſcere.*

IX. Ad hanc renuntiationem exſanguis & trepidus Dacianus in hæc verba prorupit: Et quid amplius faciemus? In bello deprehenſus abit. victi ſumus. Referatur itaque ad lectulum * corpus, ſtramentiſque mollio- * Prud § 13. ribus foveatur. Nolo enim glorioſiorem facere, ſi inter tormenta defecerit. Indulta pauxillum requies attrita pœnis membra reſoveat, & obducto in cica-

cicatricem biatu vulnerum, denuo novis & exquiſitis ſuppliciis, innovatus & ipſe ſubdatur. Verum Daciano inaniter tractante de ſupplicio, Chriſtus clementer diſponit de præmio. Delatus namque Dei Martyr ad lectulum, ac piis ſanctorum manibus in ſtrati mollitie repoſitus, mox pretioſam reſolutus in mortem cælo ſpiritum reddidit. Videres circumſtantium frequentiam ſancti veſtigia certatim deoſculando prolambere, vulnera totius laceri corporis pia curioſitate palpare, ſanguinem linteis excipere, ſacra veneratione poſteris profuturum.

X. Cognito igitur abſceſſu ejus, jam victus atque confuſus Dacianus dixit: Si non potui ſuperare viventem, puniam vel defunctum. Non eſt ſpiritus qui repugnet, non eſt anima quæ vincere contendat; cum vacuo corpore nullum eſt certamen. In exſangues artus corporis deſtituti novis ſuppliciis debacchabor [10]: ſatiabor nunc de pœna, etſi mihi non potuit provenire victoria. Projicite, inquit, illum in apertum campum, nullo defendente obſtaculo: ut cadaver exanime ſepulturæ carens bonore, a feris & avibus penitus conſumtum non compareat; ne forte Chriſtiani ejus tollentes reliquias, Martyris ſibi vindicent dignitatem [11]. Expoſitum ergo ad ſupplicia ſine tegmine venerabile corpus, angelicis rurſum excubiis & obſequiis bonoratur. Non illud aliqua bominum, quæ forte corrumpi potuiſſet, manus ſervabat: non ipſa licet pia Sanctorum miſeratio, quæ ſibi tantum proveniſſe Martyrem in commune gaudebat. Et puto ob boc divino inſtinctu humana negata eſſe obſequia, ut divina non deeſſe aliquatenus videretur cuſtodia. Corvus itaque, avis lenta & pigerrima, haud procul reſidens, quaſi tetra ſui ſpecie lugentis habitum demonſtrans, cum adventantes aves reliquas ac pernicibus metuendas alis quodam impetu eminus ſugaret, advenientem ſubito immanem lupum in curſu etiam non ſegni abegit a corpore. At ille reflexa cervice in adſpectum ſacri corporis ſtupefactus bærebat, &, ut credimus, cuſtodiam mirabatur angelicam. Reddita nunc nobis eſt antiquitatis biſtoria per avem ſimilem. nam qui ante Eliæ pleno ore cibos detulerat, nunc ſancto Vincentio martyri juſſa miniſtrat obſequia.

*Corpus feris objectum mire ſervatur.*

XI. Territus ad bæc Dacianus nuntio dixit: Puto quia jam nec mortuum vincam. Cum enim eum acrius ſæviens perſequor, glorioſiorem mea ſævitia facio. Sed ſi conſumi in terra non potuit, demergatur in pelagus, ne erubeſcamus quotidie ſub oculis omnium. Victoriam ejus vel maria celabunt. Inſuatur, inquit, complicitum cadaver in culeo paricidæ; breviqne fiſcellæ impoſitum, ubi nautæ ſpatia longiora proceſſerint, altioris ſali fluctibus imprimatur: quatenus ſcilicet impaſti piſces ſi quid ſupereſt lacero corpori, vel lambendo conſumant, aut belluino laceretur ore, quem lentitudo non attigit beſtialis. Fidus præterea miniſter molam baud parvi ponderis annectere non negligat, ne forte unda mobili ad peregrina cadaver devectum litora, negatam aſſequatur aliquatenus ſepulturam. quin potius reciprocatum fluctibus & ad ſcopulos frequenter illiſum diſpereat, ut nec mortuus inter ſaxa quieſcat. Ecce quid agis ſæviſſime Daciane. Facis & in alio elemento Martyrem noſtrum eſſe glorioſum. Ergo, ut juſſum fuerat, juſti cadaver inſuitur, & cervice tenus conſtipatum duris ad molam funibus coartatur. Tunc quidam Eumorpbius, bomo profanæ mentis & ſacrilegi ſpiritus, qui in boc Daciano funeſtum promiſerat obſequium, collectis ex urbe nauticis viris, infandum ſcelus inſiſtebat peragere; & facto agmine navem conſcendens, promiſſo fidelis in crimine, ſocios

*Projectum in mare dejicitur.*

10 Auguſtin. ſerm. 277. n. 6. *Præſes ille Dacianus nihil in corde ſentiebat, quando in nihil ſentiens cadaver ſæviebat.... Fecit tamen quicquid potuit, fecit iratus.* Vid. Prud. v. 377. & ſeqq.

11 Fefellit Deus Præſidem, nam teſte Auguſt. ſerm. 277. n. 1. *De corpore ejus, Eccleſiæ præſtita eſt conſolationis commoda.* & paullo ante: *Ejus fuit cadaver invictum, Dominum confeſſus eſt vivus: inimicum ſuperavit & mortuus &c.*

ſocios ſpatia longa atque diffuſa hortabatur tranſmittere. quod incitati nautæ implere non differunt. At ubi eorum oculis montium ſunt ſubducta cacumina, lituſque omne evanuit, timentes ne forte ad aliam provinciam deportarentur in medium maris [12] injectum fluctibus impreſſerunt. Et redeuntes ad Dacianum hilares, quaſi ſuo Præſidi prima gaudia reportarent, plauſu diſſono perſtrepebant, nautica vociferantes laſcivia, ſubtractum eſſe ab oculis omnium Vincentium: & ob hoc, quaſi primi nuntii magis præcipites, ſumma cum celeritate feſtinabant redire. Sed illos Daciani fortiſſimos remiges, Dei manu gubernante [13], beati Martyris corpus prævenerat, & quod altioris ſali credebatur profundo teneri, jam ad portum ſibi venerat quieſcendi; ante quodammodo honorem reperiens ſepulturæ, quam nuntiari potuiſſet expoſitum: ut divinis clareſcentibus miraculis, Chriſti miles poſt mortem quoque oſteoderetur invictus [14], quem nec ſupplicia vincere, nec maria quiverant abſorbere. In die enim ſui certaminis non eſt a pio Domino deſtitutus, quia dedit illi caput antiqui ſerpentis conterere, dum fideliter ſtuduit in mandatis ejus decertare.

XII. Interea ſanctus Martyr quemdam virum in ecſtaſi conveniens, ſe deportatum ad litus indicat, locumque in quo jacebat, demonſtrat. Qui de viſione aliquantulum hæſitans, dum tardius tanto funeri monſtratum exhibere parat obſequium, commonita in ſomnis quædam vidua, nomine Ionica [15], ætate & ſanctitate pleniſſima, vera ſigna quieſcentis corporis accepit: ſcilicet ubi illud reciprocatum fluctibus mollis arena tumulaverat, & elementi ipſius prolambente congerie ad honorem ſepulturæ famulando ſervierat. *Corpus Martyris revelatum invenitur.* Quam viſionem non ignorans divinitus ſibi eſſe manifeſtatam, pluribus Chriſtianæ religionis clam innoteſcere ſtuduit, & ut ad negotium ſibi cælitus oſtenſum una pergerent, ſollerter eos exhortari curavit. Venit ergo ad locum: & quaſi relegens certa oculis ſigna, in curvo litore expedita intentione dirigitur. Mox beati Vincentii corpus inter ipſa ſoli aquarumque commercia reperiunt, quem divina miracula [16] pro ſuæ ſanctitatis merito, & terris clarificaverant & pelago. Itaque propter gentilitium furorem, non valentes eum digno venerationis tumulare cultu, ad quamdam parvulam detulerunt baſilicam ſepeliendum. Tandem autem ceſſante perfidorum crudelitate, ac fidelium creſcente devotione beatiſſimus Martyr ad ſepulturæ honorificentiam inde levatus, digna cum reverentia deportatur [17], & ſub ſacro altari extra muros ejuſdem civitatis Valentiæ ad quietem reponitur; ubi meritis ipſius divina multipliciter præſtantur beneficia ad laudem & gloriam nominis CHRISTI, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat DEUS, per infinita ſæcula ſæculorum, Amen. *Cum honore ſepelitur.* *SS. Trinitas.*

12 Auguſtin. ſerm. 274. *Quando caro ejus .... navicula mittebatur in mare, tacite dicebat &c.*

13 Auguſtin. ſerm. 276. num. 4. *Quod vero tanta cura ſervavit Dominus Martyris corpus .... Mortuum maria tranſportavit. Ipſe inter undas gubernavit exſtinctum, qui inter ungulas animum donavit invictum.* Vid. Prud. v. 400. & ſeqq.

14 Auguſtin. ſerm. 274. *Vicit cruciatus ignibus, vicit immerſus fluctibus &c.*

15 Mulieris nomen in nullo fere codd. mſſ. expreſſum habetur. In uno Colbert. dicitur *Ionice*, in altero *Ionica*, ut in editis.

16 Auguſtinus ſermon. 275. num. 3. *Ille qui vidit corda certantium, non corpora deſerit mortuorum. Velut de hujus ipſius beati Vincentii corpore præclariſſimum miraculum exhibuit, ut id quod inimicus omnino non apparere cupierat, ſtruxerat, ſecerat, tam præſenti rei tu divino proderetur, & religioſius humandum, venerandumque demonſtraretur &c.*

17 Id paullo poſt martyrii tempus contigiſſe patet ex his Prudentii verſibus. *Sed mox ſubactis hoſtibus, Jam pace juſtis reddita, Altar quietem debitam &c.*

## *HYMNUS AURELII PRUDENTII*

### De Sancti VINCENTII martyrio.

*Ex lib. περὶ στεφάνων Hymno 5.*

1 Beate Martyr, proſpera
Diem triumphalem tuum,
Quo ſanguinis merces tibi
Corona, VINCENTI datur.

2 Hic te ex tenebris ſæculi
Tortore victo & judice,
Evexit ad cælum dies,
Chriſtoque ovantem reddidit.

3 Nunc angelorum particeps
Conlucis inſigni ſtola,
Quam teſtis indomabilis
Rivis cruoris laveras.

4 Cum te ſatelles idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare divis gentium
Ferro & catenis cogeret.

5 Ac verba primum mollia
Suadendo blande effuderat;
Captator ut vitulum lupus
Rapturus alludit prius.

6 Rex, inquit, orbis maximus
Qui ſceptra geſtat Romula,
Servire ſanxit omnia
Priſcis deorum cultibus.

7 Vos Nazareni aſſiſtite;
Rudemque ritum ſpernite:
Hæc ſaxa, quæ Princeps colit,
Placate fumo & victima.

8 Exclamat hic Vincentius,
Levita de tribu ſacra,
Miniſter altaris Dei,
Septem ex columnis [1] lactis:

9 *Tibi iſta præſint numina;*
*Tu ſaxa, tu lignum colas;*
*Tu mortuorum mortuus*
*Fias deorum Pontifex.*

10 *Nos lucis auctorem Patrem,*
*Ejuſque Chriſtum Filium,*
*Qui ſolus ac verus DEUS,*
*Daciane, confitebimur.*

11 Hic ille jam commotior:
Audeſne, non felix, ait,
Jus hoc deorum & Principum
Violare verbis aſperis?

12 Jus & ſacratum publicum,
Cui cedit humanum genus?
Nec te juventæ fervidæ
Inſtans periculum permovet?

13 Hoc namque decretum cape:
Aut ara thure & cæſpite
Precanda jam nunc eſt tibi,
Aut mors luenda eſt ſanguine.

14 Reſpondit ille altrinſecus:
*Age ergo, quidquid virium,*
*Quidquid poteſtas tibi eſt,*
*Palam reluctor, exere.*

15 *Vox noſtra quæ ſit, accipe.*
*Eſt Chriſtus & Pater Deus:*
*Servi hujus ac teſtes ſumus.*
*Extorque ſi potes fidem.*

16 *Tormenta, carcer, ungulæ,*
*Stridenſque flammis lamina.*
*Atque ipſa pœnarum ultima,*
*Mors Chriſtianis ludus eſt.*

17 *O veſtra inanis vanitas,*
*Scitumque brutum Cæſaris!*
*Condigna veſtris ſenſibus*
*Coli jubetis numina.*

18 *Exciſa fabrili manu,*
*Cavis recocta & follibus:*
*Quæ voce, quæ greſſu carent,*
*Immota, cæca, elinguia.*

19 *His ſumtuoſa ſplendido*
*Delubra creſcunt marmore:*
*His colla mugientium*
*Percuſſa taurorum cadunt.*

20 *At ſunt & illic ſpiritus.*
*Sunt, ſed magiſtri criminum,*
*Veſtræ & ſalutis aucupes,*
*Vagi, impotentes, ſordidi:*

21 *Qui vos latentes incitos*
*In omne compellunt nefas;*
*Vaſtare juſtos cædibus,*
*Plebem piorum carpere.*

22 *No-*

---

Marginal notes:

1 *Aulicis metis.*

4 *Plurimis a tyranno ...*

9 *Martyris ſponſio.*

10 *Chriſtus verus Deus.*

14 *Minas contemnit.*

15 *Chriſtus Deus.*

---

[1] Septem diaconi initio Eccleſiæ electi ſunt Act. 6.

22 *Norunt & ipſi ac ſentiunt,*
*Pollere Chriſtum & vivere,*
*Ejuſque jamjamque aſſore*
*Regnum tremendum perfidis.*

23 *Clamant* [2] *fatentes denique*
*Pulſi e latebris viſcerum,*
*Virtute Chriſti & nomine*
*Divique & idem dæmones.*

24 Tyrannus furit.

24 His intonantem Martyrem
Judex profanus non tulit,
Conclamat: Os obſtrudite,
Ne plura jactet improbus.

25 Vocem loqueotis claudite,
Raptimque lictores date,
Illos reorum carnibus
Paſtos, manuque exercitos.

26 Jam ſaxo, jus prætorium
Conviciator ſentiat,
Ne impune, ne noſtris ſibi
Dis deſtruendis luſerit.

27 Tibi ergo ſoli contumax,
Tarpeia [3] calcentur ſacra?
Tu porro ſolus obteras
Romam, Senatum, Cæſarem?

28 Vioctum retortis brachiis
Surſum ac deorſum extendite,
Compago donec oſſium
Divulſa membratim crepet.

29 Poſt hinc hiulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita,
Ut per lacunas vulnerum
Jecur retectum palpitet.

30 Ridebat hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula.

31 Ac jam omne robur fortium
Eviſcerando ceſſerat;
Niſuſque anbelus ſolverat
Feſſos lacertorum toros.

32 Aſt ille tanto lætior,
Omni vacantem nubilo
Frontem ſerenam luminat,
Te, Chriſte, præſentem videns.

33 Quis vultus iſte, pro pudor!
Dacianus aïebat furens.
Gaudet, renidet, provocat,
Tortore tortus acrior.

34 Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in iſto proficit,
Ars & dolorum vincitur.

35 Sed vos alumni carceris,
Par ſemper invictom mibi,
Cohibete paullum dexteras,
Reſpiret ut laſſus vigor.

36 Præſicca rurſus ulcera,
Dum ſe cicatrix colligit
Refrigerati ſaoguinis,
Manus reſulcans diruet.

37 His contra Levites refert:
*Si jam tuorum perſpicis*
*Languere virtutem canum:*
*Age ipſe major carnifex;*

38 *Oſtende, quo pacto queant*
*Imos receſſus ſcindere:*
*Manus & ipſe interſere,*
*Rivoſque ferventes bibe.*

39 *Erras, cruente, ſi meam*
*Te rere pœnam ſumere,*
*Cum membra morti obnoxia*
*Dilancinata interficis.*

40 *Eſt alter, eſt intrinſecus,*
*Violare quem nullus poteſt:*
*Liber, quietus, integer,*
*Exſors dolorum triſtium.*

41 *Hoc quod laboras perdere*
*Tantis furoris viribus,*
*Vas eſt ſolutum ac fictile*
*Quocumque frangendum modo.*

42 *Quin immo nunc enitere*
*Illum ſecare ac plectere,*
*Qui perſtat intus, qui tuam*
*Calcat, tyranne, inſaniam.*

43 *Hunc hunc laceſce, hunc diſcute*
*Invictum & inſuperabilem,*
*Nullis procellis ſubditum,*
*Solique ſubjectum Deo.*

44 Hæc fatur, & ſtridentibus
Laniatur uncis denuo.
Cui prætor ore ſubdolo
Anguina verba exſibilat.

45 Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
Pulvinar ut noſtrum mann
Abomineris tangere:



2 Hæc ſtrophe deeſt in mſ. S. Michaelis.
3 In monte Tarpeio erat Capitolium arx præcipua Romanæ ſuperſtitionis.

46 Saltem latentes paginas *,
Libroſque opertos detege,
Quo ſecta pravum feminans
Juſtis cremetur ignibus.

47 Vincentius renuit tradere ſacros libros.

47 His Martyr auditis, ait:
*Quem tu, maligne, myſticis*
*Minitaris ignem litteris,*
*Flagrabis ipſe hoc juſtius.*

48 *Romphæa nam cæleſtium*
*Vindex erit voluminum,*
*Tanti veneni interpretem*
*Linguam perurens fulmine.*

49 *Vides favillas indices*
*Gomorræorum criminum:*
*Sodomita nec latet cinis,*
*Teſtis perennis funeris.*

50 *Exemplar hoc, ſerpens, tuum eſt:*
*Fuligo quem mox ſulphuris,*
*Bitumen & mixtum pice*
*Imo implicabunt tartaro.*

51 His perſecutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina,
Spumaſque frendens egerit.

52 Tum deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium:
Igni, grabato, & laminis
Exerceatur quæſtio.

53 Hæc ille ſeſe ad munera
Gradu citato proripit;
Ipſoſque pernix gaudio
Pœnæ miniſtros prævenit.

54 Ventum ad palæſtram gloriæ;
Spes certat & crudelitas:
Luctamen anceps conferunt
Hinc Martyr, illinc carnifex.

55 Lecto ignito imponitur.

55 Serrata lectum regula
Dente frequenti exaſperat:
Cui multa carbonum ſtrues
Vivum vaporat halitum.

56 Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito:
Ceu jam coronæ conſcius
Celſum tribunal ſcanderet.

57 Subter crepante abſtergine
Scintillat excuſſus ſalis;
Punctiſque fervens ſtridulis
Sparſim per artus figitur.

58 Arvina poſt hinc igneum
Impreſſa cauterem lavit:
Vis unde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.

59 Hæc inter immotus manet,
Tamquam dolorum neſcius;
Tenditque in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerant.

60 Sublatus inde fortior
Lugubre in antrum truditur;
Ne liber uſus luminis
Animaret altum ſpiritum.

61 Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior:
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.

62 Æterna nox illic latet,
Expers diurni ſideris:
Hic carcer horrendus ſuos
Habere fertur inferos.

63 In hoc baratrum conjicit
Truculentus hoſtis Martyrem;
Lignoque plantas inſerit,
Divaricatis cruribus.

63 In horridum carcerem includitur.

64 Quin addit & pœnam novam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam,
Nec fando compertam retro.

65 Fragmenta teſtarum jubet
Hirta impolitis angulis,
Acuminata, informia,
Tergo jacentis ſternerent.

66 Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxii:
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obvio.

67 Hæc ille verſutus vafra
Meditatus arte ſtruxerat:
Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.

68 Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis cavernis diſſilit.

68 Rurſus Chriſtus & Angeli viſitant.

69 Agnoſcit hic Vincentius
Adeſſe quod ſperaverat,
Tanti laboris præmium,
Chriſtum datorem luminis.

70 Cernit deinde, fragmina
Jam teſtularum mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar carcere.

71 Quin

* Nil de ſacris libris in Actis, nec apud Auguſtinum.

71 Qoin & ſrequentes Angeli
Staot, ac loquuntur comminus:
Quorum unus ore auguſtior
Compellat bis dictis virum.

72 Exſurge Martyr inclite;
Exſurge ſecurus tui:
Exſurge, & almis cœtibus.
Noſter ſodalis addere.

73 Decurſa jam ſatis tibi
Pœnæ minacis munia,
Pulcroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.

74 O miles invictiſſime,
Fortiſſimorum fortior,
Jam te ipſa ſæva & aſpera
Tormenta victorem tremunt.

75 Spectator hæc Chriſtus Deos
Compeoſat ævo iotermino.
Propriæque collegam crucis
Larga corooat dextera.

76 Pooe hoc caducum vaſculum,
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſolvitur;
Et liber in cælum veni.

77 Hæc ille. Sed clauſas fores
Interoa rumpunt lumioa,
Tenuiſque per rimas uitor
Lucis latentis proditur.

78 Hoc cum ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis;
Quem cura peroox manſerat,
Servare feralem domum:

79 Pſallentis audit inſuper
Prædulce carmen Martyris,
Cui vocis ioſtar æmulæ
Conclave reddit coocavum.

80 Pavens deinde introſpicit,
Admota quantum poſtibus
Acies per artas cardinum
Intrare juncturas poteſt.

81 Vernare multis floribus
Stramenta teſtarum videt,
Ipſumque vulſis nexibus
Obambulantem pangere.

82 Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & volvit gemens
Iram, dolorem, dedecus.

83 Exemtus, inquit, carceri, *83 In lectulo poſitus.*
Paullum benignis ſotibus
Recreetur, ut paſtum novum
Pœnis refectus præbeat.

84 Coire toto ex opido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire præſultum torum,
Siccare cruda vulnera.

85 Ille ungularum duplices
Sulcos pererrat oſculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.

86 Plerique veſtem linteam
Stillante ringuunt ſanguioe, *86 Reliquiæ.*
Tutamen ut ſacrum ſuis
Domi reſervent poſteris.

87 Tunc ipſe manceps carceris,
Et vioculorum jaoitor,
Ut fert vetuſtas conſcia,
Repente Chriſtum credidit.

88 Hic obſeratis vectibus
Denſæ ſpecum caliginis
Splendore lucis advenæ
Micuiſſe clauſum viderat.

89 At vero poſtquam lectuli
Martyr quietem contigit;
Æger morarum tædio,
Et mortis inceoſus ſiti:

90 Si mors habenda ejuſmodi eſt,
Quæ corporali ergaſtulo
Meotem reſolvit liberam,
Et reddit auctori Deo:

91 Meotem piatam ſanguioe
Mortis lavacris elutam,
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto immolandam præboit.

92 Ergo, ut reclioe mollibus *92 Mortuus.*
Rejecit auleis caput,
Victor relictis artubus
Cælum capeſſit ſpiritus.

93 Cui recta celſo tramite
Reſeratur ad Patrem via;
Quam fratre cæſus impio
Abel beatus ſcanderat.

94 Stipant euntem candidi
Hinc iode ſanctorum chori,
Parique miſſum carcere
Baptiſta Johaones vocat.

95 At Chriſtiaoi ominis
Hoſtem coquebaot irrita
Fellis venena, lividum
Cor efferata exuſſerant.,

96 Sæ-

96 Sævire inermem crederes
Fractis draconem dentibus.
Evaſit exſultans, ait,
Rebellis, & palmam tulit!

97 Sed reſtat illud ultimum,
Inſerre pœnam morruo,
Feris cadaver tradere,
Canibuſve carpendum dare.

98 Jam nunc & oſſa exſtinxero,
Ne ſit ſepulcrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat,
Titulumque fingat Martyris.

99 Corpus insepultum.
99 Sic frendit, & corpus ſacrum
Profanus, ah dirum neſas!
Nudum, negato tegmine,
Exponit inrer carices.

100 Sed nulla dirarum fames,
Aut beſtiarum aut alitum,
Audet tropæum gloriæ
Fœdare tactu ſqualido.

101 Quin ſi qua clangens improbe
Circumvolarat eminus,
Trucis volucris impetu
Depulſa vertebat fugam.

1.02 Nam corvus, Heliæ datus
Olim ciborum portiror,
Hoc munus implet ſedule,
Et irremotus excubat.

103 Hic ex fruteris proximis,
Inſeſtus alarum ſono,
Oculoſque pennis verberans,
Exegit immanem lupum.

104 Quis perfidorum credere
Auſit, rapacem belluam
Tanris paratam congredi,
Ceſſiſſe plumis mollibus?

105 Ibat malignum murmurans
Levi volaru exrerritus;
Prædamque viſam fugerat
Cuſtodis imbellis minis.

106 Quis audienti talia,
Daciane, tunc ſenſus tibi!
Quantis gementem ſpiculis
Figebar occulrus dolor!

107 Cum te peremti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus,
Vacuiſque jam membris minor.

108 Sed quis, tyranne pertinax,
Hunc impotenrem ſpiritum
Determinablt exitus?
Nulluſne te franget modus?

109 Nullus; nec umquam deſinam.
Nam ſi ferina immanitas
Manſueſcit, & clementia
Corvos voraces mitigar.

110 Mergam cadaver fluctibus:
Inſana numquam nauſragis
Ignoſcit unda, & ſpumeum
Neſcit profundum parcere.

111 Aut ſemper illic mobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur fluctibus,
Squamoſa paſcens agmina:

112 Aut ſub fragoſis rupibus
Scabri petrarum murices,
Inter receſſus ſcrupeos
Diſciſſa rumpent viſcera.

113 Ecquis virorum ſtrenue
Cumbam peritus pellere,
Remo, rudente, & carbaſo
Secare qui pontum queas,

114 Rapias paluſtri e cæſpite
Corpus, quod intactum jacet,
Levique vectum lembulo
Amplum per æquor auſeras?

115 Sed complicarum ſparteus
Claudat cadaver culleus:
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.

116 Ar tu per undas emices 116 Mergitur.
Rorante præpes palmula,
Donec relictum longior
Abſcondat aſpectus ſolum.

117 Hæc juſſa quidam militum,
Eumorphio nomen fnit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore fervens arripir.

118 Funale textum conſerit,
Suto quod implet corpore;
Emenſus & mulrum freti
Inrer procellas excurit.

119 O præpotens virtus Dei!
Virtus creatrix omnium!
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Chriſto ſtraverat;

120 Ur terga calcans æquoris
Siccis mearet paſſibus,
Plantas nec undis tingueret
Vaſti viator gurgitis.

121 Hæc

Digitized by Google

121 Hæc ipſa virtus juſſerat
Rubrum ſalum dehiſcere,
Patente dum fundo aridum
Secura plebs iter legit.

122 Necnon & ipſa nunc jubet
Servire ſancto corpori
Pontum quietis lapſibus
Ad curva pronum litora.

123 Saxum molaris ponderis,
Ut ſpuma candens innatat;
Tantique cuſtos pignoris
Fiſcella fertur fluctibus.

124 Cernunt ſtupentes navitæ
Vectam remenſo marmore,
Labi retrorſum leniter,
Æſtu ſecundo & flamine.

*125 Mire ſervatur.*

125 Certant & ipſi concito
Pontum phaſelo ſcindere:
Longe ſed artus prævolant
Telluris ad mollem ſinum.

126 Prius relatos denique
Humus quieta ſuſcipit,
Quam pulſa ſummis niſibus
Carina portum tangeret.

*Sepelitur.*

127 Felix amœni litoris
Seceſſus ille, qui ſacra
Fovens arenis viſcera
Vicem ſepulcri præbuit!

128 Dum cura ſanctorum pia
Deflens adornat aggerem;
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reſervat poſteræ.

*Sub altari conditur.*

129 Sed mox ſubactis hoſtibus,
Jam pace juſtis reddita,
Altar quietem debitam
Præſtat beatis oſſibus.

130 Subjecta nam ſacrario,
Imamque ad aram condita,
Cæleſtis auram muneris
Perfuſa ſubtus hauriunt.

131 Sic corpus; aſt ipſum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Macchabæis fratribus,
Sectoque Eſaiæ proximum.

142 Simplex ſed illis contigit
Corona, pœnarum quibus
Finem malorum præſtitit
Mortis ſupremus exitus.

133 Quid tale ſector auſus eſt?
Truncata numquid corporis
Segmenta poſt ferram feris
Objecit, aut undis dedit?

134 Num Macchabæi martyris *134 2. Macc. 7.*
Linguam tyrannus erutam,
Raptamve pellem verticis
Avibus cruentis obtulit?

135 Tu ſolus, o bis inclite,
Solus brabei duplicis
Palmam tuliſti: tu duas
Simul paraſti laureas.

136 In morte victor aſpera,
Tum deinde poſt mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.

137 Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.

138 Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, ungulas,
Per carceralem ſtipitem,

139 Per fragmen illud teſteum,
Quo parta crevit gloria;
Per, quem trementes poſteri
Exoſculamur, lectulum:

140 Miſerere noſtrarum precum,
Placatus ut Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.

141 Si rite ſolemnem diem
Veneramur ore & pectore:
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:

142 Paulliſper huc illabere,
Chriſti favorem deferens:
Senſus gravati ut ſentiant
Levamen indulgentiæ.

143 Sic nulla jam reſtet mora,
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus,
Virtute perſunctam pari.

144 Ut quæ laborum particeps
Commune diſcrimen tulit,
Sit & cohæres gloriæ
Cunctis in ævum ſæculis.

DE

Anno Chriſti 304.

# DE SANCTA SOTERE

## virgine & martyre.

Soter ex S. Ambroſio nota.

I. PRætermittere non licuit beatam SOTEREM, de cujus geſtis etſi pauca habeamus, cum tamen certa ſint, inſuper haberi non debent. Ea ex ſancto Ambroſio diſcimus, qui de hac Martyre cognatione ſibi conjuncta duobus in locis agit. & licet paucis verbis, ejus tamen genus, vitæ caſtimoniam, & in tormentis pro Chriſti nomine perferendis conſtantiam, nobis clare repræſentat. Sic Virgines ipſius exemplo a mundi vanitatibus & illecebris evocat lib. de exhortatione virginitatis cap. 12. *Multæ autem*, inquit, *cum ſtudium caſtitatis profiteantur, affectant adminicula pulcritudinis; ut comtiores prodeant, nitidiori vultu quam ſacras Domini decet, quibus apoſtolico illo ſermone reſpondeo: Quæ mortuæ eſtis cum Chriſto ab elementis hujus mundi, quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, inquit, ne adtaminaveritis, ne guſtaveritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam. At non ſancta Soteris, ut domeſticum piæ parentis proferamus exemplum, (habemus enim nos Sacerdotes noſtram nobilitatem præfecturis & conſulatibus præferendam; habemus, inquam, fidei dignitates quæ perire non norunt) at non, ut dixi, Soteris vultus ſui curam gerebat: quæ cum eſſet decora facie valde, & nobilis virgo majorum proſapia, conſulatus & præfecturas parentum ſacra poſthabuit fide, & immolare juſſa non adquievit. quam perſecutor immanis palmis cædi præcepit; ut tenera virgo dolori cederet, aut pudori. At illa ubi audivit hanc vocem, vultum aperuit, ſoli invelata atque intecta martyrio: & volens injuriæ occurrit, vultum offerens, ut ibi martyrii fieret ſacrificium, ubi ſolet eſſe tentamentum pudoris. Gaudebat enim diſpendio pulcritudinis periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum ejus vulnerum vibicibus exarare, faciem tamen virtutis ejus & gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt. Etruſcum juvenem * veteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris proprii pulcritudinem, in amorem incenderet feminas, ſtigmatibus inaraſſe vultum ſuum, ne qua eum poſſet amare. Videro utrum caſtus fuerit illius animus; affectus tamen non innocens, propter quem in ſe animadverterit. Ille tamen ſola excepit vulnera, ne noceret: hæc triumphales retulit martyrii cicatrices, ut imaginem Dei quam acciperat reſervaret.* Et lib. 3. de Virginibus, Marcellinam ſororem ſuam ſic alloquitur cap. 6. *Sed quid alienigenis apud te, ſoror, utor exemplis, quam hereditariæ caſtitatis inſpirata ſucceſſio parentis infuſione Martyris erudivit? Unde enim didiciſti, quæ non habuiſti unde diſceres, conſtitutæ in agro, nulla ſocia virgine, nullo informata doctore? Non ergo diſcipulam, quod fieri ſine magiſterio non poteſt, ſed heredem virtutis egiſti. Qui enim fieri poſſet, ut ſancta Soteris tibi non eſſet mentis auctor, cui auctor eſt generis? Quæ perſecutionis ætate, ſervilibus quoque contumeliis ad faſtigium paſſionis evecta, etiam vultum ipſum qui inter cruciatus totius corporis liber eſſe conſuevit injuriæ, & ſpectare potius tormenta quam perpeti, carnifici dedit: tam fortis & patiens, ut cum teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cædendo defecerit, quam Martyr injuriæ cederet. Non vultum inflexit, non ora convertit: non gemitum, non lacrymam dedit. Denique cum cetera pœnarum genera viciſſet, gladium quem quærebat, invenit.*

Coloſſ. 2.

Soteris nobilitas,

Conſtantia.

* Spurina de quo vide Valer. Max. l. 4. cap 5.

Soter Ambroſii cognata.

Ejus generoſitas.

Romæ paſſa.

II. Uſuardus nonnullique alii Martyrologiorum ſcriptores beatam Soterem in *Oriente* paſſam fuiſſe volunt. At hanc de qua agimus in Italia mortem oppetiiſſe certum videtur ex ſancto Ambroſio, qui poſt allata Pelagiæ aliarumque Antiochenarum virginum in Oriente paſſarum *alienigena* ut vocat, *exempla*, ipſis beatæ Soteris ſibi cognatæ & notiſſimæ martyris exemplum domeſticum opponit. Certe eam Romæ martyrium pertuliſſe teſtantur Martyrologium vetuſtiſſimum vulgatum Hieronymianum, aliaque quam plurima quæ a Bollando die 10. Februarii laudantur. Quin & Anaſtaſius Bibliothecarius in vita ſancti Stephani Papæ III. refert, ab hoc Pontifice reſtauratum fuiſſe ſanctæ Soteris cœmeterium, quod quidem cœmeterium nonnulli ob nominis affinitatem S. Soteri Papæ attribuerunt. Ceterum Holſtenius in animadverſis ad Martyrologium Romanum hæc ad diem 8. Idus Februarii addit. *Romæ via Appia in cœmeterio juxta Catacumbas, paſſio Soteris virginis.* Hanc in urbe Palemo in Hiſpania paſſam fuiſſe volunt Hiſpani, cujus paſſionis Acta profert Johannes Tamajus Salazar, ad diem 10. Februarii: ſed de iſtorum Actorum auctoritate alii judicabunt.

Quo die.

III. Aliqua etiam videtur eſſe difficultas de ejuſdem Martyris paſſionis die, cum alii 6. alii 10. Februarii, alii autem utroque die ipſius memoriam recolant. Diem deci-

decimum aliis præferremus, ob antiquiſſimæ Liturgiæ Gelaſianæ auctoritatem, quæ IV. Idus Februarii Miſſam exhibet in *Natali ſanctæ Soteris*; ſi nobis conſtaret hic Ambroſianam Soterem deſignari. At ſuam Ambroſius *virginem* appellat; quæ vero apud Gelaſium recolitur ſolo martyrii titulo ornatur. Et certe vetuſtiſſimum Martyrologium ſancto Hieronymo tributum, cum vetuſto mſ. Remigiano, die 6. Februarii memorat *Romæ Soterem virginem in cimiterio paſſam*. die vero 10. item Romæ alterius Soteris ſine ullo titulo meminit, cui fortaſſe ab Ambroſiana diverſæ Miſſa Gelaſiana tribuenda eſt. Die tamen 10. in Remenſi eccleſia Soteris virginis feſtum recolitur. Cui Frodoardus ejuſdem Eccleſiæ Canonicus conſentit in carminibus ineditis de SS. Martyribus. Duplicem Soterem celebrat Notkerus, & quidem Virginem & Martyrem primam Romæ, alteram in Oriente: quin & Sauſſaius in Martyrol. Gallic. die decima Februarii, tertiam Soterem ſeu Suram Virginem & Martyrem memorat, quæ occiſa eſt hac die Dordraci in Hollandia a nebulonibus; ſequenti die Sueſſionas translata. De eadem agit Molanus in additionibus ad Martyrol. Adonis, & in indiculo SS. Belgii.

*Eo anno.* IV. Beatæ Soteris martyrium ad annum CCCIV. referendum eſt, ut patet ex lemmate quod in uno cod. mſ. noſtri monaſterii ſancti Germani a Pratis, & in altero monaſterii Longi-pontis Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Sueſſionenſi, additum eſt Actis ſancti Pancratii martyris, quod ſic ſe habet: *Eo tempore paſſa eſt virgo, nomine Soteris, nobili genere orta, ſub Diocletiano imperatore novies & Maximiano octies Conſulibus, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen*. Idem additamentum habetur cum Actis ſancti Pancratii in aliis codd. mſſ. & editis, ſed vitiatum, quod ideo negotium aliquod viris eruditis faceſſierat. Porro ex hoc etiam loco videtur poſſe inferri, ejuſdem Pancratii paſſionem ad annum 304. revocandam eſſe. De ſancto Pancratio agunt Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum cap. 39. & Gregorius Magnus variis in locis, & præcipue in Homilia 27. in Johannem, quam in ejuſdem Martyris baſilica ad ipſius *tumbam* habuit. Hanc vero eccleſiam *a presbyteris frequenter neglectam*, cum monaſterio ei cohærente monachis attribui voluit lib. 3. epiſt. 18. ad Maurum abbatem, *ut ibidem ad ſacratiſſimum corpus beati Pancratii quotidie opus Dei* perageretur. Inter alios Monaſterii Solemniacenſis a ſe conditi patronos Sanctus Eligius recenſet *Pancratium* in charta fundationis, quæ refertur ſub finem tomi 2. Actorum SS. Ordinis Benedictini pag. 1091. Celebris etiam erat apud Græcos Pancratii memoria, cujus meminit Procopius lib. 1. de bello Gothico: alius eſt ab iſto Pancratius Taurominii in Sicilia Epiſcopus & Martyr celeberrimus, etiam apud Græcos, uti colligitur ex Theodori Studitæ epiſt. 8. lib. 2. de quo plura referunt vulgati auctores; ſed parum certa, quæ vide ſis apud Cajetanum in Sanctis Siculis, & Bolland. ad diem 3. Aprilis. *S. Pancratius.*

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. SATURNINI &c.

*Acta in Collatione Carthaginienſi laudata.* 1. QUamvis Saturnini aliorumque Martyrum, de quibus hic agimus nomina apud ſanctum Auguſtinum expreſſa non habeantur; nemo tamen dubitat, quin ii ipſi ſint, quorum Acta *a* Donatiſtis producta, & a Catholicis ut germana agnita & recepta fuerunt in collatione Carthaginienſi, quæ anno 411. inter epiſcopos Catholicos & Donatiſtas habita eſt. His Actis uſi ſunt Catholici adverſus Donatiſtas, ut oſtenderent etiam tempore perſecutionis concilium duodecim epiſcoporum congregari potuiſſe, quandoquidem tunc Chriſtiani collectas & ſacros conventus celebraverant. Id refert Auguſtinus in Breviculo Collationis die 3. cap. 17. *Catholici*, inquit, *reſpondebant multo facilius duodecim homines in domum convenire potuiſſe eo tempore, quo etiam congregationes plebium fieri ſolebant, quamvis perſecutione ſæviente, ſicut ipſis geſtis Martyrum monſtrabatur, qui confitebantur in paſſionibus ſuis ſe collectam & Dominicum egiſſe*.

2. Verum hæc Acta, quæ tunc temporis pura & genuina habebantur; paullo poſt a Donatiſtis, ut Conſulum nomina tollerent, aliquatenus depravata fuere, qui adjunctis initio Præfatione brevi, ac in fine longiori Appendice, multas calumnias adverſus Menſurium Carthaginienſem epiſcopum, alioſque Catholicos his inſeruerunt. Remanſere tamen integra ac intacta quæ de quæſtionibus publicis a Notariis excepta fuerunt, aut ſaltem *A Donatiſtis aucta.* *Sine additis dantur.*

quæ ibi collector refert, ex Actis publicis, quod ipſemet atteſtatur, deſumta ſunt. quæ cum, ut ait Baronius, inoffenſo percurri poſſint pede, detractis Donatiſtarum additamentis, ea proferre viſum eſt. Si quis vero plura cupit, eruditiſſimum Baluzium adeat, qui tomo 2. Miſcellaneorum integram Donatiſtæ auctoris collectionem exbibet. Porro hanc noſtram editionem ad mſſ. codd. & editos ſimul inter ſe collatos adornavimus.

*Martyrii tempus.* 3. Tempus quo iſti Martyres paſſi ſunt, ex Auguſtino diſcimus loco ſuperius laudato, ubi Conſulum nomina, quæ nobis Donatiſtæ inviderunt, his verbis refert. *Geſta Martyrum, quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, Conſulibus facta ſunt Diocletiano novies & Maximiano octies, pridie Idus Februarias*, id eſt, anno 304. die 12. Februarii, quo quidem die eorumdem Martyrum memoriam celebrat Uſuardus, quam Martyrologium Romanum die præcedenti, neſcio qua de cauſſa, conſignavit. Sed ibi quæſtionis quidem, non vero conſommati martyrii tempos deſignatur, ut ex Actis paret. De eorum enim morte nihil ſcimus præter ea quæ ab auctore Donatiſta his verbis referuntur: *Anulino proconſule, aliiſque perſecutoribus interim circa alia negotia occupatis, beati Martyres iſti corporeis alimentis deſtituti, paullatim & per intervalla dierum naturali conditioni, famis atrocitate cogente ceſſerunt, & ad ſiderea regna cum palma martyrii migraverant, præſtante Domino noſtro Jeſu, qui cum Patre &c.* His conſormis eſt Actorum titulus in codd. mſſ. Colbertino 1. Compendienſi & Pratellenſi, quem ideo Actis præmiſimus. Et quidem in ipſis Actis Martyres in carcerem retruſi, *paſſioni condignæ reſervati*, ſeu *deſtinati* paſſim dicuntur. Favet etiam Donatiſtæ ſcriptori, quod ii ſancti Martyres non uno, ſed diverſis diebus, immo & menſibus in Kalendario Carthaginenſi celebrentur. Nam Rogatus... Kal. Iulii annotatur; Felix, Eva & Regiola 3. Kal. Septembris; Ampelius pridie Kal. ejuſdem menſis. Januarius... Kal. Octobris, & tandem Victoria... Kal. Novembris. Dubitari tamen poteſt, an Januarius hic memoratus ſit ex horum Martyrum, de quibus nunc agimus, numero. Videtur enim eſſe Januarius Beneventanus epiſcopus, qui cum Soſio, cujus feſtum in eodem Kalendario die ſequenti celebratur, Puteolis prope Neapolim paſſus eſt. Sic & Victoriæ plures in Africa paſſæ ſunt, ex quibus unam Auguſtinus laudat inter viginti Martyres qui Hippone celeberrimam baſilicam habebant, eamque cum Valeriana & Fidentio epiſcopo enumerat ſerm. 325. qui de iiſdem 20. Martyribus inſcriptus eſt. *Alii Martyres.*

4. Porro plures etiam Martyres in Numidia occaſione ſacrorum librorum occubuiſſe diſcimus ex reſcriptis Secundi Tigiſitani epiſcopi ad Menſurium Carthaginenſem, ubi, teſte ſancto Auguſtino in Breviculo Collationis die 3. cap. 13. Secundus narrat *in Numidia perſecutores quæ egerint, & qui comprehenſi, & Scripturas ſanctas tradere nolentes, & multa mala paſſi, & graviſſimis ſuppliciis excruciati & occiſi ſunt*. Hæc ſub Floro contigere, quem *Numidiæ perſecutorem* appellat Optatus lib. 3. ad Parmenianum.

---

# ACTA

## Sanctorum SATURNINI, DATIVI, & aliorum plurimorum Martyrum in Africa.

*Anno Christi 304.*

*Ex codd. mſſ. & editis inter ſe collatis.*

*Incipiunt Confeſſiones & Actus Martyrum Saturnini presbyteri, Felicis, Dativi, Ampelii ceterorumque infra ſcriptorum, qui propter Collectas & Scripturas dominicas, ſub Anulino tunc Proconſule Africæ die pridie Idus Februarii Carthagine Dominum confeſſi, diverſis locis temporibuſque diſcretis beatiſſimum ſanguinem profuderunt.*

*Perſecutio occaſione SS. librorum.* I. TEmporibus Diocletiani & Maximiani, bellum diabolus Chriſtianis indixit iſto modo, ut ſacroſancta Domini teſtamenta [1], Scripturaſque divinas ad exurendum peteret, baſilicas dominicas ſubverteret, & ritus ſacros, cœtuſque ſanctiſſimos celebrari Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei tam immane præceptum, ſacrilegamque juſſionem perhorruit.

[1] Colb. *Sacramenta*.

horruit: & mox fidei arma arripuit, deſcendit in prœlium non tam contra homines, quam contra diabolum pugnaturus. Et quamvis tradendo gentilibus Scripturas dominicas, atque Teſtamenta divina profanis ignibus comburenda, a fidei cardine cecidere nonnulli; conſervando tamen eas, & pro ipſis libenter ſuum ſanguinem effundendo, fortiter finiere [2] quam plurimi. Quique pleni Deo, devicto atque proſtrato diabolo, victricem palmam in paſſione geſtantes, ſententiam in Traditores, atque in eorum conſortes, qua illos ab Eccleſiæ communione rejecerant [3], cuncti Martyres proprio ſanguine conſignabant: Fas enim non fuerat, ut in Eccleſia Dei ſimul eſſent Martyres & Traditores.

II. Advolabant igitur undique verſum ad certaminis campum immenſa agmina Confeſſorum, & ubi quiſque hoſtem reperiebat [4], caſtra illic dominica collocabat. Namque in civitate Abitinenſi [5] in domo Octavi [6] Felicis cum bellica caneret tuba, dominica ſigna glorioſi Martyres erexerunt; ibique celebrantes ex more Dominicum [7], a coloniæ magiſtratibus, atque ab ipſo ſtationario milite apprehenduntur, SATURNINUS presbyter cum filiis quatuor, id eſt SATURNINO juniore, & FELICE, Lectoribus, MARIA ſanctimoniali, Hilarione [8] infante. Itemque DATIVUS qui & Senator, FELIX, alius FELIX, EMERITUS, AMPELIUS, ROGATIANUS, QUINTUS, MAXIMIANUS, THECLA, ROGATIANUS, ROGATUS, JANUARIUS, CASSIANUS, VICTORIANUS, VINCENTIUS, CÆCILIANUS, RESTITUTA, PRIMA, EVA [9], ROGATIANUS, GIVALIUS [10], ROGATUS, POMPONIA, SECUNDA, JANUARIA, SATURNINA, MARTINUS, DANTUS [11], FELIX, MARGARITA, MAJOR [12], HONORATA, REGIOLA [13], VICTORINUS [14], PELUSIUS, FAUSTUS, DACIANUS, MATRONA, CÆCILIA, VICTORIA, HERECTINA [15], SECUNDA, item [16] MATRONA, JANUARIA. qui apprehenſi, producebantur alacres ad forum.

*Plures Confeſſores.*

III. Ad hoc in Primum certaminis campum prior Dativus ibat, quem ſancti parentes candidum [17] ſenatorem cæleſti curiæ genuerunt. Ibat etiam Saturninus presbyter, numeroſa vallatus propagine liberorum: cujus partus partem ſibi ſociam martyrio deſtinavit, partem ſui nominis pignus Eccleſiæ relinquebat. Hos agmen dominicum ſequebatur: in quo fulgebat cæleſtium ſplendor armorum, ſcutum fidei, lorica juſtitiæ, ſalvationis galea, & gladius bifrons [18] ſermo Dei: quorum præſidio fulti, ſpem victoriæ fratribus promittebant. Sed jam ad ſupra dictæ civitatis pervenerunt forum. Ibi primum congreſſi, confeſſionis palmam magiſtratus elogio ſuſtulerunt. In iſto namque foro, jam pro dominicis Scripturis dimicaverat cælum, cum Fundanus ipſius [19] civitatis quondam epiſcopus Scripturas dominicas traderet exurendas; quas cum magiſtratus ſacrilegus igni apponeret, ſubito imber ſereno cælo diffunditur, ignis Scripturis ſanctis admotus extinguitur, grandines adhibentur, omniſque ipſa regio pro Scripturis dominicis, elementis furentibus devaſtatur.

*Ad forum ducti*

IV. De

2 Ed. *fecere*.
3 Pratel. *rejecerunt*.
4 Ita cod. Comp. alii mſſ. cum editis, *repererat*.
5 Sic cum 2. mſſ. Henſchenianis cod. Comp. At alii editi & mſſ. *Alutinenſi* & ſic ubicumque in Actis hoc nomen repetitur. Porro Alutina, ſi urbs umquam fuit, ignota eſt: Abitina vero civitas eſt epiſcopalis in provincia Proconſulari, cujus epiſcopi Victor & Maximus memorantur in Collatione Carthag. Vide Auguſtin. lib. 3. contra Donatiſt. & lib. 3. contra epiſt. Parmeniani. Quin & Concilio Carthag. ſub S. Cypriano adfuit Saturninus epiſcopus *ab Avitinis*.
6 Sic mſſ. Colbert. 2. Trevir. apud Henſchenium & Celeſtin. At Comp. habet, *Octavii*. Ceteri mſſ & editi, *Octavi*.
7 Sic Comp. cum Boll. alii, *dominica Sacramenta*.
8 Boll. *Hilariano*.
9 Boll. *Primavo*. At legendum *Prima*, *Eva*, ut ex mſſ. patet, & ex Kalendario Carthaginenſi, ubi 3. Kal. Sept. ſic habetur, *Felicis*, *Eve & Regiole*. Baron. & Surius pro *Eva*, habent *Eno*. Cod. Floriac. *Evae*.
10 al. *Gulaelius*.
11 Baron. *Datus*. Baluz. *Elantus*. mſſ. Fulienſis & Pratell. *Clantus*.
12 Videntur eſſe diverſæ Margarita & Major. Non enim eſt altera Margarita.
13 Boll. *Regula*.
14 Baluz. cum mſſ. Ful. & Pratell. *Victorianus*.
15 Boll. hic *Heredina*. in titulo, *Beredina*. mſ Pratel. *Herrectina*.
16 Soli Boll. habent, *item*. Unde Baluz. *ſecunda Matrona*, quaſi altera Matrona.
17 Baron. *candidatum*.
18 al. *vibrans*.
19 Soli Boll. habent, *ipſius*.

IV. De hac igitur civitate Martyres Chriſti exoptata prima vincula ſuſceperunt; directique ad Carthaginem alacres ac læti, per totum iter, hymnos Domino canticaque pſallebant. Qui cum ad Officium Anulini tunc Proconſulis pervenirent, ſtarentque in acie conſtanter ac fortiter, ſævientis impetus diaboli dominica conſtantia retundebant. Sed cum non contra omnes ſimul milites Chriſti diabolica rabies prævaleret, ſingulos in certamina poſtulavit. Quorum certaminum pugnas non tam meis exſequar, quam Martyrum dictis; ut & ſævientis hoſtis audacia in tormentis, atque in ipſa ſacrilega invectione noſcatur, & Chriſti Domini præpotentis virtus in tolerantia Martyrum, atque in ipſa confeſſione laudetur.

*Deinde Carthaginem.*

V. Cum igitur ab Officio Proconſuli offeruntur, ſuggeriturque quod a magiſtratibus Abitinenſium tranſmiſſi eſſent Chriſtiani, qui contra interdictum Imperatorum & Cæſarum, Collectam & Dominicum [20] celebraſſent; primum Proconſul Dativum interrogat, cujus eſſet conditionis, & utrum collectam feciſſet. Qui cum ſe Chriſtianum, & in collecta fuiſſe profiteretur, auctor ab ipſo collectionis ſanctiſſimæ poſtulatur. Statimque jubet Officium eumdem in equuleum ſublevare, extenſumque ungulis præcidi [21]. Sed cum carnifices juſſa crudelia atroci velocitate complerent, ſtarentque ſævientes in dictis [22], & denudatis ad vulnera Martyris lateribus, erectis ungulis imminerent; ſubito ſeſe per medium Thelica [23] fortiſſimus Martyr tormentis objecit [24], & clamavit: *Chriſtiani ſumus nos*. *Nos*, inquit, *collegimus*. Statimque Proconſulis furor exarſit, & ingemiſcens, ſpiritali gladio graviter vulneratus, Martyrem Chriſti graviſſimis ictibus tutudit, in equuleum ſuſpenſum extendit, ungulis perſtridentibus laniavit. At contra glorioſiſſimus Thelica martyr, media de ipſa carnificum rabie hujuſmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat: *Deo gratias*. *In nomine tuo*, *Chriſte Dei fili*, *libera ſervos tuos*.

*Dativus interrogatur.*

*Thelica.*

VI. Talia precanti Proconſul: Quis eſt, inquit, auctor tecum congregationis veſtræ? Qui crudelius ſæviente carnifice, clara voce reſpondit: *Saturninus presbyter*, *& omnes*. O Martyrem primatum omnibus dantem! Non enim presbyterum fratribus prætulit, ſed Presbytero Fratres confeſſionis conſortio copulavit. Quærente igitur Proconſule Saturninum, oſtendit: non quod illum prodidit, quem ſecum adverſus diabolum pariter dimicare cernebat: ſed ut illi panderet, integre ſe celebraſſe collectam, quando cum ipſis etiam Presbyter fuerat. Manabat igitur cum voce ſanguis Dominum deprecantis: & præceptorum Evangelii memor, inimicis ſuis veniam Martyr inter ipſa corporis ſui laniamenta poſcebat. Inter ipſos namque vulnerum graviſſimos cruciatus, tortores pariter & Proconſulem his vocibus exprobrabat: *Injuſte facitis*, *infelices*; *contra Deum facitis*. *Deus altiſſime*, *noli illis conſentire ad hæc peccata*. *Peccatis infelices*, *adverſus Deum facitis*. *Cuſtodite præcepta Dei altiſſimi*. *Injuſte agitis infelices*; *innocentes laniatis*. *Non ſumus homicidæ*; *non fraudem fecimus*. *Deus miſerere*; *gratias tibi ago Domine*, *pro nomine tuo da ſufferentiam*. *Libera ſervos tuos de* * *captivitate hujus ſæculi*. *Gratias tibi ago*, *nec ſufficio tibi gratias agere*. Et cum ictibus ungularum concuſſa fortius latera ſulcarentur, profluen-

* al. in

20 Sic eod Comp. & recte, ut paret non ſolum ex num. 7. & 8 infra, ſed & ex ipſomet Auguſtino in Breviculo Collationis die 3. cap. 17. *Sicut ipſa geſta Martyrum monſtrabatur, qui confitebantur in Paſſionibus ſuis ſe collectam & Dominicum egiſſe*. Utrumque diſtinguere videtur Tertull. lib. de fuga: *Sed quomodo colligemus? quomodo Dominica celebrabimus?* Collecta cuilibet conventui competit, Dominicum vero deſignat ſacra Myſteria. Cyprian. epiſt. ad Cæcilium: *Numquid ergo Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, ut ſic myſticum calicem &c.* Porro Boll. habent, *collectam ſive Dominicam*; aliæ edit. & mſſ. *collectam Dominicam*. Vide Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 15. Decembris, ubi plura de hac voce collegit.

21 Sic Comp. Alii mſſ & edit. *Praeparare*. Officii nomine deſignantur publici miniſtri, qui Proconſulibus, Præſidibus aut Magiſtratibus in publicis muniis inſerviebant; hinc Officiales. De his quoque erudite diſſerit Baronius in notis ad diem 17. Maii.

22 Comp. *in digitis*.

23 Comp. & Culeſt. *Tavelico*. Protel. *Telerico* & ſic deinceps, licet in generali enumeratione, ut ceteri habeant *Thelica*.

24 al. *ſubjecit*.

fluenſque ſanguinis unda violentis tractibus emanaret, Proconſulem ſibi dicentem audivit: Incipies ſentire quæ vos pati oportcat. Et adjecit: *Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum. Domine Jeſu Chriſte, Chriſtiani ſumus, tibi ſervimus; tu es ſpes noſtra, tu es ſpes Chriſtianorum. Deus ſanctiſſime, Deus altiſſime, Deus omnipotens. Tibi laudes pro nomine tuo reddimus, Domine Deus omnipotens.* Cui talia oranti, cum a diabolo per judicem diceretur: Cuſtodire te oportuit juſſionem Imperatorum & Cæſarum, defatigato jam corpore, forti atque conſtanti ſermone victor animo [25] proclamavit: *Non curo niſi legem Dei quam didici. Ipſam cuſtodio, pro ipſa moriar, in ipſa conſummor, præter quam non eſt alia.* Talibus itaque dictis glorioſiſſimi Martyris, in ſuis tormentis magis ipſe Anulinus torquebatur. Cujus tandem rabies ferocitate ſaginata: Parce, inquit, recluſumque in carcerem, paſſioni condignæ Martyrem deſtinavit.

*Chriſtus Deus altiſſimus &c.*

*Dativi paſſio.*

VII. Poſt hunc Dativus a Domino in certamine erigitur, qui Theliccæ fortiſſimum prœlium de proximo comminus cum penderet equuleo ſpectaverat extenſus: idemque cum ſe voce ſæpius repetita Chriſtianum eſſe, & collectam feciſſe fortiter proclamaret, emerſit Fortunatianus [26], ſanctiſſimæ martyris Victoriæ frater, vir ſane togatus, ſed a religionis Chriſtianæ ſanctiſſimo cultu, ipſis temporibus alienus: qui ſuſpenſum in equuleo Martyrem profanis vocibus hactenus arguebat. Hic eſt, ait, o domine, qui per abſentiam patris noſtri, nobis hic ſtudentibus, ſororem noſtram Victoriam ſeducens, hinc de ſplendiſſima Carthaginis civitate, una cum Secunda & Reſtituta, ad Abitinenſem coloniam ſecum uſque perduxit: quique numquam domum noſtram ingreſſus eſt, niſi tunc quando quibuſdam perſuaſionibus puellares animos illiciebat. Sed non tulit Victoria clariſſima Martyr Domini, collegam & commartyrem ſuum falſo appeti Senatorem. Statimque Chriſtiana libertate prorumpens: *Nullius*, inquit, *perſuaſione profecta ſum, nec cum ipſo ad Abitinas veni. Hoc poſſum per cives probare. Omnia mea ſponte atque voluntate perfeci. Nam & in collecta fui, & Dominicum cum Fratribus celebravi, quia Chriſtiana ſum.* Tunc impudens advocatus maledicta exaggerabat in Martyrem. Et contra Martyr glorioſus de equuleo cuncta vera reſponſione ſolvebat. Inter hæc Anulinus ardeſcens, premi ungulis in Martyrem iubet. Statim carnifices nuda præparataque ictibus latera cruentis vulneribus invenerunt. Advolabant truces manus juſſis velocibus leviores, ſecretaque pectoris, diſruptis cutibus, viſceribuſque divulſis, nefandis adſpectibus profanorum adnexa crudelitate pandebant. Inter hæc Martyris mens immobilis perſtat: & licet membra rumpantur, divellantur viſcera, latera diſſipentur; animus tamen Martyris integer, inconcuſſuſque perdurat. Denique dignitatis ſuæ memor Dativus, qui & Senator, tali voce preces Domino ſub carnifice rabiente fundebat: *O Chriſte Domine, non confundar.* His dictis, beatiſſimus Martyr, quod a Domino popoſcerat, tam facile meruit, quam breviter poſtulavit.

VIII. Denique mox Proconſulis mente concuſſa, lingua, Parce [27], proſilivit *. Ceſſavere carnifices. Fas enim non erat Martyrem Chriſti in commartyris ſuæ Victoriæ cauſa torqueri. Namque cum contra eum etiam Pompeianus ſuſpicionis indignæ ſævus accuſator accederet, calumnioſamque conjungeret actionem, diſpectus a Martyre eſt & retuſus [28]. *Quid agis hoc in loco diabole? Quid contra Martyres Chriſti*

* *al. dixit.*

*adhuc*

25 Boll. *viribus animo*. Baron autem & Surius *ſermone victor proclamavit*.

26 Nomen non exprimitur apud Baron. Sur. & Baluz. nec in mſſ. Fuleenſi & Pratell. Aliqui codd. habent *Fortunatius*.

27 Aliæ edit. *Lingua volente parcere* Codd. Fulienſ. & Comp. *Proconſul..* • • *lingua volenti parcere*. Baluz. *voleuit*.

28 al. Codd. *percuſſus*.

*adbuc nſque conaris?* a Senatore Domini ac Martyre, & poteſtas ſimul & forenſis rabies ſuperata eſt. Sed quoniam debnerat clariſſimos Martyr etiam pro Chriſto torqueri; cum interrogatus utrum in Collecta fuiſſet, profiteretur *Rurſus torquetur.* conſtanter & diceret, cum collecta fuiſſet ſe ſuperveniſſe, & Dominicum cum Fratribus congrua religionis devotione celebraſſe, auctoremque ejuſdem collectionis ſanctiſſimæ non [29] unum fuiſſe, in ſeſe Procooſulem rurſus acrius excitavit. Cujus recrudeſcente ſævitia, geminata Martyris dignitas iterato ungulis ſulcantibus exaratur. At Martyr inter vulnerum cruciatus ſæviſſimos priſtinam ſuam repetens orationem: *Rogo*, ait, *Chriſte, non confundar. Quid feci? Saturninus eſt Presbyter noſter.*

*Saturninus ſiſtitur.* IX. Ejus cum latera duri truceſque carnifices, magiſtra crudelitate monſtrante, aduncis ungulis raderent, Saturninus presbyter ad prœlium poſtulatur. quique cæleſtis regni contemplatione conſideraos parva admodnm ac levia ſuos commartyres ſuſtinere, congredi etiam ipſe taliter cœpit. Nam dicente Proconſule: Tu contra juſſionem Imperatorum & Cæſarum feciſti, ot hos omnes colligeres. reſpondit presbyter Saturninus, Donıini Spiritu ſuggerente: *Securi Dominicnm celebravimus.* Proconſul ait: Quare? Reſpondit: *Quia non poteſt intermitti Dominicum.* Qui mox ut hæc dixit, contra Dativum ſtatim jubetur aptarl. Spectabat interea Darivus lanienam corporis ſui potius quam dolebat: & cujus ad Dominnm mens animuſque pendebat, nihil dolorem corporis æſtımabat, ſed tantum ad Dominum precabatur *Dativi conſtantia.* dicens: *Snbveni, rogo, Chriſte, habe pietatem. Serva animam meam, cuſtodi ſpiritum meum, nt non confundar. Rogo Chriſte, da ſufferentiam.* Cui cum a Proconſule diceretur: Ex hac ſplendidiſſima civitate magis debueras alios ad booam mentem vocare, & ooo contra præceptum Imperatornm & Cæſarum facere. fortius atque cooſtantius acclamabat: *Chriſtianus ſum.* Qua voce diabolus ſuperatus: Parce, inquit. Simulque illnm in carcerem trudens, paſſioni condignæ Martyrem reſervavit.

X. At vero presbyrer Saturninus, recenti Martyrum ſanguine delibutus [30], cum penderet in equuleo, admonebatur in eorum fide perſiſtere, in quorum cruore perſtabat. Hic cum interrngaretur, utrum auctor ipſe eſſet, & omoes ipſe adunaſſer, & diceret: *Etiam, ego præſens in collecta fui.* Emeritus *Saturninus torquetur.* Lector ad certamen exſiliens, congrediente Presbytero: *Ego ſum auctor*, ioquit, *in cnjns domo Collectæ factæ ſunt.* Ar Proconſul qui jam toties victus fuerat, imperus Emeriti perborrebar; & tamen in Presbyterum verſus: Quare contra præceptum faciebas, inquit [31], Saturnine? Cui Saturoinos: *Intermitti Dominicum non poteſt*, ait. *Lex ſic jnbet.* Tunc Proconſul: Non tamen debuiſti prohibita contemnere, ſed obſervare potius, & non rem facere contra præceptum Imperatornm. Et meditata jamdiu in Martyribus voce, tortorem ſævire commonuit [32], cui non pigro parerur obſequio. Nam carnifices in ſenile corpus Presbyteri ruunt, & graſſanre rabie, rupta oervorum connexione, diſcerpunt illud ingemiſcenda ſupplicia, & novi generis in Sacerdotem Dei exquiſita tormenta. Videres quaſı in pabulum vulnerum fame rabida ſævire carnifices, apertiſque viſceribus, ad horrorem videnrium, inrer ruborem ſaoguinis oſſa nudata pallere; & ne inter moras torquentium excluſa anima corpus ſupplicio pendente deſereret, tali voce Dominnm Presbyter precabatur: *Rogo* *Chriſtus Deus.* *Chriſte, exaudi me. Gratias tibi ago Deus, jube me decolari. Rogo, Chriſte, miſerere: Dei Fıli ſubveni.* Cui Proconſul: Quare contra præceptum faciebas? Et Presbyter: *Lex ſic, jubet, Lex ſic docet*, inquit. O admiranda ſatis ac predicandi Præsbyteri doctoris

divjna

29 In al. deeſt. non. 30 al. *delibuto.*
31 Bal. addunt, *ſecundum quod præcepit.* Comp. pro *præcepto*, habet, *poteras.*
32 Baluz. & Fratel. *tortorem ira ſua commovit.*

divina reſponſio! Legem ſanctiſſimam etiam in tormentis Presbyter prædicat, pro qua libenter ſupplicia ſuſtinebat. Legis denique voce deterritus Anulinus: Parce, inquit. Eumque in cuſtodiam carceris redigens, exoptato ſupplicio deſtinavit.

XI. At vero Emerito applicito: In tua, inquit Proconſul, domo, collectæ factæ ſunt contra præcepta Imperatorum? Cui Emeritus ſancto Spiritu inundatus: *In domo mea*, inquit, *egimus Dominicum*. At ille: Quare permittebas, ait, illos ingredi? Reſpondit: *Quoniam fratres mei ſunt, & non poteram illos prohibere*. Sed prohibere, inquit, illos debuiſti. At ille: *Non poteram* [33], *quoniam ſine Dominico non poſſumus*. Statim etiam ipſe in equuleo jubetur extendi, extenſuſque vexari. qui cum validos ictus innovato carnifice pateretur: Rogo, ait, *Chriſte, ſubveni mihi. Contra præceptum Dei facitis, o infelices*. Et interloquendo Proconſul: Non oportuerat te, inquit, eos ſuſcipere. Reſpondit: *Non poteram, niſi ſuſciperem fratres meos*. At Proconſul ſacrilegus: Sed prior, inquit, erat juſſio Imperatorum & Cæſarum. Contra religioſiſſimus Martyr: *Deus*, inquit, *major eſt, non Imperatores. Rogo Chriſte; tibi laudes refero, Chriſte Domine, da ſufferentiam*. Cui talia precanti, hæc Proconſul injecit: Habes ergo ſcripturas aliquas in domo tua? Et reſpondit: *Habeo; ſed in corde meo*. Et Proconſul: In domo tua, inquit, habes, an non? Emeritus Martyr ait: *In corde meo illas habeo. Rogo Chriſte, tibi laudes: libera me Chriſte, patior in nomine tuo. Breviter patior, libenter patior, Chriſte Domine; non confundar*. O Martyrem Apoſtoli memorem, qui legem Domini conſcriptam habuit, non atramento, ſed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus! O Martyrem legis ſacræ idoneum, diligentiſſimumque cuſtodem, qui Traditorum facinus perhorreſcens, Scripturas dominicas ne perderet, intra ſecreta ſui pectoris collocavit! Quo cognito, Proconſul: Parce, inquit, ejuſque profeſſionem in memoriam [34] una cum ceterorum confeſſionibus redigens: Pro meritis veſtris omnes, inquit, ſecundum confeſſionem veſtram pœnas meritas perſolvetis.

*Emeritus.*

XII. Sed jam ferina rabies, ore cruento tormentis Martyrum ſaginata languebat. Sed cum Felix nomine & paſſione proceſſiſſet in prœlium, acieſque Domini omnis incorrupta invictaque perſtaret, tyrannus mente proſtratus, voce demiſſus, anima & corpore diſſolutus: Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua poſſitis vivere, ut juſſiones conſervetis. Contra quæ Confeſſores Domini, invicti Martyres Chriſti, tamquam ex uno ore dixerunt: *Chriſtiani ſumus. Non poſſumus niſi Domini legem ſanctam uſque ad effuſionem ſanguinis cuſtodire*. Qua voce percuſſus inimicus, Felici dicebat: Non quæro utrum Chriſtianus ſis, ſed an collectam feceris, vel Scripturas aliquas habeas? O ſtulta judicis & ridenda interrogatio! Chriſtianus, inquit, utrum ſis, tace. Et addidit: Si in collecta fuiſti, reſponde. Quaſi Chriſtianus ſine Dominico eſſe poſſit; aut Dominicum ſine Chriſtiano celebrari? An neſcis ſatanas, in Dominico Chriſtianum, & in Chriſtiano Dominicum conſtitutum, ut nec alterum ſine altero valeat eſſe? Cum nomen audieris, frequentiam Domini diſce: & cum collectam audieris nomen agnoſce. Denique cognoſceris a Martyre, & rideris. Tali reſponſione confunderis. *Collectam*, inquit, *glorioſiſſime celebravimus, ad Scripturas dominicas legendas in Dominicum convenimus ſemper* Qua confeſſione confuſus [35] graviter Anulinus, fuſtibus cæſum, exanimem cæleſti concilio Martyrem properantem ad ſiderea [36] tribunalia expleta paſſione conſociat.

*Felix.*

*Et alii.*

*In tormentis moritur.*

Sed

33 al. potui.

34 Hic memoriæ nomine videtur intelligi codex in quo deſcribebantur cauſæ forenſes, quæ coram Proconſule agebantur. Hinc memoriales dicti qui ejuſmodi inſtrumenta ſervabant. De Memorialibus videſis Gloſſar. Cangii.

35 Boll. quo profeſſione amenſus.

*Felix alter.* Sed Felicem alius ſequitur Felix, nomine pariter & confeſſione, atque ipſa paſſione conſimilis. Pari etenim virtute congreſſus, etiam ipſe ſuſtium illiſione quaſſatus, animam in tormenta carceris ponens, ſuperioris Felicis eſt martyrio copulatus.

*Ampelius.* XIII. Poſt hos ſuſcepit certamen Ampelius cuſtos legis, Scripturarumque divinarum fideliſſimus conſervator. Hic quærenti Proconſuli, an in collecta fuiſſet, hilaris atque ſecurus alacri voce reſpondit: *Cum Fratribus feci collectam, Dominicum celebravi, & Scripturas dominicas habeo mecum, ſed in corde meo conſcriptas. Chriſte tibi laudes refero. Exaudi Chriſte.* Qui cum hæc dixiſſet, cervicibus contuſus, in carcerem quaſi jam in Dominicum tabernaculum, lætus cum Fratribus relegatur [37]. *Rogatianus.* Huic ſequitur Rogatianus, qui confeſſus Domini nomen, ſupradictis Fratribus jungebatur illæſus. *Quintus.* Quintus vero applicitus, nomen Domini egregie magnificeque confeſſus, cæſus ſuſtibus in carcerem truditur, condigno martyrio reſervatus. Hunc ſequebatur *Maximianus.* & Maximianus [38], in confeſſione par, in congreſſione conſimilis, in victoriæ triumphis æqualis. Poſt quem junior *Felix junior.* Felix, ſpem ſalutemque Chriſtianorum Dominicum eſſe proclamans. Cum ſimiliter etiam ipſe ſuſtibus cæderetur: *Ego*, inquit, *devota mente celebravi Dominicum, collectam cum Fratribus feci, quia Chriſtianus ſum.* Qua confeſſione ſupradictis fratribus meruit etiam ipſe ſociari.

*Saturninus junior.* XIV. At junior Saturninus, martyris Saturnini presbyteri ſancta progenies, in certamen optatum feſtinus acceſſit, approperans patris virtutibus glorioſiſſimis adæquari. cui cum Proconſul furibundus, diabolo ſuggerente dixiſſet: Et tu, Saturnine, interfuiſti? Reſpondit Saturninus: *Chriſtianus ſum.* Non a te quæro hoc, ait, ſed utrum egeris Dominicum? Cui reſpondit Saturninus: *Egi Dominicum quia Salvator eſt Chriſtus.* quo nomine Salvatoris audito, Anulinus exarſit, & in filium, patrium inſtaurat equuleum. Extenſoque Saturnino: Quid, inquit, Saturnine, profiteris? Vides ubi poſitus ſis? Habes Scripturas aliquas? Reſpondit: *Chriſtianus ſum.* Proconſul vero ait: Ego quæro an conveneris, & an Scripturas habeas? Reſpondit: *Chriſtianus ſum, Aliud non eſt nomen, quod poſt Chriſtum oporteat nos ſanctum obſervare.* Qua confeſſione diabolus inflammatus: Quoniam permanes, inquit, in obſtinatione tua, etiam tormentis oportet te affici. Dic an aliquas Scripturas habeas. Et ad Officium dixit: Vexa illum. Ibant in adoleſcentis latera paternis vulneribus laſſati tortores, & adhuc humectantem in ungulis patrium ſanguinem cognato filii cruori miſcebant. Videres per biantium vulnerum ſulcos de lateribus nati, antea genitoris ſanguinem fluere, & cruorem filii paterno permixtum ungulis rorantibus emanare. At juvenis genuini [39] ſanguinis admixtione recreatus, medelam potius, quam tormenta ſentiebat: & recepta in tormentis fortitudine, fortiſſimis vocibus exclamabat: *Scripturas dominicas habeo, ſed in corde meo. Rogo, Chriſte, da ſufferentiam, ſpes eſt in te* *. Anulinus, inquit: Quare contra præceptum faciebas? Reſpondit: *Quia Chriſtianus ſum.* Quo audito: Parce, inquit. Et ſtatim ceſſante tormento, in patrium conſortium relegatur. * *Ed. vita.*

XV. Interea mergebat * in noctem horis labentibus dies, & conſumtis cum ſole tormentis, defecit atra [40] tortorum rabies, & cum ſui judicis crudelitate languebat. Sed legiones dominicæ, in quibus Chriſtus, perpetuum lumen, annorum cæleſtium coruſco ſplendore fulgebat, fortius atque conſtantius in certamina proſiliebant. Cum vero adverſarius Domini, tot Martyrum prœliis * *f. vergebat.*

36 Boll. *prope ante ipſa tribunalia.*
37 al. *religatur.*
38 Boll. & Comp. *Maximus.*

39 Edit. *genini.*
40 Bolland. *defatigata.*

prœliis glorioſiſſimis victus, tantiſque ac talibus congreſſionibus ſuperatus, deſertus a die, comprehenſus a nocte, deficiente jam carnificum rabie profligatus, cum ſiogulis congredi ulterius oon valeret; totios exercitus Domini aoiinos percontator, devotaſque Confeſſorum mentes tali interrogatione propulſat: Vidiſtis, inquit, eos qui perſeveraverunt, quid ſuſtiooerunt, vel quid io ſua confeſſione perſtantes, adhuc habeant ſuſtinere. Et ideo qui vult veſtrum ad indulgentiam pervenire, ut ſalvus eſſe poſſit, profiteatur. *Alii omnes ſimul interrogati.* Ad hæc Confeſſores Domini, glorioſi Martyres Chriſti, læti ac triumphaotes ſimul, non ex Proconſulis dictis, ſed ex victoria paſſionis Spiritu ſancto ferventes, fortius clarſuſque, tanquam nno ex ore dixerunt: *Chriſtiani ſumus*. Qua voce proſtratus eſt diabolus & concuſſus [40] Aoulinus, coofuſuſque omoes io carcerem trudeos, ſaoctos illos martyrio deſtinavit.

XVI. Et ne devotiſſimus feminarum ſexus, florentiſſimuſqoe ſacrarum Virgioum chorus, certaminis tanti gloria privaretur; omoes ſeminæ, Chriſto Domino auxiliante, in Victo- *Victoria laus.* ria congreſſæ ſunt & corooatæ. Etenim Victoria, ſanctiſſima ſeminarum, flos Virgioum, decus & dignitas Confeſſorom, hooeſta oatalibus, religione ſanctiſſima, moribus temperata, in qua oaturæ booom caodida pudicitia relucebat, reſpondebatque pulchritudini corporis fides pulchrior meotis, & integritas ſanctitaris; ad ſecuodam palmam reſtitutam ſe in Domioi martyrio lætabatur. Huic namque ab infaotia jam clara pudicitiæ ſigna fulgebaot, & io rudibus jam annis apparebat rigor caſtiſſimus mentis & quædam dignitas foturæ paſſioois. Denique poſtquam plena virginitas adultum ætatis tempus explevit, cum puella oolens & reluctaos in nuptias a pareotibus cogeretur, invitæque ſibi traderent ſponſum parentes, ut prædonem ſugeret [41], clam ſeſe per præceps puella demitrit, auriſque famulantibus ſupportata, incolumis gremio terræ ſuſcipitur. Neque ſuerat poſtmodum etiam pro Chriſto Domino paſſura; ſi pro ſola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur ouptialibus tædis, illoſoque ſimul cum parentibus ſponſo, media pæne de ipſa ouptiarum frequeotia proſiliens, ad ædem pudicitiæ, portumque pudoris eccleſiam, intacta virgo confugit; ibique conſecrati Deo dicatique capitis in perpetua virgioitate ſacratiſſimum crinem [43] incoocuſſo pudore ſervavit. Hæc ergo ad martyrium properaos, florem pudicitiæ palmam triumphali dextera præſerebat. Namque interrogaoti Procooſuli qoid profiteretur, clara voce reſpoodit: *Chriſtiana ſum*. Et cum a Fortuoatiano, fratre togato ejuſque defeoſore, vanis argumentatiooibus mente capta eſſe diceretur; Victoria reſpondit: *Mens mea eſt: numquam mutata ſum*. Ad hæc Proconſul: Vis ire, inquit, cum Fortuoatiano fratre tuo? Reſpoodit: *Nolo, quia Chriſtiana ſum: & illi ſunt fratres mei qui præcepta Dei cuſtodiunt*. O puellam divinæ Legis auctoritate fundatam! o virgioem glorioſam æterno Regi merito conſecratam! o beatiſſimam Martyrem evangelica profeſſione clariſſimam! quæ dominica voce reſpondit: Hi ſont fratres mei qui præcepta Dei cuſtodiunt. Quibus auditis, Anulious depoſita judicis auctoritate ad puellæ perſuaſionem deſcendit. Conſule tibi, ioquit. Vides enim fratrem tuum providere cupientem ſaluti tuæ. Cui Martyr Chriſti: *Mens mea eſt*, inquit, *numquam mutata ſum. Nam & in Collecta fui, &*

*Do-*

40 al. *invidit*.

41 Baluz. & aliquot mſſ. *invitaque tradere ſponſo prædo fugeret*.

43 Hinc colligit Baluzius, virginitatem profeſſas tunc comam non depoſuiſſe. Idem probatur ex Optato lib. 6. Ambroſio ad virginem lapſam cap. 8. Gregorio Turonenſi lib. 10. hiſt. cap. 15. Conſule Concil. Gangr. can. 17. & Sozomen. lib. 5. cap. 13. Alia erat conſuetudo in Ægypto & Syria, ut refert Hieronymus epiſtola ad Sabinianum. De hac re vide Menardum noſtrum in notis ad Sacramentarium Gregorianum pag. 211. & Hiſt. monaſtic. Orientis lib. 2. cap. 11. Vide Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 30. Septemb.

*Dominicum cum Fratribus celebravi, quia Chriſtiana ſum.* Mox cum hæc Anulinus audiſſet, furiis agitatus exarſit, & puellam ſacratiſſimam Martyrem Chriſti in carcerem una cum ceteris relegans, paſſioni omnes dominicæ reſervavit.

Hilarianus. XVII. Sed Hilarianus adhuc ſupererat, unus de natis presbyteri martyris Saturnini, qui ætatem ſuam parvulam ingenti devotione vincebat. Hic patris, fratrumque triumphis approperans jungi, diras tyranni minas non tam exhorruit, quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur. Patrem tuum, aut fratres tuos ſecutus es? ſubito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & anguſtum pueri pectus ad confeſſionem Domini totum aperitur in voce reſpondentis: *Chriſtianus ſum; & mea ſponte atque voluntate, cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam.* Audiebas patris Saturnini martyris vocem per dulcis filii meatus exire, & confitentem Chriſtum Dominum linguam de fratris exemplo ſecuram[44]. Sed Proconſul ſtultus non intelligens contra ſe, non homines, ſed Deum in Martyribus dimicare, nec quia in puerilibus annis ingentes animos ſentiebat: putabat puerum tormentis infantiæ poſſe terreri. Denique, Amputabo, inquit, & comam[45] tibi, & naſum, & auriculas; & ſic te dimitto. Ad hæc Hilarianus puer, patris fratrumque virtutibus glorioſus, qui jam didicerat a majoribus ſuis tormenta contemnere, clara voce reſpondebat: *Quidquid facere volueris fac, quia Chriſtianus ſum.* Mox in carcerem recipi etiam ipſe jubetur, ingentique cum gaudio vox Hilariani auditur dicentis: *Deo gratias.* Hic certaminis magni pugna perficitur. Hic diabolus ſuperatur & vincitur. Hic Martyres Chriſti de paſſionibus futuræ gloriæ æterna congratulatione lætantur[46].

44 al. ed. & mſſ *ſecuturam*.

45 Sic Baluz. ex cod. Colb. conſentiunt codd. Ful & Pratell. At edit. habent, *collum*, ſed qui collo amputato poſſet dimitti. Cod. Comp. *Amputabo tibi naſum*,

46 Multa ſequuntur, contra Menſurium & Cæcilianum ejus diaconum poſtea in ſede Carthaginenſi ſucceſſorem a Donatiſtis conficta, quæ ideo omittimus.

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. AGAPES, &c.

*Acta unde habita.* 1. ACta ſanctarum Agapes, Chioniæ, & Irenes ex mſ. cod. monaſterii Cryptæ ferratæ in agro Tuſculano eruta, & a Gillelmo Sirleto Latine reddita edidit Surius die prima Aprilis, quæ poſtmodum Cardinali Baronio digna viſa ſunt quæ integra ſuis Annalibus insererentur ad annum 304. num. 40. ubi, ſicut & in notis ad Martyrologium Romanum ad diem 3. Aprilis, ea *pura atque ſincera, prout a notariis excepta fuerunt*, eſſe pronuntiat. Aliter tamen viſum eſt Godefrido Henſchenio, qui die 3. Aprilis Bollandiani, his Actis, quæ ab *auctore poſteriore* conſcripta exiſtimat, omiſſis, alia quæ ſibi ſinceriora & puriora videntur, ex Actis ſanctorum Chryſogoni & Anaſtaſiæ excerpta profert. Suam ipſius ſententiam probat vir doctiſſimus in Commentariis præviis, in quorum primo paragrapho oſtendit, Acta a ſe prælata, Surianis eſſe antiquiora, in ſequenti vero eadem Suriana exactius diſcuſſa omnino reſpuit.

*Alia intruſa.* 2. Actorum a ſe prælatorum antiquitatem probat Henſchenius ex antiquo cultu ſanctorum Chryſogoni & Anaſtaſiæ, in quorum honorem vetuſtiſſimas baſilicas conſtructas Romæ fuiſſe ait, quorum memoriam in omnibus antiquis faſtis ſacris, tam Græcis, quam Latinis, inſcriptam, immo & eorum nomina Canoni Miſſæ inſerta a primis Eccleſiæ ſæculis fuiſſe refert. Affirmat deinde eorumdem Martyrum Acta, in quibus ſanctarum Agapes ſororumque ejus paſſio continetur, ab antiquiſſimis Martyrologiorum ſcriptoribus laudari atque per totum orbem ita in ſæculis ſequentibus vulgata fuiſſe: ut Aldhelmus Schireburnenſis epiſcopus ſub ſæculi ſeptimi finem ex ipſis multa, quæ ad noſtras Martyres attinent, in ſuis opuſculis de laudibus Virginum inſeruit. Hæc tandem omnia confirmat ex Græcorum Menæis, Baſilii Imperatoris Menologio, ac Simeo-

Simeone Metaphraſte, qui has eaſdem Martyres cum Chryſogono & Anaſtaſia conjunxerunt. His in primo paragrapho ſtatutis, in ſequenti Acta Suriana cum aliis a ſe exhibitis confert, atque co tantum nomine rejicit, quod illa his non conſona videantur.

3. Verum & nos ipſi cum Henſchenio viro religioſo Chryſogoni & Anaſtaſiæ cultus antiquitatem agnoſcimus. Chryſogonus a Gregorio Magno memoratur, & ſuum titulum jam habebat Romæ, tempore Concilii Romani ſub Symmacho Papa. Quin & S. Anaſtaſiæ Eccleſiam & reliquias laodat Theodorus Lector lib. 1. pag. 555. & ſub finem libri 2. Eoſdem beatiſſimos Martyres cum tota Eccleſia Catholica impenſe veneramur: ſed quid hæc ad Actorum antiquitatem conferant non ſatis intelligimus, maxime cum ad eorum antiquitatem probandam teſtem non adhibeat ſuperiorem Aldhelmo, qui ſub ſæculi ſeptimi finem io Anglia floruit. Quis enim ignorat, multa Martyrum Acta, quamvis interpolata & vitiata, ab illius ævi auctoribus prolata & laudata fuiſſe, & a poſterioribus auctoribus deinceps admiſſa? Id vel ex ipſius Aldhelmi opere laudato probari facile poteſt, qui Theclæ, Eugeniæ, Agnetis, Ruffinæ, Chriſanti & Dariæ, Johannis & Pauli, ubi Conſtantina virgo magni Conſtantini filia dicitur, aliorumque Martyrum Acta laudat, quorum tamen aliqua ſaltem, & quidem ea ipſa quæ ab Aldhelmo referuntur loca, ut ſincera & ab omni interpolatione aliena numquam admittet ipſemet Henſchenius. Nil igitur ex his evincit ad probandam ſuorum Actorum antiquitatem.

4. At videndum ao hæc Henſchenii Acta aliquas ſinceritatis notas præ ſe ferant. hæ ſiquidem in pleriſque Martyrum Actis ita manifeſtæ ſunt, ut probationibus aliunde conquiſitis non indigeant. In primis non poteſt inficiari vir eruditus, Acta a ſe prolata nec primigenia eſſe, nec (ut vocant) Proconſularia, aut a Notariis publicis excepta. Quippe conſarcinata ſunt ab auctore qui variorum ex variis provinciis Martyrum paſſiones in unum collegit. *Refellunt.* Ibi enim Chryſogonus ad Aquas-Gradatas capite plexus refertur, Zoilus Aquilegiæ defunctus; Theodota, quæ cum tribus filiis Nicææ in Bythinia paſſa eſt. Agape & ſociæ primo Aquilegiæ interrogatæ, deinde Theſſalonicam perductæ ac duobus iudicibus oblatæ tandem igne conſummantur. quæ omnia tam variis portentoſiſque eventibus quandoque permixta ſunt, ut ea ſincera eſſe vix quiſquam ſibi perſuadeat. Id unico exemplo probandum, Cacabati ſcilicet Præſidis, ad quem Imperator Martyres remiſerat. Hic in ſanctarum virginum cubiculum noctu ingreſſus, in tantam dementiam verſus fuiſſe dicitur, ut poſtquam ollas & ſartagines *culinæ* diu volviſſet & oſculatus fuiſſet, veſtibus ſciſſis inquinatis, facieque nigredine deturpata, ab omnibus deriſus *niger totus effectus & cacabatus* palatium ſic adierit, *ſolis tunc oculis*, inquit auctor, *non mente captus*. Idem poſt aliquot dies pro tribunali ſedens, ſomno ita profundo captus eſt, ut nec a pulſantibus quibuſvis excitari potuerit. Hæc ſane meras fabulas ſapiunt, nec referunt illam ſincerorum Actorum majeſtatem, quæ adeo in Actis e codice Cryptæ-ferratæ erutis elucet. Unde hæc poſteriora quæ vera & genuina Acta proconſularia nobis videntur, cum Cardinali Baronio Actis ab Henſchenio prolatis præferimus.

5. Agapes & Chioniæ memoriam vulgara Martyrologia ut plurimum, die 3. Aprilis recolunt, Irenes vero die 5. ejuſdem menſis, quarum martyrium Henſchenius ad annum 290. refert. *Memoria & tempus paſſionis.* Nos vero ex Actis ſinceris eas anno 304. die prima Aprilis paſſas fuiſſe contendimus. *Irene* quippe dicitur *conſummata conſulatu Diocletiani Augusti nono, Maximiani autem Auguſti octavo, Kalendis Aprilis*. Nec dubitamus eas eſſe Martyres, quæ ſub nominibus, *Chioniæ, Agapes & Herenei*, in Martyrologio quod ſancti Hieronymi nomen præfert, eadem die 5. recoluntur. Beda in Martyrologio ſincero memorat die 1. Aprilis natale *Agapes & Chioniæ ſub Diocletiano in Theſſalonica*, & die ejuſdem menſis, *Irenem*, earum ſororem. Exſtabant olim in urbe Conſtaotinopolitana tres eccleſiæ ſanctæ Irenes: quarum una apud Procopium lib. 1. de ædificiis Juſtiniani imperatoris *Irenes martyris* dicitur. Sed hæc eſſe videtur Irene, quam Græci Apoſtolorum temporibus vixiſſe dicunt, ab iiſque quarta die Maii recolitur, de qua videſis Bollandianos; de eccleſiis vero quæ ſub ſanctæ Irenes nomine Conſtantinopoli exſtabaot, conſule lib. 4. CP. Chriſtianæ eruditi Cangii Parag. 7. aum. 20. & duobus ſequentibus.



Digitized by Google

# ACTA
## Sanctarum AGAPES, CHIONIÆ, IRENES &c.
*Ex Baronio & Surio.*

Anno Chriſti 304.

Præfatio Collectoris.

I. QUanto ex adventu & præſentia Domini, & Salvatoris noſtri JESU CHRISTI major gratia in humanum genus collata eſt, quam olim fuerat: tanto & ſanctorum hominum victoria major exſtitit. Pro his enim hoſtibus, qui corporeis oculis cernuntur, hoſtes illi ſuperari jam cœpti ſunt, qui oculorum ſenſu percipi non poſſunt. Nam dæmones ipſi, quorum naturæ ſpectabiles non ſunt, vel a puriſſimis atque honeſtiſſimis feminis Spiritus ſancto plenis ſuperati igni traduntur. Tales fuerunt tres illæ ſanctæ mulieres, quæ ex urbe Theſſalonica originem ducebant, quam urbem ſapientiſſimus Paulus celebravit, cum ejus fidem & caritatem laudans ſic ait: *In omni loco fides veſtra in Deum pervagata eſt*. Atque alibi: *De caritate*, inquit, *fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere vobis. ipſi enim vos a Deo didiciſtis ut diligatis invicem*. (1. Theſſal. 1. & 4.)

II. Cum igitur perſecutio a Maximiano [1] Imperatore adverſus Chriſtianos illata eſſet, mulieres illæ, quæ virtutibus ſe ipſas ornaverant evangelicis legibus obedientes, propter ſummam in Deum caritatem, & cæleſtium bonorum ſpem, patriſque Abraham factum imitantes, patriam, cognationem, facultateſque omnes reliquerunt, ac perſecutores fugiendo, quemadmodum Chriſtus præcepit, altum quemdam montem petierunt, ibique divinis precibus operam dabant: & corpus quidem ipſum ad montis celſitatem contulerunt, eorum vero animus in cælo ipſo verſabatur. Cum autem in eo loco fuiſſent comprehenſæ, ad eum, qui perſecutionis auctor erat, magiſtratum ductæ ſunt, ut reliqua divina præcepta exſequentes, & ad mortem uſque ſuam in Chriſtum caritatem ſervantes, immortalitatis coronam aſſequerentur. (Geneſ. 12. Matth. 10.) Una quidem e tribus illis præcepti perfectionem poſſidens, & Deum ex toto animo diligens, & proximum ſicut ſeipſam, ſancto Apoſtolo dicente, *Finis præcepti eſt caritas*; merito AGAPE vocabatur. (1. Tim. 1. 5.) hoc enim nomine Græci caritatem appellant. Altera purum ac ſplendidum baptiſmatis nitorem ſervans, ita ut de ipſa propheticum illud dici poſſet, *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor*; a nive nomen accepit. (Pſalm 50.) CHIONIA enim dicebatur. Tertia Salvatoris & Dei noſtri donum, hoc eſt, pacem in ſe habens, & in omnes exercens, quemadmodum Dominus dixit, *Pacem meam do vobis*; IRENE ab omnibus vocabatur, a pace nomen accipiens. (Chriſtus Deus. Johan. 14.) Has tres feminas cum ad ſe ductas, & ita affectas magiſtratus vidiſſet, ut diis ſacrificia offerre nollent, igne cremandas eſſe decrevit: ut per ignem exigui temporis, igni ſubjectos diabolum omnemque dæmonum catervam, ipſius diaboli exercitum, qui ſub cælo eſt, ſuperantes, incorruptam gloriæ coronam adipiſci, ac Deum ipſum, a quo gratia eis collata eſt, cum Angelis perpetuo collaudare poſſent. Quæ vero ab illis geſta ſunt, ea breviter narrabimus.

Incipiunt Acta coram Præſide.

III. Cum præſideret Dulcetius, Artemenſis [2] ſcriba dixit: Cognitionem de his qui præſentes ſunt, a Stationario miſſam, ſi jubes, legam. Jubeo, inquit Dulcetius præſes, te legere. Tunc ait Scriba: Ordine tibi meo domino omnia quæ ſcripta ſunt recitabo. Caſſander beneficiarius hæc ſcripſit. Scito, mi Domine, AGATHONEM, AGAPEN, CHIONIAM, IRENEM, CASIAM, PHILIPPAM, & EUTYCHIAM

1 Galerium Maximianum præcipuum perſecutionis incentorem fuiſſe diximus pag. 341.

2 Baron. *Artemius*, vel *Artemeſius*.

CHIAM nolle bis veſci, quæ diis ſunt immolata. Eas igitur ad tuam amplitudinem adducendas eſſe curavi. Tunc Dulcetius præſes illis dixit: Quænam eſt iſta veſtra tanta inſania, ut nolitis religioſiſſimis noſtrorum Imperatorum & Cæſarum juſſis obedire? Agathoni autem: Quare, inquit, tu ad ſacra proficiſcens, quemadmodum conſueverunt qui diis conſecrati ſunt, non bis ſacris uſus es? Reſpondit Agatho: *Quoniam Chriſtianus ego ſum*. Tum Dulcetius: Num tu etiam hodierno die in eo propoſito permanes? *Maxime*, inquit Agatho. At ille: Tu vero Agape, quid ais? Reſpondit: *Ego Deo viventi credo, neque volo recte factorum conſcientiam meam perdere*. Tunc Præſes: Tu autem quid ad hæc dicis, Chionia? Ait illa: *Cum Deo vivo credam, ob id nolui facere quod dicis*. Ad Irenem vero converſus Præſes ait: Quidnam tu ad hæc? Cur non piiſſimo Imperatorum noſtrorum, & Cæſarum juſſui obtemperaviſti? *Divini timoris cauſa*, inquit Irene. Dein Præſes: Tu vero Caſia quid ais? *Animam meam*, inquit Caſia, *ſervare volo*. Præſes autem: Numquid ſacrorum vis eſſe particeps? *Minime*, inquit illa. Tunc Præſes: Tu vero Philippa quid dicis? Reſpondit illa: *Idem & ego dico*. Quidnam, inquit Præſes, hoc idem eſt quod dicis? Illi autem Philippa: *Mori malo quam veſtris ſacrificiis veſci*. Tunc Præſes: Sed tu Eutychia quid ais? *Idem*, inquit illa, *& ego dico*. *Malo & ipſa mori, quam facere quod jubes*. Ait illi Præſes: Num virum habes? *Mortuus*, inquit Eutychia, *ille eſt*. Præſes vero: Quam pridem mortuus eſt? *Ante menſes fere ſeptem*, inquit Eutychia. Tunc ille: Et undenam igitur gravida facta es? *Ex eo*, inquit illa, *viro quem dedit mihi Deus*. Præſes autem: Hortor te, Eutychia, ut ab iſta inſania deſiſtere velis, & ad humanas cogitationes redeas. Quid ais? Viſne regali edicto parere? *Minime*, inquit Eutyhia, *ego parere volo, ſum enim Chriſtiana, Dei omnipotentis ſerva*. Tum ille: Quoniam Eutychia gravida eſt, interea ſervetur in carcere.

*Martyrum confeſſiones.*

IV. Atque hæc addidit: Tu vero Agape, quid ais? Viſne omnia illa facere, quæ nos dominis Imperatoribus ac Cæſaribus noſtris devoti facimus? *Minime*, inquit Agape, *decet ſatanæ devotam me eſſe. His verbis mens mea non abducitur. inexpugnabilis enim illa eſt*. Tunc Præſes ait: Et tu Chionia, quid ad hæc dicis? *Mentem noſtram*, inquit Chionia, *nemo poteſt pervertere*. At Præſes: Num aliqua apud vos ſunt impiorum Chriſtianorum commentaria, vel membranæ aliquæ, vel libri? Reſpondit Chionia: *Nulla, o præſes, nobis ſunt. Omnia illa Imperatores qui nunc ſunt, a nobis abſtulerunt*. Præſes autem: Quiſnam hanc mentem vobis dedit? *Omnipotens Deus*, inquit illa. Dixit autem Præſes: Quinam ſunt, qui vobis auctores fuerunt, ut ad iſtam ſtultitiam veniretis? *Deus*, inquit Chionia, *omnipotens, & unigenitus ejus Filius Dominus noſter Jeſus Chriſtus*. Dulcetius ait: Manifeſtum illud eſt, quod omnes vos devotioni noſtrorum potentium Imperatorum ac Cæſarum ſubjectos eſſe oportet. Quoniam vero poſt tam multum tempus, poſt tot admonitiones, totque edicta propoſita, & tales minas injectas, vos temeritate quadam & audacia elatæ, ipſorum Imperatorum ac Cæſarum juſta juſſa contemſiſtis, in Chriſtianorum impio nomine permanentes; cumque ad hodiernum diem juſſæ a Stationariis, ac primis militibus Chriſti negationem ſcriptam profiteri, facere id recuſetis; propter ea pœnas vobis dignas accipite. Id cum dixiſſet, ſententiam ſcriptam legit: Agapen & Chioniam, quoniam iniquis mentibus & contrariis ſententiis elatæ, contra divinum edictum dominorum Auguſtorum ac Cæſarum fecerunt, & nunc etiam temerariam, vanam, & piis omnibus exſecrabilem Chriſtianorum Religionem colunt, igni tradendas jubeo. Hiſque dictis ſubjunxit: Agatho autem, Caſia, Philippa & Irene, quoad mihi placuerit, ſerventur in carcere.

*Agape & Chionia igni damnantur.*

V. Poſtea

V. Poſtea vero quam ſanctiſſimæ mulieres igni conſummatæ ſunt, cum rurſus ſancta Irene ad Præſidem ducta fuiſſet, Dulcetius ſic illam affatus eſt:

*Irenes confeſſio.*

Tuæ inſaniæ propoſitum ex his quæ facis, manifeſte apparet, quæ tot membranas, libros, tabellas, codicillos & paginas ſcripturarum, quæ ſunt impiorum Chriſtianorum qui umquam fuerunt, ad bodiernum uſque diem ſervare voluiſti. quæ cum prolata eſſent ea agnoviſti, quamvis quotidie negaveris vos ejuſmodi ſcripta poſſidere, non contenta neque ſororum tuarum pœna, neque mortis metum præ oculis habens. Quamobrem tibi pœnam afferri neceſſe eſt. Sed alienum tamen non videtur, etiam nunc benignitatis partem aliquam tibi condonari, ut ſi volueris nunc ſaltem deos agnoſcere, impunis & ab omni ſupplicio periculoque libera eſſe poſſis. Quid igitur dicis? Faciſne quod Imperatores noſtri, & Cæſares juſſerunt? Num parata es ſacrificiis veſci, & diis immolare? *Minime*, inquit Irene, *minime per Deum illum omnipotentem, qui creavit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Summa enim illius ignis ſempiterni pœna propoſita bis eſt, qui Jeſum Dei Verbum negaverint.* Dulcetius vero: Quiſnam tibi auctor fuit, ut membranas iſtas atque ſcripturas ad hodiernum uſque diem cuſtodires? *Ille*, inquit Irene, *Deus omnipotens, qui juſſit nobis ad mortem uſque ipſum diligere, qua de cauſa non auſæ ſumus eum prodere, ſed malumus aut viventes comburi, aut quæcumque alia nobis acciderint perpeti, quam talia ſcripta prodere.* Tum Præſes: Quiſnam, inquit, conſcius erat hæc in domo illa eſſe, in qua babitabas? Reſpondit Irene: *Hæc vidit Deus omnipotens qui omnia ſcit, præterea nemo. Noſtros enim bomines inimicis pejores duximus, ne forte nos deferrent. Itaque nulli bæc oſtendimus.* Superiore anno, inquit Præſes, cum edictum illud tale ac pium juſſum dominorum Imperatorum ac Cæſarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuiſtis? Ad hæc Irene: *Illic ubi Deus voluit. In montibus, ſcit Deus, ſub dio fuimus.* Præſes vero: Apud quem vixiſtis? *Sub dio*, inquit illa, *alias in aliis montibus verſantes.* At Præſes: Quinam erant qui vobis panem ſuppeditabant? *Deus*, inquit Irene, *qui omnibus eſcam ſuppeditat.* Tum Præſes: Eratne pater veſter harum rerum conſcius? At Irene: *Minime, per Deum omnipotentem, conſcius erat ille, qui ne novit quidem bæc omnino.* Præſes ait: Quis igitur veſtrorum vicinorum id noverat? *Vicinos*, inquit Irene, *interroga, & loca inquire, vel eos qui norunt ubi nos eramus.* Præſes dixit: Poſtquam e monte reverſæ fuiſtis, ut tu dicis, legebatiſne ſcripta iſta, præſente aliquo? *Domi noſtræ erant*, inquit Irene, *neque audebamus illa efferre. Quam ob rem magnopere angebamur, quod non poteramus nocte ac die illis operam dare, ſicut a principio conſueveramus uſque ad annum ſuperiorem, quo & illa occultavimus.* Dulcetius præſes dixit: Sorores quidem tuæ pœnas noſtro juſſu decretas exſolverunt: te vero, etſi antea quam aufugiſſes, propterea quod ſcripta ac membranas iſtas occultaveras, mortis pœna tibi decreta fuerat; non tamen eodem modo jubeo e vita ſic repente diſcedere: verum per ſatellites ipſos & Zozimum publicum carnificem in lupanari nudam ſtatui præcipio, e palatio ſingulis diebus panem unum ſumentem, ſatellitibus ipſis non permittentibus te illinc diſcedere.

*Jeſus Dei Verbum.*

*Martyres in montibus vagantur ſub dio.*

*NOTA Lectio ſacra.*

*Sententia in Irenem.*

VI. Cum igitur ſatellites & Zozimus publicus miniſter præſto eſſent: Illud, inquit Præſes, vobis notum ſit, quod ſi mihi ſignificatum fuerit, vel horæ alicujus momento, iſtam ex eo loco motam fuiſſe in quo eſſe juſſimus, tunc vos ſupremæ pœnæ ſubjecti eritis. Scripta vero ipſa a ſcriniis & arculis Irenes proferantur. Cum igitur quemadmodum a Præſide juſſi fuerant, eam illi ad publicum lupanar duxiſſent, & propter Spiritus ſancti gratiam quæ ipſam protegebat, & univerſorum Domino Deo puram atque intactam ſervabat,

ne

ne unus quidem ad eam accedere, vel turpe aliquid in eam facere aut dicere auſus fuiſſet; ſanctiſſimam illam feminam Dulcetius præſes revocavit, & ante tribunal ſiſti juſſam ſic affatus eſt: Numquid in eadem adhuc temeritate perſiſtis? *Minime*, inquit Irene, *temeritas*, *ſed Dei pietas eſt*, *in qua perſiſto*. Cui reſpondit Dulcetius præſes: Et ex priore tuo reſponſo manifeſte oſtendiſti te Imperatorum juſſui nolle æquo animo parere, & nunc quoque in eadem arrogantia perſiſtentem te video. quare dignam pœnam perſolves. Cumque chartam petiiſſet, ſententiam hanc contra ipſam ſcripſit: Quoniam Irene Imperatorum juſſui parere, diiſque immolare noluit; quin immo nunc quoque in Chriſtianorum ordine ac religione perſeverat: hac de cauſa, ut antea duas ejus ſorores, ita & ipſam viventem nunc comburi jubeo.

*Igni damnatur.*

VII. Hæc ſententia cum a Præſide lata fuiſſet, milites Irenem comprehenſam, in quemdam ſublimem locum duxerunt, ubi & ejus ſorores antea martyrium paſſæ fuerant. Cum autem magnum rogum accendiſſent, juſſerunt ipſam in eum conſcendere. Itaque ſancta Irene pſalmos canens, & Dei gloriam celebrans, in rogum ſe conjecit, atque ita conſummata eſt in conſulatu Diocletiani Auguſti nono, Maximiani autem Auguſti octavo, Kalendis Aprilis; regnante in ſæcula CHRISTO JESU DOMINO noſtro: cum quo Patri eſt gloria, ſanctoque Spiritui in ſæcula ſæculorum, Amen.

*SS. Trinitas.*

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. DIDYMI & THEODORÆ.

*Virgines Chri. ſunt tutor.*

1. CUm tyrannorum ſævitia Chriſtianarum virginum conſtantiam minis ac tormentis ſuperare non poſſet; adverſus earum pudorem bellum indixit, ut niſi earum mentes, ſaltem corpora tam immani contumelia affecta ſibi aliquatenus ſubjici viderentur. At quas ſibi ſponſas Chriſtus elegerat, adulterari non permiſit. *Electæ enim virgines*, inquit Baſilius libro de vera Virginitate, *propter Sponſi fidem ad illudendum impiis hominibus traditæ corporibus inviolatæ perdurarunt, eo ſcilicet cujus gratia id perferebant, impiorum conatus ab earum carne irritos arguente, & integra earum corpora non ſine prodigio & virtute cuſtodiente*. Hujus rei illuſtre exemplum habemus in Theodora virgine Alexandrina, cujus hiſtoriam ex ipſis Proconſularibus Actis excerptam & latinate donatam Jacobus Uſſerius in veteri codice invenit, & ad Bollandianos tranſmiſit, quam ipſi ad diem 28. Aprilis vulgarant. Eamdem cum textu græco, quem iidem Bollandiani ediderunt, & Suriana editione collatam hic proferimus.

*Theodora an ab Ambroſio memoratur.*

2. Porro dubitant nonnulli, an Theodora, in his Actis memorata, alia ſit a virgine Antiochena, de qua ſimilem omnino hiſtoriam elegantiſſime deſcribit ſanctus Ambroſius lib. 2. de Virginibus cap. 4. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 28. Aprilis, eamdem eſſe putaverat: ſed in Annalibus mutavit ſententiam ad annum 309. num. 32. ubi eas diverſas omnino eſſe affirmat. quam ſententiam amplexus eſt vir eruditus Daniel Papebrochius in Commentario prævio ad Acta ſanctæ Theodoræ die 28. Aprilis Bollandiani. At licet tantorum virorum multum me commoveat auctoritas, eorum tamen ſententiæ aſſentiri non poſſum, aut in animum inducere, hanc virginem Ambroſianam a Theodora diverſam eſſe, cum in utraque hiſtoria non ſolum eadem omnino geſta, ſed eædem etiam geſtorum circumſtantiæ, iiſdemque ſæpius verbis expreſſæ, narrentur. Aliquot loca in ſpecimen in notulis ad textum apponemus. Interim videamus quid pro diverſitate ſtabilienda proferatur.

*Pro diverſitate argumenta.*

3. Tria proponuntur quæ Theodoram ab Ambroſiana virgine diverſam eſſe ſuadere videntur. Primo locorum diverſitas. Theodora enim Alexandriæ; altera Antiochiæ claruiſſe dicitur. Secundo varietas temporum. Alexandrina virgo ſub Maximiani perſecutione tenta eſt: Antiochena non longe a tempore quo ipſe Ambroſius vivebat. Sic enim loquitur: *Antiochiæ nuper virgo quædam &c.* Denique apud eumdem Ambroſium, Virgo audiens ſuum li…

bera

beratorem capite damnatum ad ſupplicium perduci, ad eum accurrit, quocum ſimul interfecta eſt: qua de re nihil omnino in Theodoræ Actis habetur. Sed ad hæc, ut mihi quidem videtur, facilis eſt reſponſio. Primo enim de locorum diverſitate facile excidere potuit Ambroſio, ut memoria lapſus Antiochiam pro Alexandria dixerit. Hanc enim hiſtoriam non adeo ſibi perſpectam fuiſſe ex eo conjicitur, [illegible] quod neutrius, virginis ſcilicet & ejus liberatoris, nomen retulerit. De tempore vero nulla difficultas. Propoſuerat ſanctus Doctor Mariæ matris Dei, & Theclæ quam a Doctore gentium inſtitutam dixerat, cujuſque martyrium expoſuerat, exemplum: quarum comparatione Theodora, quæ ſæculo quarto quo Ambroſius loquebatur, paſſa fuerat, *nuper* floruiſſe dici optime potuit. Denique Actorum ſilentium de Theodoræ morte nihil evincit. Multa enim ejuſmodi in Actis omiſſa, a ſequentibus auctoribus ſupplentur. quod ſexcentis exemplis probari poſſet. Immo & in Actis quæ Ambroſius legerat, id ipſum deſuiſſe, ipſemet videtur innuere, cum poſt hiſtoriæ narrationem quam ex Actis habemus, de Virginis morte locuturus, ſic incipit: *Fertur puella ad locum ſupplicii percurriſſe &c.* Ceterum Theodoram cum Didymo his in Actis memorato ſimul percuſſam fuiſſe eo modo quo Ambroſius commemorat, Martyrologia vetuſtiora aſſirmant. Id enim diſerte habent Ado & Uſuardus, immo & aliquis Adone & Uſuardo antiquior, ut refert Papebrochius num. 3. quam ſententiam ceteri deinceps Martyrologiorum ſcriptores amplexi ſunt. Nec uſque alterius Antiochenæ virginis, de qua loqueretur Ambroſius, memoria compareт. quamvis alia aliquot ejuſmodi apud auctores eccleſiaſticos habeantur. Virginem quamdam ſic a Magiſtriano ſervatam apud Corinthum Achaiæ urbem narrat ex Hippolyto Apoſtolicorum temporum ſcriptore Palladius in Lauſiaca hiſtoria cap. 148. & 149. ubi tandem ob id facinus Magiſtrianus beſtiis objectus martyr occubuiſſe dicitur. Eodem etiam modo Antoninam ab Alexandro e lupanari liberatam fuiſſe referunt Latini ad diem 3. Maii in Martyrologiis, & Græci die 10. Junii, ubi poſtea conquiſiti & deprehenſi dicuntur, ac tandem igne conſummati: quorum memoria olim Conſtantinopoli celebris fuit. De his plura apud Bollandianos die 3. Maii. Ceterum ne Theodoræ martyrii conſummatio, quam ſilent Acta, deſideraretur, locum Ambroſii ipſis Actis ſubjunximus.

4. Didymi & Theodoræ feſtum celebrant Latini vigeſima octava Aprilis, Græci vero die quinta ejuſdem menſis. quamvis eorum memoria in Synaxario Collegii Soc. Jeſu Pariſienſis, die 27. Maii aſſignetur, ut refert Papebrochius num. 3. Horum Martyrum paſſionem ad annum 303. refert Papebrochius, quam tamen rectius ad ſequentem referri poſſe exiſtimamus. *Dies & annus martyrii.*

# A C T A

## Sanctorum DIDYMI & THEODORÆ virginis.

Anno Chriſti 304.

*Ex Aprili Bollandiano.*

I. IN civitate Alexandria Proculus [a] cum ſediſſet pro tribunali dixit: Vocate Theodoram virginem. Ex Officio dictum eſt: Adſiſtit THEODORA. Judex dixit: Cujus conditionis es? Theodora reſpondit: *Chriſtiana ſum.* Judex dixit: Ingenua es, an ancilla? Theodora reſpondit: *Jam tibi dixi, Chriſtiana ſum. Chriſtus autem adveniens liberavit me. nam in ſæculo hoc ex ingenuis parentibus genita ſum.* Judex dixit: Vocate Curatorem civitatis. Cumque adeſſet, dixit ei: Mihi dic, inquit, quid ſcis de Theodora virgine. Lucius curator dixit: Per claritatem tuam ingenua eſt, & honeſta, & de optimo genere. Judex dixit: Quia ſi ingenua, quare nubere non voluiſti? Theodora reſpondit: *Propter Chriſtum. Adveniens autem in carne in hoc mundo, abſtraxit nos a corruptione, & vitam nobis æternam promiſit. Unde me permanente in fide ipſius, credo intacta permanere.* Judex dixit: Juſſerunt Imperatores, vos, quæ eſtis virgines, aut diis ſacrificare, aut injuria

*Theodoræ confeſſio.* *Chriſtus in carne veniens.*

a In Actis Græcis, apud Surium, & in Martyrologio Rom. dicitur iſte *[illegible]*. At Papebrochius ſuſpicatur, vocem *Proculus* pro *Proconſul* irrepſiſſe; Græcus textus rectius judicem appellat. Nam Alexandriæ non Proconſul, ſed præfectus qui Auguſtalis appellatus eſt, præerat. De Præfecto Auguſtali agit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 30. Octobris.

injuria meritorii provocari. Theodora reſpondit: *Puto non ignorare te, quoniam Dominus voluntatis inſpector eſt. nam voluntatem caſtitatis Deus adſpicit.* Quod ſi autem boc facere cogis, non eſt meritorium [2], ſed violentia. Judex dixit: Cognoſcens te ingenuam eſſe, & parcens ſpeciei tuæ, miſereor tui. Moneo te ne contemnas me. nihil enim proficis per deos omnes. Imperatores ſtatuerunt, vos, quæ eſtis virgines, aut diis ſacrificare, aut injuria meritorii [3] provocari. Theodora reſpondit: *Jam ante dixi tibi, quoniam Deus voluntatis eſt inſpector. Præſcius enim eſt, & inſpector cogitationum. Unde ſi cogor boc facere, non arbitror eſſe fornicationem [4]. Quod ſi autem volueris caput meum abſcindere, aut manum, aut pedem, aut totum corpus diſſipare; bæc violentiæ opera ſunt, & non voluntatis. Nam & ego in Deo volo manere. Dei enim eſt promiſſio, quantum ad meum votum pertinet. Ipſi enim adjacet virginitas & confeſſio. Ipſe autem eſt Dominus, & quemadmodum vult, ſalvat munus ſuum.* Judex dixit: Ne velis genus tuum contumeliare, & in opprobrium eſſe ſemper. Sicut teſtimonium tibi detulit Curator, ingenua es & honore digna, & genere prima. Theodora reſpondit: *Confiteor primum Chriſtum Dominum, qui ingenuitatem & bonorem dedit mibi, & ipſe novit quemadmodum columbam ſuam cuſtodiat.* Judex dixit: Quid erras, credens homini crucifixo? Ne putes te eum fueris tradita in meritorio, ſine macula cuſtodiri. Propterea ab omnibus inſanieris. Theodora reſpondit: *Chriſto credo, qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, quoniam liberabit me de manibus inimicorum borum, & ſine macula cuſtodiet perſeverantem in fide ſua; & ego non nego.*

II. Judex dixit: Suſtineo te verboſantem, & tormentis nondum ſubjeci. quod ſi permanſeris contradicens, ſupplantari te tamquam ancillam. Juſſionem dominorum noſtrorum Imperatorum adimpleri facio ad exemplar ceterarum mulierum. Cui Theodora reſpondit: *Parata ſum corpus meum præſtare, cujus babes poteſtatem: animæ vero Deus babet poteſtatem.* Judex dixit: Expalmate [5] eam artius, & dicite ei; Noli eſſe ſtulta, ſed accede & ſacrifica diis. Theodora reſpondit: *Per Dominum non ſacrifico, nec adoro dæmonia, cum babeam Dominum adjutorem.* Judex dixit: Stulta, coegiſti me injuriam tibi facere, mulieri ingenuæ, ut incideres in tantam turbam, quæ tuam exſpectat ſententiam. Theodora reſpondit: *Non ſum ſtulta Dominum confitendo. Quam etiam injuriam dicis feciſſe, bonor & gloria mibi erit in ſæculum.* Judex dixit: Jam te non patiar, ſed faciam præcepta dominorum noſtrorum Imperatorum. Exiſtimans enim te perſuaderi, patiebar: quod ſi autem nunc tibi amplius parco, inveniar contrarius juſſioni imperiali. Theodora reſpondit: *Quemadmodum tu times, & feſtinas perficere quod tibi præceptum eſt: ſic & ego feſtino non negare Dominum meum. Timeo enim contemnere Regem verum.* Judex dixit: Reſiſtens contemnis juſſionem ſempiternorum regum, & me quaſi ineptum putas? Vide, inquit, ne incipias ſentire. Do itaque ad hoc tibi tridui ſpatium; & per deos, niſi conſenſeris, in meritorium te ſtatuam, ut videant omnes mulieres, & videntes arguantur per ſuam injuriam. Theodora reſpondit: *Et nunc ipſe eſt Deus qui ſemper fuit, qui non patietur me derelinquere eum. Quapropter comparata ſum corpus præſtare tibi. nam mibi & tres bi dies jam tranſierunt. Fac itaque quod vis, Rogo autem te, immaculatam me cuſtodiri jube, donec des ſententiam.* Judex dixit: Theodoram ſub idonea cuſtodia uſque tres dies jubeo cuſtodiri, ſi forte pœnitentia ducta ſe ipſam a tanta contradi-

Minæ tremit.

Recluditur in carcere.

2 Græcum habet πορνεία, id eſt ſcortatio. Meritorium a quæſtu, unde & meretrices dictæ.

3 Ambroſ. lib. 2 de Virginibus cap. 4. num. 23. *Aut ſacrificare virginem, aut lupanari proſtitui jubent.*

4 Ambroſ. num. 24. *Ipſa fertur .... Tolerabilius eſt mentem virginem quam carnem habere. Utrumque bonum, ſi liceat, ſi non liceat, ſaltem non homini caſta, ſed Deo ſimus &c.*

5 Sic Aug. in Pſalm. 56.

traditione recedere perſuadeat. Nullam ſane ei violentiam ingerite, eo quod optimo ſit genere.

Iterum ſiſtitur.

III. Poſt tres itaque dies cum ſediſſet Judex, juſſit vocari Theodoram. Judex dixit: Si te jam emendaſti, ſacrifica, & vade. Dico autem tibi, quod ſi in hoc permaneas propoſito, non eris pudica. Theodora reſpondit: *Jam tibi dixi, & ea iterum me dicere non excuſo, quoniam promiſſio caſtitatis per Chriſtum eſt; præconium incorruptibilitatis & confeſſio per Chriſtum Dominum: & ipſe ſcit quomodo agnam* [6] *ancillam ſuam cuſtodiat*. Judex dixit: Per deos, timens juſſionem Imperatorum intendo ſententiam: ne, ſi non fecero, ipſe crimen inveniar. Quoniam autem ipſa in meritorium te tradidiſti, jam nunc diſceris, eo quod idolis immolare noluiſti. Sine videamus, ſi cuſtodiet te Chriſtus, propter quem ira perſtitiſti contradicens. Theodora reſpondit: *Deus qui cognitor eſt abſconſorum, qui ſcit omnia antequam fiant, qui uſque hodie ſine macula me cuſtodivit propter promiſſionem ſuam; ipſe & cuſtodiet me de immundis & iniquis hominibus, qui parati ſunt ancillam Dei contumeliare.*

Lupanari tradita.

IV. Perducta [7] eſt itaque ancilla Dei in meritorium. Ingreſſa vero levavit oculos in cælum, & dixit: *Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, adjuva me, & libera me de meritorio hoc, qui adjuviſti Petrum cum eſſet in carcere, qui eduxiſti eum ſine contumelia, educ me ſine macula hinc: ut omnes videant, quoniam tua ſum ancilla*. Turbæ vero circumſpiciebant ſicut lupi, quis prior intraret ad agnam Dei, aut certe ſicut accipiter circa columbam [8]. Dominus autem Jeſus Chriſtus nec tunc defuit, ſed confeſtim miſit qui eam liberavit. Nam de timentibus Dominum fratribus unus, doctus viam quæ ducit ad cælum, induit ſe militari habitu, & duplex in ſe complevit martyrium. Intravit ad eam prior, utpote unus de ſceleratis. At illa cum vidiſſet habitu peregrino, turbata circumfugiebat per angulos. cui frater [9] cœpit dicere: *Non ſum quem vides. Deforis, inquit, ſum lupus, intrinſecus ſum autem agnus. Noli inſpicere veſtimenta mea adverſa. Frater enim voluntate cum ſim tuus, in diabolicis veſtimentis ingreſſus ſum, ut te hinc poſſem liberare. Intravi autem explorare & ſalvare Dei mei peculium, quoniam Dei mei tu es ancilla & columba. Veni itaque, mutemus* [10] *veſtem. Te enim traducit natura, me autem indignavit condignatio. Egredere tu ad Deum, hæc ipſa quæ timuiſti veſtimenta induta, & complemus apoſtolicum dictum: Eſto te ſicut ego.* Galat. 4. 12. Et cum hæc ille dixiſſet, conſenſit ei Theodora. Cognovit enim quoniam qui miſit Angelum ſuum ad obturandum ora leonum, & nunc miſit in habitu militis agnam liberare ſuam.

Miles liberator Chriſtianæ.

V. Accipiens itaque Virgo habitum militis, capiti impoſuit depreſſo pileum [11]. Hoc enim antea providerat, ut quaſi vereretur populum, quia prior auſus fuerat introire. Et præcepit ei ut deorſum reſpiceret, & nulli loqueretur ad portam: (ſed cum ſilentio) tenderet ad eum qui vere porta eſt & janua. At illa cum exiſſet elevavit alas ſuas [12] ad cælum ab ore accipitris liberata, & ab ore leonis abſtracta. Frater autem ſedebat habens caritatem pro ſorore, coopertus capite, & accinctus, jam coronatus. Cumque hora tranſiret, quidam ingreſſus eſt ex iſtis; & invenit pro virgine virum; & ſtupefactus, intra ſe dixit: Putas & virgines in viros demutat Jeſus? Qui enim intraverat exivit, & dixit: Quis eſt qui ſedet? Ubi eſt quæ incluſa eſt virgo? Audiebam [13] quoniam demutavit aquam in vinum, & fabulam exiſtimabam id quod facilius

6 Ἀγνὸς Latine caſtus. In Græco tamen habetur ἀμνάδα, id eſt agnam ſic columba alias appellatur.

7 Ambroſ. num. 26. *Ducitur puella Dei ad lupanar . . . . At illa manibus ad cælum levatis &c.*

8 Ibid. Ambroſ. *Clauditur intus columba, ſtrepunt accipitres foris.*

9 Ambroſ. num. 29. *Ne quæſo paveas, ſoror, frater huc veni ſalvare animam &c.*

10 Ambroſ. num. 29. *Veſtimenta mutemus &c.*

11 Ibid. *Sume tibi pileum &c. Solent erubeſcere qui lupanar intraverint. Cum egreſſa fueris, ne reſpicias retro &c.*

12 Idem num. 30. *Evolat puella de laqueo jam non ſuis alis &c.*

13 Ambroſ. num. 31. *Audieram & non credideram, quod aquam Chriſtus in vinum converterit, jam mutare cœpit & ſexus &c.*

cilius erat: nunc autem quod majus eſt video, quoniam in virum demutavit virgiuem, & timeo ne me demutet [14] in mulierem. At ille qui cum gratia dimiſerat ſororem, non abſcondit factionem ſuam, ſed magna voce ait: *Non mutavit me Dominus, ſed coronavit me quoque & illam. Nam quam habebatis, non habetis; quem autem habetis, accipite. Duplex eſt mihi bona palma, virgo & miles, athleta Chriſti.*

VI. Exivit itaque is qui intraverat, & quod erat factum audiens Judex, juſſit illum adduci. Cum introductus fuiſſet, interrogavit eum: Quid diceris? At ille dixit: DIDYMUS. Proconſul [15] dixit: Quis te ſubmiſit ut hoc faceres? Didymus reſpondit: *Deus me miſit ut hoc facerem.* Judex dixit: Confitere ante tormenta, ubi eſt Theodora? Didymus reſpondit: *Per Chriſtum Jeſum Filium Dei, neſcio ubi eſt. Scio autem & certus ſum, quoniam eſt ancilla Dei, & confeſſa Chriſtum ſemper illæſa permanſit, & Deus eam cuſtodivit immaculatam. Unde quod factum eſt mihi non adſcribo, ſed Domino. Secundum enim fidem ſuam fecit ei Deus: quemadmodum & ipſe ſcis, ſi volueris confiteri.* Judex dixit: Didyme, cujus conditionis es? Didymus reſpondit: *Chriſtianus ſum, liberatus a Chriſto.* Judex dixit: Torquete illum dupliciter propter propoſitum ſuum. Didymus reſpondit: *Deprecor te facere cito quod juſſum eſt tibi a tuis Imperatoribus.* Judex dixit: Per deos, quia repoſiti ſunt tibi duplices cruciatus, niſi ſacrificaveris diis, & indulgeatur tibi quod temere uſurpaſti. Didymus reſpondit: *Ego enim per ipſam rem tibi oſtendo, quoniam Dei mei ſum athleta, propter fidem quæ repoſita eſt mihi. Et ideo hæc arripui facere, ut & virgo permaneat, & ego confeſſionem meam ad Deum manifeſtam faciam. Permanens autem in fide Dei mei, non moriar a tuis tormentis. Unde quod tibi placuerit celerius facito. Non enim ſacrifico dæmoniis, etiamſi igni me tradi jubeas.* Judex dixit: Propter audaciam tuam tantam, caput tuum excidetur [16], & eo quod non obediſti juſſionibus dominorum noſtrorum Imperatorum, reliquum corpus tuum igni tradetur. Didymus reſpondit: *Benedictus es Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cogitatum meum non deſpexiſti, qui & ancillam tuam Theodoram ſalvaſti, & me per duas ſententias coronaſti.* Accepta itaque ſententia, capite abſciſſo, reliquum corpus ejus igne cremaverunt. Et conſummavit martyrium [17] per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui eſt honor, & gloria, & potentia in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Qui coram judice ſiſtitur.*

*Capite damnatur.*

*Virginis mortem his verbis deſcribit Ambroſius lib. 2. de Virginibus cap. 4.*

Fertur puella ad locum ſupplicii cucurriſſe, certaſſe ambos de nece, cum „ ille diceret: Ego ſum juſſus [18] occidi, te abſolvit ſententia, quando „ me tenuit. At illa clamare cœpit: „ Non ego te mortis vadem elegi, ſed „ prædem [19] pudoris optavi. Si pudor „ quæritur, manet nexus [20]; ſi ſanguis „ expoſcitur, fidejuſſorem non deſidero, habeo unde diſſolvam. In me lata eſt iſta ſententia, quia [21] pro me lata eſt. Certe ſi pecuniæ te fidejuſſorem dediſſem, & abſente me, judex tuum cenſum fœneratori adjudicaſſet; eadem me ſententia convenires, meo patrimonio ſolverem tuos nexus. Si recuſarem, quis me indignam digna [22] morte cenſeret? Quanto major eſt capitis hujus uſura? Morior innocens, ne moriar nocens. Nihil hic medium eſt: hodie aut rea ero tui ſanguinis, aut martyr mei. Si cito „ redii

14 Ibid. *Recedamus hinc dum adhuc ſumus qui fuimus. Numquid & ipſe mutatus ſum &c.*

15 Græc. *Judex.*

16 Ambroſ. num. 3. *Damnatus eſt pro virgine, qui pro virgine comprehenſus eſt.*

17 In cod. Græco id accidiſſe dicitur die quinta Aprilis.

18 Cod. Colbert. qui hanc hiſtoriam ex S. Ambroſio inter alias Sanctorum vitas exhibet, ſic habet: *Ego ſum miſſus occidi, te abſolvit ſententia. Illa contra referens: Non ego dominum mortis elegi, ſi prædam pudoris expoſui.*

19 Al. mſſ. *prædam.*

20 Al. mſſ. *ſemel.*

21 Ed. *quæ.*

22 Ed. *indigna.*

„ redii, quis me audet excludere? „ Si moram feci, quis audet abſolve- „ re? Plus legibus debeo: rea non „ ſolum fugæ meæ, ſed etiam eædis „ alienæ. Sufficiunt membra morti, „ quæ non ſufficiebant injuriæ. Eſt „ in virgine vulneri locus, qui non „ erat contumeliæ. Ego opprobrium „ declinavi, non martyrium. Tibi „ ceſſi veſtem, non profeſſionem mu- „ tavi. Quod ſi mihi præripis mor- „ tem, non redemiſti me, ſed cir- „ cumveniſti. Cave, quæſo, ne con- „ tendas, cave ne contradicere au- „ deas. Noli eripere beneficium quod „ dediſti. Dum mihi hanc ſenten- „ tiam negas, illam reſtituis ſuperio- „ rem. Sententia enim ſententia ſu- „ periore mutatur. Si poſterior me „ non tenet, tenet ſuperior. Poſſu- „ mus uterque ſatisfacere ſententiæ, „ ſi me prius patiaris occidi. In te „ non habent aliam quam exerceant „ pœnam: in virgine obnoxius pudor „ eſt. Itaque glorioſior eris, ſi videa- „ ris de adultera martyrem feciſſe, „ quam de martyre adulteram reddi- „ diſſe. Quid expectatis? Duo conten- derunt, & ambo vicerunt: nec diviſa eſt corona, ſed addita. Ita ſancti Mar- tyres invicem ſibi beneficia conferen- tes, altera principium martyrio dedit, alter effectum.

## *A D M O N I T I O*

### In paſſionem ſancti IRENÆI epiſcopi.

Acta ex mſſ.

1. SIrmienſium civitas, tot olim ſacris & civilibus prærogativis celeberri- ma nunc in vicum redacta, patronum a- gnoſcit ſanctum Irenæum, ſeu, ut ſcribunt antiqui codd. mſſ. Hyrenæum, qui hanc eccleſiam quam ſæculo IV. incipiente ad- miniſtrabat, ſuo ſanguine purpuravit. E- jus paſſionem ex Præſidialibus Actis pæne verbotenus exceptam, & ad codices nnn- nullos mſſ. Græcos & Latinos exactam proferunt Bollandiani Cnntinuatnres ad diem 25. Martii: quam nos ex ſex aliis codd. mſſ. deſcriptam exhibemus, quibus ut plurimum concordant mſſ. ſancti Ma- ximini Trevirenſis, & Longi-pontanus a Bollandianis laudati. quin & diverſas le- ctiones ex editione Bollandiana adjecimus, quæ ſcilicet alicujus eſſe momenti viſæ ſunt. Acta vero Græca edita habes ad cal- cem tomi 3. Martii Bollandiani; quibuſcum confer, ſi lubet, quæ de iis refert Lam- becius tomo 8. Bibliotb. Vindobonenſis, pagg. 206. & ſeqq.

2. Hujus ſancti Martyris feſtum Græ- ca ſimul & Latina Eccleſia recolit, ſed diverſis diebus; Græca quidem die 23. Au- guſti. Latina vero, in omnibus fere Mar- tyrolngiis die 25. Martii. quamquam ali- quot etiam ex antiquinribus ejus feſtum ad diem VIII. Idns Aprilis referunt, quo die in codd. Remigiano, & ſancti Michae- lis in Periculo maris, & apud Bollandia- nos *martyrizatus* dicitur. Sed alii codd. Longi-pontanus ſcilicet, Compendienſis, Fulienſis & Urſicampi, pro *octavo Idus* le- gunt *octavo Kalendas* Aprilis. Annus au- tem ejus martyrii noſquam exprimitur. Sed cum ſub Diocletiano & Maximiano paſſus dicatur menſe Martio, id anno CCCIV. contigiſſe cenſemus.

Irenæi cultus.

Tempus Paſſionis.

---

## P A S S I O

Anno Chriſti 304.

### Sancti IRENÆI epiſcopi Sirmienſis.

*Ex codd. mſſ. & Martio Bollandiano.*

Collectio Pro- bym.

I. CUm eſſet perſecutio ſub Dio- cletiano & Maximiano Impe- ratoribus, quando diverſis agonibus concertantes Chriſtiani, a tyrannis illata ſupplicia devota Deo mente ſu- ſcipientes, præmiis ſe perpetuis partici- pes efficiebant. Quod & factum eſt circa famulum Dei IRENÆUM e- piſcopum urbis Sirmienſium, cujus jam nunc vobis certamen pandam, victoriamque oſtendam; qui pro mo- deſtia ſua ingenita & timore divino,

cui

cui operibus rectis inſerviebat, dignus nominis * ſui inventus eſt.

* Εἰρηναῖος pacificus.

*Adſtat coram Præſide.*

II. Comprehenſus itaque oblatus eſt Probo Præſidi Pannoniæ. Probus præſes dixit ad eum: Obtemperans præceptis divinis ſacrifica diis. IRENÆUS epiſcopus reſpondit: *Qui diis, & non Deo ſacrificat, eradicabitur.* Probus præſes dixit: Clementiſſimi Principes juſſerunt aut ſacrificare, aut tormentis ſuccumbere debere. IRENÆUS reſpondit: *Mihi præceptum eſt tormenta magis ſuſcipere, quam Deum denegans dæmoniis ſacrificare.* Probus præſes dixit: Aut ſacrifica, aut faciam te torqueri. IRENÆUS reſpondit: *Gaudeo ſi feceris, ut Domini mei paſſionibus particeps inveniar.* Probus præſes juſſit eum vexari. Cumque acerbiſſime vexaretur, dixit ad eum Præſes: Quid dicis. IRENÆE? Sacrifica. IRENÆUS reſpondit: *Sacrifico per bonam confeſſionem Deo meo, cui ſemper ſacrificavi.*

*Irenæus contemnit blanditias ſuorum.*

III. Advenientes vero parentes ejus, videntes eum torqueri [1], precabantur eum; hinc pueri pedes ejus amplectentes dicebant: Miſerere tui & noſtri, pater. Inde uxores [2] lugentes, vultum & ætatem ejus precabantur. Parentum vero omnium luctus & fletus erat ſuper eum, domeſticorum gemitus, vicinorum ululatus, & lamentatio amicorum, qui omnes clamantes ad eum dicebant: Teneræ adoleſcentiæ tuæ miſerere. Sed, ut dictum eſt, meliore cupiditate detentus, ſententiam Domini ante oculos habens, quæ dixit [3]: *Si quis me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo qui in cælis eſt.* Omnes ergo diſpiciens, nulli eorum reſpondit. Feſtinabat enim ad ſupernæ ſpem vocationis pervenire. Probus præſes dixit: Quid dicis? Flectere borum lacrymis ab inſania tua; & conſulens adoleſcientiæ tuæ, ſacrifica. IRENÆUS reſpondit: *Conſulo mihi in perpetuum, ſi non ſacrificavero.* Probus juſſit eum recipi in cuſtodiam carceris. Plurimis vero diebus ibidem clauſus, diverſis pœnis eſt affectus.

IV. Quodam autem tempore media nocte, reſidente pro tribunali præſide Probo, introductus eſt iterum beatiſſimus martyr IRENÆUS. Probus dixit ad eum: Jam ſacrifica, IRENÆE, lucrans pœnas. IRENÆUS reſpondit *Fac quod juſſum eſt. hoc a me non exſpectes.* Probus indignatus, eum fuſtibus cædi præcepit. IRENÆUS reſpondit [4]: *Deum habeo, quem a prima ætate colere didici; ipſum adoro, qui me confortat in omnibus, cui etiam & ſacrifico: deos vero manufactos adorare non poſſum:* Probus dixit: Lucrare mortem. Jam tibi ſufficiant quæ tolerasti tormenta IRENÆUS reſpondit: *Lucror continuo mortem, quando per eas quas mihi putas inferre pœnas, quas ego non ſentio, propter Deum accipere * vitam æternam.* Probus dixit: Uxorem habes? IRENÆUS reſpondit. *Non habeo*: Probus dixit: Filios habes? IRENÆUS reſpondit: *Non habeo.* Probus dixit: Parentes habes? IRENÆUS reſpondit: *Non habeo.* Probus dixit. Et qui fuerunt illi qui præterita flebant ſeſſione? IRENÆUS reſpondit: *Præceptum eſt* [5] *Domini mei Jeſu Chriſti dicentis: Qui diligit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut parentes ſuper me, non eſt me dignus.* Itaque [6] ad Deum in cælum adſpiciens, & ad ejus promiſſiones intendens, omnia deſpiciens, nullum præſentem abſque eo ſe noſſe, atque habere fatebatur. Probus dixit: Vel propter illos ſacrifica.

*Secunda confeſſio.*

* *f. accipio.*

IRE-

1 Sic mſſ. Remig. Fulienſ. Colbert. & 2. Bollandiani. At edit. .... *torqueri; amplectentes pedes ejus precabantur, ut ætati ſuæ parceret, & præceptis Imperatorum obediret. Hinc pater, inde uxor, inde pueri cum lacrymis ſe lugerebant: laclus &c.*

2 f. *uxor ejus*. al. cod. *materes*.

3 Bolland. *dicens ad omnes: Hæc ſunt verba Domini mei Jeſu Chriſti. Si quis &c. Unde ſciatis, o amici cariſſimi, me nec blanditiis veſtris, nec principum minis a præceptis ejus ullo modo poſſe deflecti, ſed ad ſupernæ vocationis ſpem omni intentione velle feſtinare. Probus &c.*

4 Bolland. *Ille vero in medio pœnarum conſiſtens, &c.* Ibi etiam reſponſiones paullo ſunt fuſiores.

5 Bolland. *Præceptum adimplevi mei f. C. dicentis. Qui non abnegaverit parentes ſuos & non renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non diligit &c.*

6 Bolland. *Qui vero Deum diligit, & ad ejus promiſſionem pervenire intendit, omnia contemnens .... profitetur.*

Irenæus reſpondit: *Filii mei Deum*[7] *habent quem & ego, qui poteſt illos ſalvare. Tu autem fac quod tibi præceptum eſt*. Probus dixit: Conſule tibi, juvenis. Immola ut non te cruciatibus impendam. Irenæus reſpondit: *Fac quod vis. Jam nunc videbis quantam mihi Dominus Jeſus Chriſtus dabit tolerantiam adverſus tuas inſidias*. Probus dixit: Dabo in te ſententiam. Irenæus reſpondit: *Gratulor ſi feceris*. Probus data ſententia dixit: Irenæum inobedientem præceptis regalibus in fluvium præcipitari jubeo. Irenæus reſpondit: *Multifarias minas tuas & tormenta plurima exſpectabam, ut etiam poſt hæc me ferro ſubjiceres. Tu autem nihil horum intuliſti. Unde hoc facias oro, ut cognoſcas quemadmodum Chriſtiani propter fidem, quæ eſt in Deo, mortem contemnere conſueverunt*.

*Sententia in eum lata.*

V. Iratus itaque Probus ſuper fiduciam beatiſſimi viri, juſſit eum etiam gladio percuti. Sanctus vero Dei martyr, tamquam ſecundam palmam accipiens, DEO gratias agebat dicens: *Tibi gratias ago Domine JESU CHRISTE, qui*[8] *mihi per varias pœnas & tormenta donas tolerantiam, & æternæ gloriæ me participem efficere dignatus es*. Et cum veniſſet ad pontem, qui vocatur Baſentis[9], exſpolians ſe veſtimenta ſua, & extendens manus in cælum, oravit dicens: *Domine Ieſu Chriſte, qui pro mundi ſalute pati dignatus es, pateant cæli tui, ut ſuſcipiant Angeli ſpiritum ſervi tui Irenæi, qui propter nomen tuum*[10] *& plebem tuam productam de Eccleſia tua catholica Sirmienſium hæc patior. Te peto, tuamque deprecor miſericordiam, ut & me ſuſcipere, & hos in fide tua confirmare digneris*. Sic itaque percuſſus gladio a miniſtris, projectus eſt in fluvium Savi.

*Chriſtus Deus.* *Orat.* *Gladio percuſſus dejicitur in fluvium.*

VI. Martyrizatus eſt famulus DEI ſanctus Irenæus epiſcopus civitatis Sirmienſium die VIII. Idus Aprilis, ſub Diocletiano Imperatore, agente Probo præſide, regnante DOMINO noſtro JESU CHRISTO, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

7 Boll. *Deum patrem habent, quem & ego adoro &c.*
8 Bolland. *Qui mihi donaſti tolerantiam in confeſſione nominis tui, ut particeps efficiar &c.*
9 Sic omnes codd. mſſ. Latini, & editi præter Michaelin. qui habet, *Baſentas*. In Græco tamen dicitur Ἀρδομις quod apud Græcos Dianæ ſeu Lunæ nomen eſt. Pons iſte videtur eſſe ſuper fluvium Bacuntium, ſeu Boſvvetham, prope quem Sirmium ſitum erat, ac paullo infra in Savum influit.
10 Bolland. *Productos de E. Cath. Sirmienſium, martyrium ſubire non renuo &c.*

### *ADMONITIO*

In Paſſionem Sanctorum POLLIONIS &c. Martyrum.

IRenæum Sirmienſem epiſcopum brevi ſecutus eſt ad palmam Pollio ſeu Pullio, aliis Apollio, eccleſiæ Cibalienſis Lector, cujus paſſionis Acta præſidialia, cum brevi Præfatione ab aliquo Collectore adjuncta, edidit Godefridus Henſchenius ad diem 28. Aprilis Bollandiani, ex quo loco eam deſcripſimus. Hujus beati Martyris cum vetera, tum recentiora Martyrologia meminerunt ut plurimum ad diem 28. Aprilis, quamvis in Actis die præcedenti paſſus dicatur, an id errore amanuenſium contigerit, qui *quinto* pro *quarto* die Kalendarum poſuerint, non liquet. Eius mortem ad annum Chriſti CCCIV. revocamus, quam ſcilicet paullo poſt ſancti Irenæi martyrium pertulit. Porro Cibalis, quæ olim urbs erat epiſcopalis in Pannonia, adeo nunc incognita eſt, ut nec ejus ſitus certo ſciatur. Quidam putant ibi extitiſſe, ubi nunc eſt Palyna Hungariæ urbecula ad amnem Boſvvetham: alii vero exiſtimant eſſe Walmam ſeu oppidum *Siabon*. Sed hæc Geographis diſcutienda relinquamus.

PAS-

Digitized by Google

Anno Christi 304.

## PASSIO
### Sancti POLLIONIS, & aliorum Martyrum.
*Ex Aprili Bollandiano.*

*Præfatio Collectoris.*

I. Diocletianus & Maximianus regnantes decreverunt, ut initiis ſub perſecutione omnes Chriſtianos aut delerent, aut a fide deviare facerent. Quo tempore hæc præceptio cum veniſſet ad Sirmienſium civitatem; Probus præſes imperata ſibi perſecutione, a clericis ſumſit exordium, & comprehenſum ſanctum MONTANUM [a] presbyterum eccleſiæ Singidunenſis, diuque Chriſtianæ fidei virtutibus converſatum, juſſit necari. IRENÆUM quoque epiſcopum Sirmienſis eccleſiæ, pro ſide & commiſſæ ſibi plebis conſtantia fortiter dimicantem, ad cæleſtem palmam ſimili ſententia coegit; renuntiantemque idolis & impia præcepta contemnentem, vario tormentorum genere confectum, temporali morti tradidit, in æternitate victurum. Sed cum in his ejus ſatiata crudelitas non fuiſſet: vicinas peragrandas eſſe credidit civitates: & cum ſub ſpecie publicæ neceſſitatis ad urbem Cibalitarum perveniſſet, de qua Valentinianus Chriſtianiſſimus Imperator oriundus eſſe cognoſcitur, & in qua ſuperiori perſecutione EUSEBIUS [a] ejuſdem eccleſiæ venerandus antiſtes moriendo pro CHRISTI nomine, de morte & de diabolo noſcitur triumphaſſe; contigit Domini miſericordia providente, ut eodem die comprehenſus Pullio primicerius Lectorum, fidei ardore notiſſimus, a miniſtris crudelitatis ipſius offerretur examini, dicentibus: Hic in tantam prorupit ſuperbiam, ut non ceſſet deos & Principes blaſphemare.

*Montanus martyr.*

*Euſebius martyr.*

*Acta coram Præſide.*

II. Quo adſtante Probus præſes dixit: Quis diceris? Reſpondit: PULLIO. Probus præſes dixit: Chriſtianus es? Pullio reſpondit: *Chriſtianus.* Probus præſes dixit: Quod officium geris? Pullio reſpondit: *Primicerius Lectorum.* Probus præſes dixit: Quorum Lectorum? Pullio reſpondit: *Qui eloquentiam divinam populis legere conſueverunt.* Probus præſes dixit: Illi qui leves mulierculas, dum vetant ne nubant, pervertere, & ad unam * caſtitatem ſuadere dicuntur? Pullio reſpondit: *Levitatem & vanitatem noſtram hodie poteris comprobare.* Probus dixit: Quomodo? Pullio reſpondit: *Leves & vani illi ſunt, qui relicto Creatore ſuo veſtris ſuperſtitionibus acquieſcunt. Ceterum devoti & conſtantes probantur in fide Regis æterni, qui mandata quæ legerint, etiam tormentis probibentibus implere contendunt.* Probus præſes dixit: Quæ mandata legendo, vel cujus Regis? Pullio reſpondit: *CHRISTI Regis pia & ſancta mandata.* Probus præſes dixit: Quæ? Pullio reſpondit: *Quæ unum DEUM in cælis indicant intonantem: quæ non poſſe dici deum ex ligno & lapide ſalutifera admonitione teſtantur: quæ corrigunt noxas, & emendant: quæ innocentes in propoſiti ſui perſeverantia & obſervatione corroborant: quæ virgines integritatis ſuæ edocent obtinere faſtigia; conjugem pudicam in creandis filiis continentiam cuſtodire; quæ dominos ſervis plus pietate quam furore perſuadent, unius conditionis contemplatione, dominari; quæ ſervos plus amore quam timore perſolvere: quæ docent regibus juſta præcipientibus obedire; ſublimioribus poteſtatibus, cum bona juſſerint, obtemperare: quæ præcipiunt parentibus bonorem, amicis vicem, inimicis veniam, affectum civibus, boſpitibus humanitatem,* pau-

* *l.* vanam.

*Quæ Dei mandata?*

[a] Henſchenius hunc Montanum presbyterum eſſe putat, qui in vulgatis Martyrologiis cum Maxima uxore Sirmii in mare merſus dicitur, die 26. Martii. Quidam ipſis alios quadraginta Martyres adjungunt: ſed hic nec uxoris, nec aliorum meminit Præfationis auctor. Singidunum olim epiſcopalis civitas Pannoniæ, nunc vicus exiguus, teſte Lazio, dictus *Sigetinus.*

[a] In aliquot Martyrologiis eodem die, quo Pollio, Euſebius epiſcopus in Pannonia, memoratur.

*pauperibus miſericordiam, caritatem cunctis, malum nemini facere: accipere patienter illatas injurias, facere omnino nullas: ſuis bonis cedere aliena ne oculorum quidem delectatione concupiſcere: in perpetuum eſſe victurum, qui pro fide momentaneam mortem, quam vos poteſtis inferre, contemſerit. Hæc ſi diſplicent optime cognita tuo judicio poteris derogare,*

III. Probus præſes dixit: Et quid proderit ſi homo interfectus hac luce careat, & bona corporis ſui univerſa deperdat? Pullio reſpondit: *Quia hac brevi melior eſt lux illa perpetua, & dulciora ſunt quæ permanent, quam quæ pereunt bona; nec eſt prudentiæ caducis poſtponere ſempiterna.* Probus præſes dixit: Quid iſta? Fac quod juſſerunt Imperatores. Pullio reſpondit: *Quid hoc eſt?* Probus dixi. Ut ſacrifices. Pullio reſpondit: *Fac quod tibi præceptum eſt. ego hoc facturus non ſum, quia ſcriptum eſt: Sacrificans dæmoniis, & non Deo, eradicabitur.* Probus dixit: Gladio ferieris, ſi non ſacrificaveris. Pullio reſpondit: *Fac quod tibi præceptum eſt. Me autem Epiſcoporum, Presbyterorum, & omnium Patrum, quorum doctrinis imbutus ſum, ſequi tota veritate * veſtigia oportet.* * l. virtute. *unde & omnia quæ inferre volueris, tota exultatione ſuſcipio.* Probus præſes data ſententia flammis juſſit eum exuri. Moxque raptus a miniſtris diaboli, & ductus milliario longe a civitate, agonem ſuum implevit Martyr intrepidus, laudans, benedicens, & glorificans DEUM, qui ejus venerabilem paſſionem, ſed & ſancti epiſcopi ejuſdem civitatis Euſebii, ante plurimos annos, eodem die vita (functi) martyrium prænovit ad cæleſtem gloriam: quam hodie cum gaudio celebrantes, deprecamur divinam potentiam, ut nos eorum meritis participes eſſe concedere dignetur. Hæc autem acta ſunt in civitate Cibalitana die quinto [3] Kalendarum Maiarum, jubentibus Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, regnante Domino noſtro JESU CHRISTO in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Pullio vivus comburitur,*

3 Et tamen in omnibus Martyrologiis IV. Kal. Maii ejus feſtum memoratur.

*A D M O N I T I O*

In Acta ſancti EUPLI Martyris.

1. NOtat Johannes Bollandus in Commentariis prævijs ad Acta ſanctæ Agathæ die 5. Febuarii parag. 4. pleraque ſanctorum Martyrum Acta, quæ apud Metaphraſtem, aut in Menæis Græcis interpolata & vitiata habentur, in codd. mſſ. Latinis ſæpius ſincera ac germana reperiri. Quod ut exemplo aliquo certo probet vir eruditus, adducit aliquot fragmenta ex ſancti Eupli diaconi Actis in codd. Latinis inventis, quæ cum iis quæ ex Metaphraſte Lipomanus & Surius ediderunt collata, ejus aſſertionis veritatem plane evincunt. Verum etſi beati Euplii ſeu, ut volgo ſcribitur, Eupli Acta apud Metaphraſtem corrupta ſint; in nonnullis tamen codicibus mſſ. Græcis ſincera habentur, qualia ſunt quæ ex eod. mſ. Bibliothecæ regiæ edidit vir claræ memoriæ Johannes Baptiſta Cotelerius tomo 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ. Sunt enim omnino conformia iis, quæ Baronius & Bollandus proferunt, ſi pauca excipias, quæ etiam in nonnullis codd. Latinis fuſiora ſunt, in aliis vero contractiora. Porro beati Euplii paſſionis Acta hic exhibemus ex Baronii editione ad annum 303. num. 146. quod nobis ceteris omnibus magis genuina viſa ſint, quæque cum mſſ. Vallis-celleaſi ac Foſſatenſi, textu Græco Cotelerii & Bollandi fragmentis contulimus. Cum vero ſecundæ Quæſtionis varietates fuſiores ſint, quam ut poſſint in notis apponi, totam hanc quæſtionem ex Actis quæ ex cod mſ. domus RR. PP. Oratorii Vallis-cellæ, Romæ deſcripſit noſter Michael Germanus, cum ibi verſaretur, hoc proferre viſum eſt, cum Mombritio & cod. Colbertino collatam. De his etiam videri poteſt Octavianus Cajetanus in Sanctis Siculis, ubi eadem acta cum animadverſionibus habentur.

*Act. S. Eupli initio.*

*Græc. & Lat.*

2. In

Tempus paſſionis.

2 In pleriſque codd. mſſ. ſanctus Euplus *Diocletiano novies, & Maximiano ſepties Coſſ.* paſſus dicitur: ſed id fieri non potuit, cum nonus Diocletiani conſulatus cum ſeptimo Maximiani componi non poſſit; rectius in editione Coteleriana nonus Diocletiani & octavus Maximiani conſulatus, id eſt annus Chriſti 304. aſſignatur. quem annum in ſuo cod. mſ. annotatum fuiſſe refert Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 12. Auguſti. quamvis Acta quæ in Annalibus inſeruit, præcedentem exhibeant. Hujus martyris feſtum Græci recolunt die undecima Auguſti, Latini autem die ſequenti. Liber de geſtis Pontificum Romanorum meminit oratorii, quod Theodorus Papa in ſancti Eupli honorem Romæ conſtruxerat juxta portam ſancti Pauli: ſed hæc Eccleſia aut penitus exciſa eſt, aut certe nomen mutavit: qua de re Martinellus in Roma ſacra. De ejuſdem vero Martyris reliquiis ſcribit ſanctus Gregorius Papa epiſt. 10. lib. 12. ad Felicem Meſſanenſem epiſcopum. Memoria.

Anno Chriſti 304.

# ACTA

## Sancti EUPLI Diaconi & Martyris,

*Ex Surio & aliis editis & mſſ.*

Prima interrogatio.

I. Diocletiano novies & Maximiano octies Conſulibus, pridie Idus [1] Auguſti, in Catanenſium civitate, cum eſſet extra velum ſecretarii, EUPLIUS diaconus proclamavit, dicens: *Chriſtianus ſum, & pro Chriſti nomine mori deſidero*. Audiens hæc Calviſianus Conſularis [2], dixit: Ingrediatur qui clamavit. Et cum ingreſſus fuiſſet Euplius ſecretarium Judicis, Evangelia portans; unus ex amicis Calviſiani, nomine Maximus [3], dixit: Non decet tales chartas eum tenere contra regalem præceptionem. Calviſianus conſularis dixit ad Euplium: Hæc unde ſunt? de domo tua exierunt? Euplius reſpondit: *Non habeo domum. Hoc* [4] *& Dominus meus Jeſus Chriſtus novit*. Calviſianus conſularis dixit: Tu ea huc deportaſti? Euplius dixit: *Per me ea huc deportavi, ſicuti & ipſe vides. Invenerunt me cum illis* [5]. Calviſianus dixit: Lege ea. Euplius aperiens, legit [6], *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Et alio loco: *Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Cum hæc & alia legeret, Calviſianus conſularis dixit: Hoc quid vult eſſe? Euplius dixit: *Lex Domini mei, quæ mihi tradita eſt*. Calviſianus conſularis dixit: A quo? Euplius reſpondit: *A Jeſu Chriſto filio Dei vivi*. Calviſianus conſularis interlocutus dixit: Quoniam innotuit ejus confeſſio [7], interrogetur ſub tormentis, tradatur tortoribus. Et cum traditus eſſet, cœpta eſt ſecunda cognitio per quæſtionem.

Altera interrogatio.

II. Diocletiano [8] novies & Maximiano octies Conſulibus; pridie Idus Auguſtas, Calviſianus conſularis dixit ad Euplium poſitum in tormentis: Quæ per tuam confeſſionem hodie dixiſti; quid dicis modo de eis? Euplius libera manu ſignans ſibi frontem, dixit: *Quæ tunc dixi, & nunc ea confiteor, me eſſe Chriſtianum, & divinas Scripturas legere*. Calviſianus dixit: Quare apud te habuiſti, & non tradidiſti has lectiones, quas Imperatores vetuerunt? Reſpondit Euplius: *Quia Chriſtianus ſum, & tradere non licebat; magiſque expedit mori, quam tradere. In his vita æterna eſt. Qui tradit, vitam*

1 Sic etiam cod. Vallis-cell. At Mombrit. & Bolland. ſicut & infra, *ſub die IV. Idus Auguſtas*. Græc. *ante diem III Kal. Maias*.

2 Græc. *Corvilior. Latomiae Siciliæ Correctoris* meminit Conſtantinus M. apud Euſeb. lib. 10 hiſt. cap 5 ubi ei titulum *viri clariſſimi* tribuit. Vide Cotelerii notas. Lucaniam quoque per Correctores regebatur, ut patet ex Aurelio Victore in Aureliano, & Veneti ea eodem in Diocletiano.

3 Aliquot mſſ. habent *Maximianus*. Infra cod. Foſſ. pro *tales chartas*, habet *talem codicem*. Item infra Mſſ. & ed. præter Foſſat. habent, *unde hæc ſunt*.

4 Noſtræ lectioni concordat Græc. At codd. Foſſat. & Vallis-cell. Boll. & Mombrit. *Non habet domum hic. Dominus*.

5 In aliis ed. & mſſ. deſunt hæc verba: *Invenerunt me cum illis*.

6 In codd. Foſſat. & Vallis-cell. & apud Momb. nominantur Evangeliſtæ, & ea uno quoque textus legitur. Græc. autem nominat Evangeliſtas, ſed verba non refert.

7 Quæ ſequuntur, habentur in ſolo Surio, pro his Vallis-cell. & Boll. *publice tradatur*. Græc. *in Actis publicis referatur*.

8 Hanc quæſtionem integram non exhibent Boll. In Græco eſt contractior. non tamen, ut putavit Cotelerius, ſincerior, quod patet ex ſententia quæ in Actis Surianis ſecundum formam conſuetam ex tabella a Præſide recitatur.

*tam æternam perdit. Ut eam non perdam, vitam meam do.* Calviſianus interlocutus dixit: Euplius, qui ſecundum edictum Principum non tradidit ſcripturas, ſed legit populo, torqueatur. Cumque torqueretur, dixit Euplius: *Gratias tibi Chriſte. Me cuſtodi, qui propter te hæc patior.* Dixit Calviſianus conſularis: Deſiſte, Eupli, ab inſania hac. Deos adora, & liberaberis. Euplius dixit: *Adoro Chriſtum, deteſtor dæmonia. Fac quod vis, Chriſtianus ſum. Hæc diu optavi. Fac quod vis. Adde alia, Chriſtianus ſum.* Poſtquam diu tortus eſſet, juſſi ſunt ceſſare carnifices. Et dixit Calviſianus: Miſer, adora deos. Martem cole, Apollinem & Æſculapium. Dixit Euplius: *Patrem & Filium & Spiritum ſanctum adoro. Sanctam Trinitatem adoro, præter quam non eſt Deus. Pereant dii qui non fecerunt cælum & terram, & quæ in eis ſunt. Chriſtianus ſum.* Calviſianus præfectus dixit: Sacrifica, ſi vis liberari. Euplius dixit: *Sacrifico modo CHRISTO DEO me ipſum: quid ultra faciam non habeo. Fruſtra conaris: Chriſtianus ſum.* Calviſianus præcepit iterum torqueri acrius. Cumque torqueretur, dixit Euplius: *Gratias tibi Chriſte. Succurre Chriſte. Propter te hæc patior Chriſte.* Et dixit ſæpius. Et deficientibus viribus, dicebat labiis tantum abſque voce hæc, vel alia.

*SS. Trinitas adoranda.*

*Chriſtus Deus.*

*Sententia in eum.*

III. Calviſianus intra velum interius ingrediens, ſententiam dictavit. Et foras egreſſus, afferens tabellam, legit: Euplium Chriſtianum, edicta Principum contemnentem, deos blaſphemantem, nec reſipiſcentem, gladio animadverti jubeo. Ducite eum. Tunc appenſum eſt ad collum ejus Evangelium, cum quo apprehenſus fuerat, proclamante hæc præcone: Euplius Chriſtianus inimicus deorum & Imperatorum. Euplius lætus dicebat ſemper: *Gratias Chriſto Deo.* Et cum ad locum perductus eſſet, genuflexus prolixius oravit. Et iterum gratias agens, præbuit jugulum, & a carnifice decollatus eſt. Sublatum eſt poſtea corpus ejus a Chriſtianis, & conditum aromatibus, ſepultum eſt.

*Chriſtus Deus.*

### *Item ſecunda confeſſio ſancti Eupli ex mſſ. Valli-cellenſi & Colbertino.*

*I. Eupli altera confeſſio.*

I. Diocletiano novies & Maximiano octies Conſulibus, pridie Idus Auguſtas, cum in medio beatus Euplus traditus fuiſſet, Calviſianus conſularis dixit ad beatum Euplum: Quæ per tuam confeſſionem hodie dixiſti, quid dicis de eis? Tunc beatus Euplus ſignaculum Chriſti faciens in fronte ſua dixit: *Quæ tunc dixi, & nunc ea confiteor.* Calviſianus conſularis dixit: Habuiſti aliquando lectiones, quas vetaverunt piiſſimi Imperatores? Beatus Euplus reſpondit: *Habui.* Calviſianus conſularis dixit: Et ubi ſunt? Beatus Euplus reſpondit: *Apud me ſunt.* Calviſianus conſularis dixit: Habes ea? Beatus Euplus reſpondit: *Habeo.* Calviſianus conſularis dixit: Torqueatur Euplus, quoadusque confiteatur ſe deos veros omnipotentes adorare Martem, Apollinem & Aſclepium [9]. Beatus Euplus reſpondit: *Bene dixiſti, Calviſiane, ut adorem Trinitatem inſeparabilem, quæ Trinitas, unitas deitatis eſt.* Tunc audiens verba impiſſimus Calviſianus, putavit quia de diis ipſius diceret beatus Euplus, gaudio repletus eſt, & ait: Ergo ſacrifica. Cui beatus Euplus reſpondit: *Ego ſacrifico & immolo me ipſum Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Tunc Calviſianus audiens hæc, ira commotus juſſit eum amplius torqueri. Et dum diutiſſime torqueretur, ſuſtinuit certamen orthodoxæ fidei [10].

*SS. Trinitas Deitatis unitas.*

*SS. Trinitas.*

II. Tunc impiiſſimus Calviſianus conſularis ſententiam dedit dicens: Contrarium deorum, & negantem imperialem juſſionem, & inde peccantem Euplum, a quo ſcripturæ impietatis oſtenſæ ſunt, jubemus juſto judicio noſtro gla-

*Sententia mortis in eum lata.*

9 Mombrit. & Bar. *Æſculapium*, cujus nepos Aſclepius dicitur fuiſſe.

10 Colbert. addit, *benedicens Deum*. Hic mutilus eſt cod. Foſſat.

gladio interfici. Tuoc beatus Euplus gratias egit DEO & DOMINO JESU CHRISTO, quod adveoiſſet ei tempus corooam accipieodi. Euotis enim cum gaudio omois plebs veſtigia ſequebatur, admiraotes fortitudinem animi ejus. Ipſe autem refovente gratia CHRISTI fulgebat, & lætus reſumto animo ambulabat quaſi pergens ad nuptias, & repletus ſancto Spiritu canebat diceos: *Magna eſt gloria tua*, DOMINE, *in ſervis tuis, quos ad te vocare dignatus es*. Et pro omnibus, qui ſequebantur eum orabat dicens: *Domine adeſto ſervis tuis, & ne deſeras eos uſque in finem, ut glorificent nomen tuum in ſæcula ſæculorum*. Et accelerabat greſſus ſuos, jam quippe prope victoriam coronandus. Tuoc extendens manus ſuas ad cælum dixit: *Gratias tibi ago* DOMINE JESU CHRISTE, *quoniam conſolata eſt me virtus tua, & non permiſiſti perire animam meam cum impiis, & donaſti mihi gratiam nominis tui. Confirma nunc quod operatus es in me, ut confudatur adverſantis audacia*. Et tunc reſpiciens

*Deus.*

ad populum dixit: *Dilectiſſimi fratres, audite, orate Deum, & timete illum in toto corde veſtro, quoniam memor eſt timentibus ſe, antequam exeant de hoc ſæculo: & poſteaquam exierint, tunc occurrent eis Angeli, & deducent eos ad civitatem illius ſanctam Jeruſalem*. Et cum hæc verba compleſſet, & finem feciſſet, flectens genua ſua, paravit cervicem, & decollatus eſt beatiſſimus Euplus [11]. Tunc ſempiternam coronam fidei accepit, exultans in agmine Angelorum & ſanctorum Martyrum, introivit io conſpectu DOMINI DEI noſtri JESU CHRISTI. Et repoſitum eſt corpus ejus in loco venerabili [12], conditum aromatibus, ad laudem & gloriam omnipotentis DEI & DOMINI noſtri JESU CHRISTI, in quo beneficia largiuntur contingentibus ſepulcrum ejus; & infirmorum omnes languores ſanantur uſque in hodiernum [13] diem, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, qui vivit ſemper & regoat in ſæcula ſæculorum. Ameo.

*Adhortatur fratres.* *Tandem capite plectitur.* *Christus Deus noster.* *SS. Trinitas.*

11 Colbert. addit, *pridie Idus Augusti*.
12 Colbert. addit, *in Cataniensium civitate*.
13 Certe vel ex hoc loco patet hæc Acta Surianis eſſe poſteriora.

## *ADMONITIO*

### Io Paſſionem ſaocti PHILIPPI epiſcopi.

1. INter alia Martyrum Acta, quæ noſter Johannes Mabillonius tom. IV. veterum Analectorum vulgavit, habetur Paſſio ſancti Philippi epiſcopi; ſed quæ, ut ipſemet agnoſcit in Præfatiooe, *medica manu in quibuſdam locis indiget, id eſt ſubſidio alterius codicis emendatioris*. Talem invenimus inter reliquias inſignis Bibliothecæ Corbeienſis, quæ excidium evaſerunt, cujus codicis ope aliquot editionis Mabillonianæ loca obſcura, & depravata emeodavimus.

*Acta S. Philippi emendata.*

2 Philippum Heracleenſi eccleſiæ præfuiſſe, quamvis apud Adrianopolim martyrium compleverit, nemo inficiari poteſt, cum id in Actis ejus expreſſum habeatur: cum tamen vetuſtiora quæque Martyrologia commemorationem ejus ſic deſignaverint: *Adrianopoli ſancti Philippi epiſcopi* &c. plerique eum Adrianopolitanum epiſcopum fuiſſe exiſtimaverunt; ſed nulla jam poteſt eſſe ea de re difficultas. Ejuſdem Martyris paſſionem Cardinalis Baronius ad Juliani tempora refert, eumque aſſerit in notis ad Martyrologium Romanum die 22. Octobris ſucceſſiſſe Eutropio & Lucio epiſcopis Adrianopolitanis, qui teſte ſancto Athanaſio in Apologia de ſua fuga ad Conſtantium Imperatorem, ab Arianis multa pertulerunt. Verum id abſque ullo certo argumento ab illuſtriſſimo Cardinale dictum fuiſſe vel ex eo patet, quod Philippum Adrianopolitanæ eccleſiæ ſupponat præfuiſſe; quem tamen Heracleæ epiſcopum fuiſſe conſtat. Si autem Acta paollo accuratius diſcutiantur; melius ſane Diocletiani, quam Juliani perſecutionem repræſentare videntur. Unde hujus beati Martyris paſſionem ad aonum circiter CCCIV. referre maloimus, donec certiora momenta proferantur quæ nos ab hac ſententia demoveant. Diem vero ejus feſtum 22. Octobris aſſignant omnes cum veteres, tum recentiores Martyrologiorum

*Philippus Heracleæ episcopus.* *Adrianopoli passus est.* *Ejus tempus.*

 ſcri-

*Ejus festi.* ſcriptores; ſed alii plures, alii pauciores Martyres ſocios ipſi adjungunt. Severi presbyteri & Hermetis diaconi meminerunt Acta, quos ſolos recenſet Rabanus, quamvis ceteri fere omnes Euſebium presbyterum, proxime poſt ſanctum Philippum nominent. Heraclea Thraciæ metropolis, cujus epiſcopus fuit Philippus, inter alias hujus nominis urbes eminet, olim Primatum, ſeu, ut vocabant, Exarchorum Thraciæ ſedes. Adrianopolis vero ubi paſſus eſt Philippus, etiamnunc perſtat celeberrima, ſedes olim archiepiſcopalis, & ante captam Conſtantinopolim Turcorum regia. Aliæ ſunt in aliis provinciis ejuſdem nominis urbes.

## PASSIO

### Sancti PHILIPPI Epiſcopi Heracleæ.

Anno Christi circ. 304.

*Ex mſſ. cod. Corbeienſi & tom. IV. Analectorum.*

I. Beatus itaque PHILIPPUS, diaconus primum, mox presbyter, aliquot laboribus probatus Eccleſiæ, & ſtipendiorum ſuorum devotione laudabilis, conſcientiæ bonis lætus, & vitæ honeſtate ſecurus, conſenſu omnium tandem decus epiſcopale ſuſcepit, nullo mirante, eo quod dignos eſſet, aliquantis ſtupentibus forte, quod ſerius. Statim Apoſtolum Paulum prædicationis ornavit eloquium in epiſtula dictum eſt [1], in qua inter cetera illud adjectum eſt: *Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Tunc diſcipulos ſuos SEVERUM presbyterum & HERMEN diaconum frequenti ad doctrinam diſputatione confirmans, ſimiles non ſolum animo, ſed etiam paſſione ſibi fecit: ut quos habuerat in glorioſi illius myſterii traditione conſortes, haberet etiam in confeſſione collegas. Diligens itaque divina præcepta, talem glorioſiſſimus ſenex agebat ætatem, victimam ſe offerens Deo in Adrianopolitana civitate paſſurus: qui ut peritus & optimus gubernator, fluctibus navem frequenter opponens, reſiſtendo, aliquotiens & cedendo, omnem procellam moderatus magiſter excludit: aut quaſi peritus auriga, nunc relaxando habenas, nunc retinacula ſtricta prohibendo, nec plus juſto vagari equos patitur, nec ſegnes nimio torpore retineri.

1 Tim. 3.

II. Ad hujus ſimilitudinis modum beatus Philippus populum cæleſti gubernavit imperio, & epiſcopali amore ſervabat. Sed cum diræ perſecutionis immineret excidium, non eſt mente turbatus, ac ſuadentibus multis, ut a civitate proficiſcens pœnam tantæ crudelitatis effugeret, exire detrectans, docuit hæc expetenda eſſe potius quam cavenda, dicens: *Compleatur cæleſte mandatum.* Itaque de eccleſia non recedens, & ad tolerandi patientiam ſingulos Fratres docta oratione confirmans, hujuſmodi verba profudit. *Prædictum jam, ſi creditis, fratres, tempus advenit. Nutantis ſæculi extrema volvuntur: imminet pertinax diabolus, & poteſtate paulliſper accepta ſervos* CHRISTI *non venit perdere, ſed probare. Epiphaniæ dies ſanctus incumbit: quæ res admonitionem nobis præſtat ad gloriam. Nullæ ergo impiorum minæ, nulla vos tormenta terreant. nam & patientiam perferendi, & mercedem tolerandi dolores militibus ſuis* CHRISTUS *indulget. Credo enim quod incaſſum omnis illorum procedit intentio.*

*Epiphania festum.*

III. Hæc adhuc beato Philippo diſſerente, Ariſtemachus Stationarius civitatis [2] advenit, ut Præſidis juſſu impreſſis cera ſignis eccleſiam clauderet Chriſtianis. Beatus Philippus dixit: *Homo ſtultæ perſuaſionis & frigidæ, qui habitare omnipotentem* DEUM *in parietibus magis quam in hominum cordibus credis* [3], *Eſaiæ ſancti dicta non retinens, qui dixit: Cælum mihi ſedes eſt, terra vero ſcabellum pedum meorum.* Ecclesia spoliatur. Isai. 66.

*Quam*

1 Ed. *epiſtola eſt*.
2 In edit. deeſt, *civitatis*. Et infra, *Beatus Philippus dixit*.
3 Ed. *credebas*.

*Quam domum mibi ædificabitis?* Poſtero die Stationarius miniſteriis[4] omnibus eccleſiæ inventis atque ſignatis egrediebatur. Mærori tunc omnes fratres inſtantes, luctum atque anguſtias civitatis agnovimus. Beatus Philippus cum Severo & Herme, & ceteris cogitabat intentius, quid fieri neceſſitas iſta mandaret, & Dominici [5] foribus innixus, a ſede ſibi credita non alios patiabatur abſcedere. Futura tractabat ac meditabatur ſingula in dolore, ut medici doctiores inutile in ægris reſecando auferunt putrida, & quæ adhuc aliquid proſperitatis habent, medicamine malunt curare quam ferro: alia vero reſecant diſſoluta, ne ad tactum inutilis carnis ac rancidæ, vicina etiam, quæ ſanitate non indigent, corporis membra ſolvantur. Itaque ne vitientur incolumia, inciduntur infirma. Sic eo tempore beatus Philippus ſecernens ab optimis malos, ut meliores fierent, cogebat imperio; illos, ne mutarentur, dulci hortabatur eloquio; medicinam ægris, incolumibus præbebat conſilium.

IV. Poſtea cum in Heraclea ad Dominicum conveniſſent, Philippum cum ceteris eccleſiæ foribus adſtantem Præſes Baſſus invenit. Qui cum judicaturus ſolito more reſediſſet, inductis ad ſe omnibus ait Philippo & ceteris: Quis ex vobis Chriſtianorum magiſter eſt, aut doctor eccleſiæ? Reſpondit Philippus: *Ego ſum ille, quem quæris*. Ait Baſſus: Legem Imperatoris audiſtis, jubentis nuſquam colligere [6] Chriſtianos, ut in toto orbe terrarum hujus ſectæ homines aut ad ſacrificia convertantur, aut pereant. Vaſa ergo quæcumque vobiſcum ſunt aurea vel argentea, vel cujuſcumque metalli aut artis inſignis; Scripturas etiam per quas vel legitis, vel docetis, obtutibus noſtræ poteſtatis ingerite: ne hæc eadem, ſi dubitandum putaveritis, poſt tormenta faciatis.

*Philippus depulſus.*

Ad hæc Philippus ſanctus eloquitur: *Si te noſtra, ut dicis, tormenta delectant, paratus eſt animus ad ferendum. Corpus ergo iſtud infirmum, cujus poteſtatem habes, qua volueris crudelitate dilacera. Tantum ne quid tibi in animam* [7] *meam poteſtatis adſcribas. Vaſa vero ea quæ poſtulas, quæcumque apud nos ſunt, mox accipe. Facile enim nos*[8] *qui a vobis pellimur, iſta contemnimus. Non enim pretioſo metallo Deum colimus, ſed timore; nec ornatus eccleſiæ Chriſto plus poteſt placere, quam cordis. Scripturas vero nec accipere tibi, nec dare mibi convenit.* Ad hæc ſancti Martyris verba carnifices mox præſes juſſit adduci. Tunc ipſius naturæ expers, atque humanitatis ignarus Mucapor ingreditur. Mox Severum presbyterum intromitti Præſes juſſit; qui cum inveſtigari facile non poſſet, Philippum affligi præcepit injuriis. Sed cum diutino pœnæ adficeretur incommodo, prope [9] aſſiſtens Hermes ſanctus dixit: *Etſi omnes Scripturas noſtras, dire inquiſitor, acceperis, ut nulla prorſus in orbe terrarum veſtigia veræ hujus traditionis appareant; poſteri tamen noſtri, & paternæ memoriæ, & ſuæ animæ conſulentes, majora voluminum ſcripta conficient, & vehementius timorem, qui impendendus Chriſto ſit edocebunt.* His dictis, diu antea verberatus, ingreſſus eſt ubi vaſa omnia & Scripturæ latebant.

*Hermes verberatus.*

Secutus eſt eum Publius Adſeſſor præſidis homo furandi avidus, & rapiendi ardore devinctus. Itaque cum vaſa aliqua ab inventorum numero callidus occultator auferret, pœnæ inſcius imminentis, contradicentem ſibi, ne id auderet, Hermen fracta facie, effuſo etiam aliquanto cruore fœdavit. Quibus cognitis Baſſus, & vultu ejus adſpecto, iratus eſt Publio, & curari præcepit Hermen. Inventa vero vaſa & Scripturas omnes tradi juſſit

Offi-

4 Sic veteres ſacram ſuppellectilem appellabant. Vide plura de hac re apud noſtrum Mabillonium lib. 1. de Liturgia Gallicana c. 7.

5 *Id eſt*, inquit Mabillonius, *eccleſia*. Hoc nomen eccleſiis tributum fuiſſe diſerte affirmat Euſebius in Oratione de laudibus Conſtantini M. cap. 17. Vide Card. Bona libro 1. rerum Liturgic. cap. 19. num. 4.

6 Corb. *convenire*.

7 Mſ. addit, *meam*.

8 Edit. *Facile enim quæ a vobis petimur*.

9 Edit. *propter*.

Officio. Philippum & ceteros vallatos hinc inde cuſtodibus ad forum præcepit adduci, ut & populum juvaret ſpectaculum, & videntes ceteros qui negaſſent terreret exemplo.

V. His itaque ad forum euntibus, Præſes Scripturas omnes militibus impoſuit. Tunc ad palatium magna feſtinatione tendebat, cupiens nudare eccleſias omnibus qui eſſent ubique cultoribus; ipſum etiam dominici [10] tectum devoluto omni tegularum fraudabatur ornatu. Hi ipſi quoque qui hæc agebant, ne ad diruendum ſegniores eſſent cogebantur verbere. Bellum itaque domeſticum, & ſeditio ſubita fuit, ac privata confuſio: igne ſuppoſito, adſtantibus etiam civibus, peregriniſque collectis, Scripturas omnes divinas in medium miſit incendium. Tanta vero ſubito ad cælum flamma præceſſit, ut ſtantes ſingulos formido ab ſpectaculo tanti ignis arceret. Quidam vero circa beatum Philippum in foro ſedebant, ubi venale quodcumque proponitur. ad quos cum perveniſſet hinc [11] nuntius, præſentibus exponebat dicens: *Viri qui Heracleam incolitis, Judæi, pagani, vel cujuſcumque religionis aut ſectæ, jam nunc extremi temporis futura cognoſcite, Paulo apoſtolo commonente, qui dixit*: Revelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem, & injuſtitiam hominum. *Et in Sodomis ideo venit ira juſta* propter injuſtitias eorum; *ut ſi Sodomorum timeant judicium, & injuſtitiam fugiant; & quærentes, qui ſit qui hoc facit judicium, ad eum convertantur ex vanis lapidibus, & ſint ſalvi. Quare his quibus per Orientem in Sodomis ignis apparuit, ſignum judicii & indicium fuit iræ cæleſtis. Ac ne in ſolo Oriente prius ſe ignis oſtenderet, in Sicilia quoque atque in Italia viſa eſt res digna* [12] *miraculo. Ex Sodomis enim per Angelos cum filiabus ſuis Loth ſanctus expulſus eſt; quia immunis videbatur a crimine, & longe a civitatis ejus vitiis abhorrebat. In Sicilia quoque aquarum copia divini crateris alveo clauſa diſſiluit; & ſtatim peccatorum ultrix e cælo flamma deſcendit: ubi crematis omnibus, duæ tantum virgines pæne* [13] *effugere diſcrimen, habentes in ipſa etiam trepidatione conſilium. Patrem namque ſenectute & debilitate confectum piis manibus abſtulerunt; quem dum eripere conarentur incendio, dulci onere tardatæ, crepitantis flammæ corona circumdatæ, neceſſitatem ſubito deſperatæ ſalutis habuerunt. Sed omnipotens Chriſtus affectum tantæ clementiæ perire non paſſus eſt. Filiabus patrem, patri & filias præſenti majeſtatis ſuæ favore conceſſit: ut poſſit intelligi, illis omnibus quos flamma conſumſit, non Deum defuiſſe, ſed meritum. Statim itaque immunis a pœna via facta eſt virginibus; & quo ire cupiebant ſectus agger apparuit. Colludium quoddam ipſius videres incendii: ſic ſe omnis ardoris anhelitus contrahebat, ſic venientibus locum blandiens flamma faciebat, ut earum crederetur arbitrio cuncta vegetari. Tantum itaque ſanctarum Virginum meritum fuit, virtus tanta pietatis, ut ignem non ſibi tantum, ſed ipſi etiam loco per quem evaſerant mererentur innoxium. qui locus nullo tunc vaſtatus ardore vocabulum ſumſit ex merito, Piorum* [14] *enim adhuc hodie nuncupatur, ut hæc poſterius probet non ſolum lectione, ſed nomine. Hic eſt ignis ille divinus, juſtus factorum omnium optimus judex, qui ad terram defluens quodcumque inutile invenitur exurit. hic Herculem dum incenſos fieri deos putat, in amorem expetendæ mortis impegit, qui infelix in Ygiæ* [15] *monte combuſtus eſt; & Scolapium* [16] *medicum in monte Cynozuridos ful-*

S. Scripturæ comburuntur.

S. Philippi Sermo ad populum.

Rom. 1. 18.

10 Mſ. *Dominicum*.
11 Mſ. *hic*.
12 In mſ. deeſt, *digna*.
13 Edit. *pene*.
14 In prima operis hujus editione ſuſpicabar hanc vocem pro *Pyrion* adhibitam eſſe a Græco [illegible]. at conſtat legi hic debere *Piorum* qua voce deſignantur *Anapias* & *Amphinomus*, qui parentes ſuos, ex Ætnæi montis flammis Catanam infeſtantibus, humeris ſuis impoſitos extulerunt. Videſis ea de re Cononis narrationes apud Photium in Biblioth. cod. 186 num. 43. & alios auctores in marg. laudatos, quibus adjici debet Solinus Polyhiſtor cap. 11.
15 In mſ *Agiæ*. Herculem tamen ſupra montem Oetes in Theſſalia combuſtum ferunt.
16 Æſculapius quod Hippolytum ſuſcitaſſet, a Jove occiſus & apud Cynoſuram Theſſaliæ urbem ſepultus.

Digitized by Google

Boetium vocitat *fulminatum conſecrationem mereri a gentibus fecit, non aliqua poteſtate, ſed pœna, proprio infelix commendatur exitio. Minus credo, putaretur valere ſi viveret. Hic exuſſit eum quem Ephesini Deum habere ſe credunt; hic Romanæ urbis & Capitolium incendit & Templum; hic Eliogabalum pari cremavit incendio, nec in Alexandria Serapis pepercit hoſpitio. Arſit namque cum templo. Quis rogo ab his ſperet auxilium, qui ſe nec poſſunt ſervare, nec facere? Fit ab illo a quo colitur: & ſi incenſus ſubito manu fuerit, pervigili artificis cura nocte reparatur. Numquam his itaque numen deeſſe poterit, ſi aut ligna facientibus ſuggerantur, aut ſaxa. Arſit libenter in Athenis Liberi patris habitaculum, ſciens Deum ſuum fulmine conſecratum. Arſit & armata Minerva. Nihil illam gorgoneum pectus, nec defendit ille pictuatus ſplendor armorum, melius infelix ſi penſa tractaſſet. Similiter Delphicum Apollinis templum primum affecit turbo, neſcio quis poſt ignis incendit. Nulli hic ignis, gratia intercedente, colludit. ſic probatur juſtus, ut & puniatur [17] injuſtus. Itaque bonis non flamma, ſed lux eſt.*

VI. Dum hæc longo ſermone meditantur, videns Cataphronium ſacerdotem, & miniſtros ceteros infelices epulas & profana ſacra portantes, ſic ad circumſtantes ſe Hermes dixit: *Cœnam iſtam, quam cernitis, diabolica eſt invocatio, & ut polluat nos conſtat eſſe allatam* [18]. Cui Philippus ait: *Fiat illud quod Domino placet*. His dictis forum præſes Baſſus ingreſſus eſt cum multitudine diverſi ſexus & ætatis. Philippus renuit ſacrificare. Tunc, ut ſe ſemper vulgus oſtendit, alios triſtes ſanctorum pœna faciebat, alios major accendebat inſania, ut dicerent ſervos Dei omnes ad ſacrificium debere compelli: ſpecialiter tamen Judæos, juxta Scripturarum ordinem. Dicit enim Spiritus ſanctus per Prophetam: *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo*. Tandem Philippum ſic Præſes interrogat dicens: Immola victimas numini. Reſpondit Philippus: *Quomodo poſſum lapides colere Chriſtianus?* Ait Baſſus: Dominis noſtris ſacrificia rite ſolvenda ſunt. Reſpondit Philippus: *Docti ſumus parere majoribus, & obſequium Imperatoribus exhibere, non cultum.* Ait Baſſus: Civitatis ſaltim ſacrifica fortunæ. Adſpice quam pulcra, quam læta eſt, quam ad obſequium ſuum omnem plebem libenter admittit. Reſpondit Philippus: *Vobis debet placere qui colitis; me vero non poterit ars hominis a cæleſti honore ſubtrahere.* Ait Baſſus: Moveat te vel præſentis Herculis tam pulcrum ac tam immane ſimulacrum. Reſpondit Philippus: *Heu miſeros & deflendos, qui divinitatis ſacroſanctum Numen ignorant! Heu infelices vos, qui cæleſtia ad terrena transfertis, & veritatis ignari invenitis & facitis quod colatis! Quid aurum, argentum, æs, ferrum, vel plumbum? Nonne ex terra & nutriuntur & conſtant? Ignoratis* Christi Numen. CHRISTI NUMEN, *quod nec comprehendere æſtimatio, nec quantum ſit poteſt humana mens capere; & habere aliquid illa aſſeritis poteſtatis, quos faber oſcitans aut vinolentus effecit? Si diligentius ſubito expreſſit effigiem, continuo ſimulacro illi & poteſtas adſcribitur, & numen aptatur. Domuum veſtrarum ſive villarum ædificia vobis ſunt quotidiana peccata. Nam cum ad uſus domeſticos lignum aliquod incenditur, dei veſtri corpus exuritur. Qua te enim in hoc crimine excuſatione defendis? Dicis enim: Lignum illud non erat deus. Reſpondebo tibi: Sed eſſe poterat, cum placuiſſet artifici. Nec adhuc quidem in quibus ſitis tenebris pervidetis. Bonus lapis parius. numquid ſi ſculptus eſt, bonus poterit eſſe Neptunus? Bonum ebur. numquid pulcrius illud expreſſus in eo Jupiter fecit? Hæc bene cupidi artifices invenerunt, ut cuicumque metallo vultus aptatus pretium majus efficeret, non poteſtatis gratia, ſed æſtimatione mercedis. Ex terra ergo ſunt omnia, quæ calcare, non adorare debemus.*

17 Edit. expenditur.

18 Edit. *diabolica invocatione pollutam vobis conſtat allatam.*

*mus. Nobis enim illa ad poſſidendum Deus fecit: vobis, ut video, deos illa generavit.*

VII. His cognitis Baſſus Philippi conſtantiam vehementer admirans, victus a primo, ad Hermen ſe convertit iratus, dicens: Vel tu ſacrificium ſolve numinibus. Reſpondit Hermes: *Non ſacrifico, Chriſtianus ſum*. Ait Baſſus: Cujus ſis conditionis expone? Reſpondit Hermes: *Decurio ſum, & doctori meo in omnibus obſecundo*. Ait Baſſus: ſi Philippus ad ſacrificium fuerit adductus, ſequeris auctorem? Reſpondit Hermes: *Nec ego ſequar, nec ille vincetur. Par enim nobis & virtus, & animus eſt*. Ait Baſſus: Traderis incendio, ſi in hoc furore permanſeris. Reſpondit Hermes: *Flammam mihi levis iſtius minaris ardoris, quæ deficit pæne antequam ſurgat, ignorans violentiam illius perennis incendii, quod ſine remiſſione ſemper exæſtuat, & diſcipulos diaboli longa tabe conſumit*. Ait Baſſus: Sacrifica vel dominis & imperatoribus noſtris, & dic: Valete principes noſtri [19]. Reſpondit Hermes: *Feſtinamus ad vitam*. Ait Baſſus: Sacrificate ergo, ſi quæritis vitam, & horridas catenas, ac ſæva tormenta vitate. Reſpondit Hermes: *Numquam nos, Judex impie, ad iſta perduces. Iſtæ enim minæ aliquid nobis ad fidem virtutis non ad perfidiam timoris incutient*. Tunc Baſſus truci vultu & oratione terribili, recipi eos juſſit in carcerem. Quibus pergentibus, protervi quidam ex aſſiſtentibus viris, impulſu crudelis dexteræ Philippum ſolo ſæpe fundebant, ut ne illo quidem tempore quo ibat ad carcerem, vacuus eſſet a pœna. Sed quaſi nihil paſſus ſanctiſſimus ſenex erigebatur a terra, læto vultu, ut nec indignationem oſtenderet, nec dolorem. Stupor omnium corda pervaſerat. Mirabantur ſinguli tot acerba a ſene contenta mente tolerari. Tum pſalmum dicentes Domino, qui eos fecerat fortiores, lætos ſe dedere cuſtodiis. Paucis in carcere diebus effectis, divinæ majeſtatis auxilio Pancrati cujuſdam vicina domus complacuit, in qua ſub cuſtodia reciperentur hoſpitio. In ea, ut diximus, commanentes, multos ad ſe fratres certatim hinc inde venientes libenter exceptos divinæ Legis docebant ſacra myſteria. Quæ cum diabolus videret, dolens auferri a ſe omnes illorum, vel traditione, vel fabulis, denuo eos remitti fecit in carcerem. Erat vicinus theatro carcer, circulo cameræ cohærens, & ad clauſum undique theatrum ex carcere ſecretus ingreſſus. In ea ſpectaculi æde reſidentes [30], ſuſcipiebant convenientem ad ſe turbam. Tanta autem cupiditate currebatur a ſingulis, ut nec nox a ſalutatione ceſſaret. Proſtrati quotidie ſolo, Philippi veſtigia ſancta lambebant, ſcientes quantum in eo divini eſſet auxilii.

Et Hermes.

Detruduntur in carcerem.

VIII. Dum hæc aguntur, Baſſo præſidi annuus ſucceſſor advenit, Juſtinus quidam nomine, ſed mente perverſus, qui neſciebat Deum vel intelligere, vel timere. Hæc res fratres vehementer affecit. Mitior enim fuerat Baſſus, & ratione ſibi reddita vincebatur, eo quod uxor ejus Deo aliquanto jam tempore ſerviebat. Tunc Zoilus magiſtratus illius civitatis populo, militibuſque circumdatus, ad tribunal eum Præſidis juſſit adduci. Quo introducto, Juſtinus ait: Tu es Epiſcopus Chriſtianus? Reſpondit Philippus: *Ego ſum, negare non poſſum*. Juſtinus dixit: Domini noſtri jubere dignati ſunt Chriſtianos omnes ad ſacrificium, ſi noluerint ſponte, neceſſitate compelli; negantes pœna affici. Parce ergo ætati tuæ, ne neceſſe habeas juvenibus etiam non ferenda ſufferre. Reſpondit Philippus: *Vos accepta a ſimilibus vobis hominibus præcepta ſervatis pœnæ brevis timore: quanto magis nos Dei juſſis debemus obtemperare, qui merentibus tribuit ſine remiſſione ſupplicium?* Juſtinus dixit: Imperatoribus parere nos convenit. Reſpondit Philippus: *Chriſtianus*

Baſſo ſuccedit Juſtinus.

19 Mſ. *Magni*.

30 Mab. *ædibus reſidentes*.

*nus ſum. ideo hoc quod dicis facere non poſſum. Juſſus* [21] *es punire non cogere.* Juſtinus ait: Neſcis quæ te tormenta circumſtent. Reſpondit Philippus: *Poteris torquere, non vincere. nam ad ſacrificium nemo me perducet.* Juſtinus ait: Per mediam urbem traberis pedibus; & ſi vixeris, ad renovanda ſupplicia recipieris in carcerem. Reſpondit Philippus: *Utinam velles confirmare quæ dicis, & ſatisfacere impiæ voluntati.* Tunc Juſtinus trahi eum vinctum pedibus juſſit. qui acceptis tot ſilicum offenſione vulneribus, & per ſingula corporis membra laceratus, rurſus ad carcerem fratrum manibus reportatur.

*Qui jubet Philippum per urbem trahi.*

IX. Sed paullo poſt ad modum ferarum garrientium grandi inquiſitione [22], & magnis agebatur excubiis, ut Severus presbyter inveniretur, qui ſe occultioribus latebris ab hac inquiſitione ſubtraxerat. Quem cum inveſtigare non poſſent, impulſu ſancti Spiritus in medium ipſe prorupit. Nec enim diu latere poterat, quem paſſio ipſa poſcebat. Cum ergo ad judicium fuiſſet adductus; Juſtinus ait: Jam nunc moneo te, ne ſeducaris inſania, qua doctor veſter Philippus irritatus, pœnam proprio furore ſibi peperit; ſed magis juſſis Imperatoris obtempera. Parce corpori, vitam dilige, & bona ſæculi hujus lætus amplectere. Reſpondit Severus: *Me neceſſe eſt tenere quod didici, & in perpetuum ſervare quod colui.* Juſtinus dixit: Omnem & pœnæ, & ſalutis rationem animo concipe, & intelliges ſacrificium iſtud tibi optandum. Cumque ille nomen ipſius ſacrificii iratus horreret, juſſu Præſidis etiam ipſe receptus in carcerem eſt. Tunc Herme exhibito, Juſtinus ait: Hos quos imperatoria conſtat neglexiſſe mandata, vidébis cito quæ pœna conficiat. Ne ergo cruciatibus eorum etiam ipſe jungaris, memor ſalutis propriæ, memorque filiorum, effuge mala omnia, ſacrificando numinibus. Reſpondit Hermes: *Numquam hoc poteris impetrare quod poſtulas. In hac fide crevi; hanc mihi ab ipſis cunabulis veritatem ſanctus Magiſter impreſſit; ab hac claudicare non poſſum, nec aliqua ratione diſcedere. Tu ergo, Præſes, quemadmodum vis, lacera confitentem.* Juſtinus ait: Securum te facit ignorantia futuri mali. Nam cum ſubjacueris pœnæ, pœnitentia ſera torqueberis. Reſpondit Hermes: *Quantumvis graves dolores a te impoſitos, per Angelos ſuos nobis, pro quo patimur Chriſtus imminuet.*

*Severus Miser.*

X. Itaque cum Juſtinus fidem ejus firmiſſimam cognoviſſet, etiam ipſum recepit in carcerem. Duobus ſane diebus juſſit eos in hoſpitio cuſtodiri, paullulum a ſua ſeveritate diſcedens, quem ſtatim diabolus inflammat. Jubet enim ut iterum mittantur in carcerem, & ſeptem continuos menſes in illo cuſtodiarum pædore conficiant. Tunc Adrianopolim eos præcepit adduci. quibus egredientibus, fratres mæror ſubito invaſit, quippe qui tanti magiſtri doctrina fraudarentur & viſu. Ut infantes vixdum adhuc cunabulis violenter abſtracti, dulcibus nutricum uberibus inhærentes, auferri ſine lacrymis a grato ſibi lacte non poſſunt: ſic diſcipuli ſalubrem paſtum perdere ſe credentes, ſolatia capiebant fletibus, quia remedia impetrare non poterant. Sed cum Adrianopolim perveniſſent, in Sempori cujuſdam ſuburbano uſque ad præſentiam Præſidis ſervabantur. Tandem Præſes advenit. Statimque alio die publice in Thermis ſedens, Philippum præcepit induci, & ait illi: Quid huc uſque tractaſti? Nam dilatio iſta ad mutandum tibi fuerat præmiſſa conſilium. Sacrifica ergo, ſi vis liber effugere. Reſpondit Philippus: *Si in illo carcere, in quo huc uſque permanſimus, voluntate non neceſſitate perreximus, conceſſum nobis bene* [23] *hoc tempus aſſignas; ſin vero pœna fuit potius quam voluntas, cur ad veniam tempus imputas quod poſuiſti* [24]*? Ego vero &* ante

*Tunc ducti ad Adrianopolim duo martyres.*

21 Hæc verba, *juſſus es punire, non cogere*, deſunt in mſ. Corb.
22 Mendoſius edit. *Strangerentium continebant, grandi præterea inquiſitione &c.*
23 Edit. *breve*.
24 Mſ. *poſuiſti*.

*ad lignum obtuſum*[a] *ac letiferum confugiſtis? Cumque pariter ardeatis, licet breviſſimum infirmæ lucis circulum ſic tranſigere, ut ad bona lucis æternæ veniamus. Vos autem qui cum ingenti inluvie veſtis & corporis, capillis ſordidis ac dimiſſis, quibus tumulos & templa obſervatis & carceres, videmini mihi deos veſtros non colere, ſed lugere, & ante judicium pœnam jam ſuſtinere peccati. Quid hæc videntes in cæcitate conſiſtitis, nec ad liberatoris veſtri auxilium convolatis? Canes Dominum odore veſtigant; & audito rectoris ſibilo equus quem ignarus paullo ante projecit, inquirit. Præſepe agnito bos ad Dominum cucurrit, & aſinus ſtabulum poſſeſſoris invenit. Iſrael Dominum ignorat, juxta* Iſay. 1. *quod lectum eſt:* Iſrael non me cognovit Dominum omnium, nec timuerunt judicium juſti. Per undam pereant, ſicut ſub Noe. *Aliorum vero in ſolitudine genua ſunt ſoluta: alios ignis exuſſit ideo, quod præcepta nemo ſervabat.* Hæc audiens Juſtinus a beato Herme, iratus exclamat: Tu ſic loqueris, quaſi me poſſis facere Chriſtianum? Reſpondit Hermes: *Non te ſolum, ſed circumſtantes ſingulos opto fieri Chriſtianos. Ceterum me ſacrificaturum eſſe ne credas.* Tunc Præſes a fortiſſimis Dei victus athletis, communicato cum participibus & adſeſſore conſilio, talem edidit ſævo ore ſententiam, & ait: Philippus & Hermes, qui præceptum Romani Imperatoris negligentes, alienos ſe ab ipſa etiam Romani nominis compellatione fecerunt, vivos jubemus incendi: ut ceteri facilius agnoſcant, quanto conſtet exitio imperialia contemniſ-Igni damnantur ſe mandata. Tunc egreſſi ibant gaudentes ad flammam, quaſi gregum principes gemini arietes, omnipotenti Deo, quaſi ſanctum quoddam munus oblati.

XII. Beatus autem Severus ſolus in carcere, quaſi navis in pelago fluctuabat gubernatore deſerta; aut quaſi ovis relicta in ſolitudine, perdito paſtore trepidabat. Gaudio tamen attollebatur immani, quod eos duci ad dulce & expetendum ſibi paſſionis munus andierat. Tunc inflexis genibus orabat cum gemitu magno dicens ad Dominum: *Omnium fluctuantium qui es* Severus orat in carcere. *portus placidus, ſpem ſperantibus tribuens, Salvator ægrorum, auxiliator egentium, dux cæcorum, miſericors in eos quos pœna circumdat, fatigatorum murus, tenebrarum lumen, fundator terræ, ordinator pelagi, & totius diſtributor elementi, cujus verbo cælum, aſtra & cuncta perfecta ſunt, qui ſervaſti Noe, & Abrahæ divitias obtuliſti; qui liberaſti Iſaac, & paraſti pro eo victimam; qui cum Jacob exercitatus es palæſtra dulcedinis, & eduxiſti Loth ex Sodomis, de terra maledicta; qui viſus es Moyſi, & Jeſu Nave prudentem feciſti; qui cum Joſeph iter habere dignatus es, & eduxiſti populum ejus de terra Ægypti, ad terram repromiſſionis adducens; qui auxilio fuiſti tribus pueris in camino, quos ſancto majeſtatis tuæ rore perfuſos flamma non attigit; qui leonum ora clauſiſti, vitam Danieli & cibum tribuens; qui Jonam nec maris profundo, nec morſu ceti crudelis exceptum lædi paſſus es aut perire; qui Judith armaſti, qui liberaſti Suſannam a judicibus injuſtis; qui Heſter gloriam dediſti, qui Aman perire juſſiſti; qui eduxiſti nos de tenebris ad lumen æternum, Pater Domini noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti, qui es lumen invictum, qui donaſti mihi ſignum Crucis & Chriſti; ne indignum me cenſeas, Domine, ab hac paſſione, quam mei obtinuere collegæ: ſed da mihi partem coronæ, ut ſim cum illis junctus in gloria, quibus eram junctus in carcere. Habeam cum illis requiem, cum quibus nomen tuum venerabile confeſſus, tormenta Iudicis ſæva non timui.*

XIII. Hac itaque oratione completa, tantum fidelia verba potuerunt, ut Quod obtinet. poſtero die id quod poſtulabat acciperet. Itaque & ipſe ut fortis athleta cum illis, cum quibus vixerat, confeſſurus ingre-

[a] Mſ. abſtruſum.

ingreditur, & voti compos non ſolum quod poſcebat obtiuuit, ſed etiam cito quod quærebat invenit. Beatus vero Philippus manibus portabatur ad flammam, Dolor enim pedum aliter eum ire non paſſus eſt. quem tardo paſſu beatus ſequebatur Hermes, ſimili dolore pedum conſtrictus. Sed Hermes iter ſuum hoc ſermone mulcebat, dicens Philippo: *Doctor optime, feſtinanter pergamus ad Dominum. Nulla nos pedum cura ſollicitet, quibus jam nullus eorum futurus eſt uſus. Ceſſatura ſunt enim miniſteria terrena, cum ad cæleſtia fuerit regna perventum.* Tunc ad multitudinem quæ ſequebatur adjicit: *Hoc me paſſurum, Deo ac Domino jam ante annuntiante, cognoveram revelatione certiſſima. Nam cum dulci ſopore devinctus jacerem, columba mibi viſa eſt niveo candore perlucida, cubiculum illud ingreſſa, ſubito in medio capite conſediſſe: quæ & inde deſcendens in pectus, eſcas mibi gratiſſimi cibi offerens, ſtatim cognovi quod me Dominus vocare dignatus eſt, & dignum babuit paſſione.* Dum bæc loqueretur, ad locum illum in quo pœnæ parabantur adveniunt. Tunc ex more carnifices beati Pbilippi pedes humo uſque ad genua texerunt, religatas poſt tergum manus clavis in ſuſte configunt. Similiter & Hermes deſcendere jubetur in foſſam. qui ſuſte ſuſtinens trepida hinc inde veſtigia, riſu nimio ſic locutus eſt dicens: *Neque bic me, diabole, ſuſtinere potes.* Et ſtatim ſuper pedes ejus miniſtri congerunt terram. Ante tamen quam ſupponeretur incendium, Hermes ſanctus quemdam ex fratribus Chriſtianis ibi adſtantem vocavit Velogium [29], quem magna per Dominum Jeſum Chriſtum adjuratione conſtrinxit, ut ad filium ejus Philippum patris mandata perferret, diceretque ei ut redderet omnibus quod deberet. Nam & mundi hujus Imperatoris ſimilia ſunt præcepta. Præcepit enim

*Vid. ſupra Not. 19. pag. 82.*

*Hermes filium adhortatur.*

ſingulis, ut ſi quid ab aliis ſuſceperint, ſine contradictione reddere deberent. Reddat itaque ſingulis quæ debentur, ne mihi aliquem ſcrupulum doloris incutiat. Hæc autem dicebat de illis, quæ a multis tute ſibi credita reddituros acceperat. Addidit etiam hoc amore pietatis, & ait: *Juvenis es. Debes victum labore tibi quærere, ita ut patrem feciſſe memineris, quem ſcis cum omnibus bene eſſe converſatum.* Hac voce completa, ligatur & ipſe poſt tergum. Tunc a miniſtris flamma ſupponitur. quibus ardentibus, quamdiu ſermo duravit, gratiæ reddebantur, & in ultima gratiarum, *Amen* dulce reſonavit.

*Cum Philippo comburitur.*

XIV. Sic beati Martyres teſtimonium vitæ implevere. Felices Chriſti Diſcipuli, ejus ſecuti veſtigia, per quem illis ſuit conceſſa victoria; comitati etiam doctrinam Apoſtolorum, & eorum Martyrum qui Apoſtolos ſunt ſecuti, quorum iam exutæ a labe terrena animæ ad cæleſtia regna properarunt. Extenſæ beati Philippi manus, ut in oratione fuerant, inveniuntur; in corpore & ipſe ex ſene iuvenis reparatus, in pœna & in agone coronandus, quaſi adverſarium provocans repente conſpicitur. Similiter & beatus Hermes facie florens & colore pretioſus, lividis paullifper auriculis, quaſi ex certamine quodam, poſt illud omnibus monſtratur incendium. Tunc omnipotenti Deo gratiæ omnium ore funduntur, qui dat gloriam in ſe ſperantibus & coronam.

*Corpora integra inveniuntur.*

*Vid. ſupra pag. 118.*

XV. His tamen diabolus contentus eſſe non potuit. Mox Juſtino præſidi audaciam furoris mentis iniecit, ut forti ſanctorum corpora Hebro [30] iubered immergi: ut quibus abſtulerat injuſta perſecutione vitam, ipſam etiam invideat ſepulturam. Quod cum fuiſſet effectum, Adrianopolitanæ civitatis viri, quos Dei cultus urgebat, tanta crudelitate perſpecta apparant retia, navigia conſcendunt; ſi cui piſcanti veniat

29 Cod. Corb. pro *Velogium* habet *velocem*.
30 *Hebrus* celebris Thraciæ fluvius, qui in mare Ægeum poſt luſtratas urbes Philippolim, Hadrianopolim & Trajanopolim ſe exonerat.

niat ſanctorum corporum grata captura. Quibus orantibus non negatur. nam mox inlæſæ reliquiæ involutæ retibus extrahuntur. Tunc grata venatio, & auro pretioſior, & omni decore gemmarum, duodecimo ab ea urbe lapide per tres dies celabatur in villa, quæ ſermone patrio *Ogetiſtyron* [31], interpretatione vero linguæ Latinæ Locus poſſeſſorum vocatur. Ea poſſeſſio & fontibus abundabat, & nemore ornata & meſſibus & vineis. Tunc eſt omnibus probata Dei majeſtas, famulos ejus latere non poſſe, quos etiam fluminum profunda reſtituunt; nec in trepidatione ſentire pœnam, ſed feſtinare potius ad coronam. Amen.

31 Corb. *Getiſtirio.* At Cotelerius legendum cenſet τόπος κτητόρων.

## ADMONITIO

### In Acta ſanctorum TARACHI &c. Martyrum.

1. NOn opus eſt ut aliquid in horum Actorum commendationem proferamus, cum non ſolum ex ipſa eorum lectione, ſed etiam ex omnium eruditorum conſenſu certum ſit, nullum fere ex antiquis monumentis aut pretioſius, aut ſincerius haberi. *Acta unde habita.* Hæc autem Acta primus vulgavit Cardinalis Baronius ad annum 290. ſed ex codicis vitio mutila. Quare cum ea integra in codd. Belgicis reperiſſet Heribertus Roſvveydus, hæc anno 1607. edidit Antverpiæ, eademque clariſſimus vir Emericus Bigotius ex cod. mſ. ſancti Victoris Pariſienſis Lutetiæ denuo vulgavit. Verum cum idem Bigotius in animum induxiſſet, eadem Acta græce, ſi quomodo recuperari poſſent, proferre in lucem; a ſociis Bollandianis apographum obtinuit ex cod. Vaticano deſcriptum: cujus apographi ſubſidio cum lacunas aliquot ſubſidio codicis Colbertini, in quo eadem Acta aliquot in locis mutila habebantur, ſuppleviſſet; ſuam horum Actorum græce ac latine editionem adornavit, ſed in qua tamen aliquot loca deſiderabantur, quæ ex neutro codice ſuppleri potuerant. Unde cum Stephanus Baluzius, vir eruditus, & ſummo reipublicæ litterariæ bono Colbertinæ bibliothecæ præfectus, accepiſſet, me ejuſmodi Actorum antiquorum collectionem meditari, monuit me hæc Acta in altero cod. Colbertino num. 3021. haberi, ex quo, licet primum folium detractum fuerit, quæ in Bigotiana editione deſiderantur, facile ſuppleri poſſent. Hunc itaque codicem cum mihi pro ſua erga nos benevolentia commodaſſet, Acta ipſa deſcribi curavimus, quæ hic nunc primum integra referuntur.

2. Hæc autem quatuor in partes dividi poſſunt. Tribus prioribus continetur ipſamet geſta proconſularia, prout a Notariis publicis excepta ſunt; quartam partem, quæ horum Martyrum conſummationem exponit, fideles aliquot Chriſtiani, qui rebus geſtis præſentes aderant, prioribus adjunxere. Iſta vero omnia ſimul in unum collecta ad alias eccleſias tranſmiſſa fuiſſe patet ex Præfatione, per modum epiſtolæ his Actis præfixa, quæ quidem Præfatio rejicienda non eſt, licet nec in codd. græcis, quibus uſus eſt Bigotius, nec in aliquot Latinis habeatur. Deſideratur quippe in editione tam Roſvveydi, quam Baronii, ſicut & in codd. mſſ. noſtrorum monaſteriorum ſancti Remigii Remenſis, ſancti Cornelii Compendienſis, & ſancti Michaelis in Periculo maris, & in cod. monaſterii Urſicampi Ordinis Ciſtercienſis prope Noviomum. At præter codicem Victorinum quatuor alii bibliothecæ Colbertinæ eam repræſentant: quorum duo annos 700. videntur ſuperare. Et ſane ejuſmodi præfationes nonnumquam exſcriptores omiſere, quaſi nihil ad Acta Martyrum, quæ in eccleſia aut in refectorio a monachis legi ſolebant, pertinerent. Porro cum germana horum Actorum lectio e græco fonte repeti debeat, locutionum ſeu lectionum varietates, quæ in his mſſ. habentur, referre viſum non eſt, niſi in iis locis, ubi ſenſus videtur eſſe diverſus, aut perſonarum ſive urbium nomina varie efferuntur. Antiquam vero latinam verſionem retinuimus, tum quod a græci textus ſenſu non eſt aliena, tum quia ob ejus antiquitatem, ad errores qui in Græcos codices irrepere potuerunt, emendandos, aut veram lectionem confirmandam utilis eſſe poteſt. Novam autem verſionem quam paratam habebamus, omittimus, ne nimium voluminis moles excreſcat.

3. Verum etſi quæ ad iſtorum Martyrum quæſtiones & patientiam attinent, ita accurate deſcripta ſint, ut nihil hac de re

lucu-

Juculentius haberi poſſit; aliqua tamen inquirenda ſuperſunt de ipſorum mattyrii tempore & loco. *Locus paſſionis.* Io primis certum eſt, hos Martyres Pompeiupoli, quæ civitas eſt epiſcopalis in Cilicia, Præſidi oblaros fuiſſe: ſed nulla tamen ibi quæſtio acta fuit. Prima enim interrogatio apud Tarſum totius provinciæ metropolim habita eſt, qua de re omnes codices mſſ. & editi, ii ſcilicet in quibus locus exprimitur, conſentiunt. Secundæ interrogationis locus in codice quo uſus eſt Baronius, non deſignatur. Tarſum habet Roſvveydi editio: quam Bigotiana cum mſſ. Colbertinis *in Sciſcia civitate*, codex Remigianus *in Sicilia*, Urſicampenſis & Compendienſis *in Cilicia civitate*, babitam fuiſſe dicunt. Editio Græca Bigotiana diſerte Mopſueſtiam aſſignat: codex vero græcus quo uſi ſumus, in titulo ſecuodæ buic interrogationi præfixo, Anazatbi hanc contigiſſe dieit. Sed hic ritulus ipſis Actis poſterior eſt. Ibi enim Anazarbum metropolis dicitur, quam digoiratem nondum tunc obtinuerat. Immo & ipſa Acta græca titulo contraria ſunt. nam Tarachus in tertia interrogatione ſic Maximo reſpondet: *Ego in prima mea confeſſione Tarſi facta, & ſecunda ſimiliter interrogatione Mampſiſtis peracta, me Chriſtianum &c.* ubi pro *Mampſiſtis Mopſueſtiæ*, quæ Ciliciæ civitas eſt epiſcopalis, legendum eſſe non dubito. Sed ex bac Tarachi reſponſione colligitur, rertiam interrogationem alio in loco quam duæ priores peractam fuiſſe. Proindeque mendoſe in eodem codice tertiæ interrogationis titulus *Mampſiſtis* præfert, pro quo *Anazarbum* reſtitui debet. Certe hanc interrogationem Anazarbi babitam fuiſſe diſerte habet edirio Græca Bigotiana: nec diſſentiunt Latinæ verſiones tam in editis quam in mſſ. quamvis *Azarbo* aut *Azorbo* mendoſe pto Anazarbo præferant. Quare vix quiſquam dubitare poteſt, iſtos Martyres apud Anazarbum Ciliciæ urbem, quæ poſt iſtius provinciæ diviſionem Ciliciæ II. metropolis facta eſt, paſſionem ſuam compleviſſe. Die enim intertogationem terriam proxime ſequenti feris objecti, gladio tandem conſummati ſunt. Aliud præter ea habemus ejuſdem rei argumentum, quod ſcilicet hurum Martyrum corpora Anazarbi ſepulta fuerint. Id vero inde pmbatur, quod cum ſæculo quarto exeunte Auxentius epiſcopus Mopſueſtiæ Arianus baſilicam io eorumdem Martyrum honorem cxſtruxiſſet, ab Anazarbenſibus obtinuit, ut ſanctorum Martyrum tumuli reſerarentur, & aliquid ex eorum ſacris reliquiis ſibi concederetur, quamvis apertis tumulis tot prodigia acciderint, ut nemo ſacra corpora contingera auſus fuerit. Auctor vitæ ſaocti Nicetæ apud Mctapbraſtem teſtatur, ſanctorum Tarachi & ſociorum ejus tumulum apud Anazarbum exſtare, ibique eorum ſacras reliquias aſſervari. Idem diſerte affirmatur in additamento, quod in fine Actorum græcorum edirionis Bigotianæ reperitur, Actis utique ſubjungendum. Denique eadem ſententia confirmari poteſt ex veruſti Martyrologii auctoritate apud Florentinium die XI. Octobris, ubi horum Martyrum feſtivitas apud *Anazoborum*, id eſt Anazarbum, commemoratur. Vulgo tamen in Martyrologiis & Menologiis hi Martyres Tarſi celebrantur, quod forte primum ibi interrogati fuerint. *A Cilicia Mopſueſtiam ducti*, ibique poſt varios cruciatus *capite plexi* dicuntur in Menologio Baſilii imperatoris apud Ughellum; & multo mendoſius in eo quod Caniſius vulgavit, *Pompeiopoli apud Tarſum Ciliciæ detenti*. Ex quibus patet, ejuſmodi libros in deſignandis hominum vel urbium nominibus haud multum aceuratos eſſe.

4. Io aliquot mſſ. codicibus horum Martyrum paſſio *Diocletiano & Maximiano iterum Conſulibus* contigiſſe refertur: ſed ejuſmodi epocha non habetur in faſtis. Haud certior videtur Græcæ editionis lectio, quæ ad primum Diocletiani Auguſti conſulatum hanc paſſionem revocat. *Tempus.* Nam Diocletiani primus conſulatus anno 284. illigatur: quo anno, menſe Septembri, Diocletianus factus eſt Auguſtus. Verum Acta primam ioterrogationem menſe Martio aut Majo contigiſſe commemorant. Quate oec iſta ſententia ſtare poteſt. Hæc lectionum varietas in ſuſpicionem adducit ceterorum codicum auctoritatem, qui conſulatum Diocletiani quartum & tertium Maximiani exhibent, id eſt annum æræ vulgaris 290. cum alias nonnulla, quæ in iſtis Actis habentur, vix huic tempori congruere poſſiot; bene autem extremis Diocletiani imperii annis, quibus maxime perſecutio ſcrvebat, ut eum numero IX. imperatores *peſtes & ſanguibibuli qui mundum evertunt*, appellantur. Ibidem etiam Maximus air, Imperatores *diuturnam & altam pacem* præſtitiſſe. at anno 290. variis moribus & barbarorum incurſionibus Romanum imperium exagitatum erat. Aliud præterea argumentum profert Henricus Valeſius in nutis ad lib. 9. Hiſtoriæ Euſebii cap. 5. quod ſcilicet Maximus Acta paſſionis Chriſti laudaverit, quæ quidem Acta tempore perſecutionis, id eſt poſt annum 303. conficta fuiſſe teſtatur

tur

tur Euſebius loco laudato. Verum nihil ex ejuſmodi argumento confici poteſt, cum Euſebius innuat ejuſmodi Acta oon-niſi poſt Galerii Maximiaoi mortem, quæ anno 311. contigit, excogitata fuiſſe. At Tarachi & ſociorum paſſio ultra aonum 304. differri noo poteſt, cum eo aono Dio-
Anno 304. cletiaous ultimum conſulatum ſuum geſſerit. Hinc inferas, Acta paſſionis Chriſti, quæ io his Martyrum Actis laudaotur, Maximioi quidem juſſu vulgata, ſed tamen longe antea conficta fuiſſe: aut certe bæc oon alia fuiſſe, quam vera paſſionis Chriſti Domini Acta, quæ ab Evangeliſtis conſcripta ſunt. Eorum itaque ſententiæ facile accedimus, qui beati Tarachi ac ejus ſociorum mortem ad annum CCCIV. referunt. Nec ab ea ſententia nos abducit quod in fine Actorum græcorum editionis Bigotianæ notatom eſt, hos Martyres primo perſecutionis Diocletiani aono paſſos fuiſſe. Certum quippe eſt haoc clauſulam ab aliquo poſterioris ævi bomine additam fuiſſe. ex qua tamen confirmatur eorum ſeoteotia, qui horum Martyrum necem ad magnam Diocletiaoi perſecutionem differunt.

5 Horum Martyrum feſtivitas varie io variis Martyrologiis aſſignatur: atque adeo incertum eſt, quaoam die martyrium compleveriot. In pleriſque tamen Latioorum Martyrologiis die XI. menſis Octobris celebratur, & in Græcorum Menologiis die ſequenti. Apud utroſque celebris eſt iſtorum Martyrum memoria; quorum paſſioois compendium referuot Ado & Notkerus. Eoſdem *ſanctos & egregios victores Martyres Tarachum, Probum, & Andronicum* appellat vitæ ſancti Eutbymii auctor, qui narrat ipſorum ſacras aliquot reliquias ſub altare eccleſiæ monaſterii, qood Fidus conſtruxerat, depoſitas fuiſſe a Martyrio Jeroſolymotum antiſtite. Denique Conſtaotinopoli erat inſigois baſilica in eorumdem Martyrum honorem conſtructa a Narſete, quem Narſetem nonnulli exiſtimaot illum fuiſſe celebrem ducem, qui ſub Ioſtiniano imperatore floruit. Alii vero alium Narſetem Patricium bujus baſilicæ conditorem eſſe putant, quem imperanre Pboca vixiſſe conſtat. Vide Cangii CP. Cbriſtianam pag. 133.

6. Priuſquam buic admonitiooi finem imponamus, juvat aliquid obſervare de Actis *S. Tatiani* cognomeoto *Dulæ*; qoæ omnioo cooformia videntor Actis *S. Tarachi*, &c. Si excipiantur varia additamenta, quæ ab interpolatore aut interprete adjecta fuerunt. Id faſſus eſt Baronius; & ea ipſa Acta retulit Surius poſt Lipomanoum ad diem 15. Jolii, ſub Symeonis Metapbraſtis vulgo nomine, ex translatione Cardinalis Sirleti. At Leo Allatius io tractatu de Symeonibus ea Acta vitiata fuiſſe penitus negat; quem ſequuotur Bollandiani. Verom ſi recte judico, fatendum eſt ea, ſive a Symeone, ſive a quopiam alio Metapbraſte, ita ampliata fuiſſe, ut ioter ſincera aotiquitatis monumeota locum obtinere non poſſint. Quod etiam ſentit Vir eruditiſſimos Tillemontius in notis ad perſecutionem Diocletiaoi, tom. 5. biſt. Eccleſ. Hæc vero Græce & Latioe protolerunt Bollaodiani ad diem 15. Juoii, cum iiſdem fere nævis, qui io antea vulgatis libris babebantur. Licet ibi *Prætorias*, qoæ urbs in Suriaois dicitur *vicus*, ſolummodo Κώμη appelletor in Bollandiaois, ita ot non Zephyrium Prætoriadi, ſed Prætorias Zephyrio orbi ſobjecta fuerit, atque eo pacto magoa difficultas, quæ Tillemontio negotium faceſſiverat, tollitur. Celebris eſt *Dulæ* Martyris memoria apud Græcos, quæ etiam ad Latinos, poſtquam ejus Acta Latio donata foot, traoſiit. De quibus omoibus lectorem monere viſum eſt, ut ſi aliquando taoti Martyris Acta io vetoſtis codicibus græcia aut latinis forte occurrant, ſine additamentis, debita laude & luce non fraudeotur.

*Acta S. Dulæ Martyris.*

Anno Christi circ. 304.

# ACTA

## Sanctorum Martyrum TARACHI, PROBI, & ANDRONICI.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

PAmphilius, [1] Marcianus, Lyſias, Agathocles, Parmenon, Diodorus, Felix, Gemellus, Athenion, Tatachus & Oroſius, Aquilo, Baſſo, Berullo, Timo-

[1] In uno ex 3. codd. Colb. hæc omnia nomina habentur In altero deſunt *Athenion*, *Tarachus & Oroſius*; in tertio *Parmenon*, *Tarachus & Oroſius*, & Diodorus ad marginem *Diocleas* appellatur. In utroque etiam codice deſunt hæc verba, *Baſſo*, *Aquilo*.

Timotheo, cum omnibus fratribus qui ſunt Iconio, in veritate fideles ac ſancti & unanimes in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Quod actum eſt io Pamphylia * de Martyribus proſecuti ſumus: participari vinculis eorum cupientes, & deſiderantes manifeſtari actus eorum, ſuſcepimns. Et quia omnia ſcripta confeſſionis eorum neceſſe erat nos colligere, a quodam oomioe Sabaſto, uno de Spiculatoribus, ducentis denariis omnia iſta transſcripſimus: in quo eſt initium & conſummatio eorum paſſionis, & omnia quæ dignatus eſt Deus facere nobis per eoſdem fortiſſimos Dei Martyres: & hæc cum multa inquiſitione reſcripſimus vobis omnia, ita clarificantes Dominum Jeſum Chriſtum. Obſecramus autem vos, fratres, ut & vos dignemini omnia iſta tranſmittere illis, qui ſunt Piſidiæ [2] & Pamphyliæ, fratribus in Domino, ut & ipſi cognoſcant quod actum eſt per eoſdem fortiſſimos Martyres Dei, ut laudent & glorificent Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut unuſquiſque veſtrum audieos ædificetur & confortetur in omoi agone, armatus in fide & gloria incorruptibili, Spiritu ſancto ferventes, ut poſſitis reſiſtere [3] in omni virtute illius contra eos qui adverſantur veritati.

* Al. Ciliciæ.

1 INTERROGATIO

I. CONſule Diocletiano & Maximiano iterum Kalend. Junii [4], io Tarſo metropoli Ciliciæ aſſidente [5] Numeriano Maximo Præſide, Centurio dixit: Oblati ſuut nobilirati tuæ, domine, in Pompeiopoli civitate ab Eutolmio [6] Palladio ſpiculatore, qui ſunt peſſimi & impii Chriſtiani, qui non conſentiunr præceptis dominorum: præſentes ſunt ante tribunal nobilitatis tuæ. Maximus Præſes Taracho dixit: Quis vocaris? Te enim oportet interrogari primum, quoniam ætate ſenior es.

Tarachi confeſſio

Reſponde. Tarachus dixit: *Chriſtianus ſum*. Maximus dixit: Parce hanc impiam profeſſionem. Dic quis vocaris? Tarachus dixit: *Chriſtianus ſum*. Maximus dixit: Frangite illi maxillas, dicentes: Aliud pro alio noli reſpondere. Tarachus dixit: *Quod eſt nomen meum, hoc dico. Si autem hoc quæris quod commune eſt, a parentibus dicor* TARACHUS; *& cum militarem, nominatus ſum* VICTOR. Maximus dixit: Ex quo genere es? Tarachus dixit: *Militaris ſum & Romanus [7] natus autem in Claudiopoli civitate Iſauriæ [8]. Et propterea quod Chriſtianus ſum, renuntiavi militiæ*. Maximus dixit. Non enim dignus eras, impie, militare. Tamen quomodo receſſiſti a militia? Tarachus dixit: *Precatus ſum Publionem [9] principem, & dimiſit me*. Maximos dixit: Ergo reſpice in ſenectutem tuam: quoniam ego volo ut ſis unus ex conſentientibus præceptis dominorum, & a me honorem magnum

1. ἘΝ ὑπατείᾳ Διοκλητιανοῦ σεβαστοῦ τὸ πρῶτον, τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλίων, ἡγεμονεύοντος Φλαυΐου, * Γαΐου, Νουμεριανοῦ † τοῦ καὶ Μαξίμου τῆς Κιλικίας ἐν Ταρσῷ τῇ μητροπόλει, αὐτοῦ τοῦ Μαξίμου πρὸ βήματος καθεζομένου, Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· αἱ προσενεχθέντες τῇ μεγαλειότητί σου, κύριέ μου, ἐπὶ τῆς Πομπηιουπόλεως, ὑπὸ Εὐτολμίου καὶ Παλλαδίου τῶν σπεκουλατόρων, ὡς ὄντες τῆς ἀσεβεστάτης θρησκείας τῶν Χριστιανῶν, μὴ πειθόμενοι τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὁρισθεῖσιν, ἵστανται ἐπὶ τοῦ καθαρωτάτου βήματός σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν πρὸς Τάραχον· τίς καλῇ; δεῖ γάρ σε τὸν τάξει καὶ πολιᾷ καὶ ἡλικίᾳ προβεβηκότα, πρῶτον ἀποκρίνασθαι. Τάραχος εἶπεν· Χριστιανός εἰμι. Μάξιμος εἶπεν· παυσάμενος τῆς ἀσεβοῦς ταύτης λέξεως, τί σου τὸ ὄνομα; φράσον. Τάραχος εἶπεν· Χριστιανός εἰμι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τύψαντες αὐτοῦ τὸ στόμα, λέγετε αὐτῷ· ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων μὴ ἀποκρίνου. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ ὃ ἔχω ὄνομα ἐν ἐμοί, τοῦτο καὶ λέγω. εἰ δὲ τὸ ἐν χρήσει ὄνομα ζητεῖς, Τάραχος παρὰ τῶν γεννησάντων με καλοῦμαι· ἐν δὲ τῷ στρατεύεσθαί με, Βίκτωρ ἐκλήθην. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ποίας εἶ τύχης; Τάραχος εἶπεν· στρατιωτικῆς, καὶ Ῥωμαῖος εἰμὶ τῷ γένει, ἐγεννήθην δὲ ἐν Κλαυδιουπόλει τῆς Ἰσαυρίας· διὰ δὲ τὸ Χριστιανόν με εἶναι, νῦν παγανεύειν ἠρετισάμην. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐκ ἐξὸν γάρ σοι στρατεύεσθαι, ὄντι ἀσεβεστάτῳ. τίς οὖν σε τῆς ἀφέσεως κατηξίωσεν; Τάραχος εἶπεν· ἐδεήθην Φυλβίονος τοῦ πριξιάρχου, καὶ ἀπέλυσέ με. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κἀγὼ τὴν πολιάν σου κατανοήσας, βούλομαί σε εὐνοίας τε καὶ τιμῆς καταξιῶσαι πεισθέντα μοι, φίλον

* Φλαβιανοῦ.
† Νουμεριανοῦ.

2 1. Mſ. *Poſto*.
3 Al. mſſ. *aſſiſtere*.
4 Sic Bigot. cum 3. Colbert. præter unum qui habet, *Julias*. Codd. Remig. Comp. & Urſic. eoſdem præferunt Coſſ. ac habent, VIII. *Kal. Aprilis*, quem diem exhibent Baron. & Roſweydus, at Coſſ. Diocleti. IIII. & Maxim. & III. Verum utrique numero addenda eſt littera V. ſicque legendum *Diocleti.* VIIII. *& Maxim.* VIII.
5 al. mſſ. *aſſiſtente*.
6 al. mſſ. *Eutolmio*.
7 Quod jus civitatis haberet. Militares autem dicebantur qui militarant. Alio nomine dicebantur *Miſſicii* quod honeſtam miſſionem obtinuiſſent. Vide Salmaſium in Trebellium Pollionem, ad Baron. ad an. 290
8 Mſſ. lat. *Syriæ*.
9 Mſſ. *Polybionem*.

φίλον τι τῶν αὐτοκρατόρων ποιῆσαι, προσελθόντα ϰ θύσαντα τοῖς θεοῖς· ὃ ϰ αὐτοὶ διαπλῶντες οἱ αὐτοκράτορες ὑπὲρ πάσης τῆς οἰκυμένης πράττυσι. Τάραχος εἶπεν· σφάλλονται ϰ αὐτοὶ, πολλῇ πλάνῃ παρὰ τῦ Σατανᾶ περιελαυνόμενοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κλάσατε αὐτῦ τὰς σιαγόνας, ὑπὲρ ὧν ἔφη σφάλλεσθαι τὰς σεβαςὺς. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ εἶπον, ϰ ἀεὶ λέγω, ὅτι πλανῶνται ὡς ἄνθρωποι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· θῦσον, φημὶ, τοῖς πατρῴοις θεοῖς, παυσάμενος τῆς ἐθελοφρονημόσυνός συ. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ τῷ πατρῴῳ μυ Θεῷ λατρεύω, ὐκ ἐν αἵματι θυσιῶν, ἀλλ᾽ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ὐ γὰρ χρῄζει τοιύτων θυσιῶν ὁ Θεός. * Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἔτι τὸ τῆς ἡλικίας συ μέρος αἰδύμενος, ϰ τὸν τῦ γήρως τρόπον οἰκτείρων, παραινῶ σοι πᾶσαν ἀποθέμενος μανίαν, τιμῆσαι μὲν τὺς αὐτοκράτορας, αἰδεσθῆναι δὲ ϰ ἡμᾶς, ϰ εἴξαντά μοι τὸν πατρῷον νόμον εὐσεβῆσαι. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ τῦ πατρῴυ νόμυ ὐκ ἀφίσαμαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὐκῦν θῦσον προσελθών. Τάραχος εἶπεν· ἀσεβεῖν ὐ δύναμαι, εἶπον· τὸν πατρῷόν μυ νόμον τιμῶ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἕτερος ὖν τίς ἐστιν παρὰ τῦτον νόμος, ὦ κακὴ κεφαλή; Τάραχος εἶπεν· ναὶ ἔστιν ὃς ὃν ὑμεῖς ἀσεβῦντες, λίθοις ϰ ξύλοις, ἀνθρώπων ἐπινοίαις, προσκυνεῖτε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κατωυχενίαις πληγαῖς τύπτοντες αὐτὸν εἴπατε μὴ μωρίζυ. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ τῆς μωρίας ταύτης ὐκ ἀφίσαμαι τῆς σωζύσης με. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐγώ σε παύσας τῆς μωρίας ταύτης, φρόνιμόν σε ποιήσω. Τάραχος εἶπεν· ποίει ὃ θέλεις. ἐξυσίαν ἔχεις τῦ σώματός μυ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἄρατε αὐτῦ τὸν χιτῶνα, ϰ ῥάβδοις αὐτῷ χρήσασθε. Τάραχος εἶπεν· νῦν ἀληθῶς φρονιμώτερόν με ἐποίησας, ταῖς πληγαῖς ἐνδυναμώσας με, ἔτι μᾶλλον πεποιθέναι με ἐν τῷ ὀνόματι τῦ Θεῦ ϰ τῦ Χριςῦ αὐτῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνοσιώτατε ϰ τρισκατάρατε, πῶς δυσὶ θεοῖς λατρεύεις· ϰ αὐτὸς ὁμολογῶν, τὺς θεὺς ἀρνῆ; Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ Θεὸν ὁμολογῶ τὸν ὄντως ὄντα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ϰ μὴν ϰ Χριςόν τινα ἔφης εἶναι Θεόν. Τάραχος εἶπεν· ὕτως ἔχει· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Χριςὸς ὁ υἱὸς τῦ Θεῦ τῦ ζῶντος, ἡ ἐλπὶς τῶν Χριςιανῶν, δι᾽ ὃν ϰ πάσχοντες σωζόμεθα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· παυσάμενος τῆς φλυαρίας συ ταύτης, πρόσελθε ϰ θῦσον τοῖς θεοῖς. Τάραχος εἶπεν· ὐ φλυαρῶ, ἀλλὰ ἀληθεύω. ἑξήκοντα γὰρ ἐτῶν εἰμὶ λοιπὸν, ϰ ὕτως ἀνήχθην, τῆς ἀληθείας μὴ ἀφιςάμενος. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· φεῖσαι σεαυτῦ, ἄνθρωπε, ϰ θῦσον ἀνασχόμενός μυ. Τάραχος εἶπεν· ἄπελθε, νυθέτησον σεαυτὸν, ὑπηρέτα τῦ Σατανᾶ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὗτος μὲν σιδηροῖς μείζοσι περιληφθήτω εἰς τὸ δεσμωτήριον. προσαγάγετε δὲ τὸν καθ᾽ ἡλικίαν τῦ προτέρυ τὸν δεύτερον.

2. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἕστηκεν, κύριε, δέομαί συ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πᾶσαν μα-

* Hic incipit cod. mſ.

10 MS. per.

accipias. Ergo accede, & ſacrifica diis noſtris, quoniam & ipſi Principes ſuper [10] omnem orbem cos colunt. Tarachus dixit: *Errant in multo errore ſatanæ*. Præſes dixit: Fraogite maxillas, propterea quod dixit erraſſe Imperatores: Tarachus dixit: *Ego dixi, & dico, quoniam errant quaſi bomiaes*. Maximus dixit: Sacrifica diis noſtris, & relioque omnem aſtutiam tuam. Tarachus dixit: *Ego Deo meo ſervio & ſacrifico, non in ſanguine, ſed in corde mundo. Noa enim neceſſaria ſunt Deo talia ſacrificia*. Maximus dixit: Adhuc ætati tuæ ex parte & ſenectuti prudenti miſereor, & admoneo ut omnem vanitatem dimittas, & diis ooſtris ſacrifices. Tarachus dixit: *Ego a lege Domini non recedo*. Maximus dixit: Ergo accede & ſacrifica. Tarachus dixit: *Impietatem non operor, quoniam legem Dei bonorifico*. Maximus dixit: Alia ergo eſt lex præter illam, o malum caput. Tarachus dixit: *Eſt, inquam, quam vos, impii, lapides & ligna, opera bomiaum adoratis*. Maximus dixit: ſuper cervicem ejus cædite illum, dicentes: Noli vanus eſſe: Tarachus dixit: *Ego de vanitate iſta non recedo, quæ ſalvum me facit*. Maximus dixit: Ego te requieſcere faciam ab iſta vanitate, & prudentem te faciam. Tarachus dixit: *Fac quod vis, poteſtatem babes in corpore meo*. Maximus dixit: Tollite veſtimenta ejus, & virgis cum cædite. Tarachus dixit: *Nunc vere prudentem me feciſti, plagis confortans me. Magis ac magis opto confidere in nomine DEI & CHRISTI ejus*. Maximus dixit: Injuſte & maledicte, quomodo duobus diis ſervis, quos voce confiteris; & nunc deos negas? Tarachus dixit: *Ego confiteor manifeſte qui eſt DEUS VERAX*. Maximus dixit: Nunc confeſſus es Chriſtum & Deum. Tarachus dixit: *Et bene. Hic eſt enim Filius Dei, ſpes Chriſtianorum, propter quem patimur & ſalvamur* [11]. Maximus dixit. Relioque verboſitatem tuam; accede, & ſacrifica. Tarachus dixit: *Non verboſor, ſed veritatem dico. Sexaginta & quinque aanorum ſum, & ſic crevi, a veritate noa recedens*. Demetrius Centurio dixit: O homo parce tibi, & immola. Audi me. Tarachus dixit: *Recede a me cum conſilio tuo, miniſter ſatanæ*. Maximus dixit: Iſte vinculis ferreis magnis vinctus recipiatur io carcerem. Adducite alium, ſequeotem eum.

Torquetur

Chriſtus Deus verax. Confeſſ. in Paſſ. Pionii, ann. IX. pag. ...

Tarachus annis ætatis 65.

II. Demetrius Centurio dixit: Præſto eſt domine. Maximus præſes dixit: Quis vocaris

Probus ſiſtitur.

11 al. mſſ. ſanamur.

earis, primo riſponde. Probus dixit: *Primo, quod nobile eſt, Chriſtianus: ſecundo, apud homines vocor* PROBUS. Maximus præſes dixit: Ex quo genere es, Probe? Probus dixit: *Patrem habui* [12] *a Thracia: natus autem ſum in Side Pamphyliæ. Sum autem plebeius, ſed Chriſtianus*, Maximus dixit: Nec lucrum facies de iſto nomine. Audi me, & ſacrifica diis, ut a principibus honoreris: & noſter amicus eris. Probus dixit: *Neque honorem principum volo, neque amicitiam tuam cupio. Non enim pauca eſt ſubſtantia mearum divitiarum, quas reliqui, ut Deo vivo ſerviam.* Maximus dixit: Diſpoliate illum, & tollite ei pallium, & cingite eum, & extendite, & nervis crudis cædite. Demetrius Centurio dixit: Propitiare tibi, o homo, videns ſanguinem tuum fuſum ſuper terram. Probus dixit: *Corpus meum ante vos eſt: mihi autem tormenta veſtra unguentum eſt.* Maximus dixit: Non requieſcis a vanitate tua, ſed permanes in duritia tua, miſer? Probus dixit: *Non ſum vanus, ſed prudentior vobis; ideo dæmoniis non ſacrifico.* Maximus dixit: Gyrate illum, & ſuper ventrem cædite. Probus dixit: *Auxiliare ſervo tuo Domine.* Maximus dixit: Cædentes illum, dicite illi: Ubi eſt auxiliator tuus? Probus dixit: *Auxiliatur, & auxiliabitur me. Sic enim pro nihilo habeo tormenta tua, ut non acquieſcam tibi.* Maximus dixit: Attende corpus tuum, miſer, quoniam ſanguine tuo impleta eſt terra. Probus dixit: *Hoc ſciat, quod quantum patitur corpus meum propter Chriſtum, tanto magis anima ſanatur, & vivificatur.* Maximus dixit: Mittite illi ferrum, per quatuor loca nervorum [15] hunc conſtringite, non permittentes aliquem curam ei apponere. Alium in medio tribunali adducite.

Auxiliatur Deus patienti tiam dando.

III. Demetrius Centurio dixit: Præſto eſt, domine. Maximus dixit: Quis vocaris? Andronicus dixit: *Manifeſto ſi ſcire vis; dico tibi quoniam Chriſtianus ſum*, Maximus dixit: Qui ante te fuerunt, non ſunt conſecuti de nomine iſto nihil. Oportet autem te nunc convenienter nobis reſpondere. Andronicus dixit: *Commune* [16] *nomen meum apud homines, vocor* ANDRONICUS. Maximus dixit: Quod genus es? Andronicus dixit: *De nobili genere, & primi ordinis Epheſiorum filius.* Maximus dixit. Omni ſtultiloquio & vanitati parce, & voluntarie audi me ut patrem. Nam qui ante te voluerunt ſtulti fieri, nihil lucrati ſunt. Tu autem honorificans principes & patres, diis noſtris conſenti. Andronicus dixit: *Bene illos*

Andronici Confeſſio.

ματαιολογίαν ἀποθέμενος, εἰπὲ τίς καλῦσαι; ὁ δὲ εἶπεν· τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον Χριστιανός· δεύτερον δὲ παρὰ ἀνθρώπων καλῦμαι Πρόβος. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ποίας τύχης; Πρόβος εἶπεν· πατρὸς μὲν εἰμι Θρακός· ἐγεννήθην δὲ ἐν Σίδῃ τῆς Παμφυλίας· παγανὸς δέ εἰμι [13], Χριστιανὸς δὲ ὤν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· μηδὲν ὠφελούμενος ἐκ τῆ ὀνόματος τύτε, πείσθητί μοι, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ παρὰ τῶν σεβαστῶν τιμηθῇς, καὶ παρ' ἡμῶν φίλος ἔσῃ. Πρόβος εἶπεν· ὔτε τῆς τιμῆς τῶν σεβαστῶν χρῄζω, ὔτε τῆς σῆς [14] ὠφελείας κήδομαι. καὶ γὰρ ἐκ ὀλίγων ὑπαρχόντων κατεφρόνησα, ἵνα τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ Χριστῦ λατρεύω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· περιελόντες αὐτῦ τὸ πάλλιον, καὶ περιζώσαντες τείνατε, καὶ νεύροις ὠμοῖς τύψατε. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· φεῖσαι σεαυτῦ, ἄνθρωπε, τὸ αἷμά συ βλέπεις ῥέον ἐπὶ τῆς γῆς. Πρόβος εἶπεν· τὸ σῶμά μυ πρόκειται ὑμῶν· ἐμοὶ δὲ αἱ βάσανοι ὑμῶν ἀλείμματα μύρων εἰσίν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὐ παύῃ τῆς μανίας συ λοιπὸν, ἀλλ' ἐπιμένεις, ἄθλιε, Πρόβος εἶπεν· ἐγὼ ὐ μαίνομαι· ὑμῶν δὲ φρονιμώτερος ὤν, δαίμοσιν ὐ λατρεύω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· στρέψαντες αὐτὸν καὶ κατὰ τὴν γαστέρα τύψατε. Πρόβος εἶπεν· κύριε, βοήθει τῷ δύλῳ συ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τύπτοντες αὐτὸν λέγετε. Χριστιανὲ ἄνθρωπε, πῦ ἐστιν ὁ βοηθῶν σοι; Πρόβος εἶπεν· καὶ ἐβοήθησεν, καὶ βοηθεῖ μοι· ὕτως γὰρ τῶν βασάνων συ καταφρονῶ, ὡς μὴ πεισθῆναί σοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πρόσχες τῷ σώματί συ, πανάθλιε, ὅτι τὸ αἷμα τῆ σώματός συ τὴν γῆν ἐπλήρωσεν. Πρόβος εἶπεν· τῦτο γίνωσκε· ὅτι ὅσον τὸ σῶμά μυ πάσχει διὰ Χριστὸν, τοσῦτον τῇ ψυχῇ ὑγιεινότερος γίνομαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· βαλόντες αὐτῷ σίδηρα εἰς τέσσαρα κεντήματα, αὐτὸν διασφίγξατε, μὴ ἐάσαντες αὐτὸν ἐπιμελείας τυχεῖν. τὸν δὲ ἕτερον εἰς τὸ μέσον τῦ βήματος ἀγάγετε.

3. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἔστηκε, κύριε, δέομαί συ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τί καλεῖται τὸ ὄνομά συ; Ἀνδρόνικος εἶπεν· Χριστιανός εἰμι· πάντως γὰρ τῦτο θέλεις ἀκῦσαι. ἰδὺ ὖν εἶπόν σοι ὅτι Χριστιανός εἰμι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τῶν πρό συ μηδὲν ὠφελησάντων ἐκ τῆ ὀνόματος τύτε, συντόμως ἐρωτώμενος, εἰπὲ τὸ ὄνομά συ. Ἀνδρόνικος εἶπεν· εἰ τὸ κοινὸν ὄνομά μυ πρὸς ἀνθρώπυς ἐρωτᾷς, Ἀνδρόνικος κέκλημαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ποίυ γένυς εἶ; Ἀνδρόνικος εἶπεν· εὐγενής εἰμι, καὶ τῶν πρώτων τῆς Ἐφεσίων πόλεως υἱός. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πάσης ἀπαλλαγεὶς ἐπινοίας [17] ἀλόγυ, θέλησον ὡς πατρὶ πεισθῆναί μοι· καὶ γὰρ οἱ πρό συ θελήσαντες μωρᾶναι, ὐδὲν ὠφέλησαν ἑαυτύς. σὺ δὲ τιμήσας τὺς αὐτοκράτορας, καὶ τοῖς πατρῴοις θεοῖς θύσας, εὐεργετηθήσῃ. Ἀνδρόνικος εἶπεν· καλῶς

πατρῴυς

12 Cod. Rumig. & Comp. *Patrem habui Thracem, natus ſum autem in præſidio* (Remig. *Piſidiæ*) *Pamphyliæ plebeius. Sum &c.* Colb. 1. *Tracem ...*, *in Sede* at Roſweyd & Baron. *in Perge*. porro *Sida* & *Perge* utraque civitas eſt Metropolitana in Pamphylia.

13 Mſſ. ἄμην, Χριστιανὸς δὲ ὤν.

14 Edit. φιλίας.

15 Id eſt ambas manus & pedes in nervo ſtringite.

16 Hæc reſponſio cum ſequenti interrogatione deeſt in 2 cod. Colb. & ed. Bignæ.

17 Edit. λόγυ.

πατρῴους ὀνομάζετε. πατέρα γὰρ ἔχοντες ὑμεῖς τὸν Σατανᾶν, υἱοί ἐστε ἐκείνου, καὶ διάβολοι γεγόνατε· τὰ γὰρ ἐκείνου ἔργα πράττετε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τὸ νέον σου τῆς ἡλικίας προπετέστερόν σε ποιεῖ, καὶ μείζονάς σοι παρέξει τὰς ὕβρεις. Ἀνδρόνικος εἶπεν· νέος μὲν εἶναί σοι δοκῶ τοῖς ἔτεσι, τέλειος δὲ εἰμι τῇ ψυχῇ πρὸς ἅπαντα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τῆς πολυλογίας σου παυσάμενος, θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῇς. Ἀνδρόνικος εἶπεν· δοκεῖς με τοσοῦτον ἄφρονα εἶναι, ἵνα τῶν πρὸ ἐμοῦ σοι μηδὲν ὑποκειμένων ἥττων γένωμαι. ἕτοιμος πρός σου εἰμὶ πρὸς ἅπαντα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἄρατε αὐτοῦ τὰ ἱμάτια, καὶ περιζώσαντες αὐτὸν ἀναρτήσατε. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· πρὸ τοῦ τὸ σῶμά σου ἀφανισθῆναι, πείσθητί μοι, πανάθλιε. Ἀνδρόνικος εἶπεν· συμφέρει τὸ σῶμά μου ἀφανισθῆναι, καὶ μὴ τὴν ψυχήν· ποίει ὃ θέλεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πείσθητι καὶ θῦσον πρὶν ἢ ἀψάμενός σου ἀπολέσω σε. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἐγὼ οὐδέποτε ἔθυσα, οὐδὲ ἐκ νεότητός μου, οὐδὲ νῦν θύω, μάλιστα οἷς ἀναγκάζεις με δαίμοσιν. Μάξιμος εἶπεν· ἅψασθε αὐτοῦ τοῦ σώματος. Ἀθανάσιος Κορνικουλάριος εἶπεν· πείσθητι τῷ ὑπατικῷ. πατὴρ γάρ σου τοῖς ἔτεσίν εἰμι, καὶ συμβουλεύω σοι. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἄπελθε, νουθέτησον σεαυτόν, ὅτι γέρων ὤν, ἀσύνετος εἶ, πείθων με λίθοις καὶ δαίμοσιν θύειν. Μάξιμος εἶπεν· οὐχ ἥψαντό σου αἱ βάσανοι, πανάθλιε, ἵνα σεαυτὸν ἐλεήσας, παύσῃς τῆς μωρίας ταύτης, τῆς μηδὲν ὠφελούσης σε; Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἡμῶν ἡ μωρία αὕτη ἀναγκαία ἐστὶν τοῖς ἐλπίδα ἔχουσιν εἰς Χριστόν· ἡ γὰρ σοφία πρόσκαιρος οὖσα αἰώνιον θάνατον τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν προξενεῖ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τίς σε ἐδίδαξε τὴν μωρίαν ταύτην; Ἀνδρόνικος εἶπεν· ὁ σωτήριος λόγος, εἰς ὃν καὶ ζῶμεν καὶ ζήσομεν, ἔχοντες ἐν οὐρανοῖς Θεὸν τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀπαλλάγηθι τῆς μωρίας σου, πρὶν ἐπιπλεῖόνά σε βασανίζων ἀπολέσω. Ἀνδρόνικος εἶπεν· τὸ σῶμά μου πρόκειταί σοι, ἐξουσίαν ἔχεις, ποίει ὃ θέλεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· χαράξατε αὐτοῦ τὰς κνήμας εὐτονώτατα. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἴδοι ὁ Θεὸς καὶ κρινάτω σε ἐν τάχει, ὅτι οὐδὲν ἀδικήσαντά με βασανίζεις ὡς φονέα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀσεβῶν εἰς τοὺς θεοὺς καὶ εἰς τοὺς σεβαστοὺς, καὶ τοῦ βήματός μου καταφρονῶν, οὐδὲν ἀδικεῖν φάσκεις; Ἀνδρόνικος εἶπεν· ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίζομαι τῆς εἰς τὸν ἀληθινὸν Θεόν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· εὐσεβὴς ἦς, εἰ ἐτίμας τοὺς θεοὺς, οὓς καὶ οἱ αὐτοκράτορες εὐσέβονται. Ἀνδρόνικος εἶπεν· αὕτη ἀσέβειά ἐστιν καὶ οὐκ εὐσέβεια, ἵνα καταλιπὼν τὸν ζῶντα Θεὸν, λίθοις καὶ ξύλοις προσκυνήσω. Μάξιμος εἶπεν· ἀσεβοῦσιν οὖν οἱ αὐτοκράτορες, δήμιε; Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἀσεβοῦσιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· εἰ δὲ θέλεις καὶ αὐτὸς ὀρθῷ λογισμῷ χρήσασθαι, γνώσεις ὅτι ἀσέβειά ἐστι τοῖς δαίμοσι θύειν. Μάξιμος εἶπεν·

*patres nominatis, quoniam vos ipſi patrem habetis ſatanam. Nam filii diaboli eſtis facti, & opera ejus perficitis.* Maximus dixit: Adoleſcentia pueritiæ tuæ adhuc me compeſcit [18]. Scias enim magna tibi tormenta parari. Andronicus dixit: *Adoleſcens tibi videor in annis, perfectus ſum autem in anima & in omnibus.* Maximus dixit: Recede a multiloquio; accede, ſacrifica, ut poſſis de tormentis evadere. Andronicus dixit: *Putas ita ſtultum me eſſe, ut minor ab anteceſſoribus meis inveniar? Paratus ſum tibi ad omnia tormenta.* Maximus dixit: Diſpoliate illum, & cingite, & ſuſpendite. Demetrius centurio dixit: Antequam exterminetur corpus tuum, miſer, audi me. Andronicus dixit: *Melius eſt ut corpus meum pereat, quam & anima mea. Fac quod vis.* Maximus dixit: Conſenti & ſacrifica, antequam iniciens [19] exterminem te. Andronicus dixit: *Ego numquam ſacrificavi ab infantia mea, & nunc non ſacrifico. Praeterea eis quibus me cogis ſacrificare, dæmones ſunt.* Maximus dixit: Tangite corpus ejus. Athanaſius Cornicularius dixit: Conſenti Præſidi. Pater tuus ſum in annis: ideo conſilior tibi. Andronicus dixit: *Vade, conſilium tibi da, quia ſenior es, & ſenſum non habes, tale conſilium mihi dans, ut lapidibus & dæmoniis ſacrificem.* Maximus dixit: Non ſentis tormenta, miſer, ut miſerearis tui, & recedas a vanitate iſta, quæ te ſalvare non poteſt. Andronicus dixit: *Vanitas iſta valde bona eſt illis qui ſpem habent in Domino; ſapientia autem temporalis ſempiternam mortem operatur.* Maximus dixit: Quis te docuit ſtultitiam iſtam? Andronicus dixit: *Sermo qui vivificat, in quo & vivimus, habentes in cælo Dominum ſpem reſurrectionis noſtræ.* Maximus dixit: Recede a ſtultitia tua, antequam incipiam te gravius torquere. Andronicus dixit: *Corpus meum ante te poſitum eſt. Habes poteſtatem, fac quod vis.* Maximus dixit: Torquete tibiam [20] ejus fortiter: Andronicus dixit: *Reſpiciat Deus, quia ſine cauſa me, ſicut homicidam, pœnis ſubjicis.* Maximus dixit: Contemnis præcepta Principum, & tribunal meum nihil tibi videtur eſſe. Andronicus dixit: *In Dei miſericordia & veritate confido: inde hoc patior.* Maximus præſes dixit: Miſericors * eſſes, ſi deos honorares, * pius.
quos Principes adorant. Andronicus dixit: *Impietas eſt Deum verum derelinquere, & lapides adorare.* Maximus dixit: Ergo deliquerunt Principes, o damnate? Andronicus dixit: *Deliquerunt, ſicut intelligo. Nam ſi vis recto ſenſu intelligere, ſcio quoniam delictum eſt dæmoniis ſacrificare.* Maximos dixit: Con-

18 Bigot. contemnit.
19 Mi. Remig. incipiam exterminare te.

20 Mi. Colbert. & Roſweyd. Torquete eo. Remig. Torquete eum &c.

Convertite eum, & latera ejus pungite. Andronicus dixit: *Ante te ſum. Quomodo vis, corpus meum pœnis ſubjice.* Maximus dixit: Tollite teſtas, & plagas ejus perfricate. Andronicus dixit: *Confortaſti nunc corpus meum in plagis.* Maximus dixit: Minutatim te exterminabo. Androoicus dixit: *Non timeo comminutiones tuas. Senſus enim meus melior eſt cogitatione malitiæ tuæ; propterea contemno tormenta tua.* Maximus dixit: Ligate ejus pedes & collum ferro, & ſub cuſtodia habeatur.

II. INTERROGATIO. IV. Secunda interrogatio facta eſt in Siſcia [22] civitate. Affidens Numerianus Maximus præſes dixit Demetrio Centutioni: Voca impiiſſimos Chriſtianos, legi malæ ſervientes. Demetrius Centurio dixit: Præſto ſunt, domine. Maximus dixit: Scio quia ſenectus honoratur in multis, propterea quod eſt io ipſis bona cogitatio, & ſenſus; proinde ſi cogitaſti apud te, Tarache, ne iterum in prioribus cogitationibus velis & hodie permanere. Sed magis accede, ſacrifica diis pro honore Principum, ut honorem conſequaris. Tarachus dixit: *Honorem iſtum ſi intelligerent & ipſi Principes, & alii qui communicant ſenſibus eorum, omnes a cæcitate cogitationum vanitatis ſuæ ſepararentur, & in meliorem & fortiorem fidem a Deo veriſſimo vivificarentur.* Maximus dixit: Lapidibus os ejus frangite, & dicite ei: Recede a ſtultitia tua. Tarachus dixit: *Si non eram aſtutus, ſimilis tibi eſſem inſenſatus.* Maximus dixit: Ecce dentes tuos vides comminutos; miſerere tui jam, miſer. Tarachus dixit: *Non mihi ſuadebis in nihilo. nam ſi omnia membra mea collidas, ego inſto fortis in eo qui me fortem facit.* Maximus dixit: Crede mihi, quia melius eſt tibi ut ſacrifices. Tarachus dixit: *Si ſcirem quia melius erat, hæc non paterer a te.* Maximus dixit [23]: Cædite illum io os, clamantes: Reſponde. Tarachus dixit: *Maxillæ meæ fractæ ſunt; quomodo reſpondeam tibi?* Maximus præſes dixit: Et in omnibus iſtis non conſentis, o inſenſate? Accede ergo ad aram, & immola diis. Tarachus dixit: *Si vocem clamoris mei ſubtraxiſti, ſenſum animæ meæ non nocuiſti, ſed in melius me ædificaſti.* Maximus præſes dixit: Ego duritiam tuam exponam [24], maledicte. Tarachus dixit: *Omnibus cogitationibus tuis adſum, ſed vinco in eo qui fortem me facit, id eſt in nomine DEI.* Maximus dixit: Afferte ignem, & expandite manus ejus, & urite. Tarachus dixit: *Ignem tuum temporalem non timeo; timeo autem, ſi conſenſero tibi,*

Secunda confeſſio Tarachi.

στρέψαντες τὰ πλῆκτρα, τὰς πλευρὰς αὐτοῦ κεντήσατε. Ἀνδρόνικος εἶπεν· πρόκειμαί σοι, ὡς θέλεις, τὸ σῶμά μου αἴκιζε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἅλας προσαγάγετε, καὶ ὀστράκοις αὐτοῦ τὰς πλευρὰς ἀνατρίψατε. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἐστερέωσας τὸ σῶμά μου μᾶλλον ἀπὸ τῶν πληγῶν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κατ᾽ ὀλίγον σε ἀφανίσω. Ἀνδρόνικος εἶπεν· οὐ φοβοῦμαί σου τὰς ἀπειλάς. ὁ γὰρ λογισμός μου κρείττων σου πάσης ἐπινοίας καὶ κακίας ἐστίν. ὅθεν καταφρονῶ σου τῶν βασάνων. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· δήσαντες αὐτοῦ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς πόδας, φυλάττετε εἰς τὸ δεσμωτήριον.

4. Δευτέρα ἐξέτασις ἐν Ἀναζάρβῳ τῇ δ᾽ ἐν μητροπόλει. Φλάβιος, Γάϊος, Νουμεριανὸς, Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κάλει τοὺς τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας ὑπηρέτας τῶν Χριστιανῶν. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἐστήκασιν, κύριε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οἶμαι, Τάραχε, πάνυ τὸ γῆρας τίμιον τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων εἶναι νομίζω, διὰ τὸν προσόντα μοι εἰς συμβουλίαν λογισμόν. ὅθεν νουθετήσας σεαυτὸν, μὴ θελήσῃς τοῖς προτέροις λογισμοῖς καὶ σήμερον ἀποχρήσασθαι, ἵνα θύσῃς τοῖς θεοῖς, τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἔπαινον ἀναδέξῃ. Τάραχος εἶπεν· Χριστιανός εἰμι. τὸν δὲ ἔπαινον τοῦτον εὔχομαί σε καὶ τοὺς αὐτοκράτοράς σου, καὶ πᾶσαν ἀποθεμένους τὴν [22] πώρωσιν τῆς τυφλώσεως, ἀναδέξασθαι λογισμὸν κρείττονα καὶ στερεωποιηθέντα, ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ζωοποιηθῆναι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν. λίθοις τὸ στόμα αὐτοῦ κόψατε, καὶ εἴπατε αὐτῷ· παῦσον ἀπὸ τῆς μωρίας σου. Τάραχος εἶπεν· εἰ μὴ ἐφρόνουν, ὅμοιός σου μωρὸς ἂν ἤμην. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν. ἴδε καὶ τοὺς ὀδόντας σου σαλευθέντας, καὶ σεαυτὸν ἐλέησον, ταλαίπωρε. Τάραχος εἶπεν· * οὐ * μελῶν
λυπεῖς με ἐν οὐδενὶ, κἂν ἕκαστον τῶν μελῶν μου ἀκρωτηριάσῃς· ἀλλ᾽ ἑστήκω σοι ἑδραῖος ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πείσθητί μοι, λυσιτελεῖ γάρ σοι, καὶ θῦσον προσελθών. Τάραχος εἶπεν· εἰ ᾔδειν ὅτι συμφέρει μοι, οὐκ ἂν ἔπασχον ταῦτα. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τύπτοντες αὐτοῦ τὸ στόμα, κράζειν αὐτῷ φήσατε. Τάραχος εἶπεν· τῶν ὀδόντων μου διαπεπτωκότων, καὶ τῶν σιαγόνων συγκλασθέντων κράζειν οὐ δύναμαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καὶ οὐδὲ οὕτως πείθῃ, ἀνόσιε; προσελθὼν τοῖς βωμοῖς, σπεῖσαι τοῖς θεοῖς. Τάραχος εἶπεν· εἰ καὶ τὴν φωνήν μου ἐνεπόδισας εἰς τὸ κράζειν, ἀλλὰ τὸν τῆς ψυχῆς μου λογισμὸν οὐδὲν βλάψεις· εἰς μείζονα γὰρ εὐποιίαν με ᾠκοδόμησας. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐγώ σου τὸν τόνον καθαιρῶ, ἀνοσιώτατε. Τάραχος εἶπεν· πάσαις ταῖς ἐπινοίαις σου προβεβλημένος, ἡττῶ σε ἐν ὀνόματι τοῦ ἐνδυναμοῦντός με Θεοῦ. Μάξιμος εἶπεν· προσαγάγετε αὐτῷ πῦρ εἰς τὰς χεῖρας, ἁπλώσαντες αὐτάς. Τάραχος εἶπεν· τὸ πῦρ σου οὐ φοβοῦμαι τὸ πρόσκαιρον· φοβοῦμαι δὲ, μὴ ἄρα * σου πεισθείς, * Ed. σου

21 Vide Admonitionem præviam, num. 5.
22 Mſ. ἀνεγερμένοι τῆς.
23 Codd. Regius & Bolland. hæc addunt, Extendite eum & nervis crudis cædite, Tarachus vero nihil reſpondebat. Maximus dixit: cædite, &c.
24 al. ed. capillam.

θεὶς, τοῦ αἰωνίου πυρὸς μέτοχος γένωμαι. Μάξιμος εἶπεν· ἰδοὺ καὶ αἱ χεῖρές σου, ἠφανίσθησαν ὑπὸ τοῦ πυρός. παύεις τῆς μανίας σου, ἀνόητε, καὶ θύεις; Τάραχος εἶπεν· οὕτω μοι ὁμιλεῖς ὡς παραιτησαμένου [25] τὸ σῶμα ἐπινοίαις πείθειν, καὶ νῦν ὅτι στερεός εἰμι ἐν πᾶσιν οἷς κατ᾽ ἐμοῦ πράττεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· δήσαντες αὐτὸν ἐκ τῶν ποδῶν ἀναρτήσατε εἰς ὕψος, καὶ καπνὸν [26] δριμὺ προσαγάγετε τῇ ὄψει αὐτοῦ. Τάραχος εἶπεν· τοῦ πυρός σου καταπεφρόνηκα· καὶ τὸν καπνόν σου ἔχω φοβηθῆναι; Μάξιμος εἶπεν· θῦσαι ὁμολόγησον, ὡς ἀνήρτησαι. Τάραχος εἶπεν· θῦσόν συ, ὡς ἔχεις ἔθος, ὑπατικὲ, καὶ ἀνθρώπους [27] θύειν· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο τοῦτο πρᾶξαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· προσαγάγετε αὐτῷ ὄξος δριμὺ μετὰ ἅλατος κατὰ τῶν μυκτήρων αὐτοῦ. Τάραχος εἶπεν· τὸ ὄξος σου γλυκύ ἐστι, καὶ τὸ ἅλας σου ἐμοί μωρόν. Μάξιμος εἶπεν· μίξαντες σίναπον τῷ ὄξει, ἐκχέετε αὐτῷ κατὰ τῶν ῥινῶν. Τάραχος εἶπεν· πλανῶσί σε οἱ ὑπηρέται σου, Μάξιμε, καὶ μέλι ἀντὶ σινάπεως ἐνέχεόν μοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐπινοήσω σοι βασάνους τῇ ἑξῆς δικασίμῳ, καὶ παύσω σε τῆς μωρίας σου. Τάραχος εἶπεν· κἀγὼ ἑτοιμότερος ταῖς ἐπινοίαις σου γενήσομαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καθελόντες αὐτὸν καὶ δήσαντες σιδήροις, παράδοτε τῷ δεσμοφύλακι· τὸν δὲ ἕτερον μετὰ τοῦτον κάλει.

5. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἕστηκε, κύριε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· λέγε μοι, Πρόβε, ἔκρινας ἀπαλλάττεσθαι τῶν βασάνων· ἢ οὐδέπω τῆς μωρίας σου ἀπαλλάττῃ; ὅθεν προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς, ὃ καὶ οἱ αὐτοκράτορες ὑπὲρ κοινῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων πράττουσιν. Πρόβος εἶπεν· ἑτοιμότερός σου καὶ σήμερον καθέστηκα, καὶ ἐκ τῶν πρώτων ἐξετάσεων καὶ πληγῶν δυνατώτερος· διὸ καὶ πεῖράν μου λάμβανε πάσαις ἐπινοίαις καὶ ἐπαγγελίαις τιμωριῶν. οὔτε γὰρ σὺ, οὔτε οἱ αὐτοκράτορές σου, οὔτε οἱ δαίμονες οἷς θρησκεύεις πλανώμενος, οὔτε ὁ πατήρ σου ὁ Σατανᾶς πείσουσί με ἀσεβήσαντα προσκυνῆσαι θεοῖς οἷς οὐ γινώσκω. ἔχω δὲ τὸν Θεόν μου τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, αὐτὸν λατρεύων προσκυνήσω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶ θεοὶ ζῶντες, ἀνοσιώτατε; Πρόβος εἶπεν· οἱ ἐν λίθοις καὶ ξύλοις ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων τυγχάνοντες, πῶς δύνανται θεοὶ εἶναι ζῶντες; σφάλλῃ ὑπὸ πολλῆς ἀγνοίας, τούτοις θρησκεύων, ὑπατικέ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· σφάλλεσθαί με ἐνθυμεῖσθαί σε ἔχῃ, ὦ μιαρὰ κεφαλὴ, θρησκεύοντα τοῖς θεοῖς. Πρόβος εἶπεν· θεοὶ οἳ οὐκ ἐποίησαν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀπολέσθωσαν, καὶ πάντες οἱ θρησκεύοντες αὐτοῖς. ὁ θυσιάζων γὰρ θεοῖς ἑτέροις, ἐξολοθρευθήσεται· τῷ γὰρ κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς θυσίαν δεῖ προσφέρειν, οὐ δι᾽ αἵματος, ἀλλ᾽ αἰνέσεως ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, τῆς εἰς αὐτὸν ἀληθείας καὶ γνώσεως. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· παυσάμενος τῆς ἐθελοκάκου φρονιμότητός σου, θῦσον τοῖς θεοῖς, Πρόβε, καὶ σώθητι. Πρόβος εἶπεν· πολλοῖς θεοῖς οὐ λατρεύω· ὃν δὲ γινώσκω Θεὸν εἶναι ἀληθῶς, εὐσεβῶς τούτῳ λατρεύων προσκυνήσω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐκοῦν

ne forte ignis æternus in me dominetur. Maximus dixit: Quid nuoc? ecce manus tuæ exterminatæ ſunt ab igne. Requieſce a vanitate tua, inſenſate, & immola diis. Tarachus dixit: *Sic mihi loqueris, quaſi jam voluntati tuæ conſenſerim, aut crudelitati tuæ voluntatem dederim. Fortis autem ſum in omnibus, quæ adverſum me præparantur.* Maximus dixit: Ligate eum a pedibus, & in altum ſuſpendite, & acrem fumum ſupponite ad faciem ejus. Tarachus dixit: *Ignem tuum contempſi; & fumum tuum timere debeo?* Maximus dixit: Cum ſuſpenſus es, conſenti & ſacrifica. Tarachus dixit: *Sacrifica tu, Præſes, ſicuti conſuetudinem habes ſacrificare hominibus: mihi autem non licet hoc facere.* Maximus dixit: Afferte acetum acre cum ſale, & in naribus ejus infundite. Tarachus dixit: *Acetum tuum dulce eſt mihi, & ſal mihi fatuus eſt.* Maximus dixit: Immiſcete ſinape cum aceto, & perfundite nares ejus. Tarachus dixit: *Fallunt te miniſtri tui, Præſes; mel pro ſinape infuderant mihi.* Maximus dixit: Cogitabo proxima ſeſſione alia tormenta, & te quieſcere faciam ab ſtultitia tua. Tarachus dixit: *Et me paratum invenies in omnibus cogitationibus* [28] *tuis.* Maximus dixit: Deponite eum, & vinculis ferreis ligate, ut tradatur in cuſtodiam: ſequentem autem ejus adducite.

V. Demetrius centurio dixit: Præſto eſt, domine. Maximus dixit: Dic mihi, Probe, cogitaſti parcere tibi a pœnis, aut adhuc ab inſania tua non recedis? ſed nunc accede, & immola diis: quoniam & ipſi Principes pro ſalute hominum ſacrificant. Probus dixit: *Audax tibi aſſiſto. nam & de præteritis interrogationibus & plagis fortiſſimus ſum, & nunc proba in me de omnibus tormentis tuis. Neque tu, neque Principes tui facietis me delinquere, ut ſacrificem diis quos neſcio. Habeo autem DEUM meum in cælis. Ipſi ſoli ſervio & adoro.* Maximus dixit: Iſti non ſunt dii vivi, maledicte? Probus dixit: *Lapides & ligna, opera manuum hominum, dii quomodo poſſunt eſſe viventes? Errat a multa ignorantia his ſacrificans, Præſes.* Maximus dixit: Errantem me dicis, o malum caput, diis ſacrificantem? Probus dixit: *Dii qui non fecerunt cælum & terram pereant.* Maximus dixit: Ceſſa de aſtutia tua, & immola diis, Probe, & ſalvus eris. Probus dixit: *Ego diis multis non ſacrifico: ſed quem ſcio DEUM verum adorans adorabo eum.* Maximus dixit: Ergo acce-

Probi ſecunda confeſſio.

25 Edit. μου τὰς ἀφάς σου ἐπινοίας πάθη κἀγὼ νικῶ.
26 Edit. δριμύ.
27 L. ἀνθρώποις.
28 Comp. tormentis.

accede & immola Jovi, deo magno, & non multis, ſicut dixiſti. Probus dixit: *Ego DEUM habeo in cælis: ipſum ſolum timeo. nam qui a te dicuntur dii, non iis conſentio, neque adoro.* Maximus dixit: Iterum dico tibi: Immola Jovi deo invictiſſimo. Probus dixit: *Illum dicis deum, qui cum ſua ſorore fornicatus eſt, & alia multa fecit quæ non poſſum dicere. Iſtum deum dicis?* Maximus dixit: Frangite os ejus, ut non blaſphemet. Probus dixit: *Quid me cædis? Omnes qui ei immolant hoc dicunt. Non mentior, ſed verum dico, ſicut & tu ipſe optime noſti.* Maximus dixit: Stultitiam tuam modo converto. Nunc ignite ferrum, & mittite illi. Probus dixit: *Ignis tuus tepidus eſt, & me non contingit.* Maximus dixit: Ignite artius ferrum, & ſtante eo injicite illi. Probus dixit: *Nunc vere tepidus factus eſt ignis tuus. Irrident te miniſtri tui.* Maximus dixit: Ligate eum, & tendite, & nervis crudis cædite, & aperite dorſum ejus. Probus dixit: *Ignem tuum non timui; tormenta tua contemno. Sed ſi habes aliam excogitationem, adhibe, ut cognoſcas qui eſt in me DEUS.* Maximus dixit: Radite ei caput, & prunas igneas ſuperponite ei. Probus dixit: *Uſtulaſti mihi pedes & caput; & probaſti quia Dei ſervus ſum, & tolero iram tuam.* Maximus dixit: Si deorum ſervus eſſes, ſacrificares eis, & adorares eos. Probus dixit: *Ego ſervus DEI ſum, & non deorum, qui perdunt eos qui conſentiunt eis.* Maximus dixit: Nonne omnes qui conſentiunt eis, præſto ſunt ante tribunal meum, a diis honorati & Principibus; tu autem, ter maledicte, ſpectaris [30] ab omnibus propter inobedientiam tuam. Probus dixit: *Crede mihi, omnes perierunt, niſi converſi pœnitentiam egerint ſuper quod deliquerunt nam ſcientes ſervierunt idolis, & DEUM vivum dereliquerunt.* Maximus dixit: Frangite ei faciem, ut non dicat Deum, ſed deos. Probus dixit: *Quia veritatem locutus ſum, juſſiſti frangi os meum, iniquiſſime?* Maximus dixit: Non ſolum os tuum, ſed & linguam tuam blaſphemam incidam, ut recedas ab ſtultitia ſermonum tuorum, & immoles diis. Probus dixit: *Etſi quod loquitur in me organum incidi facias, habeo interiorem & immortalem linguam, ex qua reſponſum faciam.* Maximus præſes dixit: Nunc & hic recipiatur in cuſtodia; alium ſequentem eum afferte.

*Andronici ſermo de confeſſio.* VI. Demetrius centurio dixit: Præſto eſt, domine. Maximus præſes dixit: Qui ante te interrogati ſunt, Andronice, multa tor-

τῷ τοῦ Διὸς προσελθὼν βωμῷ, θῦσον, ἵνα μὴ πολλοῖς, ὡς ἔφης, λατρεύσῃς θεοῖς. Πρόβος εἶπεν· ἐγὼ Θεὸν ἔχω ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τοῦτον καὶ φοβοῦμαι. τοῖς γὰρ λεγομένοις ὑπὸ σοῦ θεοῖς οὐ λατρεύω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καὶ πάλαι ἔφην, καὶ νῦν ἐρῶ, θῦσον τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ ἀηττήτῳ ἐπόπτῃ Διΐ. Πρόβος εἶπεν· τὸν τῆς ἰδίας ἀδελφῆς ἄνδρα, μοιχόν τε καὶ παιδοφθόρον, πόρνον τε καὶ βέβηλον, ὡς πάντες οἱ ποιηταὶ αὐτοῦ μαρτυροῦσιν, ἵνα μὴ τὰ λοιπὰ αὐτοῦ καὶ ἄσημα λέγω καὶ ἀπόρρητα, τὸν ἄδικον καὶ ἀνόσιον, κελεύεις με θύειν. Μάξιμος ἡγεμὼν λέγει· τύπτοντες αὐτοῦ τὸ στόμα, λέγετε αὐτῷ· μὴ βλασφήμει. Πρόβος εἶπεν· τί με δέρεις; τοῦτο προεῖπόν σοι, ὅτι οἱ θρησκεύοντες αὐτοῖς, οὕτω περὶ αὐτῶν λέγουσιν· ὅθεν οὐ ψεύδομαι, ἀλλὰ ἀληθεύω, ὡς καὶ σὺ γινώσκεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τὴν μωρίαν σου τρέψω, μὴ αἰκιζόμενός σε. πυρώσαντες οὖν σίδηρα, ἐπιστήσατε αὐτόν. Πρόβος εἶπεν· τὸ πῦρ σου ψυχρόν ἐστι καὶ οὐχ ἅπτεταί μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πυρώσαντες πάλιν ἰσχυρότατα, ἐπιστήσατε αὐτὸν κρατοῦντες καθ' ἑκάτερο. Πρόβος εἶπεν· τὸ πῦρ σου ψυχρὸν γέγονεν. οἱ ὑπηρέται σου καταπαίζουσί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· δήσαντες αὐτὸν τείνατε, καὶ νεύροις ὠμοῖς ξέσατε [29] τὸν νῶτον αὐτοῦ, λέγοντες αὐτῷ· θῦσον καὶ μὴ μώραινε. Πρόβος εἶπεν· τὸ πῦρ σου οὐκ ἐφοβήθην, καὶ τῶν βασάνων σου οὐ φροντίζω. ἐπὶ εἴ τινα ἄλλην ἔχεις μηχανὴν τιμωρίας πρόσφερε, ἵνα δείξω τὸν ἐν ἐμοὶ Θεόν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ξυρήσαντες αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, ἄνθρακας ἐκκεκαυμένους ἐπίθετε. Πρόβος εἶπεν· ἐκαυμάτισάς μου τοὺς πόδας καὶ τὴν κεφαλήν, καὶ ἐδοκίμασας ὅτι Θεοῦ εἰμι δοῦλος, καὶ φέρω τὰς ἀπειλάς σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· εἰ θεῶν δοῦλος ἦς, ἔθυες ἂν αὐτοῖς, εὐσεβὴς ἦς. Πρόβος εἶπεν· ἐγὼ Θεοῦ δοῦλός εἰμι, καὶ οὐ θεῶν τῶν ἀπολλυόντων τοὺς φοβουμένους αὐτούς. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πάντες οὖν οἱ εὐσεβοῦντες αὐτούς, τρισκατάρατε, οὐ παρεστᾶσί μου τῷ βήματι τίμιοι τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς σεβαστοῖς, ὑμᾶς τε καθορῶντες, ὑπὲρ δυσφημίας τῆς θεῶν τιμωρουμένους. Πρόβος εἶπεν· πίστευσον ὅτι ἀπώλοντο, εἰ μὴ μετανοήσωσιν ἐφ' οἷς ἔπραξαν μὴ νοήσαντες, δουλεύσωσι δὲ τῷ ζῶντι Θεῷ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κλάσατε αὐτοῦ τὴν ὄψιν, ἵνα μὴ λέγῃ Θεόν, ἀλλὰ θεούς. Πρόβος εἶπεν· ἀληθῆ λέγοντα τύπτεσθαι τὸ στόμα μου κελεύεις, παρανομώτατε; Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐ μόνον τύπτεσθαί σου τὸ στόμα σου κελεύω, ἀλλὰ καὶ τὴν βλάσφημόν σου γλῶσσαν περικοπῆναι κελεύω, ἵνα παυσάμενος τῆς μωρολογίας σου θύσῃς προσελθών. Πρόβος εἶπεν· κἂν τὸ λαλοῦν ὄργανον περικόψαι θελήσῃς, ἔχω ἔνδον τὴν ἀθάνατον γλῶτταν, δι' ἧς ἀποκρίνομαί σοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τοῦτο πως καὶ οὕτως ἀναληφθήτω εἰς τὸ δεσμωτήριον. ἐπὶ τὸ βῆματος κάλει Ἀνδρόνικον.

6. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἔστηκε, κύριε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τῷ πρὸ σοῦ ἐξετασθέντων, πολλὰς τιμωρίας ὑπομεμενηκότων,

29 L. αἰψότη.

30 Rοῦνταγα. deſpicatis.

των, καὶ μηδὲν ὠφεληθέντων, τρισάθλιε, ἀλλὰ καὶ μετὰ βασάνους καὶ τοσούτους αἰκισμοὺς μόλις ἐπείσθησαν εὐσεβῆσαι τοῖς θεοῖς, τιμὰς οὐ μικρὰς παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων δέξασθαι ἔχουσιν· ὅθεν πεῖσον καὶ σὺ σεαυτὸν πρὸ τῶν βασάνων, κερδῆσαι θέλησον τὰς τιμωρίας, ἵνα θύσας τοῖς θεοῖς, εὐσεβὴς γεγενημένος καὶ ὑπήκοος τοῖς σεβαστοῖς, τιμὰς παρ' ἐκείνων σοι πρεπούσας δέξῃ. εἰ δὲ μὴ βουληθῇς, ὄμνυμί σοι τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀηττήτους αὐτοκράτορας, οὐχ ἁπλῶς ἀποθήσαντά σε τιμωρήσομαι. Ἀνδρόνικος εἶπεν· μηδὲ τῶν πρὸ ἐμοῦ σοι ὑπολογησαμένων τοσαύτης ἀθρανίας μου καταγίνωσκε, μηδὲ εἴκειν ποικίλοις λόγοις καὶ τὸ ἡμέτερον φρόνημα ἀπατᾷν νόμιζε. οὗτοι γὰρ αὐτοὶ τὸν πατρῷον νόμον ἀρνησάμενοι πειθῆναι τῇ σῇ μανίᾳ, καταλιπόντες τὰς εἰς Θεὸν ἡμῶν ἐλπίδας, οὔτε ἐγὼ τοσοῦτον ἐλαττονήσω πίστει καὶ ὑπομονῇ τῇ πρὸς τὸν κύριον καὶ Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν, μήτε τοὺς θεούς σου γινώσκων, μήτε σέ, μήτε τὸ βῆμά σου φοβούμενος. ὥστε τὰς ἀπειλάς σου πλήρου, καὶ τὰς τιμωρίας ἐπάγαγε, καὶ τὰ βασανιστήρια εὐτρέπιζε, καὶ πάντα τρόπον ἐπιχείρει ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον, βίαζε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τείνατε αὐτὸν ἐν τοῖς πάλοις, καὶ νεύροις ὠμοῖς μαστίζετε. Ἀνδρόνικος εἶπεν· οὐδὲν μέγα * ἐπαγγέλλω κατ' ἐμοῦ πράττεις, ὀμνύων τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς παρὰ σοὶ αὐτοκράτορας. αὗταί σου εἰσὶν αἱ ἀπειλαί. Ἀθανάσιος Κορνικουλάριος εἶπεν· ὅλον τὸ σῶμά σου ἓν τραῦμά ἐστιν, καὶ οὐδὲν ἡγῇ ταῦτα, πανάθλιε; Ἀνδρόνικος εἶπεν· οἱ ζῶντα Θεὸν ἀγαπῶντες, τούτων οὐ φροντίζουσιν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἅλας πάσατε αὐτοῦ τὸν νῶτον. Ἀνδρόνικος εἶπεν· πλείονά μοι πασθῆναι κέλευσον, ἵνα ἄσηπτος διαμείνας δυνηθείην ἀντιστῆναι τῇ κακίᾳ σου. Μάξιμος εἶπεν· στρέψατε αὐτόν, καὶ κατὰ τὴν γαστέρα τύψατε, ἵνα αἱ πρῶται πληγαὶ ἀναξανθεῖσαι μέχρι τῶν μυελῶν αὐτοῦ καταβαίνωσιν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· καὶ ταῖς πρώταις σου βασάνοις τραυματισθείς, ὅλον τὸ σῶμά μου ὑγιές ἐστιν, ὡς ἐθεάσω, τῷ βήματί σου παρέστηκα νῦν. ὁ θεραπεύσας με τότε, ἰᾶταί με καὶ νῦν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐ παρήγγειλα ὑμῖν, κακοὶ στρατιῶται, μηδενὸς αὐτὸν θεραπείας τυχεῖν παρά τινος, ἀλλὰ μένειν ἀνεπιμελήτως, ὥστε τοῖς τραύμασι τῶν πληγῶν κατατρυχομένοις πεισθῆναι ἡμῖν; Πηγάσιος κομμενταρήσιος εἶπεν· μὰ τὸ σὸν μέγεθος, οὐδεὶς αὐτοῦ ἐπεμελήθη, οὐδὲ εἰσῆλθέ τις πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ τῇ ἐνδοτέρᾳ φυλακῇ ἐφρουρεῖτο δεδεμένος. εἰ δὲ εὕρῃς ὅτι ψεύδομαι, κεφαλὴν ἔχω, ἐξουσίαν ἔχεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πῶς οὖν αἱ πληγαὶ αὐτοῦ γεγόνασιν ἀφανεῖς; Πηγάσιος κομμενταρήσιος εἶπεν· οὐκ οἶδα πῶς ἐθεραπεύθη, μὰ τὴν σὴν ἀρετήν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ὁ ἡμέτερος σωτὴρ καὶ ἰατρός, ἀνόητε, μέγας ἐστί, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς τοῦ Θεοῦ οὐ φαρμάκων ἐπιθέσει θεραπεύει, ἀλλὰ λόγῳ ἰώμενος τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν, κατοικεῖ μὲν οὐρανούς, πάρεστι δὲ ἡμῖν ἁπανταχοῦ, ὃν σὺ οὐ

* al. ἄν.

menta paſſi ſunt, & nil lucrum fecerunt miſeri: ſed poſt tanta & talia quæ paſſi ſunt, vix potuimus eos convertere ad deos. Honorem autem magnum accepturi ſunt a Principibus. Unde & tu ipſe conſule tibi, & lucrare tormenta, & ſacrifica diis noſtris, & voluntati noſtræ obedias, ut honorem dignum conſequaris a Principibus. Si autem nolueris, juro tibi per deos & invictiſſimos Principes noſtros, ne æſtimes quia de manibus meis evades. Andronicus dixit: *Miſer & mendax, quid me fallis? Non enim potes libertatem noſtram convertere, aut ſenſum noſtrum conculcare. Neque enim potuerant Dominum negare, & ſtultitiæ tuæ conſentire. Exiſtima ergo, quia & me talem invenies. Armatus a Deo meo ante te aſſiſto in fide & virtute Domini Dei omnipotentis & Salvatoris noſtri, neque deos tuos ſciens, neque Principes, neque tribunal tuum metuens. Et nunc omnes cogitationes tuas, & omnia genera pœnarum, quas excogitaſti adverſum ſervos DEI, proferantur in medio.* Maximus dixit: Tendite eum in palis, & nervis crudis cædite eum. Andronicus dixit: *Nihil magnum adverſus tuam priorem comminationem excogitaſti: hæ ſunt omnes minæ tuæ.* Athanaſius Cornicularius 31 dixit: Totum corpus tuum vexatum eſt, & pro nihilo habes omnia iſta, miſer? Andronicus dixit: *Qui DEUM vivum diligunt, iſta omnia contemnunt.* Maximus Præſes dixit: De ſale fricare ei dorſum 32. Andronicus dixit: *Plus jube ſalem mitti, ut poſſim conditus eſſe, & ſtare contra malitiam tuam.* Maximus dixit: Convertite eum, & in ventrem cædite, ut priores plagæ excitentur, & uſque ad medullas deſcendant. Andronicus dixit: *Et in prima interrogatione vexaſti corpus meum, & ſanus ante tribunal tuum oblatus ſum. Præſto eſt & nunc qui me curat, & ſalvat.* Maximus Præſes dixit: Nonne præcepi vobis, o mali milites, ut nemo ad eum accederet, neque curaret; ſed ſic eſſet, ut vulnera ipſa in ſe putrirent? Pegaſius 33 commentarienſis dixit: Per magnificentiam tuam, nemo eum curavit, neque aliquis intravit ad illum. In interiori cuſtodia ſervabatur in vinculis: & ſi inveneris me mendacem, caput habeo; poteſtatem habes. Maximus Præſes dixit: Quomodo ergo plagæ ejus non parent? Pegaſius commentarienſis dixit: Neſcio quomodo curatus ſit, per nobilitatem tuam. Andronicus dixit: *Medicus noſter grandis eſt & pius, o ſtulte. Non medicamentum ponit aut emplaſtrum, ſed ſolo ſermone curat omnes qui ſperant in eum. Habitat enim in cælo: præſens eſt ubique, quem tu*

*non*

31 De Cornicularia & Commentarienſi vide ſupra pag. 233.
32 Roſweyd. plagas ejus.

33 al. Pegaſia.

*non agnoſcis, o inſenſate.* Maximus Præſes dixit: Hi ſermones ſtultitiæ tuæ nihil tibi proderunt: ſed accede, & ſacrifica diis, ut non, male & ſceleſte, perdam te. Andronicus dixit: *Et primo & ſecundo quæ a me audiſti, unum ſunt. Non enim puer ſum, ut ſeducar ſermonibus tuis, & concutiar.* Maximus dixit: Non me vinces, aut contemnes tribunal meum. Andronicus dixit: *Neque nos vincimur a ſermonibus tuis, aut tormentis, aut iracundia tua; ſed adſumus in conſpectu tuo athletæ fortes in eum, qui nos confortat Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Nam ex parte forte ſentis & cognoſcis, Præſes, quoniam non timemus te, neque pœnas tuas.* Maximus dixit: Parentur mihi alia tormentorum genera proxima ſeſſione. Hic autem in vinculis ferreis recipiatur in cuſtodia, & a nullo videatur in imo carceris.

III INTERROGATIO

VII. Tertia ioterrogatio facta eſt io Anazarbo civirate. Maximus dixit: Vocate nequiſſimos & impios Chriſtianos. Demetrius centurio dixit: Præſto ſunt, domine. Maximus dixit: Si adhuc plagarum, & pœnarum, & cuſtodiarum vincula contemnis, audi me,

Tarachus tentatur.

Tarache, & recede a confeſſione tua impia, unde lucrum non habes; ſed ſacrifica diis, quoniam per ipſos omnia ſtant. Tarachus dixit: *Numquam bene ſit illis, ut per ipſos mundus gubernetur, quibus paratus eſt ignis & tormenta æterna; non ſolum illis, ſed & omnibus qui faciunt voluntatem illorum.* Maximus dixit: Non quieſcis, iniquiſſime, blaſphemare: aut putas, quia per impudentiam ſermonum tuorum caput tibi abſcindam, & recedas? Tarachus dixit: *Si ſic eſſet ut in compendio morerer, non magnum agonem haberem. Nunc autem fac, ut mihi in Domino creſcat agonizatio fidei.* Maximus dixit: Talia patiuntur & pares tui, qui ſunt in vinculis, a* legibus moriuntur. Tarachus dixit: *Hoc quod dicis, ſtultitia eſt mentis tuæ; quoniam qui operantur malum, male cum ratione moriuntur. Nos autem qui malum neſcimus, ſed propter Deum patimur, mercedem ſperamus accipere cæleſtem a Deo noſtro.* Maximus dixit: Maledicte & nequam, quam mercedem exſpectatis, male & ſceleſte conſummantes? Tarachus dixit: *Non tibi licet de hoc interrogare, neque ſcire quam præparavit DEUS nobis poſitam mercedem in cælis: propterea ſuſtinemus iram ſenſus tui.* Maximus dixit: Sic mihi loqueris, maledicte, tamquam conſors meus ſis? Tarachus dixit: *Ego conſors tuus non ſum, ſed habeo poteſtatem loquendi, & nemo poteſt me compeſcere, per eum qui me confortat: hic eſt DEUS.* Maximus dixit: Ego poteſtatem quam habes eradicabo a te, nequiſſime. Tarachus dixit: *Nemo aufert a me poteſtatem iſtam, neque pater veſter ſatanas.* Maximus dixit: Vel

* ex

γινώσκεις ἀσυνέτος ὤν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· αὗταί σου αἱ μωρολογίαι οὐδέν σε ὠφελήσουσιν· ἀλλὰ προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα μὴ κακῶς σε ἀπαλλάξω. Ἀνδρόνικος εἶπεν· τὸ ἅπαξ καὶ τὸ δεύτερον ὑπ' ἐμοῦ σοι ῥηθὲν ἕν ἐστιν. οὐ γὰρ παιδίον εἰμὶ δυνάμενον κολακείᾳ λόγων ἀπατᾶσθαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐ νικήσεις με καταφρονήσαντος ἐμοῦ καὶ τοῦ βήματός μου. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἡττηθῶμεν ταῖς τῶν λόγων καὶ βασανιστηρίων ἀπειλαῖς. ἕξεις δὲ ἡμᾶς γενναίους ἀθλητὰς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐνδυναμοῦντος ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. ἐκ μέρους δὲ τάχα καὶ σὺ γινώσκεις, ὑπατικέ, ὅτι οὐ φοβηθησόμεθά σε, οὐδὲ τοὺς αἰκισμούς σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· παρασκευασθήτωσάν μοι ποικίλα βασανιστήρια, τῇ ἑτέρᾳ περὶ αὐτοῦ ἐξετάσει. οὗτος δὲ ἐν ἀσφαλείᾳ σιδήρων γεγενημένος ἀναληφθήτω εἰς τὸ δεσμωτήριον, μηδενὸς αὐτοὺς ὁρῶντος ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς.

7. Τρίτη ἐξέτασις ἐν Μαμψίσοις. Φλάβιος, Γάϊος, Νουμεριανός, Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κάλει τοὺς τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν μύστας. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἑστήκασι, αὔγε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἢ οὖν τῇ τῶν πληγῶν ἀνοχῇ βούλει πεισθεὶς ἀπαλλαγῆναι, Τάραχε, τῆς ἀναιδοῦς σου ὁμολογίας, καὶ προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς, δι' οὓς τὰ πάντα συνέστηκεν. Τάραχος εἶπεν· μή σοι καλῶς, μήτε αὐτοῖς, ἵνα δι' αὐτῶν ὁ κόσμος κυβερνᾶται, οἷς ἡτοίμασται τὸ πῦρ καὶ ἡ αἰώνιος κόλασις· οὐ μόνον δὲ αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν ὑμῖν τὸ θέλημα αὐτῶν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐ παύῃ, μιαρώτατε, βλασφημῶν; ἢ νομίζεις διὰ τῆς τοιαύτης ἀναισχυντίας νικᾶν, ὅτι τὴν κεφαλήν σου λαβὼν ἀπαλλάττω σε; Τάραχος εἶπεν· εἰ ἦν μοι συντόμως ἀποθανεῖν, οὐκ ἦν τοῦτο μέγα ἀγώνισμα. νυνὶ δὲ ἐπιπλεῖον ποίει ὃ θέλεις, ἵνα μοι ἐν κυρίῳ ἡ προκοπὴ τῆς ἀθλήσεως αὐξηθῇ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ταῦτα πάσχουσι καὶ οἱ ἕτεροι δεσμῶται οἱ ὑπὸ τῶν νόμων αἰκιζόμενοι. Τάραχος εἶπεν· καὶ τοῦτό σοι τῆς ἀνοίας ἐστὶ καὶ τῆς πολλῆς τυφλότητος, μὴ γινώσκοντος ὅτι οἱ μὲν τῆς ἀδικίας ἐργάται ταῦτα δικαίως ὑπομένουσιν, οἱ δὲ πάσχοντες διὰ Χριστὸν, μισθὸν κομίζονται παρ' αὐτοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνόσιε καὶ μιαρώτατε, τίνα ὧν μισθὸν ἐκδέχεσθε τοῦ βίου κακῶς ἀπαλλάξαντες; Τάραχος εἶπεν· οὐκ ἔξεστί σοι οὐδὲ ἐπερωτᾶν περὶ τούτου, οὐδὲ μανθάνειν τὴν ἀποκειμένην ἡμῖν ἀντιμισθίαν. διὰ τοῦτο καὶ φέρομεν τὰς ἀπειλὰς τῆς ἀπονοίας σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὕτω μοι ὁμιλεῖς, ἀνόσιε, ὡς ὁμότιμός μου ὤν; Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ ὁμότιμός σου οὐκ εἰμί, ἀλλὰ μήτε γενοίμην ποτέ. παῤῥησίαν δὲ ἔχω τοῦ φθέγγεσθαι, καὶ οὐδεὶς κωλῦσαι δύναταί με, διὰ τὸν ἐνδυναμοῦντά με Θεὸν διὰ Χριστοῦ. Μάξιμος εἶπεν· ἐγώ σου τὴν παῤῥησίαν ταύτην ἐκκόψω, μιαρώτατε. Τάραχος εἶπεν· οὐδείς μου τὴν παῤῥησίαν ἀφαιρεῖται, οὔτε σὺ, οὔτε οἱ αὐτοκράτορές σου, οὔτε ὁ πατήρ σου ὁ Σατανᾶς, οὔτε οἱ δαίμονες οὓς θρησκεύεις πλανώμενος. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὅτι καὶ

λαλῶ

ἀλλὰ σοι, ἐν ἀπονοίᾳ σε κατέστησα, δυσσεβέστατε. Τάραχος εἶπεν· ἑαυτῷ καταγίνωσκε. ἐγὼ γὰρ, ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς μου ᾧ λατρεύω, ὅτι καὶ τὸ πρόσωπόν σου βδελύσσομαι, οὐ μόνον δὲ καὶ ἀποκριθῆναί σοι ἤθελον. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τὸ λοιπὸν λογισάμενος τὸ μὴ ἐπιπλεῖον αἰκίζεσθαί σε, θῦσον προσελθών. Τάραχος εἶπεν· ἐγὼ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ μου ὁμολογίᾳ τῇ ἐν Ταρσῷ, καὶ τῇ δευτέρᾳ ὁμοίως ἐξετάσει τῇ ἐν Μαμψίσοις[34], ὡμολόγησα Χριστιανὸν εἶναί με, καὶ νῦν ἐνταῦθα ὁ αὐτός εἰμι. πείσθητί μοι, μάθε τὸ ἀληθές. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀφ' οὗ σε βασανίσας ἀπολέσω, τί ὠφελήσεις μετανοῶν, πανάθλιε; Τάραχος εἶπεν· εἰ μετενόουν, τὰς πρώτας σου πληγὰς καὶ δευτέρας ἐφοβούμην ἄν, καὶ ἐποίουν τὸ θέλημά σου. νῦν δὲ ἑδραῖος ὢν, οὐ φροντίζω σου ἐν κυρίῳ. πρᾶττε ὃ θέλεις, ἀναιδέστατε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐπλεόνασά σου τὴν ἀναίδειαν ἐπιπλεῖον μὴ τιμωρούμενός σε. Τάραχος εἶπεν· καὶ πάλαι εἶπον, καὶ νῦν λέγω· ἐξουσίαν ἔχεις εἰς τὸ σῶμά μου, πρᾶττε ὃ θέλεις. Μάξιμος εἶπεν· δήσαντες αὐτὸν ἀναρτήσατε, ἵνα μὴ ᾖ μωρός. Τάραχος εἶπεν· μωρὸς εἰ ἤμην, ὅμοιός σου συνησέβουν ἄν σοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὡς ἀνήρτησαι, πείσθητί μοι, πρὶν ταῖς πρεπούσαις σοι βασάνοις ὑποπέσῃς. Τάραχος εἶπεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐκ ἔξεστί σοι κατὰ τοῦ σώματός μου, στρατιωτικὸν ὄντα οὕτως παρανόμως βασανίζειν, πλὴν οὐ παραιτοῦμαί σου τὰς ἀπονοίας, πρᾶττε ὃ θέλεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· στρατιώτης ὑπὲρ εὐσεβείας, θεοὺς τιμῶν καὶ σεβαστούς, δώρων καὶ προκοπῶν ἀξιοῦται. σὺ δὲ ἀσεβέστατος ὢν, ἀφοσίως ἄτιμος τετύχηκας. διὸ χειρόνως σε βασανισθῆναι κελεύω. Τάραχος εἶπεν· πρᾶττε ὃ θέλεις. πολλάκις γὰρ περὶ τούτου ἠξίωσά σε. τί ὅλως ἀναβάλλῃ; Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· μὴ νόμιζέ με οὕτως προσφέρεσθαί σοι, ὡς προεῖπον, ἵνα συντόμως σε ἀπαλλάξω τοῦ ζῆν. κατ' ὀλίγον σε τιμωρούμενος, θηρίοις τὰ λείψανά σου παραδώσω. Τάραχος εἶπεν· ὃ ποιεῖς, ποίει διὰ τάχους· μὴ λόγοις μόνον ἐπαγγέλλου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οἴει τὸ σῶμά σου μετὰ θάνατον ὑπὸ γυναικαρίων θεραπεύεσθαι καὶ μύροις ἀλείφεσθαι, μιαρώτατε; ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου μελήσει μοι, ὥστε τὰ λείψανά σου ἀφανισθῆναι. Τάραχος εἶπεν· καὶ νῦν αἴκιζε τὸ σῶμά μου, καὶ ἀποκτείνας ποίει ὃ θέλεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· θῦσον προσελθὼν, φημὶ, τοῖς θεοῖς. Τάραχος εἶπεν· εἶπόν σοι ἅπαξ, αἰσθήθητι, ὅτι οὔτε τοῖς θεοῖς σου θύω, οὔτε τοῖς βδελύγμασί σου προσκυνῶ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἅψασθε αὐτοῦ τῶν παρειῶν, καὶ τὰ χείλη αὐτοῦ διαρρήξατε. Τάραχος εἶπεν· καὶ τὰς ὄψεις μου ἠφάνισας καταισχύνας, μᾶλλον δὲ τὴν ψυχήν μου ἀνανεάζεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀναγκάζεις με, ἄθλιε, ἄλλως σοι προσενεχθῆναι. Τάραχος εἶπεν· μή με λόγοις φοβερίζειν νόμιζε. ἕτοιμός σοι εἰμὶ πρὸς πάντα, φέρων τὰ ὅπλα τοῦ Θεοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὅπλα

quia loquor tibi in adlectatione. Tarachus dixit : *Adlectatio tua tecum ſit. Ego enim, ſicut Deus novit cui ſervio, quoniam vultus tuus mihi horreſcit, etiam vel loqui tecum.* Maximus dixit : Jam nunc cogita apud te, ne in magna tormenta irruas. Accede, & ſacrifica. Tarachus dixit : *Ego jam & in prima confeſſione mea, & in ſecunda ſimiliter confeſſus ſum Chriſtianum me eſſe : & modo illud ſum quod ſum. Crede mihi, hoc non facio : non enim licet mihi ſacrificare.* Maximus dixit : Quid prodeſt duritia tua? quoniam tormentis te affligam, & poſtmodum pœnitebis ſtulte. Tarachus dixit : *Si pœniterem, in primis pœnis & in ſecundis pœnituiſſem, & voluntati tuæ conſenſiſſem. Nunc autem fortis ſum in Domino : fac quod vis, impudens.* Maximus præſes dixit : Verum dicis, quia impudens ſum, qui adhuc te ſuſtineo. Tarachus dixit : *Et tunc dixi, & nunc dico, habes poteſtatem corporis mei : fac quod vis.* Maximus dixit : Ligate eum, & ſuſpendite, quoniam ſtultus eſt. Tarachus dixit : *Stultus ſi eſſem, ſimilis tibi eſſem, & voluntati tuæ acquieſcerem.* Maximus dixit : Quoniam ſuſpenſus es, acquieſce, & ſacrifica, antequam ſecundum meritum tuum pœnas tibi adhibere faciam. Tarachus dixit : *Etſi non liceat tibi univerſas pœnas mihi adhibere* [35], *quia militaris fui : ſed ne exiſtimes quia acquieſcam iniquitati tuæ, omnes cogitationes pœnarum in me comple.* Maximus dixit : Milites ſemper pro ſalute *Militum privilegium.* Principum diis ſacrificant, ut promereantur dignitatem. Tu autem cum ſis peſſimus, quod & fugiſti militiam, propterea oportet te majora pati tormenta. Tarachus dixit : *Quid comminaris? frequenter tibi dico : fac quod vis impie.* Maximus dixit : Noli putare te ſemel damnari; ſed particulatim te exterminabo, & reliquias tuas beſtiis dabo. Tarachus dixit : *Quod facturus es, fac citius : noli ſermonibus promittere.* Maximus dixit : Putas quia mulierculæ aliquæ poſt mortem corpus tuum habent aromatibus vel unguentis condire, nequiſſime? Nam & modo cogitabo ut reliquias tuas exterminem. Tarachus dixit : *Et nunc quæ vis corpori meo adhibe, & poſt mortem fac quod vis.* Maximus dixit : Sacrifica prius. Tarachus dixit : *Sæpius tibi dixi, ſtulte, quod neque diis tuis, neque ignominiis veſtris ſacrificem.* Maximus dixit : Frangite ei faciem, & concidite ejus labia. Tarachus dixit : *Et ſi faciem meam exterminaſti, vivificaſti animam meam.* Maximos dixit : Exaſperas me, miſer; & alius tibi apparebo. Tarachus dixit. *Ne putes me timidum ſermonibus tuis : paratus ſum*

tibi

34 Edit. Μοψυεστίᾳ.

35 Ex Reſcripto Diocletiani ad Saluſtium præſidem, de quo Baron. ad an. 290. num. 19.

*tibi ad omnia*, *portans arma Dei*. Maximus dixit: Quæ arma portas, maledicte? Ecce nudus es, totus vulneratus. Tarachus dixit; *Tu ignoras. Non enim potes videre arma mea, quoniam cæcus es.* Maximus dixit: Suſtineo omnem vanitatem tuam. Non enim perdurans in reſponſionibus tuis exaſperas me, ut ſemel morti te tradam. Tarachus dixit: *Quid enim mali dixi, quod non poſſis arma mea videre? quia nec corpore, nec corde purus es, ſed impius devorator ſervorum Dei.* Maximus dixit: Non recte vivebas; ſed fallax huc uſque vixiſti ante tribunal meum. Tarachus dixit; *Nec talis eram, nec ſum fallax. Non enim dæmonia adoro, ſed Deum vivum, qui mihi dabit patientiam, & quid dicam & quid loquar ad te.* Maximus dixit: Abeſto a vanis cogitationibus tuis. Sacrificea, ut de anguſtiis iſtis libereris. Tarachus dixit: *Putas me ſtultum eſſe & inſenſatum, ut non in Deo meo confidens vivam in ſæcula? Nam tu ad horam temporalem curam corporis tui facis; animam autem tuam occidis in ſæcula ſæculorum.* Maximus dixit: Obeliſcos incendite, & ei ad mamillas [16] ponite. Tarachus dixit: *Et pejora iſtis ſi feceris, non convertes ſervum Dei, ut adorem ignominias & dæmonia.* Maximus dixit: Afferte novaculam, & abſcindite aures ejus. Caput autem ejus radite, & prunas ei ſuperimponite. Tarachus dixit: *Aures meas abſcidiſti, ſed aures cordis mei fortes ſunt & firmæ.* Maximus dixit: De novacula excoriate caput ejus, & prunas in capite ei imponite. Tarachus dixit: *Et ſi totum corpus meum decoriari jubeas, non recedo a Deo meo, qui me fortem facit ſuſtinere arma malitiæ tuæ.* Maximus dixit: Tollite obeliſcos, & incendite nimis, & ſub alas ejus ponite. Tarachus dixit: *Reſpiciat Deus hodie de cælo, & judicet.* Maximus dixit: Quem Deum vocas, maledicte? Tarachus dixit: *Quem tu neſcis, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua.* Maximus dixit: Non ſic te perdam, ſicut ante dixi, ut reliquias tuas mulierculæ in linteamine involvant, & cum unguentis & odoribus adornent: ſed, male & ſceleſte, jubeo te comburi, & cinerem corporis tui in omnem ventum diſpergam. Tarachus dixit: *Et antea dixi tibi, & nunc dico, fac quod vis: habes poteſtatem in hoc ſæculo.* Maximus dixit: Hic recipiatur in cuſtodiam, & ſervetur proximo muneri ad beſtias: alium autem offerte ante tribunal.

VIII. Demetrius centurio dixit: Præſto eſt, domine, Probus. Maximus Præſes dixit: Conſule tibi, ne in præteritas pœnas irruas, Probe. Nam ante te, qui voluerunt permanere in duritia ſua, poſtea pœnituit eos. Et tu ſacrifica, ut a nobis honoreris, & a diis

Probo tertio [illegible]

[16] al. *maxillas* ſeu *axillas*.

ποῖα, τρισκατάρατε, φέρεις, εἰπέ, γυμνὸς ὢν καὶ τραυματίας ὅλος; Τάραχος εἶπεν· σὺ μὲν ἀγνοεῖς ταῦτα· οὐδὲ γὰρ δύνασαι τὴν πανοπλίαν μου βλέπειν τυφλὸς ὤν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνέχομαί σου τῆς μανίας· οὐδὲ γὰρ διὰ τῶν ἀποκρίσεων παροξυνθεὶς, τοῦ σώματός σου θᾶττον ἀπαλλάξω σε. Τάραχος εἶπεν· τί γὰρ φαῦλον εἶπον; ὅτι οὐ δύνασαι, φημὶ, βλέπειν τὰ κατ' ἐμὲ, μὴ τῇ καρδίᾳ καθαρὸς ὢν, ἀλλὰ ἀσεβέστατος καὶ πολέμιος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐκ ὀρθῶς ζῆν καὶ πρότερόν σε ὑπολαμβάνω, ἢ γόητα, ὥς φασί τινες, πρὸ τοῦ βήματος ὄντα. Τάραχος εἶπεν· οὐκ ἐγενόμην τοιοῦτος, οὔτε νῦν εἰμι. οὔτε γὰρ δαίμοσι λατρεύω, καθάπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ Θεῷ τῷ διδόντι μοι τὴν ὑπομονὴν καὶ ὑποβαλόντι μοι λόγον καὶ ἔτι λαλήσω πρός σε. Μάξιμος εἶπεν· οὐδέν σε ὠφελήσουσιν οὗτοι οἱ λόγοι σου. θῦσον, ἵνα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῇς. Τάραχος εἶπεν· δοκεῖς με πάνυ μωρὸν εἶναι καὶ ἀνόητον, ἵνα μὴ τοῦ Θεοῦ ἀνεχόμενος ζήσω δι' αἰῶνος. ἀλλὰ σὺ τοῦ μὲν πρὸς ὥραν ὠφελοῦντος τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτείνοντος εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Μάξιμος εἶπεν· ὀβελίσκους πυρώσαντες, πρόθετε αὐτῷ κατὰ τῶν μαζῶν. Τάραχος εἶπεν· καὶ πλείονα τούτων ἐὰν ποιήσῃς, οὐ πείσῃς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ εἶξαί σοι, καὶ μορφὰς δαιμόνων προσκυνῆσαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· φέρετε ξυρὸν, καὶ ἀφέλετε αὐτοῦ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ξυρήσαντες, ἀνθρακιὰν ζέουσαν πυρώσατε αὐτήν. Τάραχος εἶπεν· τὰ ὦτά μου περιεῖλες. ἀλλὰ τῆς καρδίας μου στερεὰ ὄντα μένει βέβαια. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τῷ ξυρῷ τὸ δέρμα περιέλετε τῆς μιαρᾶς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ζεούσης ἀνθρακιᾶς πληρώσατε αὐτήν. Τάραχος εἶπεν· καὶ πᾶν τὸ σῶμά μου εἰ ἀποδεῖρης κελεύσεως σῆς, τοῦ Θεοῦ μου οὐκ ἀφίσταμαι τοῦ ἐνδυναμοῦντός με ὑπομένειν σου τὰ ὅπλα τῆς κακίας. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· λαβόντες τοὺς ὀβελίσκους τοὺς πεπυρωμένους, πρόθετε τὰς μασχάλας αὐτοῦ. Τάραχος εἶπεν· ἴδοι ὁ Θεὸς καὶ κρινάτω σε σήμερον. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ποῖον Θεὸν ἐπικαλῇ, τρισκατάρατε, εἰπέ μοι. Τάραχος εἶπεν· ὃν σὺ οὐ γινώσκεις ὄντα ἐγγὺς ἡμῶν, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐχ ἁπλῶς σε ἀναιρῶ, ἵνα, ὡς πάλαι εἶπον, τὰ λείψανά σου ἐν ὀθονίοις περιβαλοῦσι καὶ μυρίζουσαι προσκυνοῦσιν· ἀλλὰ κακῶς κακῶς σε ἀποκτείνας, καυθῆναι προστάττω, καὶ τὴν τέφραν τοῦ σώματός σου διαῤῥανῶ. Τάραχος εἶπεν· καὶ πάλαι σοι εἶπον, καὶ νῦν λέγω ὃ θέλεις ποίει· ἐξουσίαν ἔλαβες ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀναληφθεὶς εἰς τὸ δεσμωτήριον φυλαττέσθω τῇ ἑξῆς θηριομαχήσει. τὸν δὲ ἕτερον μετὰ τοῦτον προσάγαγε.

8. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἕστηκε, κύριε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐλογίσω ἑαυτὸν παραμυθησάμενος, μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, Πρόβε, οἷς καὶ σὺ πάλαι καὶ ὁ πρὸ σοῦ δυσυχέστατος ὑπομεμένηκεν; νομίζω δὲ τοῦτο καὶ πέπεισμαι ἐμαυτῷ, ὅτι σὺ φρόνιμος ὢν μετέγνως θῦσαι θέλων, ἵνα παρ' ἡμῶν τιμηθῇς, εὐσεβὴς τοῖς θεοῖς

ἐπι-

ἐπιδειχθείς. προσελθὼν τοῦτο πρᾶξον. Πρόβος εἶπεν· ὁ λογισμὸς ἡμῶν εἷς ἐστιν, ὑπατικέ· ἑνὶ γὰρ τῷ Θεῷ δουλεύομεν. μὴ νόμιζε δὲ ἕτερόν τι ἀκούειν παρ᾽ ἐμοῦ, ἢ ἀκήκοας καὶ μεμάθηκας· ὠφελήσεις δὲ οὐδὲν κολακεύων, οὐδὲ πείσεις ἀπειλούμενος, οὐδὲ μαλάξεις μου τὸ ἀνδρεῖον, ἐν οἷς φλυαρῶν ὁμιλεῖς. τολμηρότερος δὲ καὶ σήμερον παρέστηκά σοι, καὶ καταφρονῶ τῆς διανοίας σου. ὥστε τί περιμένεις [37], ἀνόητε, καὶ τὴν μανίαν σου οὐ γυμνοῖς; Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· νῦν συνεφωνήσατε τοὺς θεοὺς ἀρνησάμενοι δυσσεβῆσαι; Πρόβος εἶπεν· ἀληθῶς εἴρηκας, νῦν οὐκ ἐψεύσω, καίτοι ἀεὶ ψευδόμενος. συνωμόσαμεν γὰρ κατὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ ἄθλησιν καὶ ὁμολογίαν· διὸ καὶ ἐν κυρίῳ ἀντιστήκομέν σου τῇ κακίᾳ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πρὶν σε ἀτιμώτερον ὑπομεῖναι παρ᾽ ἐμοῦ, σκεψάμενος ἀπαλλάττου τῆς τοιαύτης σου μωρίας, καὶ ἐλεήσας σεαυτόν, θέλησον ὡς πατρὶ πεισθῆναί μοι, εὐσεβήσας τοὺς θεούς. Πρόβος εἶπεν· ἐπὶ πάντα ὁρῶ σε ἄπιστον, ὑπατικέ. ἀλλὰ πείσθητί μοι ὀμνύοντί σοι τὴν καλήν μου εἰς Θεὸν ὁμολογίαν, ὅτι οὔτε σύ, οὔτε οἱ δαίμονές σου οἷς θρησκεύεις πλανώμενος, οὔτε ὁ πατήρ σου ὁ Σατανᾶς, οὔτε οἱ δεδωκότες σοι καθ᾽ ἡμῶν τὴν ἐξουσίαν δυνήσονται ἀνατρέψαι ἡμῶν τὴν εἰς Θεὸν πίστιν καὶ εὔνοιαν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· δήσαντες αὐτὸν καὶ περιζώσαντες, ἐξ ἄκρων ποδῶν αὐτοῦ λαβόντες ἀναρτήσατε. Πρόβος εἶπεν· οὐ παύῃ δυσσεβῶν, ἀνοσιώτατε τύραννε, ὑπὲρ τῶν ὁμοίων σου δαιμόνων ἀγωνιζόμενος; Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πείσθητί μοι πρὶν σε παθεῖν, φεῖσαι τοῦ σώματός σου. ὁρᾷς πόσα σοι πρόκειται κακά; Πρόβος εἶπεν· πάντα μοι τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα, ὠφέλειά μου τῆς ψυχῆς γίνεται. διὸ ποίει ὃ βούλει. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πυρώσαντες τοὺς ὀβελίσκους, προσθέτε αὐτῷ κατὰ τῶν πλευρῶν, ἵνα μὴ ᾖ μωρός. Πρόβος εἶπεν· ὅσον σοὶ μωρὸς δοκῶ εἶναι, τοσούτῳ μᾶλλον τῷ Θεῷ μου φρόνιμός εἰμι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἔτι πυρώσαντες τοὺς ὀβελίσκους, τὸν νῶτον αὐτοῦ διακαύσατε. Πρόβος εἶπεν· πρόκειταί σοι τὸ σῶμά μου. ἴδοι ὁ Θεὸς ἐξ οὐρανοῦ τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὴν ὑπομονήν μου, καὶ διακρίνει μεταξὺ σοῦ καὶ ἐμοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὃν ἐπικαλῇ πανάθλιε, αὐτός σε παρέδωκεν κατ᾽ ἀξίαν τῆς προαιρέσεώς σου ταῦτα πάσχειν. Πρόβος εἶπεν· ὁ Θεός μου φιλάνθρωπος ὢν οὐδενὶ κακῶς ἀνθρώπῳ θέλει· ἀλλ᾽ ἕκαστος τὸ συμφέρον οἶδεν ἑαυτῷ, αὐτεξούσιος ὢν καὶ κύριος καθ᾽ ἑαυτὸν τοῦ ἰδίου λογισμοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐκχέατε αὐτῷ οἶνον ἐκ τοῦ βωμοῦ, καὶ κρέας βάλετε εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ. Πρόβος εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἴδε ἐξ ὕψους ἁγίου σου τὴν βίαν, καὶ κρῖνον τὴν κρίσιν [38] μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· πολλὰ ὑπομεμενηκώς, πανάθλιε, ἰδού, τῷ βωμῷ ἀπεγεύσω, τί λοιπὸν ἔχεις ποιῆσαι; Πρόβος εἶπεν· οὐδὲν μέγα ἔπραξας, ἀποντί μοι τῶν ἀκαθάρτων σου θυσιῶν ἐκχέας τῇ βίᾳ πως, ἵνα [39] οἶδεν ὁ Θεὸς τὴν προαίρεσίν μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καὶ ἔφαγες καὶ ἔπιες, ἀναίσθητε. ἐπαγγέλλου καὶ ἑαυτῷ

ſuſceptus ſis. Accede, & ſacrifica. Probus dixit: *Senſus noſter unus eſt, Præſes, quia uni Deo vero ſervimus. Noli putare te a nobis aliud audire, quam & audiſti, & didiciſti: quoniam non potes convertere nos, nec ira tua virtutem noſtram exſtinguere. Audax præſto ſum tibi hodie, contemnens omnem contentionem tuam. Ergo quid exſpectas?* Maximus dixit: Conſiliati eſtis invicem in malitia deos negare. Probus dixit: *Nunc verum dixiſti, & non es mentitus. Conſiliati enim ſumus ſuper ſalutem veritatis noſtræ, ut fortes athletæ contraſiſtamus in Domino malitiæ tuæ.* Maximus dixit: Antequam ſentias duritiam meam, conſiliare tibi, & recede ab his tormentis, & miſerere tui, ut pius ſis in deos. Probus dixit: *In omnibus te video infidelem, Præſes. Sed crede mihi juranti tibi bonam eſſe confeſſionem in JESUM CHRISTUM DOMINUM noſtrum: quoniam neque tu, neque dæmones, quibus errans ſacrificas, neque qui tibi dederunt iſtam poteſtatem in nobis, poſſunt pervertere a nobis fidem & caritatem, quam habemus in Domino.* Maximus dixit: Cingite eum, & pedibus ſurſum ſuſpendite. Probus dixit: *Non quieſcis delinquens, injuſte tyranne, ſuper ſimiles tibi dæmones agonizare?* Maximus dixit: Crede mihi, antequam patiaris, conſule corpori tuo. Vides enim quæ tibi præparantur mala. Probus dixit: *Omnia quæ a te facta fuerint mihi, in conſolationem animæ fiunt: ideo fac quod vis.* Maximus dixit: Ignite obeliſcos, & lateribus ejus apponite, ut non ſit ſtultus. Probus dixit: *Quantum tibi ſtultus videor, tantum aſtutior ſum in lege Domini.* Maximus dixit: Nimis ignite obeliſcos, & in dorſum ejus ponite. Probus dixit: *Subjectum eſt tibi corpus meum. Videat Dominus de cælo humilitatem meam & ſuſtinentiam meam.* Maximus dixit: Quem Deum vocas, miſer, ipſe tradidit te digne voluntati tuæ hæc pati. Probus dixit: *Deus noſter amator hominum eſt. Nulli hominum male vult: ſed unuſquiſque, prout eſt illi, facit, habens liberum arbitrium.* Maximus dixit: Infundite illi vinum, & carnes de ara mittite illi in os. Probus dixit: *Videat Dominus, & reſpiciat de altiſſimis ſedibus ſuis vim quam patior, & judicet judicium meum.* Maximus dixit: Multa ſuſtinuiſti, miſer, ecce jam de ſacrificio accepiſti. quid habes facere? Probus dixit: *Nihil magnum feciſti, mitteus mihi de inquinamentis veſtris, & infudiſti mihi vinum, vim faciens. Deus ſcit voluntatem meam.* Maximus dixit: Manducaſti, & bibiſti inde. Sed profitere hoc te

37 Edit. ὑπομένεις. 38 Edit. δίκην. 39 Edit. εἰδῇ.

te ſactorum, ut a vinculis iſtis libereris. Probus dixit: *Numquam tibi bene ſit, ut vincas propoſitum meum, & inquines confeſſionem meam. Hoc enim ſcire debes, quoniam, & ſi omne inquinamentum ararum tuarum totum liquas & infundis mihi, nihil inde inquinabor. Scit enim Deus, & videt vim quam patior.* Maximus dixit: Ignite obeliſcos, & ſuris ejus imponite. Probus dixit: *Neque ignis tuus, neque tormenta tua, neque pater tuus ſatanas poteſt pervertere ſervum Dei a confeſſione ſua.* Maximus dixit: Nec unum locum habes ſanum in corpore tuo. quid habes facere, inſenſate & miſer? Probus dixit: *Inde corpus meum tibi tradidi; ut anima mea ſana ſit, & incorrupta.* Maximus dixit: Clavos acutos uſtulate, & in manibus ejus figite. Probus dixit: *Gloria tibi, Domine, quoniam & manus meas dignatus es crucifigi in nomine tuo.* Maximus dixit: Multa tormenta vanum te fecerunt. Probus dixit: *Multa poteſtas non ſolum fatuum, ſed & cæcum te fecerunt. quod enim facis neſcis.* Maximus dixit: Injuſte, inſenſatum me dicis, & cæcum auſus es me dicere, quoniam ſuper pios deos agonizor? Probus dixit: *Utinam cæcus eſſes oculis, & non corde! nunc autem cum te ſperas videre, in tenebris es, & non vides.* Maximus dixit: Debilis toto corpore, inique, audes talia in me dicere, quoniam adhuc oculos tuos ſanos dimiſi in te? Probus dixit: *Etſi oculi mei non ſint in corpore meo propter iniquitatem tuam, ſed oculi cordis mei non poſſunt excæcari ab homine.* Maximus dixit: Ego eiiciam oculos tuos & in hoc cruciabo te, inſenſate. Probus dixit: *Noli ſolum ſermonibus hæc promittere, volens intimidare ſervum Dei: ſed ſi vere perfeceris quod dicis, non triſtabor. Inviſibilem enim oculum nocere non poteris.* Maximus dixit: Pungite oculos ejus, ut vivens minutatim a lumine iſto ſeparetur. Probus dixit: *Ecce & oculos corporis mei abſtuliſti: ſed numquam tibi bene ſis, crudeliſſime tyranne, ut poſſis oculos interiores tollere.* Maximus dixit: Totus in tenebris es, inique, & talia loqueris? Probus dixit: *Si ſcires tenebras quæ ſunt in te, magnificares me, impie.* Maximus præſes dixit: Mortuus es totus in carne, & non ceſſas de multiloquio, iniquiſſime? Probus dixit: *Uſquequo habeo ſpiritum meum in me, non tacebo in Deo meo, qui me fortem facit.* Maximus dixit: Poſt iſta tormenta vivere te ſperas? aut putas quia dimittam te lætum mori? Probus dixit: *In hoc pugnam agonizor, ut confeſſionem bonam & integram perficiam, & a te occidar ſine miſericordia.* Maximus dixit: Paullatim te plagis interficiam, ut dignus es. Probus di-

Probus excæcatur.

τῶν πράττειν, ἵνα καθαιρεθῇς τῶν δεσμῶν σου. Πρόβος εἶπεν· μή σοι καλῶς, παράνομε, ἵνα νικήσῃς μου τὴν ὁμολογίαν. τοῦτο γὰρ γίνωσκε ὅτι εἰ καὶ τῶν ἀκαθάρτων σου βρωμάτων ὅλων ἐκχέῃς μοι, οὐδέν με βλάψεις. τὴν γὰρ βίαν μου ὁρᾷ ὁ Θεὸς ἐν οὐρανῷ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καύσαντες τοὺς ὀβελίσκους, τὰς κνήμας αὐτοῦ διαφλέξατε. Πρόβος εἶπεν· οὔτε τὸ πῦρ σου, οὔτε αἱ βάσανοί σου, οὔτε, ὡς πολλάκις εἴρηκα, πατήρ σου ὁ Σατανᾶς πείσει τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἀποστῆναι τῆς εἰς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ὁμολογίας. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· οὐδὲν τοῦ σώματός σου ἔχεις ὑγιὲς τὸ λοιπὸν, καὶ ἔτι ἀσυνετεῖς, πανάθλιε; Πρόβος εἶπεν· τὸ σῶμά μου διὰ τοῦτο ἐξέδωκά σοι, ἵνα ἡ ψυχή μου ὑγιὴς διαμείνῃ καὶ ἄσπιλος. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἥλους ὀξεῖς πυρώσαντες πείρατε τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Πρόβος εἶπεν· δόξα σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι καὶ τὰς ἐμὰς χεῖρας κατηξίωσας ἡλωθῆναι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· αἱ πολλαὶ βάσανοι, Πρόβε, μωρότερόν σε γενέσθαι παρασκευάζουσιν. Πρόβος εἶπεν· ἡ πολλή σου ἐξουσία καὶ ἡ ἀμέτρητος κακία, ὦ Μάξιμε, ἀληθῶς οὐ μόνον μωρὸν, ἀλλὰ καὶ τυφλὸν ἐποίησάν σε· ἃ γὰρ πράττεις, οὐ γινώσκεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνόσιε, μωρὸν καὶ τυφλὸν τολμᾷς λέγειν τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θεῶν ἀγωνιζόμενον; Πρόβος εἶπεν· εἴθε τυφλὸς ἦς τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ τῇ καρδίᾳ· νῦν δὲ νομίζων βλέπειν, ἐν σκότει τυγχάνεις ὤν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνάπηρος εἰς ὅλον τὸ σῶμά σου αἰτιᾶσαί με, δύστηνε, ὅτι καὶ τοὺς ὀφθαλμούς σου εἴασα ἀκμὴν ὑγιεῖς εἶναι; Πρόβος εἶπεν· εἰ καὶ οἱ ὀφθαλμοί μου μὴ ὦσιν ἐν τῷ σώματί μου διὰ τὴν σὴν ὠμότητα, ἀλλ' οἱ ἐν τῇ καρδίᾳ μου τυφλωθῆναι ὑπὸ ἀνθρώπων οὐ δύνανται. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐγὼ ἐκκόψας τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐν τούτῳ σε τιμωρήσομαι, ἀνόητε. Πρόβος εἶπεν· μή μοι μόνον λόγοις ἐπαγγέλλου. οὐ γὰρ φοβερίσῃς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ καὶ ἔργοις τοῦτο πράξεις, οὐ λυπήσεις με· τὸν γὰρ ἀόρατον ὀφθαλμόν μου οὐκ ἂν ἀδικῆσαι δυνηθῇς. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἐκκεντήσατε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἵνα κἂν ζῶν ὀλίγον τοῦ φωτὸς ἀποστερηθῇ. Πρόβος εἶπεν· ἰδοὺ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ σώματος ἔλαβες, ἀλλὰ μή σοι καλῶς, ὠμότατε τύραννε, ἵνα δυνηθῇς ἐμὲ τοῦ ζῶντος ὀφθαλμοῦ στερῆσαι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ὅλος ὢν ἐν τῷ σκότει, πανάθλιε, λαλεῖς; Πρόβος εἶπεν· εἰ ᾔδεις τὸ ἐν σοὶ σκότος, ἐμακάριζές με, δυσσεβέστατε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· νεκρὸς ὢν ὅλον τὸ σῶμά σου, τοῦ φλυαρεῖν οὐκ ἀφίστασαι, δύστηνε; Πρόβος εἶπεν· ἕως ὅτε τὸ πνεῦμά μου ἐν ἐμοὶ μένῃ, οὐ παύσομαι λαλῶν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Θεῷ διὰ Χριστοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· μετὰ ταύτας βασάνους ζῆν ἔτι προσδοκᾷς, καὶ οὐκ οἶδας ὅτι οὐδὲ σεαυτῷ σε ἀποθανεῖν καταλείψω; Πρόβος εἶπεν· εἰς τοῦτο ἀθλῶ σοι καὶ ἀγωνίζομαι, ἐπικατάρατε, ἵνα ἡ καλή μου ὁμολογία τελεία γένηται, σοῦ μὲν ὁπωσδήποτε ἀποκτείναντος, ἀνελεήμον καὶ μισάνθρωπε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κατ' ὀλίγον σε ἀναιρῶ ταῖς πληγαῖς, ὡς

ἄξιος

ἄξιος εἶ. Πρόβος εἶπεν· ἐξουσίαν ἔχεις, ὑπερήφανε τυράννοις ὑπηρετῶν. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἄρατε αὐτὸν, καὶ δήσαντες σιδήροις φυλάττετε εἰς τὸ δεσμωτήριον, μή τις τῶν ὁμοφύλων αὐτοῖς πλησιάζων μακαρίζῃ αὐτοὺς, ἐφ' οἷς ἀσεβοῦντες ὑπομεμενήκασι παρ' ἐμοῦ, δηλαδὴ μετὰ τὴν δικασίμην θηρίοις παραδοθησόμενον. κάλει τὸν ἀποσιώπητον Ἀνδρόνικον.

9. Δημήτριος ἑκατοντάρχης εἶπεν· ἕστηκε, κύριε, δέομαί σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· κἂν νῦν τὸ νέον σου τῆς ἡλικίας ἐλεήσας, Ἀνδρόνικε, σώφρονα λογισμὸν ἔδωκας ἑαυτῷ τοῦ εὐσεβῆσαι εἰς τοὺς θεούς; ἢ ἔτι τῇ προτέρᾳ μανίᾳ κέχρησαι τῇ μηδὲν σε ὠφελῆσαι δυναμένῃ; εἰ μὴ βουληθεὶς ἀνέχεσθαί μου, καὶ θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ τοῖς τε αὐτοκράτορσι τιμὴν τὴν δέουσαν ἀπονεῖμαι, οὐκ ἕξεις παρ' ἐμοῦ τινὰ παραμυθίαν εἰκτῶ ἀδημίαν. ὥστε προσελθὼν θῦσον καὶ σώθητι. Ἀνδρόνικος εἶπεν· μή σοι καλῶς εἴη, πάσης ἀληθείας ἐχθρὲ καὶ ἀλλότριε, καὶ θηρίων ἀναιδέστατε τύραννε· τὰς ἀπειλάς σου πάσας ὑπήνεγκα, καὶ νῦν πείθειν με δοκεῖς ἐφ' οἷς ἀσεβῶν καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους τιμωρούμενος κελεύεις παρανομεῖν; ἀλλ' οὐ λύσεις μου τὴν ὁμολογίαν τὴν πρὸς Θεόν· ἕστηκα γὰρ ταῖς ὠμοτάταις ἐπινοίαις σου ἀγωνιζόμενος ἐν κυρίῳ, καὶ δείξω σοι τὴν νεανίαν καὶ εὔτονον φρόνησιν τῆς ψυχῆς μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· δοκῶ σε μαίνεσθαι, καὶ δαιμόνιον ἔχειν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· δαιμόνιον εἰ εἶχον, ἐπειθόμην ἄν σοι. νῦν δὲ ἄνευ δαίμονος ὢν ἀπείθομαι· δαίμων δὲ ὅλος εἶ καὶ τὰ τῶν δαιμόνων πράττεις. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· καὶ οἱ πρότερόν σου ἔλεγον ἅπερ ἤθελον πρὸ τῶν βασάνων· ὕστερον δὲ τῇ τῶν πληγῶν ὠμότητι πεισθέντες εὐσεβῆσαι τοῖς θεοῖς, εὐγνώμονες γεγόνασι περὶ τοὺς σεβαστοὺς, καὶ σπείσαντες αὐτοῖς ἐσώθησαν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· οὐδὲν ἔξωθεν τῆς κακῆς σου φρονήσεως λέγεις ψευδόμενος· καὶ γὰρ οἷς θρησκεύεις πλανώμενος, οὐχ ἑστήκασιν ἐν τῇ ἀληθείᾳ· ψεύστης γὰρ ὑπάρχεις ὡς καὶ ὁ πατήρ σου. διὸ κρινεῖ σε ὁ Θεὸς ἐν τάχει, ὑπηρέτα τοῦ Σατανᾶ καὶ πάντων τῶν δαιμόνων. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· εἰ μή σοι χρήσωμαι ὡς ἀσεβεστάτῳ καὶ καθαιρήσω σοι τὸ εὔτονον. Ἀνδρόνικος εἶπεν· οὐ φοβηθήσομαι ἀπό σου ἀπὸ τῆς ἀπειλάς σου ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· προσαγάγετε πῦρ καὶ κατ' ὀλίγον δεσμεύσαντες προσάψατε τῇ κοιλίᾳ αὐτοῦ. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἐὰν καὶ ὅλως καυθήσομαι ὑπὸ σοῦ, καὶ ἔτι ἐμπνέω, οὐ νικήσεις με, ἐπικατάρατε τύραννε. πάρεστι γὰρ ὁ ἐνδυναμῶν με Θεὸς ᾧ λατρεύω. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἕως πότε οὐ πείθῃ μωρὸς ὤν; κἂν ἑαυτῷ θέλησον ἀποθανεῖν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἕως ὅτε ζῶ, νικῶ σου τὴν κακίαν, ὅλως ὑπὸ σοῦ ἀναιρεθῆναι σπουδάζων· τοῦτο γάρ ἐστιν τὸ καύχημά μου ἐν Θεῷ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· προσαγάγετε αὐτῷ τοὺς ὀβελίσκους πεπυρωμένους κατὰ τῶν μεσοδακτύλων. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἀσύνετε καὶ Θεοῦ πολέμιε, πάσης ἐπινοίας τε τοῦ Σατα-

xit: *Habes poteſtatem, miniſtrans impiis & tyrannis.* Maximus dixit: Tollite, & ligate eum, & ſervate in cuſtodia: & nemo de ſodalibus eorum accedens magnificet eos, ſuper quod impii permanſerunt. a me autem proximo munere tradentur ad beſtias. Alium ſequentem ejus offerte injuſtiſſimum Andronicum.

IX. Demetrius centurio dixit: Præſto eſt, domine. Maximus præſes dixit: Vel nunc ætati tuæ conſule. Prudenti ſenſu cogitaſti tibi, ut ſis pius in deos? An adhuc in præterita immanitate voluntatis perſeveras, quæ tibi prodeſſe non poteſt? ſed voluntati meæ conſenti, & ſacrifica diis, quos & ipſi Principes honorant; honores autem reddent, quos & tu accipies. Nam nullam aliter a me conſolationem invenies. Ergo accede, & ſacrifica, & ſalvus eris. Andronicus dixit: *Numquam tibi bene ſit, ab omni veritate aliene, & atrocitate ferarum plene tyranne, omnem crudelitatem tuam oſtendis: & nunc quaſi perſuadebis mihi, in quo impie ſervos Dei crucians, iubet me extra legem facere? Sed non ſolves confeſſionem meam quam habeo in Deo. Aſſiſto duritiæ tuæ, & cogitationibus tuis agonizor in Domino. Oſtendam tibi ætatis continentiam, & virtutem ſapientis animæ.* Maximus dixit: Videris mihi quaſi rabidiare, & dæmonium habere. Andronicus dixit: *Si dæmonium haberem, conſentirem tibi. Nunc autem ſine dæmonio ſum, quia dæmoniis non acquieſco. Tu autem dæmon es totus, & quæ dæmoniorum ſunt, ipſa operaris.* Maximus dixit: Qui ante te voluerunt loqui, multa ante tormenta locuti ſunt quæ voluerunt; poſtea autem a plagis & pœnis quæ eis appoſitæ ſunt, confeſſi ſunt ſe eſſe pios diis & Principibus ſacrificantes, & ſalvati ſunt. Andronicus dixit: *Nihil extraneum operaris malitiæ cogitationis tuæ, mendacium dicens. nam quos colis, numquam in veritate ſteterunt. Judicet te Deus citius, omnium malorum miniſter.* Maximus dixit: Si non ſic egero, ſicut impius ero, deponam omnem ſuperbiam & virtutem tuam. Andronicus dixit: *Non timeo te, neque iram tuam. Reſiſtam tibi in nomine Domini Dei mei.* Maximus dixit: Date papyrum, & manipulos inde facite, & apponite ignem ventri ejus. Andronicus dixit: *Etſi totus urſero, & fuerit in me ſpiritus, non me vinces, maledicte. Præſto eſt enim qui me confortat Deus meus, cui ſervio.* Maximus dixit: Quouſque non acquieſces, inſenſate? Vel quæris leto tuo mori? Andronicus dixit: *Uſquequo vivo, vincam malitiam tuam. Totus feſtino a te interfici: gloria enim eſt mihi in Deo.* Maximus dixit: Incendite obeliſcos, & candentes ponite inter digitos ejus. Andronicus dixit: *Inſenſate, & Dei contemptor, omni cogita-*

*Andronici invicta confeſſio.*

*gitatione ſatanæ plenus es totus. Vides enim corpus meum uſtulatum a pœnis tuis; & putas quoniam timeo cogitationes tuas? Sed habeo Chriſtum in me: contemno te.* Maximus dixit: Iniquiſſime, non ſcis quem invocas Chriſtum, hominem quemdam factum ſub cuſtodia Pontii Pilati punitum, cujus & Acta repoſita ſunt. Andronicus dixit: *Obmuteſce, ſpiritus immunde. Non enim licet tibi loqui de hoc, inique. Si enim dignus eſſes, non deliquiſſes in ſervos Dei. Nunc autem ab ſpe ejus alienatus es. Non enim te ſolum perdidiſti, ſed & eos qui conſentiunt tibi, quibus vim facis, iniquiſſime.* Maximus dixit: Tu autem quod lucrum habes, immaniſſime omnium, fide & ſpe hominis, quem dicis Chriſtum? Andronicus dixit: *Lucrum magnum habeo, & habebo mercedem propter hæc omnia, quæ ſuſtineo.* Maximus dixit: Nolo tormentis aliis pœnas tibi adjicere, aut ſemel te morti tradere, ſed beſtiis te faciam dari, ut videas membra tua ſingula a beſtiis corrumpi ante exitum animæ tuæ. Andronicus dixit: *Inſenſate, & Dei contemtor, omni cogitatione ſatanæ plenus es totus, qui omnium beſtiarum ferocior es, & omnium homicidarum ſceleſtior, qui nihil delinquentes, neque accuſatores habentes pœnis interficis, ſicut homicidas. Ideo Deo meo ſervio, & condemno omnes auſteritates tuas. Adhibe ergo ſi qua putas tormenta, iniquiſſime, & invenies in Chriſto Domino meo virtutem meam.* Maximus dixit: Aperite os ejus, & immittite ei carnes de ara, & infundite ei vinum. Andronicus dixit: *Domine Deus meus, vide vim quam patior.* Maximus dixit: Quid jam habes facere, maledicte dæmon? In quos pius eſſe noluiſti, ut ſacrificares, jam guſtaſti de ara illorum. Andronicus dixit: *Inſenſate & tyranne, vim patientem cum periculo perfudiſti me eo, quod non me coinquinat, quia non voluntarie hoc feci; ſicut ſcit Deus, qui ſcrutatur cogitationes, qui potens eſt liberare me ab ira ſatanæ & miniſtrorum ejus.* Maximus dixit: Quouſque inſenſatus & inſcius loqueris ea, quæ te non ſalvabunt? Andronicus dixit: *Ego ſalutem meam a Deo exſpecto; ignorans autem ſum, ſi dolens iſta ſuſtineo.* Maximus dixit: Uſquequo ſtultitia ſeduceris, inſipiens? faciam tibi linguam incidi, ut vel ſic non multum loquaris. Inde me contemnis, quoniam adhuc ſuſtineo, & vanum te feci. Andronicus dixit. *In hoc te peto, ut abſcindas a me labia mea, & linguam, in quibus putas inquinamenta tua immiſiſſe.* Maximus dixit: Uſquequo ſuſtines, inſipiens, poſitum te in pœnis? Ecce, ſicut præcepi, guſtaſti de ſacrificiis. Andronicus dixit. *Numquam tibi bene ſit, tyranne, neque his qui tibi dederunt poteſtatem iſtam, ut acquieſcam tibi, & inquinamenta immundorum ſacrificiorum veſtrorum guſtem. Tu autem ſcito, quid egiſti cum ſervis Dei. Videat Altiſſimus, & judicet te.* Maximus dixit:

τὰ [40] μεςὸν ὅλον, ὁρῶν τὸ σῶμά μου καταπεφλεγμένον ὑπὸ τῶν βασάνων σου, νομίζεις ὅτι με φοβεῖσθαι τὰς ἐπινοίας σου; ἔχω δὲ τὸν Θεὸν ἐν ἐμοὶ ᾧ λατρεύω διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καταφρονῶ σου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· μωρὲ τοῦτο οὐκ οἶδας, ὅτι ὃν ἐπικαλῇ ἄνθρωπόν τινα γεγενημένον κακοῦργον, ὑπὸ ἐξουσίᾳ δὲ Πιλάτου τινὸς ἡγεμόνος ἀνηρτῆσθαι σταυρῷ, οὗ καὶ ὑπομνήματα κατάκεινται. Ἀνδρόνικος εἶπεν· φιμώθητι, ἐπικατάρατε, οὐκ ἔξεστίν σοι ταῦτα λέγειν· οὐ γὰρ ἄξιος εἶ λαλῆσαι περὶ τούτου, ἀσεβέστατε. εἰ γὰρ ἦς ἄξιος, μακάριος ὤν, οὐκ ἠσέβεις εἰς τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. νυνὶ δὲ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος ἠλλοτριωμένος, οὐ μόνον ἑαυτὸν ἀπώλεσας, ἀλλὰ καὶ βιάζῃ τοὺς σοὺς, παρανομώτατε. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· σὺ δὲ τί ὠφελήσεις, ἀπονενοημένος ὤν, τῇ πίστει καὶ τῇ ἐλπίδι τοῦ κακούργου ὅνπερ λέγεις Χριστοῦ; Ἀνδρόνικος εἶπεν· καὶ ὠφελήθην καὶ ὠφεληθήσομαι δι᾽ ὧν καὶ ταῦτα ὑφίσταμαι. * Ad. d. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· * βούλομαί σε βασανιστηρίοις χρησάμενος συντόμως ἀπαλλάξαι. ἀλλὰ θηρίοις παραδοθεὶς ἕκαστον τῶν μελῶν σου ἀναλισκόμενον ὁρῶν τοῦ ζῆν ἀπαλλάξεις. Ἀνδρόνικος εἶπεν· σὺ γὰρ οὐ πάντων τῶν θηρίων ἀγριώτερος εἶ, καὶ πάντων τῶν ἀνδροφόνων ἀποτομώτερος, ὅτι τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας ἢ κατηγορημένους ἐπ᾽ ἀδικίᾳ τινὶ ἐτιμωρήσω ὡς φονέας; ὅθεν ἐγὼ τῷ Θεῷ μου λατρεύω ἐν Χριστῷ, οὐ παραιτοῦμαί σου τὰς ἀπειλάς. πρόσαγε, εἴ τι νομίζεις, βασανιστήριον χαλεπώτατον, καὶ εὑρήσεις τὸ ἀνδρεῖόν μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνοίξαντες αὐτοῦ πρῶτον τὸ στόμα, ἐμβάλετε αὐτῷ κρέας τῶν βωμῶν, καὶ ἐγχέατε αὐτῷ οἶνον. ὁ δὲ ἅγιος εἶπεν· Κύριε ὁ Θεός μου, ἴδε τὴν βίαν μου. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· τί λοιπὸν ποιεῖς, κακοδαῖμον, εἰς οὓς εὐσεβῆσαι οὐκ ἠθέλησας καὶ θῦσαι, ἴδε ἀπεγεύσω ἐκ τῶν βωμῶν. Ἀνδρόνικος εἶπεν· μωρὲ καὶ τυφλὲ καὶ ἀνόητε τύραννε, βιαζόμενος μετὰ ἀνάγκης ἐνέχεάς μοι. οἶδεν ὁ Θεός, ὃς ἐμβατεύει τοὺς λόγους, ὃς καὶ δυνατός ἐστι ῥύσασθαί με ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ὑπηρετῶν αὐτοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἕως πότε μωραίνεις ἀσύνετος ὤν, καὶ φλυαρεῖς τὰ μηδέν σε ὠφελοῦντα. Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἐγὼ καὶ τὴν ὠφέλειαν προσδοκῶν ἐκ Θεοῦ ὑπομένω ταῦτα· ἀλλὰ σὺ οὐκ ἐπίστασαι ἢ ἀποβλεπόμενος καρτερῶ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἕως πότε μωραίνεις; γλωσσοτομήσω σε, ἵνα καὶ οὕτως μὴ φλυαρῇς. καταγινώσκεις μου, ὅτι ἀνεξικακῶν μωρότερόν σε ἐποίησα γενέσθαι. Ἀνδρόνικος εἶπεν· εἰς τοῦτο ἀξιῶ σε, περίελέ μου τὰ χείλη καὶ τὴν γλῶτταν ἐν οἷς ἔδοξας τὰ μιάσματά σου ἐπιβεβληκέναι μοι. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· ἀνόητε, διὸ μέχρι τοῦ νῦν καρτερεῖς τιμωρούμενος. ἴδε τούτων, ὡς εἶπον, ἀπεγεύσω. Ἀνδρόνικος εἶπεν· μή σοι καλῶς εἴη, τύραννε μιαρώτατε, μήτε τοῖς τὴν ἐξουσίαν ταύτην δεδωκόσι σοι, ἵνα ἐγὼ τῶν ἀσεβεστάτων θυσιῶν ἀλισγηθῶ. σὺ δὲ ὄψει τί ἐποίησας κατὰ τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ. Μάξιμος εἶπεν· τολμᾷς ὑβρί-

ζειν

40 forte μεςὸς ὅλος

ζειν τοὺς αὐτοκράτορας, ὦ κακὴ κεφαλή, τοὺς βαθεῖαν εἰρήνην τῷ κόσμῳ παρεσχηκότας; Ἀνδρόνικος εἶπεν· ἐγὼ καὶ ὕβρισα καὶ ὑβρίσω, λοιμοὺς ὄντας καὶ αἱμοπότας, οἵτινες τὸν κόσμον ἀνάστατον ἐποίησαν, οὓς ὁ Θεὸς τῇ ἀθανάτῳ χειρὶ αὐτοῦ, μὴ μακροθυμήσας εἰς αὐτούς, ἀμείψηται τῇ τοιαύτῃ παιδείᾳ, δι᾽ ἧς διωνήσονται γνῶναι ἃ πράττουσιν εἰς τοὺς δούλους αὐτοῦ. Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπεν· βαλόντες σίδηρον εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ καὶ τὴν ἀναιδῆ καὶ βλάσφημον γλῶσσαν αὐτοῦ περιέλετε, ἵνα μάθῃ μὴ βλασφημεῖν εἰς τοὺς σεβαστούς· καὶ τὴν γλῶτταν καὶ τοὺς ὀδόντας τῆς μιαρᾶς κεφαλῆς καύσατε. καὶ τεφρώσαντες αὐτά, πάντα διαῤῥάνατε, ὡς μή τινα τῶν ὁμοφύλων τῆς ἀσεβεστάτης αὐτοῦ θρησκείας γυναικάρια ἐπιτορήσαντα ἐπικομίσασθαι, καὶ φυλάττειν ὡς τίμια αὐταῖς ὄντα καὶ ἅγια. αὐτὸν δὲ λαβόντες φυλάττετε ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ παραδόντες, ἵνα ἅμα σὺν τοῖς ἀσεβεστάτοις ἑτέροις αὐτοῦ καταμιγεὶς, τῇ ἑξῆς θηρίοις παραδοθῶσιν. καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἐγένετο.

IX. Τὰ ἀκόλουθα τῆς ἐπιστολῆς πρὸς Ἰκονίους, τῶν ἕνδεκα ἀδελφῶν περὶ τῆς τελειώσεως τῶν μαρτύρων. Τῆς τοίνυν [41] τετάρτης ἐξετάσεως γινομένης τῶν ἁγίων μαρτύρων τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀνοσιώτατος Μάξιμος μετακαλεσάμενος Τερεντιανὸν Κιλικάρχην, αὐτὸν φιλοτιμῶν, ἐκέλευσε τῇ ἑξῆς πάνδημον θέαν ἐπιτελεῖν τῶν κυνηγίων τῇ πόλει· καὶ ὁ Τερεντιανὸς παραχρῆμα τοῖς ἐφεστῶσι τῶν θηρίων ἑτοίμους γενέσθαι διέταττεν. πρωΐας δὲ γενομένης πᾶσα ἡ πόλις σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις ἐξῄεσαν ἐπὶ τὸ στάδιον. ἦν γὰρ ὁ τόπος τῆς θεωρίας τούτοις ἀπὸ μιλίου μικρὸν πλείονος ἑνός. πληρωθέντος δὲ τοῦ ἀμφιθεάματος τῶν ὄχλων, ἀνίει ὁ ἀνοσιώτατος Μάξιμος ἐπιτελῶν καὶ συνθεωρῶν αὐτοῖς. ὡς δὲ καιρὸς εἶχε τῆς θέας αὐτοῖς, καὶ τὸ τῆς ἡμέρας μέσον ὑπεχώρει πολλῶν πεπτωκότων ἀνθρώπων, τούτων μὲν καὶ ἐκ τῶν σφαγιασθέντων ἀνθρώπων ὑπὸ τῶν δυλασίων μὲν μαχαίρᾳ, τούτων δὲ καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων ἀναιρεθέντων· ἡμῶν δὲ παραμενόντων καὶ παρατηρουμένων ἀνυπόπτως τὴν φυλακήν, στρατιῶται ἀποστέλλονται ἐξαίφνης ἀπὸ τοῦ μιαρωτάτου Μαξίμου, καί τινας ἀγγαρεύσαντες ἁπλῶς ἐπιτιθέασι φέρειν τοὺς μάρτυρας τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὸ θηριομαχεῖν· οὐ γὰρ οἷοί τε ἦσαν ἐπὶ τὸ βαδίζειν, ὡς ἐκ τῶν πληγῶν καὶ καυστηρίων ὀγκώμενοι. ὡς οὖν ἴδομεν τούτους ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν φερομένους, προσελθόντες ὀλίγον ἀνίημεν ἐν τῷ πλησίον ὄρει μετὰ σπουδῆς· καὶ καθίσαντες ἑαυτοῖς [43] συμπολλοῖς εὐχῶν τε καὶ δάκρυσιν καὶ στεναγμοῖς κατὰ τῶν πετρῶν ἡσυχάζομεν. τῶν δὲ ἁγίων εἰσαχθέντων εἰς τὸ μεσώτατον τοῦ ἀμφιθεάματος, καὶ γογγυσμοῦ οὐκ [44] ὀλίγου ὑπὸ τῶν ὄχλων γινομένου, τῶν μὲν χαλεπαινόντων ἐπὶ τῇ ἀνοσίῳ κρίσει τῶν καταδικασθέντων, τῶν δὲ τὴν θεωρίαν αὐτῶν ἀρνουμένων, ὡς ἐκ τούτου οὐκ ὀλίγους καταλελυθέναι λοιδορουμένους τῷ Μαξίμῳ. ὁ δὲ ἐκέλευσεν ἀποστείλας σημειοῦσθαι καὶ εὐδήλους

Maledieis Principes, o malnm capnt, qui diuturnam & almam pacem præſtiterunt. Andronicus dixit. *Ego maledixi & maledico poteſtates, & ſanguibibulos, qui ſæculum everternnt. quos Deus brachio ſua alto evertat, & conterat, & perdat, & det ſuper eos iram; ut ſciant quid agant in ſervos Dei.* Maximus dixit: Mittite ſerrum in os ejus, & excutite ei dentes, & malam & blaſphemam linguam excidite, ut diſcat non blaſphemare in Principes. Dentes autem ejus & blaſphemam linguam tollite, & comburite, & cinerem facite, & ubique ſpargite, ut nemo de conſortibus ejus impiis, aut de mulierculis aliqua colligat, ut ſervet, quaſi pretioſum aliquid aut ſanctum æſtimet. Ipſum autem tollite, & in enſtodia cuſtodite eum, ut ſimul cum conſortibus ſuis proximo munere offeratur beſtiis.

*Nota de ſanctis Reliquiis.*

X. Tertiam autem confeſſionem conſummaverant ita Martyres Dei. Impius autem & maledictus Maximus advucans ad ſe Terentiannm ſacerdutem eivitatis Ciliciæ [42], juſſit ei altera die parare munus civitatis. Et Terentianus mox juſſit his, qui præerant beſtiis, omnia parare. Mane autem facto omnis civitas, virorum & mulierum multitudo, exierunt in amphitheatrum. Eſt autem locus ſpectaculi a civitate mille paſſuum plus minus. Et cum impletum eſſet amphitheatrum populo, venit Maximus ut perficeret ſpectaculum. Et eum multæ horæ tranſiſſent, multorum jacentium corpora gladiatorum a feris devorata ſunt. Nus vero eum eſſemus in abſcunſo expectantes, & diligenter cuſtodientes, & cum umni metu reſpicientes; ſubitu jubet impius Maximus militibus ſuis, ut ſanctos Dei Martyres exhiberent. Milites autem angariaverunt homines, & impoſuerunt Martyres eis, & portaverunt eos ad amphitheatrum. Nou enim poterant ambulare a laceratione pœnarum, & ab exuſtione ignis. Quos ut vidimus a militibus adduci, aecedentes modicum in proximo gradu montis, cum feſtinantia poſuimus nos eum magna deprecatione lacrymarum in media fiſſura petrarum, & quievimus modicum. Et cum introdncti fuiſſent, in medio amphitheatri projecti ſunt, & factus eſt timor magnus, & murmur populi, dicentium. Injuſtus judex, qui ſic judicavit. Nam & multi ſpectaculum dimiſerunt, atque contemnentes ibant murmurantes adverſus Maximum. Maximus autem mandavit militibus ſuis, ut eos qui diſcedebant, notarent, ita ut poſtmodum

41 Edit. τρίτης

42 Græce dicitur Cilicarcha. quo nomine intelligendum puto Sacerdotem Communis Ciliciæ, quales erant in Aſia Aſiarchæ, de quibus ſupra pag. 30. Sacerdotes autem illi totius provinciæ templa ſub ſua habebant poteſtate, Flamines vero ſacra procurabant in opidis & municipiis. Vide Valeſii notas in Euſebii lib. 8. cap. 14.

43 Lege σὺν πολλαῖς εὐχαῖς.

44 Edit. ὀλίγα.

modum eos audiret. Juſſit autem feras multas laxari. Et cum exiſſent beſtiæ, non tetigerunt corpora ſanctorum: & plus iratus eſt impius Maximus, juſſit vocari cuſtodes ferarum, & juſſit eos cædi, & cum multa comminatione, dixit eis ut dimitterent atrociſſimam feram quam haberent. Illi autem a timore dimiſerunt urſum peſſimum, quem dicebant ipſa die tres homines occidiſſe. Et appropinquavit ad corpora ſanctorum, &

*Feræ mitescunt.*

nullum corpus contaminavit. Et cum tranſiſſet, venit ad ſanctum Andronicum, & ſedens lingebat vulnera ejus. Sanctus vero Andronicus poſuit caput ſuum ſuper urſum, & inſtigabat eum ut iraſceretur, & celerius redderet ſpiritum. Urſus autem quaſi mauſuetus ſubito factus eſt. Ira repletus Maximus juſſit ipſum urſum occidi, & ante pedes ſancti Andronici fuit occiſus. Miſit autem Terentianus ſacerdos Ciliciæ civitatis, metuens ne forte iraſceretur Maximus, & condemnaret eum: exire iuſſit leænam, quæ miſſa erat illi ab Herode [45] primo Antiochiæ. Et cum exiſſet leæna, timor & tremor erat in ſpectantibus, eo quod multum rugiret: & cum exiſſet, vidit corpora ſanctorum projecta, & venit ad beatum Tarachum, depoſuit ſe ante pedes ejus, quaſi eum adorans. Sanctus autem Tarachus trahebat manu eam ad ſe, ut iraſceretur beſtia, & celerius conſummaretur. Leæna autem cum magna manſuetudine ſecus beatum Martyrem, ſicut ovis, jacebat. Impius autem Maximus iracundia plenus, juſſit leænam provocari, quæ pruvocata cum magno rugitu poſticam confregit, ut omnis populus a pavore clamaret. Aperiatur leænæ.

XI. Tunc Maximus ira repletus vocavit ad ſe Terentianum ſacerdotem, & juſſit gladiatores introduci, ut ſanctos Dei Martyres gladio interficerent. Et ſtatim præceptum Maximi impletum eſt, & conſumti

*Martyres gladio interficiuntur.*

ſunt gladio. Et cum Maximus de amphitheatro receſſiſſet, reliquit ibi decem milites, ut corpora ſanctorum intermiſcerent inter corpora gladiatorum, ut non poſſent agnoſci. Hæc enm milites facerent, nos appropinquantes in proximo fiximus genua, orantes Altiſſimum, ut bonitas pietatis ejus nobis oſtenderet reliquias ſanctorum Martyrum. Et poſt orationem iterum appropinquavimus, & vidimus cuſtodes cœnantes, & focum ante ſe habentes propter vigilias noctis. Iterum fiximus genua, & oravimus Dominum, ut deſiderium noſtrum

καθίσασθαι τοὺς κατιόντας τῇ ἑξῆς αὐτῶν ὡς καταδικασθησομένων. θηρίων τε οὐκ ὀλίγων ἀπολυθέντων καὶ μὴ ἁψαμένων τῶν ἁγίων σωμάτων, ἐχαλέπαινεν ὁ Μάξιμος σφόδρα, καὶ μετακαλεσάμενος τὸν τῶν θηρίων ἐπιστάτην, ἐκέλευσε μαστίξας αὐτὸν οὐ μικρῶς, εἴ τι θηρίον εἴη χαλεπώτερον, τοῦτο ἀπολύεσθαι τοῖς καταδίκοις τὸ τάχος. ὁ δὲ τῷ τῆς ἀπειλῆς φόβῳ ἔντρομος γενόμενος, ἀνδροφόνον ἀπολύει ἄρκτον, ὥς τινες ἔλεγον, ὑπ' αὐτῆς τρεῖς ἄνδρας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀναιρεθῆναι. καὶ αὐτὴ δὲ ἀπολυθεῖσα ἐγγύς τε αὐτῶν γενομένη, τῶν μὲν λοιπῶν σωμάτων διαβᾶσα, ἐπέδραμε τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Ἀνδρονίκῳ, κἀκεῖθεν παρακαθεῖσα τὸν ἰχῶρα τῶν τραυμάτων ἀπέλειχεν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ γραφῇ· θῆρες ἄγριοι εἰρηνεύσουσί σοι. ὁ δὲ ἅγιος Ἀνδρόνικος προθεὶς τὸν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξεβιάζετο θυμῶσαι τὸ θηρίον, ὅπως ἁψάμενον αὐτοῦ, τοῦ ζῆν ἀπαλλάξῃ. ἡ δὲ ἄρκτος παραμείνασα συναπέπιπτε τῷ ἁγίῳ. καὶ θυμοῦ πλησθεὶς ὁ Μάξιμος ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀναιρεθῆναι. σφαγείσης δὲ αὐτῆς παρὰ τοὺς πόδας Ἀνδρονίκου ἀνέπεσεν. μεταπεμψάμενος δὲ ὁ Κιλικιάρχης, (δεδιὼς μήπως ὀργισθεὶς ὁ Μάξιμος ὑπόδικον αὐτὸν καταστήσοι) ἐκέλευσε λέαιναν τὴν ἀποσταλεῖσαν αὐτῷ παρὰ Ἡρώδου τοῦ Ἀντιοχέως Συριάρχου ἀφεθῆναι. καὶ ταύτης ἀπολυθείσης φόβος καὶ τρόμος εἶχε τοὺς θεατὰς, διὰ τὸ μετὰ μεγάλου μυκήματος καὶ βρυγμοῦ ταύτην ἐκβεβηκέναι. ἡ δὲ ὡς εἶδε τὰ ἅγια σώματα ἐρριμμένα, ἔρχεται πρὸς τὸν μακάριον Τάραχον, καὶ κύψασα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ προσεκύνησεν. ὁ δὲ ὅσιος Τάραχος τὴν χεῖρα ἐκτείνας καὶ τῶν τριχῶν τῶν ὤτων αὐτῆς ἁψάμενος, ἐφείλκετο πρὸς αὐτόν. ἡ δὲ ὥσπερ πρόβατον ἑλκόμενον [46] ἀντέτεινε τὴν χεῖρα ἡ ἀποσεισαμένη ἐπὶ τὴν θύραν ἔρχεται παρελθοῦσα καὶ τὸν ἅγιον Πρόβον. τοῦ δὲ ἐκπεπραγμένου Μαξίμου προστάττοντος μὴ ἀνοίγεσθαι αὐτῇ, ἡ λέαινα τοῖς ὀδοῦσι τῶν σανίδων ἁψαμένη, διαρρῆξαι ταύτας ἐβιάζετο, ὥστε τὸν ὄχλον φοβηθέντα φωνῆσαι· ἀνοίγεσθαι τῇ λεαίνῃ.

11. Ὥστε ἀγανακτήσας ὁ Μάξιμος καὶ τὸν Τερεντιανὸν αἰτιασάμενος, ἐκέλευσεν [47] μαχαιροφόρους τῶν [48] λυδαρίων εἰσελθεῖν καὶ ἀποσφάττειν αὐτούς. καὶ τούτων ἀναιρεθέντων ἐν φόνῳ μαχαίρας, κατιὼν τῆς θέας ὁ Μάξιμος, δέκα στρατιώτας καταλιμπάνει, καὶ τὰ σώματα τῶν ἁγίων μαρτύρων μετὰ τῶν ἀκαθάρτων καὶ βεβήλων σωμάτων ῥιφέντα φυλάττεσθαι κελεύει. ἦν γὰρ τὸ λοιπὸν σκότος. ὡς ἂν τὸ προσταττόμενον ἐγένετο, καὶ τὰ σώματα καταμιγέντα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐφυλάττετο· ἡμεῖς δὲ ὀλίγον ἀποβάντες ἀπὸ τοῦ ὄρους, θέντες τὰ γόνατα, εὐχὴν ἐποιούμεθα πρὸς τὸν ὕψιστον Θεὸν, ὅπως τῇ ἀγαθῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ ἀξιωθείημεν ῥύσασθαι τῶν ἁγίων μαρτύρων αὐτοῦ τὰ λείψανα. εὐξαμένων δὲ ἡμῶν, πάλιν ὀλίγον τοῦ ὄρους καταδραμόντες, ὁρῶμεν τοὺς μὲν φύλακας εὐωχουμένους, πυρὰν δὲ πλησίον τῶν σωμάτων ἐκκαιομένην. καὶ πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω μικρὸν ἐλθόντες, καὶ κάμψαντες τὰ γόνατα, σὺν μεγάλῃ φωνῇ ᾐτούμεθα τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ ἐν πτώμα-

45 Hic dicitur in Græco *Syriarcha*, de quo idem dicendum ac ſupra de Ciliciarcha.

46 Forte ut in edit. ὡς ἀντέτεινε.. τὴν χεῖρα δὲ ἀποσεισαμένη, &c.

47 Edit. melius, μαχαιροφόρους. 48 λυδαρίων. ut ſupra.

πνεύματι ἁγίῳ ἐπινεῦσαι τοῖς αἰτουμένοις αὐτὸν δοῦναι βοήθειαν ἐξ ὕψους αὐτοῦ, τοῦ λυτρώσασθαι τὰ ἅγια σώματα ἐκ τῶν ἀκαθάρτων καὶ μιαρῶν σωμάτων. παραχρῆμα δὲ σεισμοῦ γενομένου οὐ μικροῦ, βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ τὸν ἀέρα συνήλαυνον, καὶ πολλοῦ σκότους γενομένου σφοδροτάτου, εἰς ἔκπληξιν οὗτοι κατεφέροντο. μετ᾽ ὀλίγον δὲ τοῦ ἀέρος παυσαμένου, πάλιν εὐξάμενοι ἀπῄειμεν ἐπὶ τὰ σώματα, καὶ εὑρίσκομεν τὰ φῶτα κατεσβεσθέντα ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, τοὺς δὲ φύλακας ὑποχωρήσαντας. θεωρήσαντες δὲ μετὰ πολλοῦ θάρσους ἐπλησιάσαμεν· μὴ δυνάμενοι δὲ εὑρεῖν τὰ σώματα τῶν ἁγίων, τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείναντες, ἐδεόμεθα τοῦ Θεοῦ γνωρίσαι ἡμῖν ποῖά εἰσι τὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαρτύρων λείψανα. ἐξαίφνης δὲ ὁ πανελεήμων Θεὸς τῇ ἀπαραθέτῳ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ λαμπαδοῦχον ἀστέρα ἐξ οὐρανοῦ καθίησι. καὶ οὗτος καθ᾽ ἕκαστον σῶμα ἐπιτιθέμενος ἐδήλου ἡμῖν τὰ σώματα τῶν δούλων αὐτοῦ. καὶ ἁρπάσαντες μετὰ χαρᾶς τὰ τούτων λείψανα, ἀνῄειμεν ἐπὶ τὸ πλησίον ὄρος, δεόμενοι τοῦ Θεοῦ τοῦ συνευδοκήσαντος ἡμῖν. ἀπελθόντες οὖν ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῦ ὄρους, καὶ ταῦτα ἀποθέμενοι, καὶ μικρὸν ἀναπαυσάμενοι· ὅπου δ᾽ ἂν παρετίθεμεν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων, εὐχὴν ἐποιούμεθα πρὸς τὸν Θεὸν πληρῶσαι τὸ ἔργον ἡμῶν ὃ προεθέμεθα. ἐπήκοος γίνεται ὁ πανελεήμων Θεός, καὶ τὸν ἁγιώτατον ἀστέρα πάλιν καθίησιν ὁδηγήσαντα ἡμᾶς, κἀκεῖθεν πάλιν ἐν ἀγαλλιάσει κουφίσαντες τὰ σώματα, εἰς τὸ ἕτερον μέρος τοῦ ὄρους ἀνεκύπτομεν, καὶ μικρόν τι καταδραμόντες, τοῦ ἀστέρος ἡμᾶς καταλείψαντος, πέτραν κοίλην διασκοπήσαντες, κρύπτομεν τὰ σώματα, φοβηθέντες τὴν μέλλουσαν ἀναζήτησιν γενέσθαι ὑπὸ Μαξίμου. μετὰ πολλῆς οὖν ἀκριβείας ταῦτα πράξαντες, κατέβημεν ἐπὶ τῆς πόλεως ὀψόμενοι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι περὶ τούτων. ἡμερῶν δὲ τινῶν [illegible] διελθουσῶν, καὶ τοῦ Μαξίμου τῆς πόλεως ἀνακεχωρηκότος, καὶ τῶν φυλάκων τιμωρηθέντων ἐπὶ τῇ γενομένῃ κλοπῇ τῶν ἁγίων μαρτύρων, ὑμνήσαντες τὸν ἁγιώτατον ὕμνον πρὸς τὸν Θεὸν ἠγαλλιῶμεν, πολλὴν πρόφασιν ἐν Χριστῷ κεκτημένοι. ἐγὼ μὲν Μαρκίων καὶ Φῆλιξ καὶ Βῆρος [50], παραμείνωμεν τῇ ἁγίᾳ ἀναλήψει αὐτῶν, ἵνα καὶ τὸν τόπον τῶν ἁγίων λειψάνων ἀσφαλισώμεθα· ἅμα δὲ καὶ τὸν βίον ἡμῶν ἐνταῦθα κρίναντες ἀναλῦσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς καταξιωθῶσι τὰ σώματα ἡμῶν ἀποτεθῆναι. οἱ δὲ λοιποὶ τὸν Θεὸν αἰνέσαντες ἐφ᾽ οἷς ἡμᾶς κατηξίωσεν· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμή, προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. προπεμφθέντες ὑφ᾽ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ὥρμησαν, οὓς προσδέξασθε μετὰ φόβου καὶ πολλῆς αἰδοῦς, ὄντας ἐργάτας τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, μνημονεύοντες καὶ ἡμῶν ἐν ταῖς δεήσεσι πρὸς τὸν Θεόν.

impleret, & de alta ſede ſua auxilium nobis mitteret, & ſanctorum nobis corpora oſtenderet. Tunc ſubito terræ motus factus eſt magnus, & tonitrua, & fulgura, & nimia tempeſtas imbrium deſcendebat; & cum tempeſtas ceſſaſſet, iterum oravimus, & ad corpora appropinquavimus, & invenimus focum a tempeſtate extinctum. Cuſtodes autem fugerunt ab ira, & terræ moto, & imbrium tempeſtate. Et cum corpora inquireremus, manus ad cælum levavimus, deprecantes Deum, ut nobis oſtenderet reliquias ſanctorum. Subito miſericors Deus ſtellam ſplendidam de cælo miſit, quæ ſedebat ſuper ſingula corpora ſanctorum: & nos cum gaudio rapuimus corpora ſanctorum. Sanctus autem ſplendor ſtellæ antecedebat nos, iter demonſtrans. Et cum fuiſſemus in via præ laſſitudine defecti, depoſuimus corpora, & pauſavimus: ſtella autem a nobis non recedebat. Et cum cogitaremus ubi corpora beatorum Martyrum abſconſe ſepeliremus, deprecati ſumus Deum, ut opus quod erat inchoatum, ipſe perficeret per nos. Et fortitudine repleti, bajulanteſque corpora ſanctorum, venimus in quamdam partem montis: & cum a nobis ſtella receſſiſſet, vidimus in parte montis petram apertam, in qua Sanctorum corpora collocavimus; metuentes futuram inquiſitionem a Maximo, cum magna diligentia eos abſcondimus. *Sepeliuntur.* Tunc redeuntes ad civitatem, venimus cognoſcere quid actum eſſet, & invenimus cuſtodes jam punitos a Maximo, eo quod ſanctorum corpora non inveniſſet. Nos autem exultantes, hymnum diximus Deo, eo quod dignatio Chriſti per nos fuiſſent operata. Ego Martius [49], & Felix, & Verus, ibidem reliquum vitæ noſtræ tempus facere cupimus, ut cum ipſis digna ſint corpora noſtra poni: & in magna gloria benediximus Deum in omnibus quæ fecit nobiſcum, cui eſt honor & poteſtas in ſæcula ſæculorum, amen. Quos mittimus ad vos, ſuſcipite eos cum magno gaudio caritatis. Sunt enim operarii Dei Chriſti. *Chriſtus Deus.* Habete nos in gratia Dei in memoria, cui eſt honor in omnia & in omnibus in Chriſto Jeſu Domino noſtro cum Spiritu ſancto ante omnia ſæcula, & nunc & ſemper & in omnia ſæcula ſæculorum, amen.

*In Editione Bigotiana habetur additamentum, quod hic latine & græce referre viſum eſt.*

Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ ἐτελειώθησαν οἱ ἅγιοι μάρτυρες τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνελήφθη-

Porro ſancti Martyres anno primo perſecutionis conſummati ſunt, & aſſumti ſunt.

49 MS. Marcion.

50 Edit. Σαρβῆς Allatii cod. Βαρσαβᾶς.

ſunt die ante quinque Idus Octobris, qui eſt undecimus Hyperberetis, hoc eſt, Octobris. Proxima vero nocte in monte depoſitæ ſunt reliquiæ ſanctorum Martyrum Probi, Tarachi & Andronici jacentium in glorioſa urbe Anazarbo, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum.

σαν τῇ πρὸ πέντε εἰδῶν ὀκτωβρίων, ἥτις ἐστὶν ὑπερβερεταίου πέμπτῃ ὀκτωβρίου ιά. καὶ τῇ πλησιαζούσῃ νυκτὶ ἐτέθη ἐν τῷ ὄρει τὰ σκηνώματα τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου τῶν προκειμένων ἐν Ἀναζάρβῳ τῇ ἐνδόξῳ πόλει. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

## ADMONITIO

### In Acta S. CRISPINÆ Martyris.

*Acta unde habita.* 1. CRiſpinam inter Africanas Martyres celeberrimam fuiſſe teſtatur Auguſtinus variis in locis, cujus Acta quæ tandiu in tenebris delituerant, reperit tandem noſter Johannes Mabillonius in veteri cod. mſ. antiquiſſimi monaſterii noſtri ſancti Theodorici prope urbem Remorum, eaque tomo 3. Analectorum vulgavit, unde tranſcripta, & cum altero cod. mſ. ejuſdem monaſterii collata ea proferimus, digna ſane quæ inter pretioſiora Eccleſiæ Catholicæ cimelia locum obtineant.

2. Verum cum in his Actis ſola martyrii ſeries exponatur, nonnulla de ſanctæ *Criſpina a S. Aug. laudata.* Criſpinæ genere & fortitudine ex Auguſtino præferenda ſunt. *Sæviebant*, inquit Enarratione in pſalm. 120. num. 13. *perſecutores in Criſpinam, cujus hodie natalitia celebramus; ſæviebant in feminam divitem & delicatam: ſed fortis erat, quia Dominus tegumentum ejus... Hanc enim, Fratres, numquid eſt qui in Africa ignoret? Clariſſima enim fuit, nobilis genere, abundans divitiis: ſed hæc omnia ſiniſtra erant, ſub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput, & ſiniſtra illi objecta eſt, &c.* In pſalmum vero 137. num. 3. ſic de eadem ſancta Martyre loquitur. *Quomodo gaudebat ſancta iſta Criſpina, cujus hodie ſollemnitas celebratur? Gaudebat cum tenebatur, cum ad judicem ducebatur, cum in carcerem mittebatur, cum ligata producebatur, cum in cataſta levabatur, cum audiebatur, cum damnabatur: in his omnibus gaudebat, & eam miſeri miſeram putabant, quæ coram Angelis gaudebat.* Eam denique in aliis paſſim locis data occaſione laudat, ejuſdem ſcilicet enarrationis num. 14. & 17. & ſerm. 286. & 354. ubi ipſam cum Agnete comparat, utpote quæ non minus digna martyrio fuerit, licet non virgo, quam Agnes quæ virginitate præpollebat.

3. Paſſa eſt ſancta Criſpina ſub Anulino proconſule apud Coloniam Thebeſti- *Martyr. tempus.* nam, & quidem anno CCCIV. ut videtur, quo anno maxime in Africa ſæviebat perſecutio adverſus Chriſtianos; unde in conſulum deſignatione, quæ in uno cod. habetur Diocletiano II. pro IX. irrepſiſſe dicendum eſt. An vero Colonia Thebeſti- *Locus.* na a Thebeſte civitate Numidiæ diſtinguenda? Certe Anulinum in Proconſulari, & Florum in Numidia adverſus Chriſtianos tunc temporis ſæviiſſe ſcribit Optatus Milevitanus epiſcopus lib. 3. Quin *Thagarenſis* Criſpina dicitur. Duplex autem eſt civitas Thagara, una in Proconſulari, ubi Fideles perſequebatur Anulinus; altera in Byzacena. quamvis in Numidia Thagura civitas occurrat, etiamnunc, licet exigua, perſeverans. Et certe Numidiæ perſecutor in Actis ſancti Mammarii Anulinus dicitur, cui fortaſſis Florus, aut ipſe Floro ſucceſſit. Ut ut ſit, Criſpinæ feſtum in Africa fuiſſe celebre patet ex locis Auguſtini ſupra laudatis, & ex Kalendario vetuſtiſſimo eccleſiæ Carthaginenſis, ubi, *Nonis Decembris ſanctorum Bili, Felicis, Potamiæ, Criſpinæ & comitum* natale indicatur. Quamvis non adeo certum ſit, an hæc Kalendarii verba de noſtra Criſpina intelligenda ſint. Criſpina enim apud Adonem, Uſuardum, alioſque Martyrologiorum ſcriptores ſolitarie recolitur: illa vero Martyrologia, quæ plures ſimul exhibent, non *Criſpinam*, ſed *Criſpinum* habent, præter unum antiquiſſimum Antverpienſe, ex his quæ ſancto Hieronymo attribuuntur apud Florentinium. Et ſane Anulinus in Actis num. 3. Maximam, Donatillam & Secundam Criſpinæ conſortes appellat. & Criſpina in colonia Thebeſtina; Julius vero, Potamia, Criſpinus, Felix, Gratus, & alii ſeptem Thaguræ conſummati dicuntur. At facilis eſt Criſpinæ in Criſpini nomen mutatio. Sic in Actis ſancti Mammarii, qui initio Criſpinus dicitur, non videtur diſtingui debere a Criſpina, quæ poſtea cum Laurentio, Fauſtino & Fauſtina decollata perhibetur. Nemo neſcit in veteribus ſcriptis literam *e* in *i* & viciſſim mutari.

ACTA

Anno Chriſti circ. 304.

# ACTA
## Sanctæ CRISPINÆ Martyris.
*Ex 2. codd. mſſ. S. Theoderici prope Remos.*

I. DIncletiano & Maximiano [1] conſulibus, die Nonarum Decembrium [2], apud Colnniam Thebeſtinam, in ſecretario pro tribunali adſidente Anulino proconſule, Cnmmentarienſe Officinm dixit: Thagarenſis CRISPINA, quæ legem dnminorum Principum contemſit, ſi jubes, audiatur. Anulinus proconſul dixit: Inducatur. Et inducta beata Criſpina, Anulinus proconſul dixit: Præcepti ſacri jam cognoviſti ſententiam? Beata Criſpina reſpondit: *Quid illud præceptum ſit, neſcio*. Anulinus proconſul dixit: Ut nmnibus diis nnſtris prn ſalute Principum ſacrifices, ſecundnm legem datam a dnminis noſtris Dincletiann & Maximiann piis Auguſtis, & Conſtantio nnbiliſſimo Cæſare. Beata Criſpina reſpnudit: *Numquam ego ſacrificavi, nec ſacrifico niſi uni Deo, & Domino noſtro Jeſu Chriſto filio ejus, qui natus eſt, & paſſus*. Anulinus proconſul dixit: Amputa ſuperſtitionem, & ſubjuga caput tuum ad ſacra denrum nnſtrorum. Beata Criſpina reſpnndit: *Cottidie veneror Deum meum, præter quem alium non novi*. Anulinus proconſul dixit: Dura es & cnntemtrix, & incipies vim legum invita ſuſtinere. Beata Criſpina reſpondit: *Quicquid emerſerit* [3], *pro Fide mea quam teneo, libenter patiar*. Anulinus prnconſul dixit: Vanitas eſt tanta animi tui, ut jam non dimiſſa ſuperſtitione ſacra numina venereris? Beata Criſpina reſpnndit: *Cottidie veneror, ſed Dominum meum, præter quem alium non novi*. Anulinus proconſul dixit: Egn ſacrum præceptum offeram quod obſerves. Beata Criſpina reſpondit: *Præceptum obſervo, ſed Domini mei Jeſu Chriſti*. Anulinus proconſul dixit: Perdes caput, ſi nnn obediens fueris juſſis Imperatnrum dominnrum nnſtrorum, quibus deſervire cogeris ſubjugata. quod & nmnis Africa fecit; nec tibi dubium eſt. Beata Criſpina reſpondit: *Numquam ſit illis bene, ut me dæmoniis faciant ſacrificare: ſed ſacrifico Domino, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt*. Anulinus proconſul dixit: Ergn iſti dii non ſunt a te accepti, quibus exhibere cognoſceris [4] famulatum, ut ſalva pervenias ad devotionem? Beata Criſpina reſpondit: *Nulla devotio eſt, quæ opprimi cogit invitos*. Anulinus proconſul dixit: Sed utinam devota ſequaris, ut in templis ſacris flexo capite diis Romannrum tura immnles. Beata Criſpina reſpondit: *Hoc non feci aliquando ex quo nata ſum, nec novi; nec facio uſquequo vita vixero*. Anulinus prnconſul dixit: Sed fac, ſi vis a legum ſeveritate immunis evadere. Beata Criſpina reſpondit: *Quod dicis non timeo. hoc nihil eſt; Deum autem qui in cælis eſt, ſi contemſero, ſacrilega ero, & ſemel me perdet, ut non inveniar in* [4] *illo die venturo*. Anulinus procnnſul dixit: Sacrilega nnn eris, ſi ſacris nbtemperes juſſinnibus. Beata Criſpina reſpondit: *Quid vis? ut ſim ſacrilega apud Deum, & apud Imperatores non ſim? Abſit. Deus magnus & omnipotens eſt, qui fecit mare & herbas virides, & aridam terram; homines autem, facti ab ipſo, quid mihi poſſunt præſtare?* Anulinus prncnnſul dixit: Cnle religinnem Romanam [5], quam & dnmini noſtri invictiſſimi Cæſares, & nns ipſi nbſervamus. Beata Criſpina reſpondit: *Deum novi tantum. nam illi dii lapides ſunt, & figmenta manuum hominum facta*. Anulinus prnconſul dixit: Blaſphemiam lnqueris. nam non prnſequeris quæ ſaluti tuæ conveniunt. Et adjecit Anulinus proconſul, & Commentarienſe officio

Margin notes: Criſpina confeſſa. — * f. cogeris. — Minas [illegible].

[1] In cod. edito *Diocletiano II. & Maximiano Auguſtis coſſ.*
[2] Dies nullatenus exprimitur in altero mſ.
[3] Al. mſ. emiſerit.
[4] Al. mſ. ab.
[5] Al. mſ. humanam.

Jubetur proconſule decalvari. officio dixit: Ad omnem deformitionem deducta, a novacula ablatis crinibus decalvetur, ut eius primum facies ad pompam perveniat. Beata Criſpina reſpondit: *Loquantur ipſi dii, & credam. Ego ſi ſalutem non quærerem audiendam *, ante tribunal tuum non eſſem.* Anulinus proconſul dixit: Diu vivere deſideras, aut mori in pœnis, ſicut & ceteræ conſortes tuæ, MAXIMA[6], DONATILLA & SECUNDA? Beata Criſpina reſpondit: *Si mori vellem, & in interitum animam meam tradere, & in ignem æternum; tuis dæmoniis darem voluntatem meam.* Anulinus proconſul dixit; Caput tibi incidam, ſi deos venerabiles adorare deſpexeris. Beata Criſpina reſpondit: *Gratias ago Deo meo, ſi hoc fuero conſecuta. Caput meum perdo ſemel, ſed ſi turificavero idolis.* Anulinus proconſul dixit: Et omnino in iſto ſenſu tuo ſtulto perſiſtis? Beata Criſpina reſpondit: *Deus meus, qui eſt, & qui fuit, ipſe me juſſit naſci; ipſe dedit mihi ſalutem per aquam ſacri baptiſmi; ipſe mecum eſt, ut anima mea, ſicut tu vis, non faciat ſacrilegium.*

* ſ. audienda.

II. Anulinus proconſul dixit: Quid pluribus ſufferimus impiam Criſpinam? Acta ex codice quæ dicta ſunt relegantur. Et cum relegerentur, Anulinus proconſul ſententiam de libello legit: Criſpina in ſuperſtitione indigna perdurans, quæ diis noſtris ſacrificare noluit, ſecundum Auguſti [7] legis man, data a cæleſti......, locum [8] tendit, eam gladio animadverti juſſit. Beata Criſpina reſpondit: *Chriſto laudes ago* [9], *benedico Dominum, qui ſic me de manibus tuis dignatus eſt liberare.* Paſſa eſt beata Criſpina apud Coloniam Thebeſtinam die Nonarum Decembrium, imperante Anulino proconſule, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto [10] in unitate Spiritus ſancti in ſæcula ſæculorum, amen. Gladio feritur.

6 In Adonis aliorumque Martyrologiis die 30. Julii celebrant feſtum ſanctarum Maximæ, Donatillæ, & Secundæ, quæ ſub Anulino judice paſſæ ſunt, ſed ſub Gallieni perſecutione & quidem Tuburbi. unde Martyres Tuburbitanæ vulgo dictæ ſunt, an ab iſtis diſtinguendæ? Notkerus eas *in Africæ civitate Tyburbo lucernaria* paſſas commemorat.

7 Al. mſ. *augusto*.

8 Alter cod. *ad cæleſtem locum*.

9 Idem. *Gratias ago Deo meo Jeſu Chriſto*.

10 Idem, *cui eſt laus, virtus, honor, & imperium cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſæcula, &c.*

## *ADMONITIO*

### In Martyrium S. EULALIÆ virginis.

Eulalia duplex. 1. Duplex Eulalia virgo & martyr apud Hiſpanos vulgo celebratur, quarum unam Emeritenſes, alteram Barcinonenſes ſibi vindicant. Verum ita ſunt ſimilia utriuſque Acta, quæ in variis codd. mſſ. habentur, ut nonnulli exiſtiment unam eamdemque eſſe Martyrem, quam ambæ iſtæ civitates ſibi ipſis ſingulæ attribuentes, duas tandem eſſe putaverint. At cum non ſolum antiquiora quæque Martyrologia, ſed etiam vetuſtiſſimum Miſſale Muzarabum, duas Eulalias, unam Emeritæ, alteram Barcinonæ paſſas celebrent, fortaſſe veriſimilius nonnullis videbitur unius Acta alteri attributa fuiſſe, indeque poſtmodum, eum nominis communione, Actorum etiam ſimilitudinem ortam eſſe. Sed eum ex neutra parte certa occurrant argumenta, quæ rem penitus conficere valeant, ne incerta pro certis proferamus, omiſſis utriuſque Actis Prudentii hymnum 3. libri περὶ Στεφάνων referimus, in quo eleganter Eulaliæ Emeritenſis geſta deſcribuntur. Cujus etiam meminit idem auctor in hymno ſequenti. Iſidorus Hiſpalenſis in Chronico æra 491. refert Theodericum Gotthorum regem a deprædanda Emeritenſi orbe *ſanctæ martyris Eulaliæ portentis* deterritum fuiſſe. Idem refert Idatius in Chronico Olimpiade 309. de qua & Olimp. 302. jam egerat. Eamdem Martyrem celebrant Fortunatus lib. 8. Carm. 4. Gregorius Turon. libro 1. de gloria Mart. capite 91. Aldelhelmus lib. de gloria virginitatis, vita S. Fructuoſi cap. 2. die 16. Aprilis apud Bollandianos, & alii paſſim auctores. Quin & in Miſſali Gothico libro 3. Liturgiæ Gallicanæ a noſtro Mabillonio editæ numero 18. habetur Miſſa integra de ſancta Eulalia, ubi eadem prorſus quæ apud Prudentium referuntur. De Eulalia vero Barcinonenſi agunt Patres Hiſpani, cum in Miſſali Muzarabum, tum in Breviario Toletano, quod vulgo ſancto Iſidoro attribuitur, Eulogius lib. 1. Memorialis ſanctorum,

Prudentii hymnus de Emeritenſi.

Digitized by Google

ctorum, & alii ſctiptores Hiſpani, qui fuſius de utraque Eulalia differunt.

2. Eulaliæ Bareinonenſis feſtum in Martyrologiis antiquis & recentioribus die 12. Februarii reeolitur: Emeritenſis autem die 10. Decembris, cui *Juliam virginem* adjungunt. Unieum memorat Kalendarium vetus Carthaginenſe, IV. Idus Decembris; proindeque Emeritenſem, eujus martyrium ad annum CCCIV. revocamos, quo tempore Daeianum in Hiſpania, quæ Maximiano Hereulio parebat, ſæviiſſe eertum eſt. In nonnullis tamen mſſ. eodd. habentur Acta Eulaliæ Emeritenſis, quæ eam ſub Calphurniano præſide paſſam referunt. At his Actis Uſuardi, Adonis, aliorum etiam Actorum, quæ in aliis mſſ. habentur, eeterorumque veterom ſeriptorum aoctoritatem præferimus. Porro Emerita, vulgo *Merida*, ampla olim Luſitaniæ metropolis, ſede Compoſtellam translara, nil ſere præter ruinas nune exhibet, in hodierna Extremadura. At ſupereſt etiamnune Bareinona Catalauniæ eaput, cujus epiſeopus Tarraconenſi metropolitano ſubeſt.

Anno Christi circ. 304.

## *AURELII PRUDENTII HYMNUS.*

De Martyrio S. EULALIÆ virginis Emetitenſis.

*Ex lib. περὶ ϛεφάνων Hymn. 3.*

1 GErminc nobilis EULALIA,
Mortis & indole nobiliot,
Emcritam facta virgo ſuam,
Cujus ab ubere progenita eſt
Oſſibus ornat, amore colit.

2 Proximus occiduo locus cſt,
Qui tulit hoc decus cgregium,
Urbc potens, populis locuples:
Sed mage ſanguine martyrii,
Virgineoquc potens titulo.

3 Curticulis tribus atque novcm
Tres hycmes quatet attigerat,
Cum crepitantc pyra trepidos
Terruit aſpera carnifices,
Supplicium ſibi dulcc rata.

4 Jam dederat prius indicium,
Tendere ſc patris ad ſolium
Ncc ſua membra dicata thoro;
Ipſa crepundia reppulerat,
Ludere neſcia puſiola.

5 Spetnere ſuccina, flerc toſas,
Fulva monilia reſpuere:
Orc ſevera, modeſta gradu,
Moribus, & nimium teneris
Canitiem meditata ſenum.

6 Aſt ubi ſe ſutiata lues
Excitat in famulos Domini;
Chriſticolaſque cruenta jubet
Thura cremarc, jecur pecudis [1]
Mortiferis adolere deis.

7 Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus, * ingeniiquc ferox
Turbida frangere bella parat
Et rudc pectus anhcla Deo,
Femina provocat arma viruin.

* al. ingenium.

8 Sed pia cura parentis agit,
Virgo animoſa domi ut lateat,
Abdita rure, & ab urbe procul;
Ne ſera ſanguinis in prctium
Mortis amore puella ruat.

9 Illa peroſa quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte ſores ſine teſte movet:
Septaquc clauſtra ſugax aperit,
Inde per invia carpit iter.

10 Ingreditur pedibus laceris
Per loca ſenta ſitu [2] & vepribus,
Angelico comirata choro:
Et licet horrida nox ſileat,
Lucis tamen habet illa ducem.

11 *Sic habuit generoſa patrum
Turba columniſerum radium:
Scindere qui tenebroſa potens
Nocte viam face perſpicua
Præſtitit, intereuntc cbao.

* Exod. 13.

12 Non aliter pia virgo, viam
Nocte ſecuta, dicm meruit,
Nec tenebris adoperta fuit;
Regna Canopica [3] cum fugeret,
Et ſuper aſtra pararet iter.

13 Illa

1. Jecur in ſacrificium offerebatur. Sic noſter Prudentius in hymno 13. de S. Cypriano verſ. 82. *Solis aut mitram, jecur aut ſolis litavrat.*

2 Situs eſt lanugo ex humore creata. Confer. Virgil. 6. Æneid. verſ. 462.

3 Sic dicitur Ægyptus a Canopo urbe epiſcopali ad Nili fluminis oſtium.

13 Illa gradu cita pervigili,
Millia multa prius peragit,
Quam plaga pandat eoa polum;
Mane ſuperba tribunal adit,
Faſcibus adſtat & in mediis,

14 Vociferans: *Rogo, quis furor eſt*
*Perdere præcipites animas,*
*Et male prodiga corda ſui*
*Sternere raſilibus ſcopulis,*
*Omnipatremque negare Deum?*

15 *Quæritis, o miſeranda manus,*
*Chriſticolum genus? En ego ſum*
*Dæmonicis inimica ſacris;*
*Idola protero ſub pedibus:*
*Pectore & ore Deum fateor,*

16 *Iſis, Apollo, Venus nihil eſt:*
*Maximianus & ipſe nihil.*
*Illa nihil, quia facta manu:*
*Hic, manuum quia facta colit:*
*Frivola utraque, & utraque nihil.*

17 *Maximianus opum dominus,*
*Et tamen ipſe cliens lapidum,*
*Proſtituat voveatque ſuis*
*Numinibus caput ipſe ſuum.*
*Pectora cur generoſa quatit?*

18 *Dux bonus, arbiter egregius,*
*Sanguine paſcitur innocuo;*
*Corporibuſque piis inhians,*
*Viſcera ſobria dilacerat,*
*Gaudet & excruciare fidem.*

19 *Ergo age, tortor, adure, ſeca,*
*Divide membra coacta luto.*
*Solvere rem fragilem facile eſt.*
*Non penetrabitur interior*
*Exagitante dolore animus.*

20 Talibus excitus in furias
Prætor, ait: Rape præcipitem,
Lictor, & obrue ſuppliciis.
Sentiat eſſe deos patrios,
Nec leve Principis imperium.

21 Quam cuperem tamen, ante necem,
Si potis es, revocare tuam,
Torva puellula, nequitiam!
Reſpice, gaudia quanta metas:
Quæ tibi fert genialis honor.

22 Te lacrymis labefacta domus
Proſequitur, generiſque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tenero,
Proxima dotibus & thalamo.

23 Non movet aurea pompa thori,
Non pietas veneranda ſenum,
Quos temeraria debilitas?
Ecce parata miniſteria
Excruciabilis exitii.

24 Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris;
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque ululanda tuis,
In cineres reſoluta flues.

25 Hæc, rogo, quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis
Thuris & exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis,
Pœna gravis procul abſuerit.

26 Martyr ad iſta nihil: ſed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacit: ſimulacra dehinc
Diſſipat, impoſitamque molam
Turibulis pede proſubigit.

27 Nec mora, carnifices gemini
Juncea pectora dilacerant,
Et latus ungula virgineum
Pulſat utrumque, & ad oſſa ſecat,
Eulalia numerante notas.

28 *Scriberis ecce mihi, Domine,*
*Quam juvat hos apices legere,*
*Qui tua, Chriſte, tropæa notant!*
*Nomen & ipſa ſacrum loquitur*
*Purpura ſanguinis eliciti.*

29 Hæc ſine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.
Dirus abeſt dolor ex animo:
Membraque picta cruore novo
Fonte cutem recalente lavant.

30 Ultima carnificina dehinc,
Non laceratio vulnifica,
Crate tenus nec arata cutis:
Flamma ſed undique lampadibus
In latera, ſtomachumque furit.

31 Crinis odorus ut in jugulos
Fluxerat, involitans humeris,
Quo pudibunda pudicitia
Virgineuſque lateret honos,
Tegmine verticis oppoſito:

32 Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exſuperatque apicem.
Virgo, citum cupiens obitum,
Appetit, & bibit ore rogum.

33 Emi-

33 Emicat inde columba [4] repens
Martyris os nive candidior
Viſa relinquere, & aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.

34 Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur:
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ovans,
Templaque celſa petit volucer.

35 Vidit & ipſe ſatelles avem
Feminæ ab ore meare palam,
Obſtupefactus & attonitus
Proſilit, & ſua geſta fugit:
Lictor & ipſe fugit pavidus.

36 Ecce nivem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit ſimul Eulaliæ,
Axe jacentia ſub gelido,
Pallioli vice linteoli.

37 Cedat amor lacrymantum hominum,
Qui celebrare ſuprema ſolent;
Flebile cedat & officium:
Ipſa elementa, jubente Deo,
Exſequias tibi, Virgo, ferunt.

38 Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara colonia Vettoniæ [5]:
Quam memorabilis amnis Anas [6]
Præterit, & viridante rapax
Gurgite mœnia pulcra lavat.

39 Hic, ubi marmore perſpicuo
Atria luminat alma nitor,
Et peregrinus & indigena,
Reliquias cineresque ſacros
Servat humus veneranda ſinu.

40 Tecta coruſca ſuper rutilant
De laquearibus aureolis,
Saxaque cæſa ſolum variant:
Floribus ut roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.

41 Carpite purpureas violas,
Sanguineoſque crocos metite;
Non caret his genialis hyems:
Laxat & arva tepens glacies,
Floribus ut cumulet calathos.

42 Iſta comantibus e foliis
Munera, Virgo puerque, date:
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, feſta tamen.

43 Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum:
Illa Dei ſita ſub pedibus [7]
Proſpicit hæc, populoſque ſuos
Carmine propitiata ſovet.

4 Hujus columbæ meminit Miſſale Gothicum ſupra laudatum.
5 Vettones ita olim dicti populi inter Durium & Tagum. Hodie pars eſt Extremaduræ, & pars regni Legionis.
6 Anas fluvius, qui terræ viſceribus abſorptus, poſt unius leucæ ſpatium rurſus emergit.
7 Olim ſacræ reliquiæ non ſuper altaria, ſed ſubtus ponebantur. *Sub Dei pedibus ſita* dicitur, quod Chriſtum vere in Euchariſtia adeſſe crederet Prudentius.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem S. AFRÆ Martyris.

*Paſſio ex codd. mſſ. & edit.*

1. Afra ex proſtibulo Martyr effecta, ſuo exemplo comprobavit, neminem a ſpe ſalutis excludi, qui fructus dignos pœnitentiæ, etiam poſt vitam gravioribus criminibus contaminatam, produxerit. Hujus autem beatæ Martyris paſſionem, ex Actis publicis concinnatam, edidit Marcus Velſerus inter monumenta antiqua Auguſtanæ civitatis, quam ad alias editiones & complures codd. mſſ. collatam proferimus.

*Memoria.*

2. Sanctæ Afræ memoriam non recentiora tantum aut Germanica Martyrologia recolunt, ſed etiam vetuſtiora quæque, in quibus die 5. menſis Auguſti celebratur. Jam tempore Fortunati celebre erat ipſius ſepulcrum, ut patet ex lib. 4. de vita S. Martini, ubi hæc leguntur.

*Pergis ad Auguſtam, quam Vindo Lycuſque fluentant.*
*Illic oſſa ſacræ venerabere martyris Afræ.*

Extat nunc in eodem loco celebre monaſterium ſub ejus ſanctæ Martyris & ſancti Udalrici epiſcopi Auguſtani nomine conſtructum, quod a viris religioſis Ordinis noſtri Benedictini incolitur. Porro beatæ Afræ martyrium in prima Annalium editione ad Diocletiani tempora revocarat Cardinalis Baronius, quod incautè vitiata Acta ſecutus fuiſſet: ſed a M. Velſero monitus hoc mendum in altera editione correxit, ipſum ad annum 303. referendo, quod tamen melius, ut quidem mihi videtur, anno ſequenti conſignaſſet.

PAS-

Anno Christi circ. 304.

# PASSIO
## Sanctæ AFRÆ Martyris.
*Ex compluribus codd. mſſ. & edit.*

I. APud provinciam Rætiam io civitate Auguſta [1], cum Chriſtianorum eſſet ſæva perſecutio, & omnes pro Chriſti oomine variis ſuppliciis afflicti ad ſacrificia traherentur; cootigit AFRAM, quam ootam habebat fama publica, quod eſſet lupanaria, a perſecutoribus comprehendi. quæ cum fuiſſet judici oblata, dum interrogalſet judex, & cognoviſſet, quæ eſſet, dixit ei: Sacrifica diis, quia expedit tibi magis vivere, quam inter tormenta deficere. Afra reſpondit: *Sufficiunt mibi peccata mea, quæ ignorans Deum geſſi; boc autem quod me jubes facere, numquam factura ſum.* Gaius judex dixit: Accedens ad capitolium ſacrifica. Afra reſpoodit: *Capitolium meum Chriſtus eſt, quem babeo ante oculos meos: ipſi quotidie crimina mea & peccata mea confiteor. Et quia indigna ſum ipſi ſacrificium offerre; me ipſam pro nomine ejus cupio ſacrificare, ut corpus in quo peccavi, dum pœnas pertulerit, abluatur.* Judex Gaius dixit: Ut audio, meretrix es; ſacrifica, quia alieoa es a Deo Chriſtiaoorum. Afra reſpondit; *Dominus meus Jeſus Chriſtus dixit ſe pro peccatoribus deſcendiſſe de cælo. Nam & Evangelia ejus teſtantur, quod meretrix rigaverit lacrymis pedes ejus, & indulgentiam acceperit; & meretrices & publicanos numquam deſpexerit, quos etiam ſecum manducare permiſit.*

Afra ex meretrice martyr.

II. Judex dixit: Sacrifica ut diligaris ab amatoribus tuis, ſicut ſemper dilecta eras ab ipſis, & inferantur tibi pecuniæ multæ ab eis. Afra reſpondit: *Pecunias exſecrabiles jam numquam accipiam. nam & quas babui, quaſi ſordes abjeci* [2], *quia non erant de bona conſcientia. Nam nolentes accipere aliquando* [3] *fratres meos pauperes, etiam precibus exoravi* [4], *ut a me dignarentur accipere, & pro* [5] *peccatis meis orarent. Si ergo quæ babui a me abjeci, quomodo poteſt fieri ut quæram accipere, quæ etiam quaſi ſordes abjeci?* Judex Gaius dixit: Jam te CHRISTUS dignam non habet. Sine cauſa vis eum DEUM TUUM dicere, qui te ſuam eſſe non cogooſcit. Meretrix enim quæ eſt, dici Chriſtiana non poteſt. Afra reſpondit: *Chriſtiana ego quidem dici non mereor, nec vocari; ſed miſericordia Dei, qui non de merito, ſed de ſua pietate judicat, ipſe me ad boc nomen admiſit.* Judex Gaius dixit: Uode oosti, quia te adoiſit ad hoc nomen? Afra reſpondit: *In boc me cognoſco a facie Dei non eſſe projectam, quia ad glorioſam confeſſionem ſui ſancti nominis permittor accedere, per quam me credo omnium ſcelerum meorum indulgentiam accepturam.* Judex dixit: Hæc fabulæ ſunt. Magis ſacrifica diis, per quos ſalutem conſequeris [6]. Afra reſpondit: *Salus mea Chriſtus eſt, qui pendens in cruce, latroni confitenti bona paradiſi pollicitus eſt.* Judex Gaius dixit: Sacrifica, ne in conſpectu amatorum toorum, qui tecum turpiter vixerunt, cathomis te cædi jubeam. Afra reſpoodit: *Confuſio mibi nulla eſt, niſi de peccatis meis.* Judex dixit: Porro jam ſacrifica diis, quoniam injuria mihi eſt tot [7] horas tecum certare; ſi vero nolueris, occideris. Afra dixit: *Hoc eſt quod opto, ſi tamen merear, ut per banc confeſſionem digna efficiar requiem invenire.* Judex Gaius dixit: Sacrifica. nam torqueri te faciam, & poſtea vivam incendi præcipiam. Afra reſpoodit: *Corpus, in quo peccavi, accipiat diverſa tormenta. nam animam*

Chriſtus Deus.

Judicis minæ contemnit.

meam

1 Rætia olim longe quam nunc amplior, Vindeliciam complectebatur, cujus Auguſta, vulgo *Ausburg*, eſt caput, urbs epiſcopalis ſub Saliſburgenſi metropoli.
2 Al. mſſ. *expendi*.
3 Al. *aliquam*.
4 Al. *rogavi*.
5 Etiam apud Judæos vetitum erat ſacrificium offerre ex mercede meretricis. Vid. Joſeph. lib. 4. antiq. c. 8.
6 Cod. Sorbon. *ut ſalutem conſequaris*.
7 Cod. Foſſat. *tecum totius concertare*.

*meam ſacrificiis dæmonum non coinquinabo.*

III. Tunc judex nequiſſimus dictavit ſententiam, dicens: Afram publicam meretricem, quæ ſe Chriſtianam profeſſa eſt, & noluit ſacrificiis participare, vivam incendi præcipimus. Statim igitur rapta eſt a miniſtris, & ducta in inſulam Lyci fluminis: ibique eam exſpoliantes, ad ſtipitem ligaverunt; atque illa levans ad cælos oculos ſuos, oravit cum lacrymis, dicens: *Domine Deus omnipotens Jeſu Chriſte, qui non juſtos veniſti vocare, ſed peccatores ad pœnitentiam, cujus promiſſio vera & manifeſta eſt, quia dignatus es dicere, qua hora converſus fuerit peccator a ſuis iniquitatibus, eadem hora te non rememoraturum peccatorum ejus; accipe in hac hora paſſionis meæ pœnitentiam, & per hunc ignem temporalem, qui corpori meo paratus eſt, ab illo igne æterno me libera, qui animam & corpus ſimul exurit.* Et iis dictis expletis, circumdata ſarmentis, igne ſuppoſito vox ejus audiebatur dicens [8]: *Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me dignatus es hoſtiam habere pro nomine tuo, qui pro toto mundo ſolus hoſtia oblatus es in cruce, juſtus pro injuſtis, bonus pro malis, benedictus pro maledictis, mundus a peccato pro peccatoribus univerſis. Tibi offerro ſacrificium meum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas DEUS in ſæcula ſæculorum, amen.* Et hæc dicens, emiſit ſpiritum.

*Igni damnatur.* *Chriſtus Deus Omnipotens.* *SS. Trinitas, Chriſtus Deus.*

IV. Cum autem beata Chriſti martyr Afra cæli gaudia ſic per martyrii palmam intraſſet, ſtabant juxta ripam fluminis DIGNA, EUNOMIA, & EUTROPIA [9], quæ fuerunt ejus ancillæ, ſimulque fuerant in peccato, & ſimul a ſancto NARCISSO [10] epiſcopo baptizatæ. Quæ rogaverunt [11] deſcendentes de barca, ut ſe illuc transferrent. Cumque eas tranſtuliſſent, invenerunt ſanctæ Afræ integrum corpus. Puer autem qui cum ipſis erat, tranſnatavit, & nuntiavit matri ejus HILARIÆ. Et venit nocte cum ſacerdotibus Dei, & tulit corpus ejus, & poſuit ſecundo miliario a civitate Auguſta, in monumentum [12] quod ſibi ſuiſque conſtruxerat. Nuntiatum autem eſt Gaio judici, qui miſit ad ipſum monumentum, dicens: Ite, & tenete eas, & ſi conſenſerint vobis ad ſacrificandum, cum honore eas adducite ad me, ut remunerem illas cenſu digniſſimo. Si autem videritis eas animo pertinaci obſiſtere, & nulla ratione ad ſacrificandum [13] præbere conſenſum; implete monumentum cremiis & ſiccis ſpinis, & clandite ſuper eas ipſum monumentum; & ita demum ignem ſupponite, ut nulla ex eis evadat. Euntes autem ad eas milites, prius blando ſermone eas provocabant, poſt hæc terroribus impellebant. At ubi videbant omnes ſimul contemnere ſacrificia, repleverunt memoriam ſarmentis & ſiccis ſpinis, & clauſerunt ſuper eas, & ſuppoſito igne abierunt. Sicque factum eſt, ut eadem die, quando ſepulta eſt Afra, ſimul etiam mater ejus Hilaria, necnon & famulæ ejus ſecundum carnem, ſed etiam ſorores in Chriſto, Digna, Eutropia & Eunomia, ſimul martyrii coronam acciperent; ut quæ ſimul unanimes in Chriſtum Jeſum crediderant, ad eum cum palma martyrii pariter pervenirent [14]. qui regnat cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Ejus ſepult.* *SS. Trinitas.*

8 Sic Sorb. Genev. & Colb. At Foſſat *audita eſt*. In aliis mſſ. & edit deeſt, *ejus*. Fiſcam. ſimpliciter habet, *dixit*.

9 Sic appellantur a Velſero, & vulgo apud Auguſtanos. In omnibus tamen mſſ. unus videre licuit, ſicut & apud Mombritium & in Martyrologiis 12. Auguſti dicuntur *Digna*, *Eunomia* & *Euprepia*.

10 Quis ille Narciſſus, incertum: etſi admitterentur vulgata Acta converſionis S. Afræ. Paſſus dicitur Gerundæ in Hiſpania cum Felice diacono. Colitur 15. Cal. Aprilis. Apud Mombritium hæc verba, *ſimulque*, &c. uſque ad, *baptizatæ* deſunt.

11 Sorb. addit. *milites*.

12 Velſer cum mſſ. Colb. Sorb. & Germ. *memoriam*, & infra. At in Foſſ. cum ex ſe auctor loquitur dicit *memoriam*, cum judicis verba refert, *monumentum*.

13 Cod Sorb. deſinit in hæc verba, *ad ſacrificandum conſentire, crudeli examinatione eas interficite*.

14 In codd. mſſ. plerique hic referuntur alii 25. martyres, quaſi eodem die, quo Afra, Auguſtæ martyrium conſummarint. At in cod. Foſſat. dicuntur paſſi non longe ab urbe Roma, ſicutque vulgata, *qui regnat*, &c. a ſanctæ Afræ paſſione ſecernuntur. In cod. Regio vetuſtiſſimo & in Mombritio deeſt omnino illud additamentum, quod in quibuſdam codicibus brevius, in aliis fuſius reperitur.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium S. AGNETIS virginis

*Geſta ex Prudentio & S. Ambroſio.*

1. CUm beatæ Agnetis paſſio, quæ ſub ſancti Ambroſii nomine vulgo circumfertur, huic ſancto Doctori minime ſit tribuenda, aliondeque ejus celeberrimæ Martyris Acta genuina non habeamus, damnum hoc aliquot ſanctorum Patrum opuſculis reſarcire viſum eſt. Ad id Prudentii hymnum 14. de Coronis, & quæ de eadem Martyre habet ſanctus Ambroſius lib. 1. de Virginibus cap. 2. ſelegimus, ut aliquid certi de ipſius paſſione a tantæ auctoritatis hominibus ediſcamus. Fuſius etiam ejus martyrium exponit ſanctus Maximus epiſcopus Taurinenſis in homilia, quam de ipſius laudibus ſcripſit tomo 5. Bibliothecæ Patrum. Eamdem cum Thecla Martyrum anteſignana conjungit ipſe Ambroſius lib. ad Virginem lapſam, quam item variis in aliis locis paſſim laudat, ſicut & Auguſtinus, qui de ipſa potiſſimum agit ſerm. 273. quem ſermonem habuit ipſo die ejus paſſionis, & ſerm. 354. ad Continentes, ubi Agnetem virginibus, Criſpinam vero mulieribus imitandam proponit. Omitto Damaſum Papam, Fortunatum, Adelhelmum, alioſque ſcriptores, qui eamdem Martyrem data occaſione paſſim celebrarunt. Eamdem laudavit S. Martinus apud Sulpicium Severum dial. 2. Ad S. Agnetem fideles conveniſſe aiunt Fauſtinus & Marcellinus in præfatione libelli precum ad Impp. Valentinianum, Theodoſium & Arcadium, tempore Damaſi Papæ. Celeberrimam ſub ipſius nomine baſilicam cum monaſterio ſibi adjuncto Romæ exſtare via Nomentana nemo neſcit, ubi geminos agnos, ex quorum lana pallia Archiepiſcoporum conficiuntur, quotannis benedici mos eſt. De hac baſilica, quæ ex ſanctimonialibus Benedictinis ad Canonicos regulares ſancti Salvatoris tranſiit, ac de *Conſtantina* ejus conditrice lege Mabillonii iter Italicum pag. 83. In baſilica ſanctæ Agnetis Gregorius Magnus homilias 11. & 12. in Matthæum ad populum habuit, in ejuſdem ſanctæ Martyris die natali. Denique ita celebre fuit Agnetis nomen, ut, teſte Hieronymo in epiſtola ad Demetriadem virginem, *Omnium gentium litteris atque linguis, in eccleſiis Agnetis vita laudata* fuerit; de qua initio ejuſdem epiſtolæ jam ſcripſerat: *Beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit & tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio conſecravit.*

*Ab aliis Patribus celebrata.*

*Tempus paſſionis.*

2. Johannes Bollandus Januarii tomo 2. die 21. ſanctæ Agnetis martyrium ſæculo 3. contigiſſe putat, ob duas ſcilicet quas ibidem affert rationes. Primo quod in ejuſdem ſanctæ Agnetis inventionis hiſtoria, hæc dicatur ſanctum Benignum (quem ſub Aureliano imperatore paſſum fuiſſe exiſtimat vir eruditus) e Baptiſmi fontibus ſuſcepiſſe. Alterum argumentum deſumit ex ipſius Agnetis vulgatis Actis, ubi jubente *Aſpaſio Vicario* in ignem præcipitata dicitur. Quin & in mſ. cod. ſancti Maximini Trevirenſis hæc habentur. *Tunc Vicarius Aſpaſius, nomine Paternus, proconſul, ex dominis & principibus ſuis Valeriano & Gallieno juſſit, &c.* Sed Benignus ibi laudatus, dicitur fuiſſe Epiſcopus Carnotenſis & Martyr; proindeque alius a Divionenſi; immo cum hæc omnia ex ſcriptis penitus incertis deſumpta ſint, nihil nos movent; multoque veri ſimiliorem eorum ſententiam arbitramur, qui hujus ſanctæ Martyris paſſionem ad annum circiter CCCIV. revocant.

*Feſtivitas duplex.*

3. Sanctæ Agnetis memoriam recolunt tam vetera, quam recentiora Latinorum Martyrologia diebus 21. & 28. Januarii; Græci autem in Menæis diebus 14. & 21. ejuſdem menſis, & iterum die 5. Julii. Morem hunc duplici die celebrandi Agnetis Natale veterem eſſe Romæ, patet ex antiquioribus Liturgiis Romanis, Gelaſiana ſcilicet & Gregoriana, in quibus duplex hujus virginis *natale* aſſignatur. primum Gelaſiana ſic exhibet: *In Natale ſanctæ Agnetis virginis de paſſione ſua XII. Kal. Februarii.* Alterum in utraque ſic habetur: *Natale ſanctæ Agnes de nativitate V. Kal. Feb.* ita etiam habet Beda in Martyrol. ſincero apud Bolland. tom. 2. Martii Semel tamen, XII. ſcilicet Kal. Februarii. ipſius memoria celebratur in antiquiſſimis Kalendariis Romano Bucherii & Africano Mabillonii, ſicut & in Miſſalibus Gothico, & Muzarabum. De ejus tranſlatione Conſtantinopolim facta, Theodorus Lector lib. 2. collect. & Nicephorus lib. 4. cap. 10.

AU-

Anno Christo circ. 304.

## *AURELII PRUDENTII HYMNUS*

### De Martyrio S. AGNETIS virginis.

*Ex libro περὶ στεφάνων Hymn. 14.*

AGnæ [1] ſepulcrum eſt Romulea in domo,
Fortis puellæ, martyris inclytæ.
Conſpectu in ipſo condita turrium
Servat ſalutem virgo Quiritium:
Necnon & ipſos protegit advenas,
Puro ac fideli pectore ſupplices.
Duplex corona eſt præſtita martyri,
Intactum ab omni crimine virginal,
Mortis deinde gloria liberæ.
Ajunt jugali vix habilem toro,
Primis in annis forte puellulam
Chriſto calentem, fortiter impiis
Juſſis reniſam, quominus idolis
Addicta ſacram deſereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi judicis illice,
Nunc ſævientis carnificis minis,
Stabat feroci robore pertinax,
Corpuſque duris excruciatibus
Ultro offerebat, non renuens mori.
Tum trux tyrannus: Si facile eſt, ait,
Pœnam ſubactis ferre doloribus,
Et vita vilis ſpernitur: at pudor
Carus dicatæ virginitatis eſt.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt, ad aram ni caput applicet,
Ac de Minerva jam veniam rogat:
Quam Virgo pergit temnere virginem [2]:
Omnis juventus irruet, & novum
Ludibriorum mancipium petet.
*Haud*, inquit Agnes, *immemor eſt ita*
*Chriſtus ſuorum, perdat ut aureum*
*Nobis pudorem, nos quoque deſerat.*
*Præſto eſt pudicis; nec patitur ſacræ*
*Integritatis munera pollui,*
*Ferrum impiabis ſanguine, ſi voles;*
*Non inquinabis membra libidine.*
Sic elocutam publicitus jubet
Flexu in plateæ ſiſtere Virginem.
Stantem refugit mæſta frequentia,
Averſa vultus, ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locum.
Intendit unus forte procaciter
Os in puellam, nec trepidat ſacram
Spectare formam lumine lubrico,
En ales [3] ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit:
Cæcus coruſco lumine corruit,
Atque in plateæ pulvere palpitat.
Tollunt ſodales ſemineeem ſolo,
Verbiſque deflent exſequialibus.
Ibat triumphans Virgo, Deum Patrem,
Chriſtumque ſacro carmine concinens,
Quod ſub profani labe periculi
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces
Fudiſſe Chriſto, redderet ut reo
Lucem jacenti; tum juveni halitum
Vitæ innovatum viſibus integris.
Primum ſed Agnes hunc habuit gradum
Cæleſtis aulæ, mox alius datur,
Accenſus [4] iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti: Vincor, ait gemens.
I, ſtringe ferrum miles, & exſere
Præcepta ſummi regia Principis.
Ut vidit Agnes ſtare trucem virum
Mucrone nudo, lætior hæc ait:
*Exulto, talis, quod potius venit*

*Ve-*

1 In pleriſque mſſ. *Agnes*. In cod. S. Michaelis in periculo martyris *Agnis*.

2 Minervam quæ ſine matre a Jovis cerebro educta Vulcani nuptias reſpuit & virgo ſemper fuit. De turpiſſima hac pœna, multa obſervavit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. dieb. 9. & 21. Januarii.

3 Angelus videtur eo nomine deſignari.

4 Cod. Montis S. Michael. *alius datur aſcenſus*.

*Veſanus, atrox, turbidus armiger:*
*Quam ſi veniret languidus ac tener,*
*Molliſque ephebus tinctus aromate,*
*Qui me pudoris funere perderet.*
*Hic hic amator jam, fateor, placet;*
*Ibo irruentis greſſibus obviam,*
*Nec demorabor vota calentia:*
*Ferrum in papillas omne recepero,*
*Pectuſque ad imum vim gladii traham.*
*Sic nupta Chriſto tranſiliam poli*
*Omnes tenebras, æthere celſior.*
*Æterne Rector, divide januas*
*Cæli, obſeratas terrigenis prius,*
*Ac te ſequentem, Chriſte, animam voca,*
*Cum virginalem, tum Patris hoſtiam.*
Sic fata, CHRISTUM vertice cernuo
Supplex adorat, vulnus ut imminens
Cervix ſubiret prona paratius.
Aſt ille tantam ſpem peragit manu:
Uno ſub ictu nam caput amputat.
Senſum doloris mors cita prævenit.
Exutus inde ſpiritus emicat,
Liberque in auras exſilit. Angeli
Sepſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum,
Spectat tenebras ardua ſubditas:
Ridetque, ſolis quod rota circuit,
Quod mundus omnis volvit & implicat,
Rerum quod atro turbine vivitur,
Quod vana ſæcli mobilitas rapit
Reges, tyrannos, imperia, & gradus
Pompaſque honorum, ſtulta tumentium:
Argenti & auri vim rabida ſiti
Cunctis petitam per varium nefas;
Splendore multo ſtructa habitacula:
Illuſa pictæ veſtis inania,
Iram, timorem, vota, pericula:
Nunc triſte longum, nunc breve gaudium,
Livoris atri fumificas faces,
Nigreſcit unde ſpes hominum & decus,
Et quod malorum tetrius omnium eſt,
Gentilitatis ſordida nubila.
Hæc calcat Agnes, ac pede proterit,
Stans & draconis calce premens caput:
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit venenis mergit & inferis,
Nunc virginali perdomitus ſolo,
Criſtas cerebri deprimit ignei,
Nec victus audet tollere verticem.
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus Martyris innubæ:
Unam decimplex edita ſexies
Merces perenni lumine conficit:
Centenus exſtat fructus in altera.
O Virgo felix, o nova gloria,
Cæleſtis arcis nobilis incola,
Intende noſtris colluvionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui poſſe ſoli Cunctiparens dedit
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore, noſtrum ſi jecur impleas.
Nil non pudicum eſt, quod pia viſere
Dignaris, almo vel pede tangere.

## EXCERPTA EX SANCTO AMBROSIO

de eadem ſancta AGNETE.

*Ex lib. 1. de Virginibus cap. 2.*

*Agnetis feſtum.*

I. ET bene procedit, ut quoniam hodie natalis eſt Virginis, de virginibus ſit loquendum, & a prædicatione liber ſumat exordium. Natalis eſt Virginis, integritatem ſequamur. Natalis eſt Martyris, hoſtias immolemus. Natalis eſt ſanctæ Agnes, mirentur viri, non deſperent parvuli;

ſtupeant

ſtupeant nuptæ, imitentur ionuptæ. Sed quid dignum de ea loqui poſſumus, cujus ne nomen quidem [1] vacuum luce laudis fuit? Devotio ſupra ætatem, virtus ſupra oaturam; ut mihi videatur non homiois babuiſſe nomen, ſed oraculum martyris, quo indicavit quid eſſet futura. Habeo tamen unde mihi ſubſidinm comparetur. Nomen virginis titulus eſt pudoris. Appellabo martyrem, prædicabo [2] virginem. Satis prolixa laudatio eſt, quæ noo qoæritur, ſed tenetur. Faceſſant igitur ingenia, eloquentia cooticeſcat. Vox una præconium eſt. Hanc ſenes, haoc juvenes, haoc pueri canant. Nemo eſt laudabilior, quam qui ab omnibus laudari poteſt. Quot homines, tot præcones, qoi martyrem prædicaot, dum loqouotur.

II. Hæc duodecim [3] anoorum martyrium feciſſe traditur. Quo deteſtabilior crudelitas, quæ oec minuſculæ pepercit ætati: immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa teſtimooinm invenit ætate. Fuitne in illo corpuſculo vulneri locus? Et quæ non babuit quo ferrum reciperet, babuit quo ferrum vinceret. At iſtius ætatis puellæ torvos etiam vultus parentum ferre non poſſuot, & acu diſtricta foleot puncta flere, quaſi vulnera. Hæc inter cruentas carnificum impavida manus, bæc ſtrideotium gravibus immobilis tractibos catenarum, nunc furentis mucrooi militis totom offerre corpus, mori adhuc oeſcia, ſed parata: vel ſi ad aras invita raperetur, tendere Chriſto inter ignes manus, atque in ipſis ſacrilegis focis, tropæum * Domioi ſigoare victoris: nunc ferratis colla manuſque ambas inſerere nexibus. ſed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere. Novum martyrii genus! Nondum idonea pœnæ, & jam matura victoriæ: certare difficilis, facilis coronari: magiſterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis. Non ſic ad thalamum oupta properaret, ut ad ſupplicii locum læta ſucceſſu, gradu feſtioa virgo proceſſit, noo iotorto crine caput comta, ſed Cbriſto: non floſculis redimita, ſed moribos. Flere omnes, ipſa ſine fletu. Mirari plerique quod tam facile vitæ ſuæ prodiga, quam ooodum bauſerat, Jam quaſi perfuncta donaret. Stupere univerſi, quod jam divinitatis teſtis exſiſteret, quæ adhuc arbitra ſui per ætatem eſſe non poſſet [4]. Effecit denique ut ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur: Quia quod ultra naturam eſt, de auctore oaturæ eſt.

* *id eſt ſigno crucis.*

III. Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blanditiis ut ſuaderet, quantorum vota ut ſibi [5] ad ouptias perveniret? At illa: *Et bæc Sponſi injuria eſt exſpectare placituram. Qui me ſibi prior elegit, accipiet. Quid percuſſor moraris? Pereat corpus quod amari poteſt oculis quibus nolo.* Stetit, oravit, cervicem inflexit. Ceroeres trepidare carnificem, quaſi ipſe addictus fuiſſet: tremere percuſſoris dextram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella noo timeret ſuo. Habetis igitur in una boſtia duplex martyrium, pudoris & religioois. Et virgo permanſit, & martyrium obtinuit.

IV. Quanto [6] ooſtræ virgines fortiores, quæ vincunt etiam quas non vident poteſtates: qoibus non tantum de carne & ſanguioe, ſed etiam de ipſo mundi principe ſæculiqne rectore victoria eſt? Ætate utiqoe Agnes minor, ſed virtote major, triumpho numeroſior, cooſtantia coofidentior, noo ſibi lin-

1 Auguſtinus Serm. 273. cap. 6. *Beata Agnes ſancta, cujus paſſionis hodiernus eſt dies. Virgo quæ quod vocabatur erat. Agnes latine agnam ſignificat, græce caſtam. Erat quod vocabatur, merito coronabatur.*

2 Cod. mſ. illuſtriſſ. Remorum Archiepiſcopi-Ducis cum edit. *prædicand ſatis. Prolixa, &c.*

3 Sic codd. mſſ. & editiones non ſolum operum S. Ambroſii, ſed & Lipomani, &c. Edit. tamen Rom. cui conſentiunt Acta beato Ambroſio vulgo tributa, habet *tredecim*. Idem etiam habetnt apud Auguſtin. loco laudato. *Agnes puella tredecim annorum, vicit diabolum.* quamvis cod. Floriacenſis habeat tantum, *Agnes puella vicit diabolum.*

4 Tamen ex Tertulliano in lib. de Virginib. velandis cap. 11. puellæ annorum 12, *ad negotia ſua* mittebantur. Sed id non excludit tutrices quæ ejuſmodi Puellarum, præcipue nobilium, curam gerebant.

5 Non ſolum pſeudo-Ambroſii epiſtola, ſed etiam S. Maximus Taurinenſis, Agnetem a juvene, quem Præfecti filium fuiſſe ex ſequentibus patet, in uxorem petitam fuiſſe refert.

6 Quæ ſequuntur deſumta ſunt ex cap. 5. ejuſdem libri, poſt allata virginum ethnicarum aliquot exempla.

ſinguam propter metum abſtulit, ſed propter tropæum reſervavit. Nihil enim habuit quod prodi timeret, cujus non erat criminoſa, ſed religioſa confeſſio. Itaque illa ſecretum tantummodo celavit, hæc probavit Dominum: quem quia ætas nondum poterat confiteri, natura confeſſa eſt.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem ſancti FERREOLI Martyris.

*Duplex Ferreolus.* 1. DUplicem FERREOLUM martyrem veneratur eccleſia Gallicana, unum Presbyterum, quem cum Ferrutione diacono Veſuntione Maximæ Sequanorum Metropoli, paſſum fuiſſe Martyrologia vulgata referunt, die 16. Junii; alterum vero Tribunum militum, qui Viennæ Allobrogum anno circiter 304. martyrium pertulit. *Veſuntionenſis una cum Ferrutione.* Ferreoli & Ferrutionis meritis, ſororis ſuæ virum ex febre vehementiori ſanatum fuiſſe refert Gregorius Turonenſis lib. 1. de Gloria Martyrum cap. 71. eorumque Miſſa propria habetur in Miſſali Gothico, quod poſt Thomaſium edidit noſter Johannes Mabillonius Liturgiæ Gallicanæ lib. 3. num. 53. *Alter Viennenſis.* At alterius Ferreoli paſſio integra habetur, quam ex variis codd. mſſ. cum Suriana editione collatis proferimus.

2. Ferreolum pro ſpeciali Viennenſium patrono, ſuo tempore habitum fuiſſe teſtatur Fortunatus lib. 8. poem. 4. ubi ſingularum provinciarum vel urbium ſanctos tutelares recenſens, hæc habet:

*Privatum Gabalus, Julianum Arvernus abundans,*
*Ferreolum pariter pulcra Vienna gerit;*

Fortunato antiquior Sidonius Apollinaris lib. 7. Epiſt. 1. Mamertum epiſcopum Viennenſem Ambroſio Mediolanenſi comparat, quod duorum inſignium Martyrum reliquias, Juliani ſcilicet Brivatenſis Martyris caput, & noſtri Ferreoli totum corpus inveniſſet. Ejuſdem beati Martyris ſepulcri viſitandi cauſa ſe Viennam adiiſſe refert Gregorius Turonenſis lib. 2. Mirac. cap. 2. qui & alias paſſim eum celebrat, ſimul cum Juliano Brivatenſi Martyre; cujus etiam paſſionem ex mſ. cod. erutam dedimus ad calcem novæ ejuſdem Gregorii operum editionis. Vide etiam, ſi lubet, vitam S. Clari ſæc. 2. Benedict. aut apud Bolland. die 2. Januarii. Ejuſdem S. Martyris memoriam die decima octava menſis Octobris Martyrologia antiqua & recentiora celebrant.

## PASSIO

### Sancti FERREOLI Martyris,

*Ex compluribus codd. mſſ.*

*Anno Chriſti circ. 304.*

1. CUm per univerſas provincias genus Chriſtianorum, Deo carum, inviſum diabolo, deſervire ſacrilegis ritibus cogeretur, Criſpinus quidam, temporis illius præſes, in Viennenſi civitate juxta Imperatorum præceptum cœpit ad ſacrificandum cogere Chriſtianos. Sedens ergo pro tribunali, cum deteſtabili conſilio honorare obtemperantes, contradicentes autem punire decrevit. Quique dum acerbiſſime in cunctos Dei ſervos per miniſtrum furoris ſui graſſaretur officium, contigit ut inter alios etiam beatiſſimum Martyrem FERREOLUM, *Ferreolus ſiſtitur tamen pro fide.* habitu ſolo, non officio militantem, quod eſſet proditus Chriſtianus, ſacrificare compelleret, dicens: Parere te ante omnes neceſſe eſt, Ferreole, invictiſſimorum principum legibus, quibus & pro militiæ ſtipendiis fidem debes, & pro majeſtate reverentiam, & pro bonoris augmento parendi irreprehenſibilem devotionem. Quamobrem oportet te obtemperare conſilio, ne diſſimulationem pœna caſtiget. Sacrificare ergo diis juſſus es, quid moraris? Sanctus Ferreolus dixit: *Chriſtianus ſum, ſacrificare diis non debeo. Imperatoribus, quamdiu ſalva religione licuit, militavi. Opera mea, cum tibi parui, juſtis legibus debui* [1]; *ſacrilegis numquam ſervivi*

1 Sic cod. Bocherianus. Alii, *Cum tibi parui juſſus legibus diabolicis ſacrilegis*, &c.

*vivi* [a]. *adverſus noxios, non adverſus Chriſtianos militare propoſui. Stipendia quæ commemoras non requiro. Paſcat ſacrilegum militem ſacrilegus imperator. Temporalis vitæ lucra non requiro: mihi ſufficit, ſi ſalva Religione liceat vivere Chriſtianum. quod ſi id non liceat, paratus ſum mori.*

II. Præſes dixit: Unde tibi, Ferreole, iſthæc tanta moriendi fiducia? Fortaſſis poſt injuriam legum, poſt contumeliam principum, venit ex deſperatione vivendi. Sed patitur hoc plane abolitum fieri humanitas noſtra, quod vel in deos, vel in principes contumaciter protuliſti. Modo dictorum tuorum te pœniteat, & legibus ſatisfacias repudiando ſectam Chriſtianorum, & numinibus ſacrificando. Ferreolus reſpondit: *Mortem contemnit.* *Humanitatem tuam & indulgentiam quam promittis, tibi vel imperatoribus tuis deinceps militaturus exſpectet: quorum legibus injuriam non facit, qui legem Dei eis anteponit. Ille potius reus eſt qui Divinitati detrabit, qui inſenſibilia & caduca veneratur. Ego Creatorem, non creaturam adoro. Deum non in manufactis quærendum* *Act. 9.* *ipſe loquitur qui cuncta formavit, cujus teſtes ſunt cælum, terra, & quæcumque vel deorſum jacent, vel deſuper fulgent. Omnia iſta illi ſerviunt, quæ propter nos creans in omnibus Deus profutura nobis, non dominatura conſtituit. Vos potius recte ordinata perturbatis, præponendo temporalia æternis, mortua viventibus, ſcientibus* [b] *bruta, mendacium veritati: & propterea in ſuperbiam lapſi, atque in perpetuum damnati eſtis cum ſpiritibus malignis. DEUS vero, qui univerſorum Dominus eſt, & æternus Imperator, dedit ſervis ſuis per Jeſum Chriſtum filium ſuum fiduciam moriendi. Per quem etiam donat nobis reſurgendi ſpem, ut ad amplioris vitæ incrementa, præſentis vitæ detrimenta nobis profutura credamus.*

III. Præſes ait: Ut video, jacturam vitæ jam feciſti. At dignum eſt tamen, ut etiam tormenta contemnat, qui conſilii humanitate non flectitur. quæ niſi ſacrificando præveneris, quam ſint acerba cognoſces. Sed cum minis cerneret haud quaquam permoveri beatiſſimum Ferreolum, ſiſti eum præcepit, & acrius verberari. Cumque nec ſic, ſuccedentibus ſibi ex more tortoribus, eum flecti poſſe videret, juſſit eum oneratum ferro includi in carcere, dicens: Rebellem hunc ſqualidus & omnem pœnam excedens carcer includat. Reum ſe ſentiat majeſtatis: careat luce contemtor deorum. *Dire torquetur.* Compedito ſtare non liceat, ſedentem quoque ferri deprimant pondera: jacentem etiam ipſa quæ adſtringit vaſtior catefarum colligatio conſumat, donec ad validiorem præparatus quæſtionem, omnia quæ in criminoſos conſtituta ſunt tormenta percurrat. Quibus dictis, ſtatim miniſtri Præſidis beatiſſimum Ferreolum oneratum ferro in carcerem conjecerunt, adbibitiſque cuſtodibus eum ſervare cœperunt denuo præſentandum. *In carcerem truditur.*

IV. Illic vero biduo exacto, tertia die mane, ut fit, artiori ſomno oppreſſis cuſtodibus, ſponte ſolutis vinculis, liberum ſe Dei ſervus agnovit, & lento gradu accedens ad oſtium, illud patere ſibi cernit. Itaque ſecundum Evangelium perſecutionem fugiens, ad extraneam properat regionem. *Divinitus liberatur.* Egreſſus foras portam Lugdunenſem, ancipiti defixus conſilio conſtitit, quærens ſecum, cui potiſſimum viæ inſiſteret, & ut nulla poſſet relinquere indicia ipſum inſecuturis. Præmiſſa itaque oratione, difficili natatu Rhodanum tranſmittere inſtituit. Sed quænam ſervis Dei elementa non ſerviant? aut quando Martyris precibus non quælibet adverſa miteſcant? Armatus igitur fide, & de Domini promiſſione ſecurus, amnem fidus ingreditur. quem ſibi incumbentem, deductis blande verticibus, leni tergo ſolidior unda ſuſpendit: atque eum ita beatus Martyr natan-

a Foſſ. & 1. Colb. *De ſacrilegiis nunquam promiſi.*

b Colb. 2. *ſentientibus.*

randi conatu paucis trajicit impulſibus, & in ulteriorem ripam ſecurus exit. Dehine concito gradu ingreſſus aggerem publicum, uſque ad Jarem [4] fluvium percucurrit; ubi cum a perſecutoribus comprehenderetur, & revinctus poſt tergum manibus duceretur in eum locum, in quo ſepulcrum ſancti corporis ejus veneramur, ſubito inſtinctu crudelitatis percuſſus [5], occubuit. Quem fidelis religioſorum civium devotio ac præſidium civitatis non longe a Rhodano con ſumma veneratione tumulavit. Cujus beneficia per civitates, ſicut expetuntur votis, ita beneficiis frequentibus approbantur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt virtus in ſæcula ſæculorum, amen.

*Comprehenſus percutitur.*

4 Sic codd. Foſſ. Colb. &c. Videtur eſſe Geria, vulgo *le Gere*, qui in Rhodanum labitur. Hic in nonnullis mſſ. Ferreolus dicitur Snvetem ductus fuiſſe, ibique a Præſide ſimul cum Juliano captus plexus. Sed hæc ab interpolatore addita ſunt. De S. Juliano totus eſt liber 2. Greg. Turon. de gloria Martyrum. Diem ejus natalem ſibi divinitus revelatum agnovit S. Germanus Antiſiodor. ex ejus vita lib. 1. c. 35.

5 De ejus martyrio hæc habet Fortunatus lib. 3 Poem 5. *Altera Ferreoli par eſt qui mœnia ſervat. Munere martyrii gemma ſuperba nitet.*

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. VITALIS & AGRICOLÆ.

1. SEdatis perſecutionibus, quas adverſus Eccleſiam principes ethnici concitarant, plurima Martyrum ſepulcra, quæ in oblivionem devenerant, vel ipſis Martyribus revelantibus, vel alio quocumque modo Deo monente, variis in locis detecta ſunt. At felix inter alios fuit in eiuſmodi theſauris effodicodis ſanctus Ambroſius Mediolanenſis antiſtes, qui noo ſolum Nazarii & Celſi Martyrum corpora in quodam horto extra civitatem ſepulta levavit, quorum aliqua notin habebatur; ſed & SS. Gervaſii & Protaſii detexit reliquias, qui Martyres ne nomine quidem antea cogniti erant; ut teſtatur Paulinus in Ambroſii vita num. 6. quamvis prope ſanctos Naborem & Felicem ſepulti fuiſſent, quorum ſepulcra maxime a Mediolanenſibus frequentabaotur, quoſque ideo Ambroſius lib. 7. in Lucæ Evangelium ſpecialiter cum ſancto Victore *noſtros*, id eſt Mediolanenſes *Martyres* appellat. Quantis hæ translationes, præcipuæ Gervaſii & Protaſii, miraculis coruſcariot, videre licet apud Paulinum in vita ſancti Ambroſii, Auguſtinum variis io locis, S. Paulinum Nolæ Epiſcopum, Gaudentium Brixienſem, Ennodium Ticinenſem, Gregorium Turonenſem, alioſque Patres, qui ea celebrarunt: ſed cum de eorum Martyrum Actis nihil habeant, extra noſtrum inſtitutum eſſet fuſius de ipſis tractare.

2. Verum cum idem Ambroſius occaſione translationis ſanctorum Vitalis, & Agricolæ martyrum Bononienſium, cui ioterſuerat, aliquid de eorum martyrio retulerit; viſum eſt opere pretium ea quæ narrat de his ſanctis Martyribus, qui paullo ante ipſius tempus paſſi fueraot, huc referre, quæ quidem duobus prioribus capitibus libri de Exhortatione virginitatis comprehenduntur. Hunc autem librum ſeu ſermonem Florentiæ habuit, cum ab eius civitatis incolis ad oovæ baſilicæ (quæ olim ob id Ambroſiana, ounc S. Laurentii dicitur) dedicationem faciendam invitatus, ibi aliquid de eorumdem Martyrum reliquiis depoſuit. Rem oarrat Paulinus cap. 14. Vitæ ſancti Ambroſii. *Invitatus* inquit, *a Florentinis, ad Tuſciam uſque deſcendit .... In eadem civitate baſilicam conſtituit, in qua depoſuit reliquias Martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononienſi civitate levaverat. Poſita enim erant corpora Martyrum inter corpora Judæorum. Nec erat cognitum populo Chriſtiano, niſi ſe ſancti Martyres Sacerdoti ipſi revelarent. Quæ cum deponerentur ſub altari, quod in eadem baſilica conſtitutum eſt, magna illic totius plebis ſanctæ lætitia atque exultatio fuit.*

3. Eorum Martyrum ſolemnitatem die 4. Novembris celebrat Martyrologium Romanum, cætera vero utplurimum 27. ejuſdem menſis; illos vero ſanctus Paulinus Poemate 24. inter præcipuos Bononiæ patronos computat his verſibus:

*Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia condit,*
*Quos jurata fides, pietatis in arma vocavit,*
*Parque ſalutiferis texit victoria palmis,*
*Corpora transfixos trabalibus inclita clavis.*

Eorumdem ſepulcra miraculis ſuo tempore coruſcaſſe refert Gregorius Turon. lib. de gloria Martyrum cap 44. ubi norat Namacium Arvernenſem epiſcopum aliquid ex horum Martyrum ſacris reliquiis in eccleſia ab ipſo conſtructa collocaſſe. Idem fere repetit idem auctor lib. 2. Hiſt. Francorum cap. 16. ubi eamdem eccleſiam egre-

gie

gie deſcribit. Dicata quoque erat iis Martyribus in eadem diœceſi vetus Eccleſia, in quam Robertus ſe recepit; ibique percelebre Monaſterinm, ſub Caſæ Dei nomine conſtruxit. Verum antiquior eſt ſancti Agricolæ cultus in Remorum civitate, in cujus ſuburbio Jovinus Magiſter militiæ in Galliis egregiam baſilicam, ab eo *Jovinianam* dictam, ſub ſancti Agricolæ nomine conſtruxit ſæculo quarto labente. Is Jovinus a Valentiniano Magno apud Ammianum Marcellinum lib. 27. eap. 2. ad conſulatum Romanum deſignatus, eum cum Lupicino geſſit anno 367. ac poſt multa præclare geſta deſunctus, in eadem baſilica ſepultus eſt. Verum cum ſanctus Nicaſins epiſcopus, qni in barbarorum irruptione cum ſorore ſua Eutropia, plurimiſque aliis, cum ex clero, tum ex eivibus Remenſis urbis martyrium pertulerat, in eadem eccleſia ſepultus fuiſſet; ſeoſim ex ipſius nomine *Nicaſiana* dicta eſt, quamvis etiamnuoc ſanctos Agricolam & Vitalem præcipuos titulares agnoſcat. Eamdem baſilicam, cum vetuſtate ſatiſcentem videret Gervaſius Remorum pontiſex, ſub uodecimi ſæculi finem inſtaurari, immo a fuodamentis elegaotiſſime exædificari curavit, quæ paullo poſt Benedictinis monachis ceſſit, ubi hacteous ſub noſtra ſancti Mauri congregatione perſeverant. Baſilica vero ea eſt, quæ merito ioter præclariora totius Galliæ ædificia locum habere debeat. De qua & de Jovino plura habes apud Marlotum in Remenſi Univerſitate Doctorem Theologum & ejuſdem loci M. Priorem tomo 1. hiſtoriæ Metropolis Remenſis.

4. Paſſi fuot ſancti martyres Vitalis & Agricola circa anno CCCIV. in ea perſecutione, quam Maximianus Herculius in Italia eo tempore commovebat. Obſervat quippe Lactantius lib. de morte perſecutorum num. 15. poſt excitatam a Diocletiano & Galerio Maximiano in Oriente perſecntionem, *litteras ad alterum Maximianum & Coſtantium commeaviſſe, ut idem facerent, eiſque ſenem Maximianum libentem per Italiam paruiſſe*. Hanc autem ſacrorum corporum elevationem, de qua hic Ambroſius agit, anno 392. contigiſſe exiſtimamus, quo anno ſanctus Antiſtes poſt Valentiniani necem, teſte Paulino Vitæ num. 19. Bononiam, atque iode Faventiam * profectus eſt. * Faenza.

## DE SANCTIS MARTYRIBUS
### VITALE & AGRICOLA ex Sancto Ambroſio.

Anno Chriſti circ. 304.

*Libro de Exbortatione virginitatis cap. 1. & 2.*

1. QUi ad eonvivium magnum invitantur, apophoreta [1] ſecum referte conſueverunt. Ego ad Bononienſe Invitatus eonvivium, ubi ſancti martyris eelebtata translatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis & gratiæ reſervavi. Apuphoreta autem ſolent habere triumphos ptineipum: & hæc apophoreta triumphalia ſunt; Chriſti enim noſtti principis triumphi ſunt martyrum palmæ. Nec vero huc dirigebam iter: ſed quia petitus a vobis ſum, debui mecum deſerte quæ aliis parabantur, ne minor ad vos venirem; ut quod in me minns eſt, quam præſumebatur, in mattyre plus inveniretur. Vitalis & Agricola martyres. Mattyri nomen Agrieola eſt, eui Vitalis ſervus fuit ante, nunc eonſors & eollega martyrii. Præceſſit ſervus; ut provideret locum: ſequutus eſt dominus, ſecurus quod fide ſervuli jam inveniret paratum. Non aliena laudamus; paſſio enim ſetvi, domini diſeiplina eſt. Hic inſtituit, ille implevit. Nihil illi deeerpitur. Quomodo eoim minui poteſt, quod Chriſtus donavit? Egregie & ille quidem homini ſetviendo didieit qnomodo Chriſto placeret: hic tamen geminam laudem adquiſivit, in illo magiſterii, in ſe martyrii. Certaverunt tamen inter ſe invicem beneficiis, poſtquam æquales eſſe meruerunt. Hie illum ad martyrium præmiſit, ille iſtum aeeerſivit. Nullum ergo ad eommendationem hominis conditio adfert impedimentum: nee dignitas proſapiæ meritum, ſed fides adfert. Sive ſervus, ſive liber, omnes in Chriſto nnum ſumus: &, *Unuſquiſque quodcumque fecerit bonum, boc recipiet a Domino*. Ephef. 6. 8. Nee ſervitus derogat, nee libertas adjuvat. Vide ad eam rem quam nihil in conditione momenti ſit. *Servus*, inquit, *vocatus es?*

*Non*

[1] Apophoreta, munuſcula quæ in conviviis, Principum triumphis, aliiſque ejuſmodi pompis diſtribuebantur. Vide Cangii Gloſſarium, & notam 29. in S. Paulini opera.

1 Cor. 7. 22. & 23.

*Non ſit tibi curæ.... qui enim vocatus eſt in Domino ſervus, libertus eſt Domini. Similiter & qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti.* Vide, inquam, vim Apoſtoli. Plus putatur dediſſe ei qui ſervus, quam ei qui liber vocatus eſt; ex ſervo enim libertus Chriſti fit, ex libero ſervus. Sed nulli plus dedit, verum utriſque æquali menſura diviſit. Apud Chriſtum enim ſervitus & libertas æqua lance penduntur, nec ullo diſcerniculo booæ ſervitutis & libertatis merita dividuntur; quia nulla major eſt dignitas quam ſervire Chriſto. Denique Paulus ſervus Chriſti Jeſu;

Rom. 1. 1.

hæc enim ſervitus glorioſa eſt, in qua gloriatur & Apoſtolus. An non ſumma gloria eſt, quando tali pretio æſtimati ſumus, ut ſanguine Domini redimeremur? Sed jam pergamus ad cetera.

Vitalis variis tormentis obiit.

Cumque [2] ſanctus Vitalis cogeretur a perſequentibus ut Chriſtum negaret, & ille amplius profiteretur Dominum Jeſum Chriſtum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non eſſet io corpore ejus ſine vulnere locus, orationem fudit ad Dominum,

Chriſtus Deus.

dicens: *Domine Jeſu Chriſte, Salvator meus, & DEUS meus, jube ſuſcipi ſpiritum meum; quia jam deſidero ut accipiam coronam, quam Angelus tuus ſanctus mihi oſtendit.* Et completa oratione emiſit ſpiritum.

II. Sanctus Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipſis etiam inimicis diligeretur. Ideoque differebant ejus paſſionem. Sed hæc perſequutorum honorificentia omni erat immaoitate acerbior, quæ invidebat martyrium,

Agricola cruci affixus.

Denique ubi non adquievit ſanctus Agricola, crucifixus eſt; ut advertamus illas blanditias eorum non ſedulitatis fuiſſe, ſed fraudis. Supplicio ſervi dominum terrere voluerunt. Vertit hoc Chriſtus in gratiam, ut martyrio [3] ſervi dominus invitaretur: Utriuſque nomeo aptum martyrio; ut deſignati ad martyrium ipſis vocabulis viderentur. Ille Vitalis dictus eſt, quaſi qui contemtu iſtius vitæ veram illam vitam æternam ſibi haberet adquirere: iſte Agricola, qui bonos fructus ſpiritalis gratiæ ſeminaret, & ſacri ſanguinis effuſione, meritorum ſuorum, omniumque virtutum rigaret plantaria.

Sepulti inter Judæos.

III. Sepulti autem erant in Judæorum ſolo, inter ipſorum ſepulcra. Ambierunt Judæi cum ſervulis ſepulturæ habere conſortium, quorum Dominum negaverunt. Sic & aliquando Balaam dixit: *Moriatur anima mea in animis juſtorum;* tamen noo communicavit eorum operibus, cum viveret, quorum in animis cupiebat mori.

Num. 23. 10.

Et iſtos quos viventes perſequuti ſunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuvias requirebamus, tamquam inter ſpinas roſam legentes. Circumfundebamur a Judæis, cum ſacræ reliquiæ veherentur: aderat populus Eccleſiæ cum plauſu & lætitia. Dicebaot Judæi: *Flores viſi ſunt in terra;* cum viderent martyres. Dicebant Chriſtiani: *Tempus inciſionis adeſt.*

Cant. 2. 12.

Jam & qui metit, mercedem accipit. Alii ſeminaverunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Judæi voces plaudentis Eccleſiæ, dicebant inter ſe: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.*

Ibid.

Unde bene lectum eſt: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.*

Pſal. 18. 3.

*Dies diei*, Chriſtiaous Chriſtiano: *nox nocti*, Judæus Judæo. Indicabant ergo Judæi quod haberent ſcieotiam martyrum, ſed noo ſcientiam Verbi; id eſt, non ſecundum illam ſolius boni, & ſolius veri ſcieotiam: *Ignorantes enim Dei juſtitiam, & volentes ſe juſtificare, juſtitiam Dei non receperunt.*

Rom. 10. 3.

Reliquias obtinet Ambroſius.

IV. Detuli ergo vobis munera, quæ meis legi manibus, id eſt, crucis tropæa, cujus gratiam in operibus agnoſcitis. Certe & ipſi dæmones confitentur. Condant alii aurum atque argentum, ac de latentibus eruant venis, legant pretioſa monilium ſerta, temporalis ille theſaurus eſt, & ſæpe habentibus peroicioſus: oos legimus Martyris cla-

[2] Quæ ſequuntur uſque ad num. ſeq. deſunt in pleriſque mſſ.

[3] Aliquot mſſ. *ut martyrium ſervi dominus invitaretur.*

clavos, & multos quidem, ut plura fuerint vulnera quam membra. Clamare Martyrem diceres ad populum Judæorum, eum elavos ejus colligeremus: Johan. 20. 27. *Mitte manus tuas in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis*. Colligimus ſanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc ſanctæ viduæ negare ooo potuimus poſtulanti. Munera itaque ſalutis accipite, quæ ouoc ſub ſacris altaribus recconduntur. Ea igitur vidua [a] ſancta eſt Judæa, quæ hoc Domino templum paravit atque obtulit, quod hodie dedieamus: digna tali oblatione, quæ io ſobole ſua templa Quas in templo recondit. jam Domloo pudicitiæ, atque iotegritatis ſacravit. Dum Juliaoam volo dicere, Judæam dixi. Non erravit liogua, ſed deſioivit; Judæa eoim eſt anima qoæ Chriſtum fatetur. Denique *notus in Judæa Deus;* id eſt, ubi agnoſcebatur, non ubi negabatur. Psal. 75. 1. Eſt ergo in ſpiritu Judæa, ubi major portio, intellectus ſineerior; *quia ſalus ex Judæis eſt*. Johan. 4. 22. Linguæ igitur error teſtimonium ſanctitatis invenit. Honoremus ergo hanc viduam; quia ſeriptum eſt: *Viduas bonora, quæ vere viduæ ſunt*. 1 Tim. 5. 3. Licet verborum noſtrorum hoorem noo ambiat, quæ Apoſtoli mandatum adæqoaverit, habens io bonis operibus teſtimonium, qoæ beoe filios educaverit, melius ioſtitucrit. Quis banc non ut deſtitutam & miſerabilem deploravit, quaodo amiſit maritum? At iſta miniſtrum ſaeris ereptum altaribus amplius ingemuit, quam ſibi eonjugem, aut patrem filiis. Nam etſi præſidio eſſet mariti viduata & ſolatio; tameo apud piam meotem cauſa Eccleſiæ præpooderabat.

a Sic optime Edit. Rom. & quidem videtur innuere Ambroſius ſe ex lapſu linguæ *Judæa* pro *Juliana* dixiſſe.

---

Anno Christi circ. 304.

## *AURELII PRUDENTII HYMNUS*
## DE SS. XVIII. MARTYRIBUS CÆSARAUGUSTANIS.

In quo etiam de aliis multis Martyribus agitur.

*Ex libro περὶ στεφάνων Hymn. 4.*

Bis novem noſter populus ſub ono
Martyrum [1] ſervat cioeres ſepulcro:
Cæſarauguſtam voeitamus urbem,
Res cui taota eſt.

2 Plena magoorum domus Aogelorum
Noo timet moodi fragilis ruinam,
Tot ſinu geſtaos ſimul offereoda
Munera Chriſto.

3 Com Deus dextram quatiens coruſeam
Nube ſuboixus veoiet rubeote,
Geotibus juſtam poſiturus æquo
Poodere libram:

4 Orbe de magno caput excitata
Obviam Chriſto properanter ibit
Civitas quæque, pretioſa portans
Dona caniſtris.

5 Afra Carthago tua promet oſſa
Ore faeundo, CYPRIANE doctor,
Corduba [2] ACISCLUM dabit, & ZOELLUM,
Treſque coronas [3].

6 Tu tribus gemmis diadema pulcrum
Offeres Chriſto, genitrix piorum
Tarraco, intexit cui FRUCTUOSUS
Sutile vinclum.

7 Nomeo hoc gemmæ ſtrophio illigatæ * eſt:
Emicaot juxta lapides gemelli,
Ardet & ſplendor parilis duorum
Igne coruſco.

* al. illigatum.

8 Parva FELICIS decus exhibebit
Artubus ſaoctis locuples Gerunda [4].
Noſtra

1 Paſſi ſunt in Maximiani perſecutione ſub Præſide Daciano. Eorum feſtum Ado conſignat die 15. Aprilis, Uſuardus & alii 16. ejuſdem menſis.

2 Seneca & Martialis patria, multo illuſtrior, quod Oſium apiſcopum habuerit. *Aciſclum* & *Victoriam* Martyrologia cum Mozarabum Miſſali celebrant die 17. Novemb. *Zoelis* ſeu *Zoilo* plures ſocios adjungunt Martyrologia die 27. Junii. Agila Gothorum rex divinitus punitus eſt, ex Iſidori Chronico Æra 587. quod S. Aciſcli ſepulcrum polluiſſet.

3 Hic Victoriam, quæ cum Aciſclo paſſa dicitur, deſignari putat Papebrochius. Hæc autem in nova Prudentii editione P. Chamillardus de Chionia, Agape & Irene intelligit. Verum non dubito quin hæc ſint interpretanda de tribus fratribus, Fauſto, Januario & Martiali, qui Cordubæ paſſi ſunt, quorum Acta infra exhibemus. In cod. regio annorum 800. ubi gloſſulæ interlineares habentur, ſupra *coronas* ſcriptum eſt *Martyres*.

4 Felix colitur die 1. Auguſti. De eo Gregor. Turon. lib. 1. de gloria Matt. cap. 92. Ipſius Acta in multis mſſ. vidimus, ſed aliquatenus, ut videtur, depravata.

Noſtra geſtabit Calagurris[5] ambos,
Quos veneramur.

9 Carcinon claro CUCUPHATE[6] freta
Surget, & PAULO[7] ſpecioſa Narbo;
Teque præpollens Arelas habebit
Sancte GENESI.

10 Luſitanorum caput oppidorum
Urbs, adoratæ cineres puellæ[8]
Obviam Chriſto rapiens, ad aram
Porriget ipſam.

11 Sanguinem JUSTI cui PASTOR hæret,
Ferculum duplex, geminumque
donum
Ferre Complutum[9] gremio juvabit
Membra duorum.

12 Ingeret Tingis ſua CASSIANUM[10],
Feſta[11] Maſſylum monumenta re-
gum:
Qui cinis gentes domitas coegit
Ad juga Chriſti.

13 Singulis paucæ, tribus aut duobus,
Forſan & quinis aliquæ placebunt
Teſtibus Chriſti, prius hoſtiarum
Pignore functæ.

14 Tu decem ſanctos reveĥes & octo
Cæſaraugusta ſtudioſa Chriſti,
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.

15 Sola in occurſum numeroſiores[12]
Martyrum turbas Domino paraſti;
Sola, prædives pietate, multa,
Luce frueris.

* Carthago 16 Vix parens * orbis populoſa Pœni,
Ipſa vix Roma in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.

17 Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus invidorum
Dæmonum, & nigras pepulit te-
nebras
Urbe piata.

18 Nullus umbrarum latet intus hor-
ror:
Pulſa nam peſtis populum refugit,
Chriſtus in totis habitat plateis:
Chriſtus ubique eſt.

19 Martyrum credas patriam coronis
Debitam ſacris: chorus unde ſur-
gens
Tendit in cælum niveus togatæ
Nobilitatis.

20 Inde VINCENTI, tua palma nata eſt,
Clerus hic tantum peperit trium-
phum;
Hic ſacerdotum domus infulata
Valeriorum.

21 Sævus antiquis quoties procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem,
Triſtior templum rabies in iſtud
Intulit iras.

22 Nec furor quiſquam ſine laude no-
ſtrum
Ceſſit, aut clari vacuus cruoris:
Martyrum ſemper numerus ſub
omni
Grandine crevit.

23 Nonne, Vincenti, peregre necandus
Martyr, his terris tenui notaſti
San-

5 Civitas epiſcopalis, vulgo *Calahorra*, in Caſtella-veteri, colit die 3. Martii Hemiterium & Chelidonium hic deſignatos. De his Prudentii hymnus 1. de Coronis, Miſſale Muzarabum & Greg. Turon. lib. 1. de gloria Mart. cap. 93. Sed eorum Acta ignota ſunt.

6 Cucuphas colitur die 25. Julii. Ejus corpus in percelebri monaſterio S. Dionyſii in Francia hodie aſſervatur, inde tranſlatum ex Fulradi cella, uti patet ex teſtamento Fulradi Abbatis ſue. 3. Benedict. parte 2. edito, ubi dicitur S. Cocovatus.

7 Pauli Narbonenſium apoſtoli Acta referuntur die 22. Martii Bollandiani.

8 Eulalia Emeritenſis de qua ſupra pag. 396. de Juſto & Paſtore vide S. Paulinum poem. 32. novæ edit. pag. 190.

9 Urbs Caſtellæ novæ ob academiam celebris. Juſti & Paſtoris feſtum celebratur die 6 Auguſti. Eorum Acta habes apud Surium. Horum corpora detecta ſunt ab Aſturio Epiſc. de quo plura apud Ildefonſum Tolet. lib. de Scriptor. Eccleſ. c. 2.

10 De hoc ſancto vide ſupra pag. 344.

11 Sic cod. Regius qui ad mentem Prudentii accedit, cum omnibus mſſ. & edit. quae videre licuit. Papebrochius die 26. Aprilis Bolland. legendum aſſa putat *Feſſa* ſeu *Feſſa*, quo nomine etiamnunc perſtat urbs in Africa, regni cognominis caput. Quid *Maſſylum* nomine intelligi debeas, incertum. Cod. Michael. habet, *Maſſilum*. In *Maſſilitanorum martyrum* natali ſermonem habuit Auguſtinus, novæ edit. 283. qui in Martyrologiis IX. Kal. April. recoluntur. Et Calendarium Carthag. XI. Kal. Aug. *ſanctos Maſſilitanos* exhibet. Sic procul dubio dictos ob urbe Maxula ſeu Maſſula in proconſulari Africæ provincia, de qua urbe plura alias obſervavimus in notis ad Notitiam Eccleſiæ Africanæ. Hi porro Maſſilitani martyres videntur eſſe Hermes, Hadrianus, Victurus, Secundilla, Maſſilus, Januarius, Felix, Githeus, Emonculus & alii circiter viginti quatuor, qui in vetuſtis Martyrologiis paſſi in Africa memorantur, & quidem, uti diſerta nonnulla habent, in civitate Maſſula, quam cum poſteriores Scriptores non noviſſent, ad Maſſiliam Galliæ provinciæ urbem tranſtulerunt. de iis Martyribus agunt Bollandiani die 5 Martii.

12 Hic vulgo deſignari putant innumerabiles Martyres, qui ſub Daciano paſſi dicuntur. Hic enim praeſes ut omnes Chriſtianos ſimul deleret, fide eis permiſit, quocumque vellent abire, ſecuritatem pollicitus, modo extra urbem egrederentur. Sed cum omnes egreſſi fuiſſent, adytibus obſeratis, a militibus qui in inſidiis parati erant, occiſi ſunt. Sub *innumerabilium Martyrum Cæſaraugustanorum* nomine celebrantur in Martyrologiis Flori, Uſuardi, Galeſinii & Baronii Eorumdem reliquiæ ſimul cum reorum corporibus combuſtæ ſunt, ne a Chriſtianis colligerentur. Narrant auctores Hiſpani Martyrum cinares ob albenia candores diſcretos, & ſimul congeſtos, repertos fuiſſe, quos ideo Martyres *Maſſam-candidam* appellant. Verum iſtud miraculum ſilet vetus auctor, qui horum Martyrum paſſionem refert in uno cod. mſ. Colbertino annor. circ. 700. item in uno archicœnobii Cıſtercienſis, & in alio monaſt. Longi-pontis, ubi non *Maſſa-candida*, ſed *Maſſa-ſanſia*, uti in uno noſtro Germanenſi, & in altero PP. Fulienſium Pariſ. appellantur. Quamvis Longipontanus in titulo præferat, *Maſſa-candida*.

Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?

24 Hoc colunt cives, velut ipſo membra
Cæſpes includat ſuus, & paterno
Servet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.

25 Noſter eſt, quamvis procul hinc in urbe
Paſſus ignota dederit ſepulcri
Gloriam victor, prope litus altæ
Forte Sagunti [23].

26 Noſter, & noſtra puer in palæſtra,
Arte virtutis, fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.

27 Noverat templo celebres in iſto
Octies partas decieſque palmas,
Laureis doctus patriis eadem
Laude cucurrit,

28 Hic &, ENCRATI [24], recubant tuarum
Oſſa virtutum, quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
Dedecoraſti.

29 Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare noſtris;
Sola tu morti propriæ ſuperſtes
Vivis in orbe.

30 Vivis ac pœnæ ſeriem retexis,
Carnis & cæſæ ſpolium retentans,
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera, narras.

31 Barbarus tortor latus omne carpſit,
Sanguis impenſus, lacerata membra,
Pectus abſciſſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.

32 Jam minus mortis pretium peractæ eſt,
Quæ venenatos abolens dolores,
Concitam membris tribuit quietem
Fine ſoporo.

33 Cruda te longum tenuit cicatrix,
Et diu venis dolor hæſit ardens,
Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabidus humor.

34 Invidus quamvis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit:
Plena te, Martyr, tamen ut peremtam,
Pœna coronat.

35 Vidimus partem jecoris revulſam
Ungulis longe jacuiſſe preſſis:
Mors habet pallens aliquid tuorum,
Te quoque viva.

36 Hunc novum noſtræ titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus,
Juge viventis domus ut dicata
Martyris eſſet.

37 Ergo ter ſenis ſacra candidatis,
Dives OPTATO ſimul & LUPERCO,
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.

38 Ede SUCCESSUM: cane MARTIALEM:
Mors & URBANI tibi concinatur;
JULIAM [25] cantus reſonet, ſimulque
QUINTILIANUM.

39 PUBLIUM pandat choris, & revolvat
Quale FRONTONIS fuerit tropæum;
Quid bonus FELIX tulerit, quid acer
CÆCILIANOS.

40 Quantus, EVOTI [26], tua bella ſanguis
Tinxerit, quantus tua PRIMITIVE:
Tum tuos vivax recolat triumphos
Laus APODEMI.

41 Quattuor poſt hinc ſupereſt virorum
Nomen extolli, renuente metro [27]:
Quos SATURNINOS memorat vocatos
Priſca vetuſtas.

42 Carminis leges amor aureorum
Nominum parvi facit, & loquendi
Cura de ſanctis vitioſa non eſt,
Nec rudis umquam.

43 Plenus eſt artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Chriſto;
Quas tenet cæli liber explicandus
Tempore juſto.

44 Octo tunc ſanctos recolet decemque
Angelus coram Patre Filioque,
Urbis unius regimen tenentes
Jure ſepulcri,

43 Quin

23 Saguntus nempe urbs ab Hannibale exciſa, haud procul eſt a Valentia, ubi Vincentius martyrium complevit. Vide Acta ſupra pag. 323.

24 *Encratis* ſeu *Encratidis* aut *Engratia* feſtum die 16. Aprilis recolitur, qua die plura de ipſa habet Henſchenius in Aprili Bollandiano.

25 Cod. Michael. *Julliam*. Ita Uſuardus, Ado & alii.

26 Cod. Reg. antiquiſſimus *Evoeti*. In Michael. &c. *Evoti*. Alii *Eventi*.

27 Quod *Saturninus* prima ſyllaba producatur.

45 Quin ad antiquum numerum trahetur,
Viva poſt pœnæ ſpecimen puella *,
Morſque Vincenti, cui ſanguis hinc eſt,
Fons & honoris.

* Encratis de quo § 48 ſupra.

46 Additis Caio [18] (nec enim ſilendi)
Teque Crementi, quibus incruentum
Ferre provenit decus ex ſecundo
Laudis agone.

47 Ambo confeſſi Dominum ſteteſunt
Acriter contra fremitum latronum
Ambo guſtarunt leviter ſaporem
Martyriorum.

48 Hæc, ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba, quam ſervat proceerum creatrix
Purpureorum.

49 Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum ſulcos, quibus eſt operta
Spes, ut abſolvam retinaculorum
Vincla meorum.

50 Sterne te totam generoſa ſanctis
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes animas & artus
Tota ſequeris.

18 Coluntur die 16. Aprilis.

## ADMONITIO

### In Martyrium SS. DOMNINÆ, &c.

QUamvis nemini liceat ſibi ipſi mortem inſerre, ſi tamen id aliquo ſpeciali Spiritus ſancti impulſu fieri contingat, ſortitudini, non temeritati imputandum eſt. Unde cum ſanctus Auguſtinus lib. 1. de Civitate Dei multis argumentis probaſſet, neminem vel etiam ob pudicitiam ſervandam debere ſe ipſum interficere, aliter nihilominus fieri poſſe Dei mandato agnoſcit cap. 26. *Cum*, inquit, *Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obſequium pietatis accuſet?* Sed id in exemplum trahi non debere ita ſubdit: *ſed non ideo ſine ſcelere facit, quiſquis Deo immolare filium decreverit, quia hoc Abraham etiam laudabiliter fecit*. Sic Johannes Chryſoſtomus qui Homilia 87. in Johannem aſfirmat nonnisi auctore diabolo quemquam ſibi violentas manus afferre poſſe; laudat tamen ſacras Virgines, quæ perſecutorum metu ſibi ipſis mortem conſcivere; quod in ejuſmodi occaſionibus præcipuo Spiritus ſancti inſtinctu id egiſſe exiſtimandæ ſint. Has inter certe enituerunt Bernice & Proſdoce, quæ cum matre ſua Domnina comprehenſæ, deluſis militibus in fluvium ſeſe dedere præcipites. Earum martyrium fuſius exponit ipſe Chryſoſtomus Homil. 51. tom. 1. quam hic referimus, omiſſis variis digreſſionibus, quas ille pro Oratorum more orationi ſuæ interſeruerat. Ceterum de iiſdem Martyribus, ſuppreſſo licet nomine, agit Euſebius lib 8. Hiſtoriæ eccleſiaſt. cap. 12. cujus verba videſis ſupra pagina 286. An vero ipſæ ſint mater & ſorores ſanctæ Pelagiæ, quam ſanctus Chryſoſtomus homilia 40. tomi 1. ac ſanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus laudant, inferius diſcutiemus, ubi de ſancta Pelagia. De ejuſmodi Martyribus, quæ ſibi ipſis mortem conſcivere, agit Auguſtinus loco ſuperius laudato, his verbis: *Sed quædam, inquiunt, ſanctæ feminæ tempore perſecutionis, ut inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent, in rapturum atque necaturum ſe fluvium projecerunt; eoque modo defunctæ ſunt, earumque martyria in Eccleſia catholica veneratione celeberrima frequentantur*. Porro Domninæ ac filiarum ejus feſtivitatem celebrant Græci die 4. Octobris, quo die jam Chryſoſtomi ævo recolebatur, ut in notulis obſervabimus: at nullum ipſarum cultum apud Latinos riperire licuit. Paſſæ ſunt autem circa annum CCCVI. ut ex Euſebii loco laudato, & ſancti Chryſoſtomi narratione colligimus.

*Num ſi quis poſſit occidere?*

*Domnina, &c. Paſſio ex S. Chryſoſtomo.*

*Cultus.*

*Tempus.*

MAR-

## MARTYRIUM
## Sanctarum DOMNINÆ, BERNICES & PRODOSCES.

Anno Chriſti circ. 306.

*Ex ſancto* JOHANNE CHRYSOSTOMO, *tomo* I. *homilia* 51.

Feſtum S. Crucis.

I. NOndum elapſi ſunt dies viginti [1], ex quo memoriam Crucis celebravimus, & ecce Martyrum memoriam celebramus. Vides, ut celer mortis Chriſti ſit fructus? propter illam ovem jugulatæ ſunt hæ juvenes, propter illum agnum hæ victimæ, propter illud ſacrificium hæ oblationes. Nondum viginti elapſi ſunt dies, & ſubito lignum Crucis præclara germina martyrum germinavit. Hæc enim illius mortis ſunt effecta. Vide igitur eorum, quæ tum dicta ſunt, operibus ipſis exhibitam hodie demonſtrationem. Tum dicebam: *Contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit;* hæc operibus hodie demonſtrantur. Niſi enim portas æreas contriviſſet, illis clauſis mulieres tam facile ingredi auſæ non eſſent: niſi ferreum vectem confregiſſet, non potuiſſent virgines ipſum auferre: niſi inutilem carcerem reddidiſſet, non tanta cum confidentia martyres eſſent ingreſſæ. Benedictus Deus, mulier ad mortem eſt intrepida; mulier quæ mortem in naturam noſtram invexit, antiquum diaboli telum, hoc diaboli vim proſtravit; infirmum vaſculum & injuriis obnoxium hoc telum factum eſt inſuperabile: mulieres adverſus mortem audaces ſunt, quis non obſtupeſcat? Erubeſcant gentiles, pudeſiant Judæi, qui reſurrectioni Chriſti non credunt. Quod enim quæſo majus argumentum reſurrectionis quæris, cum tantam videas rerum factam mutationem? Mulieres ad mortem ſunt intrepidæ, rem quæ vel ſanctis viris antea formidabilis erat & horrenda [a], &c. Ac de morte quidem hactenus: age nunc deinceps nos ad Martyrum laudes convertamus, niſi forte ſitis audiendo defeſſi. nam & hæc occaſione laudis Martyrum dicta ſunt. Paullo vero altius operæ pretium eſt narrationem ordiamur.

Iſai. 45. 2.

II. Bellum adverſus Eccleſiam grave quondam excitatum eſt, bellorum omnium graviſſimum. Duplex enim erat hoc bellum, unum quidem intus, alterum vero foris exortum: hoc a domeſticis, illud ab hoſtibus: unum ab alienis, a familiaribus illatum alterum. Et vero licet bellum ſimplex fuiſſet, intolerabile malum exſtitiſſet; ac licet tantum interius ingruiſſet, ingens calamitatum magnitudo fuiſſet. Nunc autem duplex erat hoc; & quod a domeſticis multo gravius eſt, quam quod ab externis infertur. Facile namque nobis ab eo cavere poſſumus, qui ſe inimicum profiteatur; at eum qui ſibi amici larvam induit, non aliter autem atque inimicus affectus eſt, haud facile capere inſidiis potes. Duplex ergo tum bellum erat, hoc civile, illud ab externis irruens; vel potius, ſi verum dicendum ſit, civile fuit utrumque bellum. Nam qui forinſecus invadebant, judices, magiſtratus, & milites, non alienigenæ quidam erant, aut barbari, aut ex alio quodam imperio, regnove, ſed qui iiſdem legibus regebantur, eamdem patriam colebant, ejuſdem participes erant reipublicæ. Erat igitur civile quod a judicibus inferebatur: ſed gravius quod a cognatis, novum ac inopinatum, multaque redundans crudelitate. Nam & a fratribus tradebantur fratres, & a patribus liberi, & a maritis uxores. Omnia cognationis jura conculcabantur, ac totus orbis terrarum ſubvertebatur, nec ullus tunc ullum agnoſcebat: diabolus enim majorem in modum dominabatur. In illo itaque tumultu ac bello, mulieres iſtæ, (ſi quidem mulieres appellandæ ſunt, quippe quæ in muliebri corpore viriles animos exhibuerint, immo vero non viriles tantum animos, ſed naturam ipſam ſupergreſſæ

Perſecutio gravis.

[1] A die ſcilicet 14 Sept. quo jam eo tempore celebrabatur feſtivitas S. Crucis uſque ad diem 4. Oct. quo die iſtæ Martyres paſſæ ſunt.

[a] Hiſtorias veteris Teſtamenti percurrit, in quibus ſancti Patriarchæ mortem timuiſſe referuntur.

greſſæ ſint, & cum virtutibus incorporeis contenderint.) Iſtæ ergo mulieres relicta urbe, domo ac propinquis, peregre commigrarunt. Cum enim Chriſtus, ajebant, contemnitur, nihil nobis eſto pretioſum, neque neceſſitudine conjunctum: propterea relictis omnibus ſunt egreſſæ, &c.

*Domnina fugit cum filiabus.* III. Egrediebatur igitur ex ædibus mulier, duas ſecum filias habens. At tu ne temere prætereas, cum exceſſiſſe mulieres liberaliter educatas audis, nec ferendis ejuſmodi malis aſſuefactas; ſed animo verſa, quantum illud malum eſſet, quantis res illa difficultatibus circumſepta. Si enim homines qui mediocrem peregrinationem ſuſcipiunt, cum jumenta ſuppetant, miniſtri non deſint, periculo vacent itinera, cum penes eos poteſtas ſit redeundi, multas experiuntur moleſtias, multas miſerias perpetiuntur; ubi mulier & virgines, penuria miniſtrorum, & amicorum proditio, tumultus, & perturbatio, metuſque intolerabilis, diverſa in illis pericula, de anima diſcrimen, & undecumque hoſtes, quæ tandem oratio mulierum certamina, fortitudinem, magnanimitatem, fidem exprimere poterit? Nam ſi egreſſa ſola mater eſſet, non ita intolerandum certamen fuiſſet; jam vero cum & filias deduceret, & duas virgines, ita duplex timendi occaſio, multaque ſollicitudinis erat acceſſio. Quanto enim major poſſeſſio, tanto difficilior eſt cuſtodia. Egrediebatur ergo virgines habens, nec habens quibus in thalamis eas occultaret: tametſi intelligitis thalamos, gynæcea, januas, vectes, cuſtodes, procubitores, ancillas, nutrices, ac matris aſſiduitatem, & patris providentiam, multamque parentum curam adhiberi, ut virginitatis flos cuſtodiatur, & vix ita incolumem conſervari: at illa omni erat cuſtodia deſtituta. Quo igitur pacto poterat illas tueri? divinarum ſcilicet legum cuſtodia. Non babebat domum qua obvallaretur: at potentem manum babebat, qua de cælo protegeretur. non habebat januam neque vectem, ſed veram habebat januam, quæ inſidias longe arceret: & quemadmodum in mediis Sodomis obſidebatur quidem Loth *Gen. 19. 11.* domus, at nihil mali patiebatur, quippe quæ angelos intus baberet: ſic nimirum & Martyres iſtæ inter Sodomitas, cunctoſque hoſtes conſtitutæ, atque undique circumſeſſæ nihil mali patiebantur, quippe quæ Dominum angelorum in animis ſuis habitantem haberent, & in deſertum iter delatæ nihil patiebantur, quod iter baberent, quod ad cælum ipſas deduceret. Quapropter in tanto bello, tumultu ac fluctibus deprehenſæ, cum ſecuritate incedebant: & quod ſane mirum, per medios lupos oves ducebantur, per medios leones agnæ progrediebantur, nec illas quiſquam laſcivis oculis intuebatur: ſed quemadmodum Sodomitas juxta januam ſtantes, aditum cernere non ſinebat Deus, ſic & omnium tunc oculos excæcavit, ne virginea corpora proderentur.

IV. Pergunt igitur ad urbem, Edeſſam [1] nomine, urbem permultis agreſtiorem illam quidem, ſed pietate inſigniorem. *Perveniunt Edeſſam.* Quid enim ex illa urbe æque commodum cenſuiſſent, atque ut in tanta procella perſugium nanciſcerentur, & in tali tempeſtate portum haberent? Et excepit civitas pregrinas, peregrinas quidem terræ, cives autem cælorum, exceptumque depoſitum cuſtodivit. Nemo autem mulieres imbecillitatis accuſet, quod fugerint; præceptum enim dominicum implebant, quod ita ſe babet: *Cum perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.* *Matth. 10.23.* quod & iſtæ cum audiſſent fugerunt, & una illis interim corona nectebatur. Quænam illa tandem? Omnium ſcilicet præſentium rerum contemtus. *Quicumque* enim *reliquerit fratres, & ſorores aut amicos, aut cognatos, centuplum accipiet*, inquit, *& vitam æternam poſſidebit*. *Matth. 19. 29.* *Matth. 18. 20.* Et erant ibi Chriſtum babentes

[1] Meſopotamiæ ſeu hodiernæ Diarbechiæ metropolis, ſub Turcorum dominio. Dicitur olim appellata fuiſſe Antiochia Oſroenorum.

tes contubernalem. Si enim ubi ſunt duo vel tres coogregati, in eorum eſt medio; ubi nou congregaræ tantum erant, ſed & propter nomen ejus exſules, oonne multo potiori jure ipſius auxilium promerebantur? Cum igitur illic mulieres verſarentur, nefaria conſeſtim edicta quoquoverſum traoſmittebantur, multa tyraonide ac barbarica crudelitate referta. Propinqui enim propinquos, ioquit, prodaot, mariti uxores, patres liberos, liberi patres, fratres fratres, amici amicos. Tu vero mihi hoc loco verborum Chriſti recordare, ejuſque prædictionem admirare: ſiquidem cuncta iſta quoodam prædixerat. *Tradet enim*, inquit, *frater fratrem, & pater filium, & inſurgent filii in parentes, &c.*

*Filium quo ſubeitue gentiles ſuis parentes Chriſtianos deferre.*

*Matth. 10. 21.*

V. Videre igitur erat parricidas, liberorum ioterfectores, fratricidas: tumultus ac perturbationis omnia pleoa erant; at mulieres alta tranquillitate fruebantur. Siquidem uodique illas ſpes futurorum muniebat, quoniam & peregre cum degerent, peregre oon degebant: veram enim patriam fidem habebant; civitatem propriam habebant confeſſionem, & cum optima ſpe alerentur, nullis rebus præſentibus afficiebantur: futura namque ſolum ſpectabant. Hoc igitur in ſtatu cum res eſſent, in illam urbem advenit pater militibus ad capiendam prædam ſtipatus: advenit pater & maritus, filiarum quidem pater, uxoris autem maritus: ſi quidem patrem aut maritum eum appellari oportet, qui ejuſmodi in rebus miniſterium ſuum impenderet. At enim parcamus illi, quantum fieri poteſt, qoaodo quidem pater Martyrum, & maritus Martyris fuit, neque dolorem vuloeris ejus crimioibus noſtris augeamus. Tu vero mihi mulierum prudentiam conſidera. Cum enim fugieodum erat fugeruot; cum ineunda erant certamioa conſtiterunt, & amore Chriſti vinctæ ſequebantur. Ut eoim tentationes accerſeodæ ooo ſuot, ita cum advenerint decertaodum eſt, ut iode noſtræ lenitatis, hinc noſtræ fortitudinis ſpecimen edamus: id quod & illæ tum feceruot, & reverſæ ſunt ac decertarunt. Etenim apertum fuerat ſtadium, & ad certamina tempus invitabat. Geous autem agnnis fuit ejuſmodi.

*Comprehenſio,*

VI. Veoeruot io urbem, Hierapolim oomine, iodeque vere ad ſacram urbem* tali machioa ſubvectæ affceoderuot. Viam illam, qua redibaot, fluvius præterfluebat: clam militibus qui praodium ſumebaot, & inebriabaotur. Suot etiam qui dicant conſcio & adjutore patre illas uſas eſſe ut milites fallerent, quod & credo. fortaſſis eoim hoc ideo fecit, ut exigua ſaltem excuſatiooe proditioois hujus gratia in die judicii ſaluti ſuæ provideret, qood operam accommodarit & adjuverit, atque ad martyrium faciliorem curſum reddiderit. Illo igitur in auxilium adſcito, & cum ejus opera milites amovere potoiſſent, io medium flumeo iogreſſæ ſunt, ſeque ipſas in illa flueota demiſeruot. Ingreſſa eſt cum gemiois filiabus mater. Audiant & matres & virgines; hæ quidem ſic matribus pareant, illæ vero filias ſic inſtituaot, ita liberos diligaot. Iogreſſa eſt itaqoe media mater, utrimque filias ſecum habens, quæ virum habebat in medio inuptarom: eratque in medio virginitatis matrimooium, & ipſarum io medio Chriſtus. Sicut igitur radix arboris biois ſtolonibus utrimque ſtaotibus vallata, ſic utrimque beata illa virginibus ſtipata iotrabat, & in aquas illas mittebat. Itaque ſunt ſuffocatæ, vel novo potius & iouſitato baptiſmate baptizatæ. Ac ſi ooſſe velis clarum illud fuiſſe baptiſma quod geſtum eſt, audi quomodo mortem ſuam baptiſma Chriſtus appellet. Filios eoim alloqueos Zebedæi: *Calicem quidem meum bibetis*, ioquit, *& baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimini, &c.*

*Adhortatur Hierapolim.*

*Sese in flumen projiciunt.*

*Matth. 20. 22.*

VII. Itaque duplex fuit molieris martyrium, immo vero triplex. oam per ſe ipſam

*Matrum afflictio in flum.*

* Ἱερὰ πόλις id eſt ſacra urbs. Olim civitas archiepiſcopalis in Syria ſub Patriarchatu Antiocheno. Nonnulli putant eam eſſe urbem, quæ modo appellatur Aleppium.

Ipſam ſemel, per filias ſuas bis martyrium paſſa eſt. & quemadmodum cum ſe ipſam immittere debuit, multa illi fuit opus tolerantia: ſic & obi ſecum puellas traxit, altera taota indiguit, tolerantia, immo vero multo majori. Non enim adeo mulleres ſolent dolere, cum ipſæ, quam com filiæ morituræ fuerint; itaque graviori per filias bæc martyrio cruciata eſt, cum ad reprimeudam oaturæ vim ſe accinxit, cum materoi amoris flammæ reſtitit, & iotolerabili viſcerum conturbatiooi, atque uteri commotioni. Si enim filiam unam quæpiam cernens morieotem, acerbam exiſtimat vitam ſuam; hæc duas filias cooſertim non intueos morientes, ſed ad mortem propria manu trabens, cogita quæ martyria exhiberet ea, quæ id quod etiam auditu ceteris eſt intolerabile, re ipſa perſerret. Ac milites quidem penitus inſcii tamquam rurſus eas recepturi exſpectabant: illæ vero cum Cbriſti militibus cæleſtibus angelis jam tum erant. quod cuſtodes non videbaut, quippe qui fidei oculos non babereot. Enimvero de matre inquit Paulus, *Salvabitur per filiorum generationem*: hic autem filiæ per matrem ſalvæ ſuot factæ. Sic nimirum parere matres oportet; hic euim partus illo priori melior eſt, io qoo dolores quidem acerbiores ſunt, at majus locrum percipitur. De illis partus doloribus, quotquot matres fueruot, noveruot quos dolores illud inurat, cum filias videris mortem obeuotes: ut autem ipſa manu tua cædem perpetres, quam grave ſit exprimi non poteſt. At eoim qua de cauſa in judicium non veoit mulier? voluit ante pugnam tropæum erigere, ante certamioa coronam abripere, ante luctas præmia reportare: oon quod tormenta reformidaret, ſed ne oculis laſcivorum paterent. Non metuebat ne quis latera ipſi effoderet, ſed ne quis filiarum corrumperet virgioitatem, ſ timebat. Atque hoc eam non illo ſuiſſe timore correptam, & idcirco in judicium ooo veoiſſe inde maoifeſtum eſt: multo graviores io flumine cruciatus toleravit. Multo enim gravius eſt & acerbius, ut ante dixi, propria viſcera, filias, inquam, manu ſua demergere, ac ſuffocari ceroere, quam lacerari carnem videre, multoque illi majori opus erat pbiloſophia quam ad tormeota toleranda, ut puellarum tenere dexteras, & ad flumiois flueota pertrabere ſecum poſſet. Neque eoim par ad dolorem inoreodum momentum affert ab aliis cernere divexatas, & ipſam morti ioſervire, ipſam fieri necis adminiſtram, ipſam filiabus caroificis vices obire: ſed hoc illi multo gravius eſt & intolerabilius.

VIII. Huic orationi meæ teſtimonium dicetis, omoes quotquot matres ſuiſtis, quæ partus dolores expertæ ſuiſtis, ac filias ſuſcepiſtis. Quomodo puellarum dexteram arripuit? qui fieri potuit ut maous non obtorpeſceret? quomodo non reſoluti ſunt nervi? quomodo mens de ſtatu dejecta non eſt? qui potuit ratio iis quæ gerebantur inſervire? ſexcentis enim tormentis facinus illud acerbius fuit, cum corporis loco ejus anima diſcruciaretur. Verum enimvero quouſque tandem ea perſequi contendemus, quæ nemo aſſequi poteſt? Nulla quippe paſſionis magnitudinem oratio poſſet exprimere, ſed ea ſola quæ experta eſt ac decertavit mulier oovit, cujuſmodi ſiut iſta certamina. Audiaot iſta matres, audiaot virgioes; matres quidem ut filias ſuas ſic ioſtitoaot; virgines autem, ut ita matribus obſequantur. Non enim tantum laodari conveoit matrem quæ talia juſſerit, ſed & filias commendare, quæ in ejoſmodi rebus parueriot. Nam neque mater vioculis eguit ad hoſtias victimaſque, neque juvencæ reſilierunt, ſed æquali meotis alacritate & animo eodem martyrii jugum trabentes, ſic fluvium ſuot ingreſſæ, calceamentis extra flumiois ripam derelictis. quod ideo ſecerunt, ut cuſtodibus ipſis cooſulereot: tanta erat ſaoctarum illarum providentia. Studebant

ſ De mulieribus quæ ſervandi pudoris cauſa ſe ipſas præcipitarunt, conſule ſi lubet Auguſtin. lib. 1. de Civitate Dei.

bant ſcilicet illis defenſionis in judicio anſam relinquere, ne crudelis ille ac ſævus judex eos proditionis accuſaret: aut quod pecunia corrupti mulieres dimiſiſſent, idcirco calceamenta reliquerunt, quæ militum conſcientiæ teſtificarentur, quod non illis conſciis, ſed ignorantibus in flumen ſponte proſiliiſſent.

*Sanctorum honoranda reliquiæ.* IX. Fortaſſe non mediocri erga ſanctas illas amore exarſiſtis. Cum hoc igitur ardore coram ipſarum reliquiis procidamus, ipſarum capſulas complectamur: multam enim poſſunt virtutem capſulæ martyrum obtinere, quemadmodum & oſſa martyrum vim magnam habent. Neque die tantum hujus feſtivitatis, ſed aliis etiam diebus iis aſſideamus, eas obſecremus, obteſtemur ut patronæ ſint noſtræ. Multam enim fiduciam obtinent, non viventes modo, ſed & mortuæ, multoque magis cum ſunt mortuæ. Jam enim ſtigmata ferunt Chriſti; cum autem ſtigmata hæc oſtenderint, omnia Regi poſſunt perſuadere. Quando igitur tanta illæ virtute pollent, tantaque apud eum amicitia, cum continua velut obſeſſione ac perpetua illarum viſitatione, in familiaritatem nos illatum inſinuaverimus; ipſarum opera Dei miſericordiam impetremus: quam nobis omnibus aſſequi contingat gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem, & cum quo Patri gloria, una cum ſancto Spiritu, gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. CIRYCI & JULITTÆ matris ejus.

*Acta quæ extant.* 1 VAriis Actis Sanctorum Ciryci, ſeu, ut vulgo ſcribitur, Quirici, & Julittæ, quæ tum apud editos auctores, tum in cod. mſ. invenimus, ea prætulimus quæ Franciſcus Combefiſius ex mſ. cod. Græco bibliothecæ Regiæ edidit anno 1660. utpote quæ licet non antiqua admodum, fide tamen digna videntur; cum circa Juſtiniani imperatoris tempus diligenter fuerint concinnata, ut aliis actis ſpuriis, quæ vulgo circumferebantur, ſubſtitui poſſint. Qua id occaſione contigerit, quave ratione execution mandatum, ipſemet auctor declarat. Unde patet, nec decretum quod dicitur Gelaſianum, nec alias auctorum cenſuras, ad hæc Acta quæ hic exhibemus ſpectare. Porro hæc eadem Acta latine reddita invenimus in cod. mſ. bibliothecæ Colbertinæ. Prætulimus tamen Combefiſii verſionem, eo quod in mſ. initium deſit. Integriora fortaſſis ea habuit ex vetuſtiſſimo cod. Card. Baronius, ut colligitur ex ipſius notis ad Martyrologium Rom. die 16. Junii, ubi eorum *αὐθεντίαν* propugnat, eumque cui ipſa Acta directa ſunt Zozimum ac paullo poſt, Zenonem coepiſcopum appellat.

2. Julittæ & filii ejus memoria in utraque Eccleſia, Latina ſcilicet & Græca, ſemper illuſtris fuit. Hanc celebrant Græci in Menologiis Idibus Julii, eorum paſſionis epitome habetur apud Caniſium tomo 2. lect. antiq. Latini vero in Martyrologiis vetuſtis & recentioribus decima ſexta die menſis Junii. Paſſi ſunt autem iſti beati Martyres, non Antiochiæ, ut quædam Acta habent, ſed Tarſi in Cilicia, anno, ut videtur, circ. CCCV. quo de ipſis agit Cardinalis Baronius. Cultum eorum in Galliis jam dudum receptum fuiſſe probant veteres Baſilicæ in eorum honorem ſtructæ. De eorum reliquiis apud Arvernos & Nivernenſes agit Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, at longe præſtantius eſt S. Gregorii Turon. teſtimonium, qui Abrahamum S. Ciryci apud Arvernos Abbatem non ſemel laudat. De Baſilica S. Ciryci plura habet Savaro in notis ad libellum de Eccleſiis Claromontanis. *Feſtivitas.* *Tempus.*

## THEODORI EPISCOPI ICONII EPISTOLA,

### Qua declaratur martyrium ſancti Martyris CYRICI, ac ejus matris JULITTÆ.

*Ex Combefiſii editione cum antiqua verſione mſ. Colbertini collata.*

*Anno Christi circ. 305.* I. CUm venerabilis pietas tua per commendas ſyllabas tuas ex miſella mea tenuitate percontata eſſet, ut quæ ad martyrium vulgo decantatum, ac

 fama

*Acta aurea vitiata.*

fama celeberrimum ſpectaot; CIRYCI inquam, ejuſque matris JULITTÆ docereris, oom & Icooii, unde fama eſt inclitam victoriæ laude martyrem Julittam ejuſque glorioſum filium Cirycum ortos eſſe, martyrii ejuſdem tabulæ habeantur; tamquam ſcilicet illorum patria: quod oimirum in eorum martyrii actis verba quædam exſtent prærumida, ac inconſona, nugaſque ab ſpe Chriſtiana extraoeas cootioeotia: num item vera illorum martyrii acta inveoiri poſſent, tuæ hoc perfectioni ſcriberem. His abs te divis acceptis apicibus, valdeque ſollicirus ut tuum illud præceptum implerem, conteoto ſtudio ac diligenti admodum opera, ſanctorum Ciryci ac ejus matris Julittæ martyrii acta in manus ſumens evolvenſque, ac quam ſedulo legens, vera te loqui inveni, ſanctiſſime pater ſacerdoſque probatiſſime. Ranarum enim ac graculorum garrulos ſonos, hæc quis merito appellaverit, plane Manichæorum, oi mea me ſallit opinio, ſeu aliorom quorumdam hæreticorum aliena ſentieotium arte conſecta, temere illudentium, ac qui ludibrium, pœnamque ducant magoum pietatis myſterium. Cum tamen mulra perquiſitione ſacta, ac diligeoti rei indagine, amplius nibil actum nobis eſſet, indigenas viros oobiles, ac prima inter Iſauros[1] generis claritare ſulgentes percontabamur, num quam paternæ ſaltem traditionis relatu ſeriem nanciſci liceret, qua ex ſanctorum martyrum certis ootis pateſceret certameo.

*Enarrantur.*

II. Marciaous igitur vir religioſus, ac Juſtiniani Imperatoris Notariorum pridem Tribunus ac Cancellarius, dum is copiis cum magiſtratu præſectus eſſet; Zenoque vir ſapientiſſimus illins tunc aſſeſſor ſeu cooſiliarius, quod ſpectat ad saoctos, iſthæc oarraverunt: audiſſe ſe a nobilibus Patriciis exſtitiſſe iis affinem primi Lycaoniæ[2] ſanguinis florem, ſempiterna colendam memoria Martyrem Julittam, vitæ integerrimæ ſeminam, cujus ii ritu annuo memoriam celebrent eo vel maxime nomine, quod ſui eam generis ac cognatioois jure conjunctam agnoſcunt. Hæc porro regio ſemine, vebementius concita in Chriſtianos perſecutiooe, Domitiano Lycaoniæ Comite, viro ſcilicet quam maxime ſero, trucique, ac qui Martyrum cum primis fuſo cruore gauderet; fuga ſe cum duabus ancillis trimuloque filio, præclaro ſcilicet victore martyre Ciryco, Iconio unde & orta erat proripuit. Subſtantia itaque, qua longe locuples erat, relicta, Seleuciam pervenit: quo ipſo loco turbatas magis res Chriſtianorum offeodens, Alexandro quodaio Seleuciæ Præſide a Diocletiano conſtituto, a quo ipſo recens edictum accepiſſet, quo juberentur omni tormentorum geoere excruciari, qui idolis, queis falſo ii deorum nomen adſcribebaot, oon immolareot: cogirans illa id, quod in Scriptura habetur, *Date locum iræ;* oe ſe ipſa periculis dederet, hinc quoque profuga Tarſum abit, quæ primæ Ciliciæ proviociæ prioceps civitas eſt. Velut autem ex condicto commigrante eo immaoi ac duriſſimo Alexaodro, qui ſcilicet Domitiaoi ſæviriam multis partibos ſuperaret, comprehenditur inclita victrix martyr Julitta luis ipſa ulnis, tenella valde ætate poellum, a Deo oempe vocatum martyrem Cirycum, complectens. Poſt eam comprehenſam, aocillæ ea relicta ſugam arripueruot; foriſque tyraooi in ea ſupplicia agonemque ipſius ſpectabant. Tum illa tribuoali adbibita, nomenque ac ſortuoam, patriamque Alexandro rogata, præſidenti aoimo reſpondens judici, Domini noſtri Jeſu Chriſti ſibi nomen adſcivit, diceos: *Chriſtiana ſum.*

*Julitta cum filio fugit.*

*Rom. 12. 19.*

*Comprehenditur.*

III. Ira itaque accenſus Alexander tolli ab ea puerum juſſit, ac ad ſe adduci, quippe elegantem ac necdum per ætatem quidquam ſcientem quod ex propoſito, meotiſque liberæ ſit: matrem vero compoſito corpore atque diſteoto cru-

1 Iſaura ſeu Claudiopolis, urbs epiſcopalis ſub Seleuciæ archiepiſcopo, toti Iſauriæ, quæ regio eſt Aſiæ, nomen dedit.

2 Lycaonia Aſiæ minoris provincia Iſauriæ finitima, cujus metropolis Iconium, urbs modo etiam celeberrima.

crudis nervis immaniter cædi imperavit. Vi autem abs ſtrenuæ Martyris ſinu avulſum puerum, totumque in matrem geſtientem, nec ab ea ocellos avocantem, carnifices Prætori adhibent; in illam miniſtri, quod erant juſſi, diris verberibus cruciantes, adimplent; cum illa id unum reſponderet, *Chriſtianam ſe eſſe, nec fore ut dæmoniis umquam immolaret.* Dum igitur in ſtatuæ modum inanimis valide plagis conſcinditur, eamdemque inceſſanter inclamat vocem: accepto Prætor manu puero, blande deliniens, a fletu cohibere omnino nitebatur, genibuſque impoſitum accipere oſculo conabatur. Puer vero intentis in matrem luminibus, Prætorem abs ſe ſubmovebat, ac caput avertebat; manibuſque obnitens, Prætoris faciem unguiculis ſcalpebat; velut denique caſtæ turturis pullus, æmulam ſanctus Cirycus vocem pronuntiavit, eamdem ipſam matris prædicationem edens ac clamans: *Chriſtianus ſum.* Calcibus quoque judicis latus perebat [3]. ſolet enim fere infantilis ætas hujuſcemodi geſtibus incompoſite agi, itaque conſtrepere. Quamobrem excandeſcens agreſtis illa fera (nec enim homo nuncupandus ſit, qui nec in rudem ac innoxiam miteſcat ætatem, eique indulgeat) pede arreptum e ſublimi ſolio puerum terræ allidit. Præclari vero Martyris cerebro, ea in conſeſſione ad graduum angulos colliſo, gravique ictu contrito, circum late tribunalis area cruore opplebatur; infanſque divina ſoboles in Dei manus ſpiritum reddebat. *Juſtorum* namque *animæ in manu Dei ſunt*. Id itaque ſancta Julitta conſpicata, velutque exſuperanti gaudio repleta: *Gratias tibi ago Domine*, ajebat, *quod filium me priorem conſummatum, immarceſſibilem coronam dignanter conſequi voluiſti.*

Cirycus infans occiditur.

IV. Hinc Judex ſortem ipſe deplorans, factoque ejulans, ſublimis e ligno ſeu equuleo, valide fodi latera [4]; exque lebete hauſtam picem bullientem pedibus affundi jubet. Tumque præconis voce jubente, atque dicente: Julitta tui ipſa miſerere, diiſque ſacrifica, ac libera eſto a tormentis, ne eamdem ac filius malam necem reportaveris; generoſo illa propoſita tormenta pertulit, clamans ac dicens: *Ego dæmonibus, ſurdis ſcilicet ac mutis ſtatuis, non ſacrifico; ſed Chriſtum Dei filium unigenitum colo, per quem Pater condidit omnia; ac feſtino meum aſſequi filium, quo illi ſocia conſequendo regnum cælorum efficiar contendo.* Ubi omnem vincens inſaniam ſævus judex, conſtantem pugna adverrit Martyris animum, adverſus eam ſententiam dicit; cædi gladio feminæ cervicem, filii cadaver in damnatorum loco projici jubens. Carnifices igitur ejus ore cbamo obſtructo ac alligato, in ſolitum carnificinæ locum, quod juſſi erant impleturi duxerunt. Rogat Julitta tantiſper conſiſtere, donec ſupplex ad Deum, qui ſolus bonus eſt, precata ſit. Inflexis animo carnificibus, ac quid modicum ad moras orandi condonantibus, poſitis illa genibus oravit dicens: *Gratias tibi ago, Domine, qui priorem me filium meum vocaſti, & ut præſenti hac vanaque relicta vita, æternæ illi cum ſanctis jungeretur, propter ſanctum ac tremendum nomen tuum dignanter voluiſti; me quoque ſuſcipe indignam ancillam tuam, facque ut ingens illud bonum nanciſcar, quo prudentibus virginibus, quibus indultum ut in cæleſtem ac incorruptum thalamum ingrederentur, accenſear: ac benedicat ſpiritus meus Patrem tuum Deum omnium conſervatorem, ac univerſorum opificem, ſanctumque Spiritum in ſæcula. Amen.* Ubi *Amen* compleverat, vibrans ſpiculator gladium fortiſ mam ejus abſcidit cervicem, projecto corpore extra civitatem, quo ipſo loco præclariſſimi laureati Martyris cadaver poſitum erat.

Julitta confeſſio.

Per Chriſtum omnia condita.

Damnatur.

SS. Trinitas.

Orat, gladio feritur.

V. Conſummatur autem Chriſti gratia, tum triumpharrix martyr Julitta, tum glorioſus atque inclitus ejus filius Ciry-

3 Cod. Colbertin. habet: *Præſidem momordit in latere.*
4 Cod. Colbert. *Mox ſævus Præſes indignans equuleario præcepit craſſum eam deorſum, & lebetem bullientem pice refertam ſuper ejus ſtabili pedes.*

Ciryeus ad XVII. Calendas Auguſti [5]. Poſtridie vero ambæ ejus ancillæ ſublata noctu eadavera, procul depoſita humo eondiderunt in Tarſi urbis agro [6]. Ad Conſtantini autem religioſiſſimi Imperatoris tempora ſuperſtes aneillarum altera, eum veritas in lucem producta, Deique Eeeleſiæ, ipſius munere, nactæ ſunt libertatem, locum prodit; tumque fideles quique aliquid ex ſacris pignoribus ad ſuæ vitæ munimen ac præſidium aecepturi, atque ad Dei noſtri optimi gloriam, properarunt, ac locum frequentarunt.

Auctoris epilog.

VI. Hæe igitur reipſa geſta ſunt, quæ & religioſiſſimo animo veſtro annotavi. Tu vero viris fidelibus depoſito trade, qui ſeilicet alios quoque docere ſufficiant, ac eertam eis fidem faeere; ne iis libellis, qui manifeſte fabuloſi ſunt, circumferantur, ſed ipſi eredant veritati, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum quo Patri ae Spiritui ſancto gloria, honor, poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.

5 Idem cod. *quinta-decima die menſis Julii*.

6 Idem cod. *In ſpelunca Tarſo conterminа*.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti THEODORI.

1. ACcepimus ex cod. mſ. monaſterii Lirenſis in Normannia Acta ſancti THEODORI, cognomento Tironis, ſed eadem omnino, licer aliis verbis expreſſa, quæ apud Surium, & in variis cod. mſſ. reperiuntur. Unde cum tantæ auctoriratis non eſſe videantur, quæ ſancti Gregorii Nyſſeni epiſcopi oarrationi præferri debeant, viſum eſt potius, ceteris omiſſis, ipſius Gregorii orationem proferre, quam *Encomium magni Martyris Theodori* inſcripſit, in qua ſancti Martyris non laudes ſolum, ſed & egregiam fidei confeſſionem, ſummam io tormentis perferendis conſtantiam, ac tandem ipſius felicem exitum elegaorer exponit.

*Oratio S. Greg. Nyſſ. de S. Theodoro.*

2. Porro erſi nonnulla in variis auctoribus occurrant, quæ incertum eſt, an potius noſtro Theodoro, quam alteri eiuſdem nomiois, qui Heracleæ ſub Licinio imperatore paſſus eſt, attribui debeant; multa tamen de Theodoro Tirone cerra habentur, ex quibus patet ipſius memoriam apud Græcos olim celeberrimam fuiſſe. Id ipſemet teſtatur Gregorius Nyſſenus, qui hunc veluti unum e præcipuis provinciæ tutelaribus ac patronis iovocat & veneratur. Et certe ex ejus orstionis initio conſtat *undique ex agris & ex urbibus catervatim* fideles ad Theodori feſtivitatem celebrandam confluxiſſe. Baſilicam ipſius nomini conſecratam Conſtantinopoli exſtitiſſe teſtis eſt Procopius lib. 1. de ædificiis Juſtiniani imperatoris cum aliis paſſim auctoribus, quos videſis in Cangii *CP.* Chriſtiana lib. 4. eap. 6. oum. 102. Sanctus STEPHANUS, *Junior* vulgo appellatus, qui ſub Copronymo pro ſacrarum imaginum defenſione martyrium pertulit, cum ad ſupplicium traheretur, *juxta oratorium ſancti & magni martyris Theodori* perveniens, *oculis ad cælum erectis, extrema ſalute Martyrem adoravit*, ut in ejuſdem Stephani vita legitur, quam ex cod. mſ. Græco Colbertino nunc primum vulgavir noſter Jacobus *Loppin*, Analectorum Græc. rom. 1. pag. 518. Alterius Oratorii, quod Jeroſolymis exſtabat, in honorem ſancti Theodori martyris conſtructi, memioit Cyrillus io vita ſancti Sabæ, numero 78. apud Cotelerium tom. 3. Monumentorum Eccl. Græcæ. De alia item ejuſdem Martyris baſilica prope Damaſcum, vide Orationem 3. Johannis Damaſceni de ſacris imaginibus, ubi narrat eo io loco ſuo tempore aſſervatam fuiſſe ſtatuam ſancti Theodori, quæ ſagitta a Sarraceno quodam percuſſa ſanguinem effundere viſa eſt. At Romæ etiamnunc ſupereſt ad radicem monris Palatini antiquiſſima eccleſia ſub ſancti Thodori martyris nomine conſtructa. Celebris erat olim ad ſancti Theodori ſepulcrum in Euchaira urbe fidelium concurſus, ut aſſerit Johannes Moſchus Prati ſpiritualis eapire 180. quam urbem poſtea Johannes Zemiſches imperator, ædificata ampliſſima baſilica, *Theodoropolim* appellare voluit, ob ingentem victoriam quam iſtius Martyris precibus reportarat, ut teſtantur Zonaras 3. parre Annal. in Johanne Imper. & Cedrenus io Compendio. Verum cum uterque Theodorus ibi ſepultus dicatur, non cooſtar cuinam e duobus hæc attribui debeant, fortaſſis utrique.

*Celebris memoria.*

3. Sancti Thodori Tironis memoriam Græci die 18. Februarii celebrant, quam Latini die 9. Novembris recolunt. Paſſus eſt aono CCCVI. Amaſeæ; quæ eſt Ponti Metropolis, hioe a nonnullis *Theodorus*

*Ama-*

*Amaſenus* appellatur. An de eo ſit homilia, quæ ſub Nectarii *CP.* epiſcopi nomine circumfertur, non adeo conſtat. Sed parum intereſt, cum certum ſit, hanc homiliam vel Nectarii ferum non eſſe, aut ſaltem ab aliquo poſteriori auctore fuiſſe interpolatam. In ea autem agitur cur Theodori memoria recolatur in primo ſabbato ſanctorum jejuniorum, qua de re paſſim apud vulgaros auctores.

*Anno Chriſti 306.*

# ORATIO
## S. GREGORII NYSSENI EPISCOPI
### De magno martyre THEODORO.

I. VOs qui populus Chriſti, qui grex ſanctus ac regale eſtis Sacerdotium, qui undique & ex urbibus & ex agris catervatim confluxiſtis, unde ſigno itineris accepto ad hunc ſacrum locum veniſtis? Quis vobis huc veniendi adeo feriam ac quaſi præſtitutam neceſſitatem impoſuit? Hocqne tempore hiemis, quo & a bello quies eſt, & miles armaturam amovet, & nauta gubernaculum ſupra fumum ponit, & agricola aratores boves in præſepio curans quieſcit? An palam eſt, quod ſanctus Martyr ex militaribus ordinibus tuba cecinit, & multos ex diverſis regionibus excitatos ad ſuæ requietis locum ac ſedem vocavit, non ad bellicum inſtruens apparatum, ſed ad dulcem ac maxime Chriſtianos utique decentem pacem cogens? Hic enim, ut credimus, etiam anno præterito barbaricam tempeſtatem ſedavit, & horrendum ferorum & immanium Scytharum bellum inhibuit atque repreſſit, terribilem atque formidabilem illis jam viſis & appropinquantibus obvibrans, non galeam trinis criſtis & conis inſignem, neque gladium bene acutum, & ad ſolem reſplendentem, ſed malorum propulſatricem, & omnipotentem crucem Chriſti, pro qua & ipſe mortem perpeſſus hanc gloriam acquiſivit, &c. . . Anima quidem ex quo ſublimis abiit in ſuo loco acquieſcit, & corpore ſoluta, cum ſui ſimilibus una vivit: corpus vero, venerandum & immaculatum illius inſtrumentum, quod ſuis vitiis & affectibus illius inhabitantis incorruptibilitatem non læſit, cum multo honore & cultu compoſitum atque ornatum, in auguſto ſacroque loco ſitum eſt: quod veluti res cara magnique æſtimata, atque recondita in tempus regenerationis reſervatur, multis ſingularibus & eximiis rebus præditum, propter quas ad alia corpora, quæ communi ac vulgari morte diſſoluta ſunt, ne comparandum quidem eſt, idque in ſimili materia naturæ. nam ceteræ quidem reliquiæ etiam abominabiles pleriſque ſunt: ac nemo lubenter ſepulcrum præterit, aut ſi ex inopinato apertum offendit, deformitate nimirum earum rerum quæ inibi jacent, faciem operiens omni injucunditate repletus, & humanæ naturæ conditioni graviter ingemiſcens prætercurrit. Quod ſi venerit ad aliquem locum ſimilem huic, ubi hodie noſter conventus habetur, ubi memoria Juſti, ſanctæque reliquiæ ſunt: primum quidem earum rerum magnificentia, quas videt, oblectatur, dum ædem ut templum Dei, & magnitudine ſtructuræ, & adjecti ornatus decore ſplendide elaboratum intuetur; ubi & faber in animalium figuram lignum formavit, & latomus ad argenti levitatem cruſtas lapideas expolivit. Induxit autem etiam pictor flores artis in imagine depictos, fortia facta Martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas & immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeum illum fornacem, beatiſſimam conſummationem athletæ, certaminum præſidis Chriſti humanæ formæ effigiem, omnia nobis tamquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificioſe depingens, certamina atque labores Martyris nobis expreſſit, ac tamquam pratum amœnum & floridum templum exornavit. Solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeque prodeſſe: lapillorum item concin-

*Theodori precibus Scythæ repreſſi.*

*SS. Reliquiæ honoratæ.*

*Templorum ornatus.*

*Martyrium in eccleſia depictum.*

cinnator hiſtoriæ par opus in pavimento [1], quod pedibus calcatur, effecit.

II. His igitur arte elaboratis operibus, quæ ſenſui expoſita ſunt, ubi oculos oblectavit, cupit deinceps etiam ipſi conditorio appropinquare, ſanctificationem ac benedictionem contrectationem ejus eſſe credens. Quod ſi quis etiam pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quieſcit, obſitum eſt, auferre permittat, pro munere pulvis accipitur, ac tamquam res magni pretii condenda terra colligitur. Nam ipſas attingere reliquias, ſi quando aliqua ejuſmodi proſpera fortuna contingat, ut id facere liceat, quam id ſit multum deſiderandum & optandum, ac ſummarum precum donum, ſciunt experti, & ejus deſiderii compotes facti. Quaſi corpus enim per ſe vivens & florens, qui intuentur, amplectuntur, oculis, ori, auribus, omnibus ſenſuum inſtrumentis adhibentes [2]: deinde officii & affectionis lacrymas Martyri, quaſi integer eſſet & appareret, ſuperfundentes, ut pro ipſis deprecator intercedat, ſupplices preces offerunt tamquam ſatellitem Dei orantes, quaſi accipientem dona, cum velit, invocantes. Ex his omnibus, o popule pie, diſcite, quod pretioſa ac honorata coram Domino ſit mors ſanctorum ejus, &c.... Cui regum talis honor habetur? quis ex iis, qui ſupra modum inter homines excellere viſi ſunt, tali memoria celebratur? Quis Imperatorum qui urbes munitas ceperunt, nationes innumeras ſubegerunt, adeo decantatus & fama celebratus eſt, ut hic Miles pauper, modo conſcriptus & tyro [3]: quem Paulus armavit, quem Angeli ad certamen unxerunt, quem victorem Chriſtus coronavit? Enimvero quoniam oratione prope ad certamina atque labores Martyris acceſſi, age communibus relictis peculiarem ſancti ſermonem inſtituamus. Eſt enim ſuum cuique gratum & acceptum.

*Pulvis ſepulcri collectus.*

*Sanctorum invocatio.*

III. Patria igitur præclaro ac ſtrenuo huic viro eſt ea regio, quæ ad ſolem ſpectat orientem. nam etiam hic, ſicuti Job, ex partibus orientalibus nobilis eſt, cumque patriam cum illo communem haberet, ejuſdem imitatio morum ingeniique ei non defuit: nunc vero quilibet Martyr totius ſubjectæ regionis civis, univerſo terrarum orbi communis eſt. Sumtus autem illinc ad armatos ordines militares, cum duces militum eos hic in bibernis collocaſſent, ita cum ea legione, in quam conſcriptus erat, ad noſtram regionem tranſivit. Bello autem repente moto non ex incurſione barbarorum, ſed ex lege ſatanica, decretoque, quo Deus oppugnaretur (quicumque enim Chriſtianus eſſet, impio ſcripto exagitabatur, & ad mortem ducebatur) tunc nimirum, tunc hic ter quaterque beatus THEODORUS, quod inſigni pietate præditus eſſet, fidemque in Chriſtum ubique circumferret, propemodum in fronte confeſſionem inſcriptam gerens, non jam amplius virtute tyro, modo conſcriptus erat, neque rei bellicæ & pugnæ rudis: ſed animo ſtrenuus, fortiter ſeſe periculis objiciens, non remiſſus & languidus, non trepidans, non formidans & metu fractus, non verbum minus liberum proferens. Ut enim Præſes & Tribunus in unum convenerunt, ſicut olim Herodes & Pilatus, atque conſedit ſceleſtum & improbum illud conſilium, ſervum Crucifixi ſimili ratione, atque Domino ejus acciderat, ad judicium ſiſtunt, ac, Dic, inquiunt, unde tibi innata audacia atque temeritate adverſus legem Imperatoris

*Theodori patria.*

*Coram judice ſiſtitur.*

[1] Ejuſmodi pavimenta Remis adhuc ſuperſunt in tribus baſilicis, archimonaſterii ſcilicet Remigiani, abbatiæ S. Petri monialium Benedictinarum, & antiquiſſimæ Collegiatæ ſancti Symphoriani. De his vide Bergerium l. 2. de viis publ. Imperii, & Marlot. tom. 1. Metrop. Rem. Plura item ſunt Romæ & alibi paſſim.

[2] Alia erat Eccleſ. Romanæ diſciplina, ubi ſacra corpora nequidem a loco ſepulturæ movebantur, ut patet ex Greg. M. lib. 3. epiſt. 30. ad Conſtantinam Auguſtam. *Romanis*, inquit, *conſuetudo non eſt, quando Sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore; ſed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora ponitur, &c.* Paullo poſt: *In Romanis vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile eſt atque ſacrilegum, ſi Sanctorum corpora tangere quiſquam forte voluerit.* Unde ſubdit: *De Græcorum conſuetudine, qui oſſa levare Sanctorum ſe aſſerunt, vehementer miramur, & vix credimus.*

[3] Contendit Jacobus Goar *Tironem* dictum fuiſſe, non quod recenter arma ſuſcepiſſet, ſed quod ex una legionum eſſet quæ *Tironum* appellabatur. In Actis tamen vulgatis dicitur adſcriptus fuiſſe legioni Marmaritanorum. Confer num. ſeq.

toris contumax es, nec te tremens domini juſſis ſubmittis? neu quemadmodum placet iis, qui rerum potiuntur, adoras? Maximianus enim cum conſorte tunc imperium tenebat. Ille vultu confirmato atque imperterrito animo, ſcitum & acutum dictis adjecit reſponſum: *Deos quidem neſcio. neque enim revera ſunt. Vos autem erratis, qui dæmonas fallaces & impoſtores, Dei appellatione honoratis; mihi vero Deus* Chriſtus Deus. *eſt Chriſtus, Dei unigenitus Filius. Pro pietate igitur atque confeſſione iſtius, & qui vulnerat, incidat; & qui verberat, laceret; & qui cremat, flammam admoveat: & qui his vocibus meis offenditur, linguam eximat. Per ſingula enim membra corpus Creatori patientiam debet.* Fracti ſunt his verbis tyranni, ac primum impetum viri fortis non ſuſtinuerunt, adoleſcentem videntes ad paſſionem exultantem, ac veluti ſuavem potum mortem appetentem. Ut autem illi paullisper cunctabantur, hæſitantes ac deliberantes, quid facto opus eſſet; unus quidam ex iis qui ordines ducebant, miles, qui ſibi lepidus & urbanus eſſe videbatur, ſimul reſponſum Martyris irridens: Eſtne, inquit, o Theodore, filius tuo Deo? & generat ille carnis affectibus, ut homo, obnoxius? *Humano quidem more affectibus carnis obnoxius meus*, inquit, *Deus non generavit: verum & filium confiteor, & nati-* Filii Dei nativitas divina. *vitatem talem eſſe dico, quæ Deum deceat. Tu vero, o miſer & imperite, quod ad ſenſum & rationem attinet; an non erubeſcis, ac pudore vultum demittis, qui etiam feminam deum confiteris, & ut matrem duodecim liberorum eamdem adoras; fœcundam quamdam leporum ſuumve modo dæmona, quæ facile & concipiat & partum edat?* cum autem hoc modo duplicem Sanctus irriſionem ſimulacrorum cultori repoſuiſſet, humanitatis & clementiæ ſpecie facta tyranni: Exiguum, inquiunt, ad conſiderandum inſanienti tempus concedatur. Fortaſſe per otium, re ſecum perpenſa atque deliberata, mutabitur in melius. Inſaniam enim dementes ſanitatem mentis vocabant; alienationem vero mentis & vecordiam, pietatem; quemadmodum fit, cum ebrii ſuam affectionem ſobriis objiciunt. At homo pius Chriſtique miles dato ſibi ſpatio ad forte ac virile facinus abutitur. Quodnam autem id fuerit, tempus eſt vobis cum lætitia narrationem accipiendi.

IV. Ei quæ fabulis celebratur, matri deorum, templum erat in metropoli Amaſea, quod illi, qui tunc errabant, inibi alicubi circa ripas amnis vanitate adducti exſtruxerant. Hoc iſte vir Templum incendit. ſtrenuus in tempore datæ ſibi ſecuritatis capta occaſione, & aura ſecunda incenſum concremavit, reipſa reſponſum, quod poſt deliberationem prorſus exſpectabant, impiis atque ſceleſtis dans. Cum ea res celeriter omnibus pateſieret, (quippe in urbe media clariſſimus ignis accenſus erat) non occultabat audax inceptum, neque laborabat ut hoc a ſe factum lateret, ſed palam ac vehementer quidem ſignificabat ſeſe propter præclarum facinus ut rem bene geſtam exultare & efferri, atque tumultu impiorum, quo templi atque ſtatuæ nomine dolentes perturbabantur, ſupra modum gaudere. quin etiam magiſtratibus indicatum eſt, quod ipſe ſuis manibus incendium feciſſet, ac rurſus judicium priori terribilius, ut nimirum etiam par erat, cum tanta res, quæ exacerbaret & irritaret eos, incidiſſet. Atque illi quidem in judiciale tribunal aſcenderunt: Theodorus vero in medio eorum (erat), magna loquendi libertate utens, in ſtatu cauſam dicentis magiſtratus confidentia præditus, cum interrogaretur, celeritate confeſſionis interrogationem antevertens. Poſteaquam Factum fatetur. autem & imperterritus erat, & ad nihil eorum, quæ gravia atque aſpera cum minis ei oſtentabantur ſupplicia, ſe ſubmitteret; nec confidentius loqui deſineret, in contrariam rationem motati ſunt, ac benigne cum eo ſermocinantes promiſſis Juſtum ſubtrahere tentabant. Et ſcito, inquiunt, quod ſi conatus fueris filium noſtrum obedienter admittere volueris, protinus te ex obſcuro nobi-

 lem,

lem, ex humili, deſpectoque & inglorio honoratum efficiemus, ac tibi pontificatus dignitatem promittimus. Ut autem pontificiam dignitatem nominari audivit ter quaterque beatus ille, cum diu multumque irriſiſſet, dixit: *Ego etiam ſacerdotes ſimulacrorum ærumnoſos eſſe judico, & ut vanæ actionis miniſtros miſeror: pontificum vero multo magis me & miſeret, & abominor eoſdem. Inter malos enim qui major eſt, ac primum locum tenet, miſerior eſt, ut inter injuſtos injuſtior, ut inter homicidas, qui crudelitate ceteros præcedit, ut inter laſcivos & libidinoſos, qui petulantior atque protervior eſt. Propterea perniciosa promittendi dehinc finem facite. Non enim, heus vos, animadvertitis, neque ſentitis caput & ſummum malorum mihi promittentes. At ei, qui pie ac recte vivere ſtatuit, præſtat in domo Domini abjectum eſſe, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Me etiam Imperatorum horum, quorum legem iniquam continenter recitatis, miſeret: quod cum per ſe ſatis magna inter homines dignitate ob regium imperium præditi ſint, pontificis appellationem ſibi ſumſerunt, & lugubri obſcuraque purpura hujus indignitatis nomine induuntur, ad imitationem infelicium pontificum, in dignitate ſplendida, atque illuſtri, triſte & inamœnum geſtantes indumentum: nonnumquam autem impuro altari appropinquantes, pro imperatoribus coqui ſiunt; aves occidentes, & miſerorum pecorum viſcera rimantes ac perſcrutantes, & ſpurcitie ſanguinis, tamquam macellarii quidam lanii carnium venditores, veſtem fœdantes.*

*Promiſſiones reſpuit.*

V. Poſt has Juſti iſtius voces, ne fictam quidem & aſſimulatam jam amplius benignitatem Magiſtratus præ ſe ferebant: ſed & impiiſſimum adverſus deos vocantes, præterea in Imperatores quoque contumelioſum & maledicum, primum quidem in ligno ad torquendos homines parato ſuſpenſum corpus lacerabant. Ille vero lictoribus vehementer in opere occupatis, conſtans erat, nihilque de priſtina animi magnitudine remittebat, ac verſum ex libro Pſalmorum tormentis accinebat; *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo*. Atque illi quidem carnes cædendo diminuebant; hic vero quaſi alius quis pœnam ſubiret, pſallebat. Hoc modo punitum carcer excepit, ac rurſus illic miracula circa Sanctum edebantur, ac noctu vox multitudinis pſallentium audiebatur, & facum alluceotium, ut in nocturna pervigilatione, ſplendor ab iis, qui foris erant, conſpiciebatur; adeo ut etiam carceris cuſtos inſolita atque admirabili viſione & auditione turbatus inſiliret in domunculam, & neminem inveniret præter Martyrem quieſcentem, & ceteros vinctos dormientes.

*Dire torquetur.*

*Miracula.*

VI. Poſteaquam autem, cum multa fierent ac tentarentur in eo, ad confeſſionem & pietatem obfirmatus erat, prolata eſt in eum ſententia condemnatoria, & igni confici & conſummari juſſus. Ipſe quidem præclaro ac beato itinere abiit ad Deum; nobis vero memoriam certaminis pro doctrina reliquit, populos congregans, Eccleſiam erudiens, dæmonas arcens & fugans, angelos pacificos reducens, rogans a Deo pro nobis utilia, variorum morborum medicinæ officinam hunc locum efficiens, portum eorum qui afflictionum tempeſtatibus jactantur, pauperum abundans & copioſum ærarium, viatorum quietum diverſorium, locum celebrem conventus ac dies feſtos continenter agentium. Etſi enim anniverſariis feriis hunc diem celebramus: at numquam ceſſat ſtudioſe advenientium multitudo, ac formicarum ſimilitudinem ſervat ea, quæ huc pertinet via publica, cum alii quidem aſcendant, alii vero venientibus cedant. Ac nos quidem, o beate, benignitate Creatoris anniverſariam circuli viciſſitudinem aſſequuti, coegimus tibi publicum conventum, ſacrum, inquam, Martyribus addictum, & communem Dominum adorantes, & tuorum certaminum victoriæ commemorationem peragentes.

*Igne conſumitur.*

VII. Tu

*Martyrem invocat.* VII. Tu vero huc jam ades ad nos, ubicumque tandem fueris, ut diei feſto præſis. Vocantem enim te contra vocamus: ac ſive in ſublimi æthere habitas, ſive per cæleſtem aliquem circulum verſaris, aut in choros angelorum cooptatus Domino adſiſtis, aut cum virtutibus & poteſtatibus, ut ſervus fidelis adorationis officio ſungeris: paruumper ab iis officiis vacationem deprecatus, veni ad hos qui te honorant, inviſibilis amicus; cognoſce ac viſe ferias, quæ celebrantur, ut gratiarum adverſus Deum conduplices actionem, qui pro una paſſione, & una pia confeſſione tot tibi remunerationes largitus eſt: ac læteris ob ſanguinem effuſum, & ignis cruciatus toleratos. Quot enim tunc ſupplicii ſpectatores populos habebas, tot nunc habes honoris miniſtros. Multorum beneficiorum indigemus: intercede ac deprecare pro patria apud communem Regem & Dominum. Nam patria Martyris eſt etiam locus paſſionis; cives item & fratres & cognati, qui & habent eum & tuentur, & ornant atque honorant. Timemus afflictiones, exſpectamus pericula. Non longe abſunt ſceleſti Scythæ bellum adverſum nos parturientes: ut miles propugna, ut martyr pro conſervis utere libertate loquendi. Etiamſi ſuperaſti ſæculum, at noſti affectus & uſus neceſſitateſque humanæ conditionis: pete pacem, ut hi publici conventus non deſinant: ne debacchetur atque graſſetur adverſus templa altariave rabioſus & ſceleratus barbarus: ne conculcet ſancta profanus & impius. Nos enim etiam, quod incolumes & integri conſervati ſumus, tibi beneficium acceptum referimus. petimus autem etiam futuri temporis præſidium atque ſecuritatem. Quod ſi majori etiam opus fuerit advocatione ac deprecatione, fratrum tuorum Martyrum * coge chorum: & cum omnibus una deprecare, multorum juſtorum preces multitudinis ac populorum peccata luant. Admone Petrum, excita Paulum, Johannem item Theologum, ac diſcipulum dilectum, ut pro eccleſiis, quas conſtituerunt, ſolliciti ſint, pro quibus catenas geſtaverunt, pro quibus pericula ac mortes tulerunt. Ne ſimulacrorum cultus adverſum nos caput tollat: ne hæreſes ſicut ſpinæ vineæ ſuccreſcant: ne zizaniom editum ſuffocet triticum. Ne qua petra veri roris pinguedine carens adverſum nos exſiſtat, & ſermonis ac verbi fertilitatis vim radicis expertem efficiat: ſed virtute tuæ ſociorumque tuorum deprecationis, o vir admirande atque inter Martyres eminens & excellens, Chriſtianorum reſpublica campus ſegetum reddatur. qui campus ad finem uſque maneat in pingui fertilique arvo fidei in Chriſtum, ſemper fructum edens æternæ vitæ, quæ contigit per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum. Cum quo Patri ſimul & Spiritui ſancto gloria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

a An Eutropius, Leonicus, & Baſiliſcus martyres, quos Græci commilitones & cognatos S. martyris Theodori Tironis appellant. In cod. regio poſt hæc verba in græco additur ἀνάκοινον τῶν συστρατιωτῶν καὶ συγγενῶν σου Θεόδωρε, μετὰ πάντων. *Advoca tibi armigerum & militum omnium ductorem Theodorum.* Quibus verbis videtur deſignari Theodotus Dux militum, qui ſub Licinio Heracleæ paſſus eſt. de quo plura Bollandus ad diem 7. Februarii. quo die ejus feſtum a Græcis & Latinis recolitur.

### *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. APOLLONII & ſociorum ejus.

1. CUm neminem lateat, pleraque Martyrum Acta, quæ ſub Simeonis Metaphraſtis nomine vulgo circumferuntur, ſæpius vitiata, aut certe variis additamentis interpolata fuiſſe: viſum eſt Rufini narrationem de ſanctorum Apollonii ac ſociorum ejus martyrio præferre Actis vulgatis ex Metaphraſte. *Eorum Paſſionis hiſtoria ex Rufino.* Rufinus quippe, horum Martyrum tempori vicinus, ea quæ ſcribit ab iis audierat, qui Apollonium noſſe potuerant, ac fortaſſe cum ipſo fuerant converſati. nam & ipſe Apollonius in Thebaide monaſticam vitam agebat. Et certe ejus hiſtoriam apud iſtarum partium monachos notiſſimam fuiſſe ex Palladio patet, qui eam Lauſiacæ hiſtoriæ capp. 65.

& 66. iiſdem fere verbis, ac ipſe Rufinus, inſeruit. Acta autem vulgata tot prodigioſis eventibus permixta ſunt, ut ad fidem ſibi conciliandam antiquioribus teſtibus opus habeant.

*Apollonius monachus.* 2. Monachi nomen Apollonio Rufinus & Palladius tribuunt, quamvis *Diaconus* tantummodo in Martyrologiis appelletur. Sed mos fuit olim eos monachos, qui ad ſacros Ordines evehebantur, omiſſo *monachi* vocabulo, ſuſcepti ordinis nomine deſignari, quod notius eſt quam ut probatione indigeat. Ceterum monachos a perſecutoribus vexatos fuiſſe patet ex Sozomeno, qui lib. 3. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14. de ſancto Anuph monacho ſe accepiſſe aſſerit, quod *ex eo tempore quo Chriſtum in perſecutionibus fidei cauſa excitatis, primum confeſſus fuerat, nec mendacium dixiſſet, nec ex terrenis quidquam concupiiſſet*. Unde ſuſpicantur nonnulli, Apollonium noſtrum hunc eſſe de quo paullo ſuperius agit Sozomenus, qui poſt exactos aliquot annos in ſolitudine, anno ætatis ſuæ quadrageſimo, divino juſſu ad loca ab hominibus habitata ſe contulit. Hunc enim in Thebaide monaſterium habuiſſe tradit Sozomenus, ac multis mirabilibus claruiſſe. quod de noſtro Apollonio iiſdem fere verbis Palladius affirmat.

3. Hos Martyres apud Antinoum Ægypti civitatem paſſos fuiſſe perhibent omnia Martyrologia, ad diem 7. Martii. quod verum eſt, ſi de paſſionis initio intelligatur. nam alias Alexandriæ martyrium ipſos conſummaſſe, ex Rufino & Palladio conſtat. Unde aliqui noſtrum Apollonium eum eſſe putaverunt Apollonium presbyterum, qui cum aliis quinque Martyribus Alexandriæ paſſus ſub Maximino Imperatore dicitur in Martyrologiis Laritinis, die decimo menſis Aprilis. Verum etſi cum Rufino de mortis genere & loco conſentiant, in aſſignandis tamen Apollonii ſociis deficiunt, cum Philemonis non meminerint, quem cum Apollonio martyrium pertuliſſe non ſolum Rufinus & Palladius, ſed & Acta vulgata teſtantur. Verum cum Martyrologia, & Græcorum Menæa, in quibus hi ſancti Martyres die 14. Decembris recoluntur, non ſatis ſibi conſtent, cum in aſſignandis Apollonii ſociis, tum in aliis quæ ad eorum martyrium pertinent; nihil certi ex his deduci poteſt, proindeque Rufini narrationi ſtandum eſſe cenſuimus.

---

*Anno Christi 304.*

## MARTYRIUM.

### Sanctorum APOLLONII & ſociorum ejus.

*Ex libro Rufini de Vitis Patrum cap. 19.*

*Apollonius diaconus.* I. TRadebant ergo ſeniores horum, fuiſſe quemdam perſecutionis tempore monachum, nomine APOLLONIUM, qui cum vitam magnificam egiſſet inter fratres, etiam diaconus ordinatus eſt. Tempore ergo perſecutionis erat ei ſtudium ſingulos quoſque circuire fratres, & cohortari eos ad martyrium [1]. Cumque fuiſſet etiam ipſe comprehenſus & in carcerem truſus, gentilium plurimi tamquam inſultantes veniebant ad eum, & verbis blaſphemis & impiis confutabant. Inter quos fuit quidam PHILEMON nomine, choraula famoſiſſimus, & omni populo amabilis. qui cum multis eum fatigaret injuriis, impium & ſceleſtum & ſeductorem eum vocans, multorumque mortalium deceptorem, dignumque eſſe ab omnibus odio haberi. Cumque hæc & multa alia adverſus eum graviora loqueretur, reſpondit ei Apollonius dicens: *Miſereatur tibi Dominus, fili mi, & nihil tibi horum quæ locutus es, reputet ad peccatum.* Hæc cum audiſſet Philemon, corde compunctus eſt, *Philemonem ad fidem convertit.* vimque verborum ejus ſupra humanum morem in ſua mente perſenſit in tantum ut Chriſtianum ſe repente fateretur. Et inde ſtatim pervolat ad tribunal Judicis [2], atque in conſpectu totius populi proclamans: *Injuſte*, inquit, *agis, o Judex iniquitatis, viros religioſos & Deo amabiles puniens. Nihil enim mali Chriſtiani vel faciunt, vel docent.* At ille hæc audiens, primo quidem putabat, utpote loci illius hominem, joci aliquid proponere. Sed cum vidiſſet

1 Palladius, *addens animum Chriſti confeſſoribus, multos effecit Martyres.*

2 Iſte apud Metaphraſtem Arianus dicitur, qui jam plures Martyres, *Aſclam* ſcilicet, celeberrimum martyrem, Paphnutium, Timotheum & Maurum, aliosque apud Antinoum morte affecerat, qua de re videſis Bolland. ad diem 8. Martii.

Digitized by Google

diſſet hæc eum ſedule proſequentem, & cum omni conſtantia aſſerentem: Inſanis, inquit, o Philemon, & mente captus es ſubito. At ille: *Ego*, inquit, *non inſanio, ſed tu. Injuſtiſſimus atque inſaniſſimus judex es, qui tot juſtos injuſte perimis viros. Ego enim Chriſtianus ſum, quod eſt hominum genus optimum.* Tunc ille coram populo cœpit eum primo plurimis blandimentis revocare velle in id quod eum noverat. Sed ut immobilem vidit, omnia intendit in eum genera tormentorum.

II. Cognito vero quod ex verbis Apollonii hæc facta ei fuerit permutatio, correptum etiam Apollonium gravioribus ſubdidit tormentis, & deceptoris in eum crimen exaggerat. Apollonius vero dixit ad eum: *Utinam & tu, Judex, & omnes qui aſſiſtunt & audiunt me, hunc meum quem dicis errorem deceptionemque ſequeremini.* At ille ubi hæc audivit, & ipſum & Philemonem ignibus tradi in conſpectu populi juſſit. Illi vero poſtquam ingreſſi ſunt flammas, beatus Apollonius cunctis audientibus clamabat ad Dominum, dicens: *Non tradas, Domine, beſtiis animas confitentium tibi; ſed oſtende nobis evidenter ſalutare tuum.* Igitur ubi hæc in auditu populi & judicis ad Dominum locutus eſt Apollonius, repente nubes repleta rore circumdedit viros, & flammas acceſi ignis extinxit. Super quo ſtupefacti & Judex & populus, una omnes voce clamare cœperunt: MAGNUS ET UNUS EST DEUS CHRISTIANORUM, SOLUS IMMORTALIS EST. Sed hæc cum fuiſſent Præfecto Alexandriæ nuntiata, ſemetipſo truculentior redditur, & electis quibuſdam de officio ſuo crudeliſſimis & ſæviſſimis, non tam hominibus quam beſtiis, mittit, qui & ipſum Judicem, qui mirabilibus divinis crediderat, & eos per quos virtus Dei apparuerat, vinctos Alexandriam adducerent.

*Uterque in ignem conjicitur.*

*Qua divinitus extincto, Judex cum populo convertitur.*

III. Igitur cum adducerentur omnes pariter vincti, affuit gratia Dei in verbo, & cœpit Apollonius eos qui ſe vinctos ducebant, fidem Dei docere. Quique cum Dei miſericordiam credidiſſent, & fidem Dei tota cordis firmitate recepiſſent; ſemetipſos cum his, quos exhibere venerant vinctos, offerunt Judici, *Chriſtianos ſe eſſe* pariter profitentur. Quos cum Præfectus in fide Domini pertinaces & immobiles pervidiſſet, univerſos pariter jubet in profundum maris demergi [3], ignorans impius quid ageret. Hoc enim ſanctis non mors, ſed baptiſmus fuit. Sed & horum corpora, Dei ſine dubio providentia, integra illibataque maris unda reportavit ad littus; quæque ab his, qui obſequii cauſa ſimul venerant, ſuſcepta ac revocata, ſub uno ſepulcri domicilio collocata ſunt: a quibus uſque ad præſens tempus virtutes multæ, & ſigna miranda omnibus conſummantur. Sed & vota omnium atque orationes ſuſcipiuntur ab eis, & cum fructu petitionis implentur, quo etiam & nos dignatus eſt Dominus adducere, & vota noſtra orationeſque complere.

*Iterum alii convertuntur.*

*In mare demerguntur.*

*SS. Reliquiæ.*

3 Quinam illi fuerint nos latet, præter Philemonem. Certe Apollonio die 7. Martii in Martyrologiis junguntur Philemon, Arianus, Theotycus, & tres alii ſocii. Die vero 3. Aprilis Bollandiani, *Gravus*, *Hilarius*, *Donatus*, *Conceſſus*, & *Saturninus*. qui etiam in quibuſdam codicibus aliter ſcribuntur, ut notat Henſchenius.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium S. EUPHEMIÆ virginis.

*Euphemiæ encomiaſtes Aſterius.*

I. CEleberrimæ virginis Euphemiæ martyrium, in eccleſiæ porticu depictum elegantiſſima oratione deſcripſit ſanctus Aſterius Amaſeæ Helleſponti metropolis antiſtes, cujus opuſculum in ſeptima Synodo generali lectum, & ſummo omnium Patrum applauſu probatum, ipſius ſynodi Actis integrum inſertum fuit. Hunc vero Aſterium circa ſæculi quarti finem tempore Arcadii imperatoris floruiſſe ex duabus ipſius aliis homiliis patet; in quarum una, quam *In feſtum Kalendarum* inſcripſit, de Rufini & Eutropii infelici exitu, tamquam de re ſibi nota diſſerit; in altera vero quæ eſt adverſus avaritiam, de Chriſtianis qui ſub Juliano apo-

ſtata

ſtata a fide defecerant, loquitur, quaſi ſuo tempore ex eis multi adhuc in vivis ſuperſuiſſent.

Memoria.

2. Euphemiæ memoria apud Latinos & Græcos celebris ſemper fuit, apud quos ejus feſtivitas die 16. Kal. Octobris potiſſimum recolitur. Hac enim ipſa die io vetuſtiſſimo Kalendario Carthaginenſi in Sacramentario Gregoriano, atque in pleriſque Martyrologiis & Græcorum Menologiis antiquis & recentioribus memoratur. tamen in aliquot Sacramentarii Gregoriani codd. mſſ. & nonnullis Martyrologiis Euphemiæ feſtum Idibus Aprilis recolitur, ut poſt noſtrum Hugonem Menardum obſervaverunt Bollandiani ad hanc diem. Quin & eadem die celebratur io Miſſali Gelaſiano, cum ſolo titulo *Martyris*. Sed nec aliæ virgines quales ſunt Soter, Agatha, Juliana, Cæcilia, aliæqoe, quæ ibidem celebrantur, appellantur uſquam *virgines*. quem titulum, ſi Agnetem excipias, ſoli Mariæ conceſſum io hoc Miſſali deprehendi. quod fere idem obſervati poteſt in Sacramentario Gregoriano. Primam hanc tamen inter alias Virgines & Martyres, quæ beatiſſimam Virginem Deiparam comitantur, Fortunatus receoſet lib. 8. Carm. 4 de Virginitate.

*Illic Euphemia, pariter quoque plaudit Agathe;*
*Et Juſtina ſimul, conſociante Thecla.*
*Et Paulina, Agnes, Baſiliſſa, Eugenia regnant;*
*Et quaſcumque ſacer vexit ad aſtra pudor.*

Et infra, recenſens eujuſque provinciæ patronos:

*Juſtinam Patavum, Euphemiam hue Calcedon effert,*
*Eulalia Emerita tollit ab urbe caput;*
*Cæciliam Sicula profert, Seleucia Theclam.*

Eccleſia.

Sub Euphemiæ patrocinio eccleſiam Romæ exſtitiſſe tempore Gregorii Magoi, teſtis eſt alter Gregorius Turonenſis ſcilicet aotiſtes, lib. 10 hiſtoriarum eap. 1. Certe jam antea extabat Romæ *Euphemiæ titulus*, uti conſtat ex Concilio Romano ſub Symmacho Papa. Celebrem etiam ejus memoriam fuiſſe apud Ravennates diſcimus ex S. Petro Chryſologo, qui de eo ſermonem habet. Brixiæ vero, quæ urbs eſt Italiæ ad Alpes ſita, etiamnunc perſtat Ordinis noſtri Benedictini abbatia ſanctæ Euphemiæ dicata.

3. At Euphemiam præ eeteris eoluerunt Conſtantinopolitani. Quatuor ſub ipſius nomine baſilicas in ea urbe conſtructas enumerat & deſcribit Cangios in *CP.* Chriſtiana lib. 4. cap. 7. n. 12. & ſeqq. In quarum unam, ut refere Theodorus Lector ſub finem lib. 2. hiſtoriæ eccleſ. Theodoſius Magnus imperator ſanctorum Terentii & Africani Martyrum reliquias inferri juſſit. Horum Acta habentur apud Bollandianos die 10. Aprilis. Verum omittere noo juvat quod de Euphemiæ ſepulcro, ſacris reliquiis, & templo magnificentiſſimo, in ſuburbio Chalcedonenſi conſtructo veteres hiſtorici nobis tradiderunt. Situm erat in ipſo loco, in quo martyrium pertulerat, id eſt in maris littore, quod, ſancto Paulino teſte, beatæ Martyris ſanguine fuerat conſperſum. ſic quippe habet in Natali IX. ſancti Felicis. — Sepulcrum &c.

*Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris*
*Signat virgineo ſacratum ſanguine litus.*

In eam eccleſiam ingreſſi ſunt Arcadius imperator & perfidus Gainas, ubi *juramentis invicem præſtitis confirmarunt neutrum alteri inſidias ſtructurum fore*, ut refert Socrates lib. 4. cap. 6. & Sozomenus lib. 8. cap. 4. Sed nihil magis hujus eccleſiæ decus auxit, quam Concilium generale quartum io ea celebratum. cujus occaſione Marcianus imperator *in honorem ſanctæ martyris Euphemiæ*, ut ipſemet loquitur in fine Actionis ſextæ, Chalcedoenſi civitati, ſalvo Nicomedienſis eccleſiæ jure, metropolis nomen conceſſit. Ceterum hujus templi ſitum amœniſſimum, egregiaque ædificia pluribus extollit Evagrius Scholaſticus libro 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 3. ex quo quæ baſilicæ, aut beatæ Martyris tumuli diſpoſitionem exhibent hue profero. *Conſtat*, inquit, hæc baſilica *ex tribus ampliſſimis ædibus. Prima eſt ſub dio, longo atrio & columnis undique exornata. Poſt hanc altera, longitudine ac latitudine, & columnis propemodum ſimilis: hoc uno diſcrepans, quod culmen habet impoſitum. In cujus boreali latere ad ortum ſolis, ædes eſt rotunda in modum teſtudinis, admodum artificioſe elaborata, columnis & materia & magnitudine inter ſe paribus interius circumdata. Super his cœnaculum eſt ſublime, ſub eodem culmine. Ex quo licet iis qui voluerint, Martyri ſupplicare, & ſacris intereſſe myſteriis. Intra teſtudinem vero ad orientem ſolem tumulus eſt magnificus, in quo ſanctæ Martyris reliquiæ jacent, in arca quadam oblonga reconditæ, quam nonnulli* μακρὰν *vocant, ex argento pulcherrime fabricata. Ac miracula quidem, quæ ſubinde patrantur a ſanctiſſima Martyre, nota ſunt omnibus Chriſtianis.* Sanctuarium iſtud, projectis in mare ſanctæ Euphemiæ reliquiis, violavit impius imperator Conſtantinus Copronymus, illudque ad ſtercora recipienda deſtinavit. Verum Martyris corpus divinitus ſervatum eſt, atque poſtea ſub Imperatoribus Conſtaotino & Irene io propriam — Reliquiæ divinitus ſervatæ.

eccle-

eccleſiam denuo conſecratam reportatum, ut narrat teſtis oculatus Theophanes in Chronographia ad annum Chriſti DCCLVIII. ubi unguenti ex ejus corpore manantis meminit, de quo etiam fuſius agit Evagrius loco laudato.

*Anno Chriſti 307.*

## BEATI ASTERII AMASEÆ EPISCOPI

### Enarratio in martyrium præclariſſimæ Martyris EUPHEMIÆ.

*Ex tom. 1. Auctuarii Combefiſii.*

*Occaſio hujus narrationis.*

I. NUper, o viri, Demoſthenem egregium illum oratorem præ manibus habebam, eamque Demoſthenis orationem, qua ille Æſchinem [1] acerbis enthymematibus impetit. Diu autem prolata lectione, pæneque obruta mente, aliqua remiſſione ac ambulatione, quo feſſus animus nonnihil labore levaretur, egebam. Egreſſus autem domo, poſtquam in foro aliquantulum cum notis ambulaſſem, illinc me in Dei templum otio oraturus recepi. Cum vero hoc quoque conſecutus, unam quamdam ex porticibus tranſiſſem, vidi in ea picturam quamdam, cujus me ſpecies omnino cepit. Dixiſſes Euphranoris [2] artificium eſſe, aut eorum alicujus, qui olim plurimum dignitatis picturæ conciliarunt, non aliter pingentes, quam ſi vivas in tabulis formas exhiberent. Adeſdum vero ſi voles: quippe etiam nunc per tempus enarrare licet: egoque picturam exponam. Neque enim nos muſarum alumni pejores pictoribus colores habemus.

II. Sacra quædam femina, intemerata virgo, ſuam Deo caſtitatem dicavit. EUPHEMIAM appellant. Cum autem quandoque tyrannus pios homines ac Chriſtianos perſequeretur, illa admodum alacris, vitæ aleam ſponte adiit. Cives autem, ejuſque ſocii religionis, pro qua ea mortem obiit, ceu fortitudinis ac ſanctitatis gloria inſignem admirationi habentes, haud procul templo ſepulcrum ædificantes ac poſito loculo, honores ei publicos adhibent annuum ejus certaminis diem,

*Euphemiæ ſepulcrum, & feſtivitas.*

comunem, ac totius populi conventu lætam, facientes celebritatem. Sacri quidem ſacramentorum Dei interpretes jugi ſermone memoriam honorant, populoſque convenientes, ut illa patientiæ certamen conſummaverit, omni ſtudio informant: ſed & pictor pietati & ipſe ſtudens, artis opera, hiſtoriam totam in ſindone, quam licuit viva expreſſione deſignans, ibidem juxta ſepulcrum, ſacram ad ſpectaculum appendit tabellam. Sic autem habet artis hoc præclarum opus.

*Paſſio in tabella depicta.*

III. Sedet Judex [3] throno ſublimis, acerbo ac truci vultu contuens Virginem. Ars quippe in inanimi quoque materia iraſcitur, cum lubet. Porro adſunt magiſtratus, ſatellites, ac milites non pauci; ac quidem commentarienſes tabulas ferunt ac ſtylos: quorum alter manum e cera educens, intenſe adſpicit in adſtantem judicio Virginem, totam deflectens faciem, tamquam jubeat loqui clarius, ut ne difficile audiens mendoſa ſcribat, ac digna reprehenſione. Adſtat autem Virgo pulla veſte, ac pallio [4] philoſophiam profeſſa, ut quidem putavit pictor, ipſo quoque vultu lepida, ut autem ipſe exiſtimo, egregie ornato virtutibus animo. Ducunt autem ad Præſidem duo milites, alter quidem ante trahens, alter vero a tergo urgens. Porro Virginis habitus pudore ac conſtantia mixtus enitet. Inclinat quidem, ac cernua oculos demittit, tamquam virorum erubeſcens obtutus; ſtat vero imperterrita, nihil in certamine timidum patiens. Quamobrem cum alios hactenus picto-

*Tabellæ expoſitio.*

1 Is fuit orator Athenienſis, Demoſthenis æmulus, cujus aliquot orationes & epiſtolæ ad nos uſque pervenerunt. Alios ejuſdem nominis viros celebres ſeptem refert Diogenes Laertius lib. 2.

2 Euphranor in Iſthmo inſula natus, nominatiſſimus ſtatuarius & pictor, cujus plurima opera egregia enumerat Plinius lib. 34. cap. 8.

3 Hunc Priſcum appellat Ennodius in elegantiſſimo carmine, quod de hac ſancta Martyre edidit. Conſentiunt vulgati auctores.

4 Pallii uſum, etiam dimiſſa toga, Chriſtianis familiarem fuiſſe teſtatur Tertullianus, libro de Pallio.

pictores Colchicæ[5] illius mulieris fabulam contuitus laudarem; ut gladium filiis adactura, miſericordia ac ira divideret faciem; ac alter quidam oculus iram oſtenderet, alter matrem parcentem ac facinus horrentem deſignaret; nunc plane ab ea cogitatione ad hanc picturam admirationem converti: mirumque in modum opificem admiror, ut accuratius mores quam colores miſcens, pudorem ſimul ac fortitudinem, affectiones utique per naturam contrarias, præclare temperarit.

IV. Ulterius autem procedente imitatione, carnifices quidam in levibus nudi tunicis, operi jam inſiſtebant: ac alter quidem apprehendens caput, ac retro inflectens, alteri os Virginis præbebat expeditum ad pœnam: alter autem adſtans dentes excutiebat. Porro ſupplicii organa, malleus videntur & terebra. Ceterum reſolvor deinceps in lacrymas, mihique affectio intercidit ſermonem. Sic enim perſpicue guttas ſanguinis adpinxit penicillus, ut vere dicas a labiis fluere, ac lamentans diſcedas. Iterum carcer; iterum caſta Virgo in pullis veſtibus ſedens ſola, manus ambas extendit in cælum, Deumque in malis adjutorem invocat. Porro oranti illi apparet ſuper caput ejus ſignum illud, quod Chriſtiani adorare ac appingere ſollemne habent: *Signum crucis* puto-que appetentis paſſionis ſymbolum. Mox ergo ac poſt modicum, ignem validum loco alio accendit pictor, hine inde rutilanti rubrica condenſans flammam. Statuit vero Virginem mediam, expanſis quidem manibus in cælum, nullam tamen vultu præferentem triſtitiam, ſed magis gaudentem, uti ad incorpoream ac beatam commigrantem vitam. Hactenus cum pictor manum tenuit; tum ego ſermonem ac linguam. Ceterum tempus tibi eſt, ut & ipſam, ſi velis, picturam abſolvas[6]; quo plene perſpicias, num longe impares enarrandæ fuerimus.

[5] Medea Regis Colchorum filia, quæ Jaſonem cum aliis Argonautis Colchos proficiſcentem hoſpitio ſuſcepit, eique nupſit; ſed poſtea cum ipſam Jaſo, ob regiam incenſam perſequeretur, duos filios, quos ex ea ſuſceperat, in ejus conſpectu jugulavit: cui facinori hic alludit Aſterius. Sed ejuſmodi fabulas fuſius proſequi, non eſt noſtri inſtituti.

[6] In cod. regio habetur, *ut adeas picturam*, viſurus ſcilicet an orationi conformis ſit. αὐτῇ πέλασαι τῇ γραφῇ. quæ ſane lectio textui videtur conformior, eamque ſenſum ſecutus fuiſſe videtur Johannes Vicarius ſedium Apoſtolicarum Orientis, in ſeptima Synodo generali Actione IV. ubi poſt auditam hanc narrationem ſubjungit. *Neque major eſt imago ſermone. Et hoc Dei providentia factum eſt propter idiotas homines.* Taraſius tamen Epiſc. CP. ibidem priorem ſenſum retinuit, *Præcipit*, inquit, *Pater, & licentiam dat in fine ſermonis colores depingere certaminum Martyrum narrationem. Ait enim, &c.*

## ADMONITIO

### In Acta S. SERENI Martyris.

*Acta ex cod. mſ.*

1. JAm edita fuerunt die 23. Februarii Bollandiani Acta ſancti Sereni martyris, ſed ita contracta, ut etiam quæſtionis coram judice habitæ nonniſi compendium referant. Unde cum alia a nobis inventa fuerint ſinceriora, & quæ judicis interrogationes & reſponſiones Martyris, prout a notariis exceptæ fuerunt, complecti videntur, prioribus omiſſis, ea hic exhibere viſum eſt; quæ quidem ex cod. mſ. illuſtriſſimi Abbatis de *Noailles* deſcripſimus.

2. Porro hujus Martyris nomen varie a variis auctoribus ſcribitur, alii enim Sireoum, alii Sinerium ſeu Sinerum appellant. Sereni nomen quod in noſtro codice habetur, ſicut & in antiquiſſimo Martyrologio Romano, Lucæ in Tuſcia edito, retinemus. Mendoſius in Martyrologio Rabani, aliiſque mſſ. apud Bollandum, *Smyrna* pro *Sirmium* ſcribitur. Sicut & Itali quidam auctores Firmium, Piceni in Italia urbem, & Hiſpani Sexti Firmum in Bærica repoſuerunt. Sed Serenum Sirmii Pannonia martyrium conſummaſſe, non ſolum Acta; ſed etiam Martyrologia quæque vetuſtiora conteſtantur. Monachi *Serenus an monachus.* nomen, quod noſtro Sereno omnia Martyrologia cum Actis Bollandianis tribuunt, nemo ipſi denegabit, ſi eo nomine homo in ſolitudine vel in prædio aliquo peculiari degens intelligatur. Multos ſane ejuſmodi in extremis Eccleſiæ perſecutionibus fuiſſe extra dubium eſt, quos μοναχοὺς, ſive μονάζοντας appellabant.

3. Beati Sereni paſſionem ad annum *Paſſionis tempus.* circiter CCCVII. referimus ſub Galerii Maximiani perſecutione. Ipſius diem feſtum celebrant pleraque Martyrologia die 23. Februarii: aliqua tamen, inter quæ eſt Lucenſe jam laudatum, die præcedenti. quod Martyrologium Syreno alios ſexaginta

ta duos Martyres ſocios adjungit. De iſtis autem Martyribus, quos alii pauciores, alii plures enumerant, nihil in antiquis auctoribus reperire licuit. Ejus ſacrum corpus aſſervari dicitur apud Billomum in Arvernia.

Anno Chriſti circ. 307.

## PASSIO Sancti SERENI Martyris.

*Ex cod. mſ. illuſtriſſimi Abbatis* de Noailles.

*Sereni patria.*

I. APud Sirmienſium civitatem SERENUS peregrinus [1], Græcus civis, cum de locis peregrinis veniſſet, hortum colere cœpit, ut inde vitam ſuam tranſigeret, eo quod aliam artem non noſſet. Qui tempore perſecutionis metnens temporales [2] plagas, latitavit non multum temporis, & paucis menſibus. Poſtea vero hortum ſuum cœpit iterum libere operari; & dum hoc ageret, quodam die quædam mulier cum duabus puellis ingreſſa eſt in hortum ejus, & cœpit deambulare. Cumque eam vidiſſet ſupramemoratus ſenex, ait illi: *Quid hic quæris, mulier?* At illa ait: Ambulare delector in horto iſto. Ille autem dixit: *Quæ eſt talis matrona, quæ præterita hora hic deambulat? cum ſit hora jam ſexta. Intelligo te non cauſa deambulandi huc veniſſe, ſed indiſciplinationis & laſciviæ. ideoque egredere, & habe diſciplinam, ut decet honeſtas matronas habere.*

*Mulierem e horto ſuo pellit.*

II. At illa cum confuſione egreſſa cœpit intra ſe fremere, non dolore ſuæ expulſionis, fed quod libidinis ſuæ cauſam non adimpleſſet. Quæ tamen ſcripſit ad virum ſuum, qui erat domeſticus Maximiani imperatoris, inſinuans ei injuriam quam paſſa fuiſſet. Cumque legiſſet vir ejus litteras, ſtatim conqueritur ad Regem, & ait: Nos cum lateri tuo adhæreamus, matronæ noſtræ in longinquo poſitæ injurias patiuntur. At ille dedit ei poteſtatem ut vindicaret ſe per Rectorem provinciæ, ut ſibi placeret. Hac igitur poteſtate accepta, feſtinabat venire ut vindicaret injuriam, non matronæ, ſed inhoneſtæ feminæ. Cum vero perveniſſet ad ſupramemoratam urbem, ſtatim ingreſſus ad Præſidem; & verbum injuriæ proſequitur, & ſcripta imperialia porrigit, & ait ei: Vindica injuriam, quam me abſente paſſa eſt mea matrona. At ubi audivit hæc Præſes, mirari cœpit, & dixit ei: Quis enim auſus eſt injuriam irrogare matronæ viri lateri Regis adhærentis? At ille dixit: Serenus quidam plebeius hortulanus. Cumque de nomine audiſſet Præſes, juſſit eum ſtatim exhiberi. qui exhibitus ſtetit in conſpectu Præſidis. Et ait illi Præſes: Quis vocaris? At ille reſpondit: *Serenus*. Præſes dixit. Cujus artis es? At ille ait: *Hortulanus ſum*. Præſes dixit: Quare injuriam irrogaſti matronæ tanti viri? Ille reſpondit: *Nulli matronæ aliquando injuriam feci*. Præſes autem furibundus dixit: Argue illum, ut confiteatur cui matronæ injuriam fecerit, cum in horto ipſius deambulare vellet. At ille ſine omni trepidatione reſpondit: *Scio me retinere, ante hos dies quamdam matronam in horto meo hora indecenti ambulaſſe. Increpavi eam, & dixi, quod non recte verſaretur mulier, quæ tali hora de domo viri ſui egreſſa fuiſſet*. Hoc audiens vir ſuus impuriſſimæ atque indiſciplinatæ mulieris actum, erubuit, & obmutuit; nihilque amplius ſuggeſſit Præſidi, ut vindicaret propter quam venerat injuriam, quia nimium confuſus eſt.

*Ab ejus viro in jus vocatur.*

*Sibi nomen indicat.*

III. Præſes vero cum reſponſionem ſancti viri audiſſet, intra ſe cogitare cœpit de ejus libera objurgatione, & ait: Hic homo Chriſtianus eſt, cui indecenti hora diſplicuit mulierem videre in horto ſuo. & dixit ad illum: Quod genus tibi eſt? Ar ille ſine omni mora reſpondit: *Chriſtianus ſum*. Præſes dixit: Uſque nunc ubi latitaſti, vel quomodo ſubterfugiſti, ut diis non ſacriſi-

*Fatetur ſe Chriſtianum.*

[1] Apud Bolland. *Serenus peregrinus monachus.*

[2] Ibid. *Corporales plagas, latitavit, & dum incoleret hortum ſuum, quodam die, quædam mulier ingreſſa hortum ejus cœpit deambulare hora incompetenti. Cumque eam vir ſanctus cauſa laſcivitatis diſcurrere cognoviſſet, increpavit eam, monens ut egrederetur, & ut honeſta matrona diſciplinate ſe haberet. At illa, &c.* quæ ſequuntur ſic etiam abbreviata ſunt, ſine tamen ulla rerum narratarum diverſitate.

eriſteares? At ille reſpondit: *Quomodo placuit Deo, ut huc uſque me reſervaret in corpore. Eram autem ſicut lapis projectus ab ædificatione; nunc autem requiret me Dominus in ædificium ſuum. Modo autem quia palam me voluit eſſe, paratus ſum pro nomine ejus pati, ut cum ceteris ſanctis ejus partem habeam in regno ipſius*. Præſes autem cum hæc audiſſet, vehementer iratus dixit: Quia huc uſque ſubterfugiſti, & imperialia præcepta latendo contemſiſti; & quia diis ſacrificare noluiſti, jubemus te capite plecti. Et ſtatim raptus & adductus ad locum, a diaboli miniſtris decollatus eſt octavo Kalendas Martii, *Capite plectitur* regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. PHILEÆ & PHILOROMI martyrum.

*Philea Acta.* 1. GOdefridus Henſchenius die quarta Februarii Bollandiani profert ex variis codd. mſſ. Acta ſanctorum Phileæ & Philoromi, quæ exiſtimat eam eſſe *Paſſionem*, quæ *apud Gregorium hiſtoriis egregie conſcriptam* ſe recognoviſſe aſſeverat Rufinus lib. 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 10. Verum licet ea Acta, quæ ab eruditiſſimo viro proferuntur, ſinceriſſima eſſe ultro fatear; non tamen ei aſſentiri poſſum exiſtimanti ipſum eſſe Gregorii opus quod Rufinus laudat. Nihil enim aliud ſunt, quam excerpta ex Euſebii ſeu Rufini hiſtoria Actis præſidialibus adjuncta. unde in aliquibus codicibus hæc excerpta fuſiora, in aliis breviora, in nonnullis vero Acta ſine ulla omnino additione proferuntur, quod jam ipſemet Henſchenius obſervaverat. Cum itaque quæ de ſanctis Philea & Philoromo Euſebius ſcripſit, jam ſupra pag. 272. retulerimus; ſufficiet hic exhibere ipſa acta genuina ex variis mſſ. ad Bollandianam editionem collata. Acta vero quæ P. Franciſcus Combefiſius Græce & Latine edidit in *Triumphis lectis Martyrum*, non ita ſunt antiqua ut hic præferri debeant.

2. Contenderat Henricus Valeſius in c. 9. lib. 8. Hiſtoriæ Euſebii, Phileam apud Thebaidem mortem ſubiiſſe, quod ſcilicet in Actis ſub Culciano, qui, teſte Epiphanio, Thebaidis Præſes fuit, paſſus diceretur. *Locus martyrii.* At vero in addendis quæ in fine annotationum ſuarum ſubjunxit, videtur mutaſſe ſententiam: quod omnes omnino auctores hunc beatum antiſtitem Alexandriæ martyrium cum Philoromo impleviſſe conſentiant; tum ipſemet ſolvit difficultatem quam in notis adduxerat, aſſerendo Culcianum ad omnes dignitatum honores ſub Maximino promotum fuiſſe, ut ipſemet refert Euſebius in fine lib. 9 ſub quo proinde, dum Præſes Auguſtalis eſſet, Phileas & Philoromus Alexandriæ martyrium conſummare potuerunt. Hac poſita ſententia, cui quidem refragari difficile eſſet, horum beatorum Martyrum paſſio nonniſi poſt an. CCCVI. contigiſſe cenſenda eſt. *Et annus.* quorum feſtivitatem Martyrologia, etiam antiquiſſima ad 4. Feb. diem referunt.

## A C T A

### Sanctorum PHILEÆ & PHILOROMI Martyrum.

*Ex compluribus codd. mſſ.*

*Post annum Christi 306.*

*Philea confeſſio.* I. IMpoſito PHILEA ſuper ambonem, Culcianus præſes dixit illi: Potes jam ſobrius effici? Phileas reſpondit: *Semper ego ſobrius ſum, & ſobrie dego.* Culcianus dixit: Sacrifica diis. Phileas reſpondit: *Non ſacrifico*. Culcianus dixit: Quare? Phileas reſpondit: *Quia ſacræ & divinæ Scripturæ dicunt: Qui immolat diis eradicabitur, niſi ſoli Deo.* Culcianus dixit: Immola ergo Deo ſoli. Phileas reſpondit: *Non immolo. Non enim talia ſacrificia deſiderat Deus. Sacræ enim & divinæ Scripturæ dicunt: Ut quid mihi multitudinem ſacrificiorum* *Esai. 1. 11.* *veſtrorum? dicit Dominus. Plenus ſum. holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem hircorum nolo; nec ſimilam offeratis*. Unus autem ex Advocatis dixit: De ſimila [1] nunc indicas, aut pro anima tua nunc agonizas. Culcianus præſes dixit: Qualibus ergo ſacrificiis delectatur Deus tuus? Phileas reſpondit: *Corde mundo, & ſenſibus ſinceris, & verborum verorum ſacrificiis* dele-

1 Colb. & Fol. *Diſſimila*.

*delectatur Deus*. Culcianus dixit: Immola jam. Phileas reſpondit: *Non immolo; nec enim didici*. Culcianus dixit: Paulus non immolavit? Phileas reſpondit: *Non abſit*. Culcianus dixit: Moyſes non immolavit? Phileas reſpondit: *Solis Judæis præceptum fuerat ſacrificare Deo ſoli in Jeroſolyma. Nunc autem peccant Iudæi, in locis aliis ſollemnia ſua celebrantes*. Culcianus dixit: Ceſſent inania verba iſta, & vel adhuc ſacrifica. Phileas reſpondit: *Non inquinabo animam meam*. Præſes dixit: Animæ jacturam [2] facimus? Phileas reſpondit: *Animæ & corporis*. Culcianus dixit: An [3] corporis hujus? Phileas reſpondit: *Corporis hujus*. Culcianus dixit: Caro hæc reſurget? Sanctus Phileas reſpondit: *Ita*. Culcianus iterum dixit illi: Paulus non negavit Chriſtum? Phileas reſpondit: *Non, abſit*. Culcianus dixit: Ego juravi, jura & tu [4]. Phileas reſpondit: *Non eſt nobis præceptum jurare. Sacra enim Scriptura dicit: Sit veſtrum eſt, eſt; non, non*. Culcianus dixit Paulus non erat perſecutor? Phileas reſpondit: *Non; abſit*. Culcianus dixit: Paulus non erat idiota? Nonne Syrus erat? nonne Syriace diſputabat? Phileas reſpondit: *Non; Hebræus erat, & græce diſputabat, & ſummam præ omnibus ſapientiam habebat*. Culcianus dixit: Fortaſſe dicturus es, quod & Platonem præcellebat. Phileas reſpondit: *Non ſolum Platone, ſed etiam cunctis philoſophis prudentior erat. Etenim ſapientibus perſuaſit, & ſi vis, dicam tibi ſermones ejus*. Culcianus dixit: Jam ſacrifica. Phileas reſpondit: *Non ſacrifico*. Culcianus dixit: Conſcientia eſt? Phileas reſpondit: *Ita*. Culcianus dixit: Quomodo ergo quæ ad filios tuos & conjugem conſcientia eſt, non cuſtodis? Phileas reſpondit: *Quoniam quæ ad Deum eſt conſcientia eminentior eſt. Dicit enim ſacra & divina Scriptura: Diliges Dominum Deum tuum qui te fecit*. Culcianus dixit: Quem Deum? Phileas extendit manus ſuas ad cælum, & dixit: *Deum qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt; Creatorem & factorem omnium viſibilium & inviſibilium, & inenarrabilem, qui ſolus eſt & permanet in ſæcula ſæculorum, Amen*.

*Paulus philoſophis prudentior.*

*Deuter. 6. 5.*

II. Advocati autem Phileam in plurimis loquentem Præſidi prohibebant, dicentes ei: Cur reſiſtis Præſidi? Phileas reſpondit: *Ad quod interrogat me, reſpondeo ei*. Culcianus dixit: Parce linguæ tuæ, & ſacrifica. Phileas reſpondit: *Non ſacrifico. Animæ enim meæ parco. Quoniam autem non ſolum Chriſtiani parcunt animæ ſuæ, verum etiam gentiles; accipe exemplum Socratis. Cum enim ad mortem duceretur, adſtante ei conjuge cum filiis ſuis, non eſt reverſus, ſed promtiſſime canus mortem [5] ſuſcepit*. Culcianus dixit: Deus erat Chriſtus? Phileas reſpondit: *Ita*. Culcianus dixit: Quomodo perſuaſus es de eo, quod Deus eſſet? Phileas reſpondit: *Cæcos videre fecit, ſurdos audire, leproſos mundavit, mortuos ſuſcitavit, mutis loquelam reſtituit, & infirmitates multas ſanavit. profluxum ſanguinis habens mulier tetigit fimbriam veſtimenti ejus, & ſanata eſt, mortuus reſurrexit, & alia multa ſigna & prodigia fecit*. Culcianus dixit: Eſt Deus crucifixus? Phileas reſpondit: *Propter noſtram ſalutem crucifixus eſt. Et quidem ſciebat quia crucifigendus erat, & contumelias paſſurus, & dedit ſemetipſum omnia pati propter nos. Etenim ſacræ Scripturæ hæc de eo prædixerant, quas Iudæi putant ſe tenere, ſed non tenent. Qui vult ergo, veniat, & aſpiciat, ſi non ita hæc ſe habent*. Culcianus dixit: Memento quod te honoraverim. In civitate enim tua te potuiſſem injuriare. Volens autem te honorare, non feci. Phileas reſpondit: *Gratiae tibi ago, & hanc mihi perfectam gratiam præſta*. Culcianus dixit: Quid deſideras? Phileas reſpondit: *Temeritate tua utere: fac quod tibi juſſum eſt*. Culcianus dixit:

*Chriſtus crucifixus Deus.*

2 Boll. Ful. Colb. *hic parem*.
3 Idem, *At corpus*.
4 Sic Remig. Colb. Ful. cum Trevirenſi & Belforſtio apud Bolland. Tamen edit. cum cod. Celeſtin. *dixit: Hoc juro mihi*.
5 Remig. *conſtanter ſuſcepit*.

dixit: Sic ſine cauſa vis mori? Pbileas reſpondit: *Non ſine cauſa, ſed pro Deo & pro veritate*. Culcianus dixit: Paulus deus erat? Phileas reſpondit: *Non*. Culcianus dixit: Quis ergo erat? Pbileas reſpondit: *Homo ſimilis nobis, ſed Spiritus divinus erat in eo, & in Spiritu virtutes & ſigna & prodigia faciebat*. Culcianus dixit: Beneficium te dono fratri tuo. Phileas reſpondit: *Et tu gratiam banc perfectam mibi præſta: utere temeritate tua, & quod tibi juſſum eſt fac*. Culcianus dixit: Si ſcirem te indigere, & ſic in banc amentiam veniſſe, non tibi parcerem. Sed quia multam ſubſtantiam habes, ita ut non ſolum te, ſed prope cunctam provinciam alere poſſis; ideo parco tibi, & ſuadeo te immolare. Phileas reſpondit: *Non immolo, mibimet ipſi in boc parco*. Advocati ad Præſidem dixerunt: Jam immolavit in Phrontiſterio. Phileas dixit: *Non immolavi certe* [6]. Culcianus dixit: Miſera uxor tua tibi intendit. Phileas reſpondit: *Omnium ſpirituum noſtrorum Salvator eſt Dominus Ieſus Cbriſtus, cui ego vinctus ſervio. Potens eſt ipſe qui me vocavit in bereditatem gloriæ ſuæ, & banc vocare*. Advocati ad Præſidem dixerunt: Pbileas dilationem petit. Culcianus dixit ad Phileam: Do tibi dilationem ut cogites tecum. Phileas reſpondit: *Sæpe cogitavi, & pro Cbriſto pati elegi*. Advocati & Officium una cum Curatore, & cum omnibus propinquis eius [7] pedes eius complectebantur, rogantes ut reſpectum haberet uxoris, & curam ſuſciperet liberorum. Ille, velut ſi ſaxo immobili unda allideretur, garrientium dicta reſpuere, animo ad cælum tendere, Deum habere in oculis, parentes & propinquos ſanctos Martyres & Apoſtulos ducere ſe dicebat oportere.

*Officio & propinquis rogantibus reſiſtit.*

III. Aderat tunc quidam vir agens turmam [8] militum Rumanorum, PHILOROMUS nomine. Hic cum vidiſſet Pbileam circumdatum lacrymis propinquorum, & Præſidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi ullatenus poſſe, exclamavit dicens: *Quid inaniter & ſuperflue conſtantiam viri tentatis? Quid eum, qui Deo fidelis eſt, infidelem vultis efficere? quid eum cogitis negare Deum, ut bominibus acquieſcat? Non videtis quod oculi ejus veſtras lacrymas non vident, quod aures ejus verba veſtra non audiunt? terrenis lacrymis non flecti, cujus oculi cæleſtem gloriam contuentur?* Poſt hæc dicta, cunctorum ira in Pbiloromum verſa, unam eamdemque eum cum Philea ſententiam ſubire poſcunt. Quod libenter annuens judex, ambos feriri gladio jubet. Cumque exiſſent, & irent ad locum cædis conſuetum: frater Phileæ, qui erat unus ex advocatis, exclamavit dicens: Phileas abolitionem petit. Culcianus revocans eum dixit: Quid appellaſti? Pbileas reſpondit: *Non appellavi; abſit. Huic infeliciſſimo noli intendere. Ego autem magnas ago gratias regibus & præſidi* [9], *quoniam coberes factus ſum Jeſu Cbriſti*. Poſt hæc exiit Phileas. Cumque perveniſſent ad locum ubi jugulandi erant, extendit manus ſuas Phileas ad orientem, & exclamavit dicens: *Filioli mei cariſſimi, quicumque Deum quæritis, vigilate ad corda veſtra quia adverſarius noſter ſicut leo rugiens circuit quærens quem transferat. Nondum paſſi ſumus: nunc incipimus pati, nunc cœpimus eſſe diſcipuli Domini noſtri Jeſu Cbriſti. Cariſſimi attendite præceptis Domini noſtri Jeſu Cbriſti. Invocemus immaculatum, incomprebenſibilem, qui ſedet ſuper Cberubin, factorem omnium, qui eſt initium & finis, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen*. Hæc cum dixiſſet, carnifices juſſa judicis exſequentes, infatigabiles amborum ſpiritus ferro cæſis cervicibus effugarunt, præſtante Domino noſtro Jeſu Cbriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat DEUS in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Cum Philoromo capite damnatur.*

*Fidelis monet.*

*SS. Trinitas.*

*Chriſtus Deus.*

6 Addit editio Bolland. *Sed vere ſacrificaſſe dicas*. In cod. Colb. *Si vere ſacrificare dicatur*.

7 Edit. Boll. inter parentheſin hæc habet. *Plurimos enim propinquos & conſanguineos nobiles viros in eadem urbe babebat*, quæ etiam habentur in 2. codd. Colbertinis.

8 Mſſ. Treviz. *Tribunus*. Remig. *Præſul Romanorum*. Vide ſupra pag. 272.

9 Ed. & al. mſſ. *præſidibus*.

A D-

### *ADMONITIO*

## In paſſionem ſancti QUIRINI epiſc. & martyris.

*S. Quirini geſta unde ſumta.*

1. BEati Quirini martyrium exponit Prudentius hymno 7. libri περὶ στεφάνων quod fuſius referunt ejus Acta, quæ ex antiquis mſſ. codicibus Boninus Mombritius & Laurentius Surius ediderunt. Verum in hoc Acta a Prudentio diſſentiunt, quod Quirinum ſub Maximo Præſide ſtatuant, Prudentius vero ſub Galerio Duce. quam ſane difficultatem non ſolvunt ii qui cum Baronio putant Galerium Maximinum Cæſarem ab utroque deſignari, quem Prudentius Galerium, Actorum vero Auctor Maximum appellaverit. Maximus enim in Actis memoratus Cæſar non fuit, quippe qui jus gladii non habuiſſe videtur: ſiquidem beatum Quirinum fuſtibus cæſum ad Amantium Pannoniæ præſidem miſit, a quo beatus Antiſtes capitalem ſententiam accipere poſſet. At ea difficultas nullum negotium faceſſere debet, cum revera is Præſes & Galerius Maximus potuerit appellari, & Cæſar non fuiſſe. Sed ne forte alicui diſpliceat, quod alterutrius alteri auctoritatem prætulerimus, utrumque, Acta ſcilicet & Prudentii hymnum, proferemus.

2. Porro quæ ab iſtis auctoribus de Quirini morte fuſius narrantur, paucis verbis Euſebius exprimit in Chronico. *Quirinus*, inquit, *epiſcopus Siſcianus pro Chriſto glorioſe interficitur. Nam manuali mola ad collum ligata e ponte præcipitatus in fluvium diutiſſime ſupernatavit; & cum ſpectantibus collocutus, ne ſuo terrerentur exemplo, vix orans ut mergeretur, obtinuit.* Iiſdem fere verbis apud Adonem alioſque Martyrologiorum ſcriptores laudatur die 4. Junii, quo ejus feſtum recolitur. ejuſdem ſancti Martyris meminit Fortunatus lib. 8. carm. 4. *Memoria.* Cujus mortem Euſebius in Chronico ad annum 310. revocat, Baronius ad annum 308. quam tamen melius anno CCCIX. conſignari poſſe exiſtimamus. Beati Martyris corpus poſtea Barbaris Pannoniam devaſtantibus Romam allatum eſt, atque in eccleſia beati Sebaſtiani ad Catacumbas depoſitum. Unde poſtea in Germaniam translatum fuit, & in celebri monaſterio Fuldenſi reconditum, ut narrat Rudolfus Scholaſticus in vita beati Rabani Moguntiacenſis epiſcopi, Sæculi IV. Benedictini parte 2. pag. 12. De his tranſlationibus vide Bolland. ad diem 30. Aprilis, tomo 3. pag. 750. & Sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 663:

*Anno Chriſti circ. 309.*

## PASSIO Sancti QUIRINI epiſcopi & martyris.

### *Ex Mombritio & Surio.*

I. CUm mundi iſtius principes ad cruciandas ſanctorum animas diabolus commoviſſet, & ubique Domini eccleſias diverſis perſecutionum tempeſtatibus ventilaret: ſuſcitatis Regum amicis, per quos amplius adverſus Dei populum prœlia commoveret, agebat quotidie ſuæ incrementa ſævitiæ. Perimentibus itaque cos. Maximiani Imperatoris legibus, Chriſtianus infeſtabatur exercitus. Per Illyricum vero Diocletianus ſacrilegis præceptis in Chriſti populum hoſtiliter ſæviebat, addito tyrannidi ſuæ Maximiano in regno participe, qui & ſuam rabiem, *Edicta in Chriſtianos.* & Diocletiani per omnem Illyricum oſtenderet. Fere tamen ad omnes provinciarum judices nefandorum principum ſacrilegi apices mittebantur, ut in templis dæmonum immolare cogerent Chriſtianos. Chriſti eccleſiæ claudebantur, Chriſti ſacerdotes & miniſtros ut parerent legibus publicis, & confiterentur deos eſſe: quibus ſi thora nollent accendere, ſuppliciis diverſis & mortibus ſubjacerent.

II. Inter multos autem qui in Chriſti exercitu triumphabant, beatus QUIRINUS epiſcopus Siſcianus [1], a Maximo præſide juſſus eſt comprehendi. *Quirinus comprehenſus.* quem cum ſtudioſe quærerent, & beatus id ſenſiſſet Epiſcopus, egreſſus eſt a civitate, & fugiens comprehenſus eſt, & deductus. Cumque a Maximo Præſide interrogaretur, quo fugeret? Quirinus epiſcopus reſpondit: *Non fugiebam, ſed juſſum Domini mei faciebam. Scriptum nobis eſt: Si vos perſequentur*

*in*

[1] Siſcia, urbs olim epiſcopalis ſub Sirmienſi metropoli, in Pannonia ſuperiori, ad Savum fluvium, nunc pene in vicum redacta, in Croatia imperiali.

Matth. 10. *in una civitate, fugite in aliam*. Maxi-
mus præſes dixit: Quis hoc præcepit?
Chriſtus verus Deus. Quirinus epiſcopus reſpondit: *Chriſtus,*
*qui verus eſt Deus*. Maximus dixit: Et
neſcis quia ubique te Imperatorum
præcepta poterant invenire; & hic quem
Chriſtus ore martyrum loquitur. dicis Deum verum, comprehenſo tibi
ſubvenire non poterit: ſicut & modo
fugiens comprehenſus es & deductus?
Eſt ubique. Quirinus epiſcopus reſpondit: *Semper*
*nobiſcum eſt; & ubicumque fuerimus,*
*Dominus quem colimus ſubvenire poteſt;*
*& modo cum apprehenſus eſſem, mecum*
*erat: & hic mecum eſt confortans me,*
*& ipſe de meo ore tibi reſpondet*. Ma-
ximus dixit: Multa loqueris, & loquen-
do magnorum Regum inſtituta diſ-
fers [b]. Lege ergo divinos apices, & fac
quod juſſum eſt. Quirinus epiſcopus
reſpondit: *Ego imperatorum tuorum*
*juſſionem non audio, quia ſacrilega eſt,*
*& contra Dei præcepta jubet ſervos Chri-*
*ſti diis veſtris immolare, quibus ego non*
Et immenſus. *ſervio quia nihil [a] ſunt. Deus autem meus*
*cui ſervio, ipſe eſt in cælo & in terra,*
*& in mari. Ipſe eſt & in omni loco,*
*omnibus autem ſuperior, quia intra ſe*
*continet omnia: quoniam per ipſum cun-*
*cta facta ſunt, & in ipſo conſtant uni-*
*verſa*. Maximus dixit: Per nimium
tempus vivendo, quaſdam fabulas di-
diciſti. Supponuntur tibi thura, & di-
Quirinus minas temnit & mortem. ſce deos eſſe quos neſcis. Non parvum
conſecuturus es munus intelligentiæ, ſi
præceptis obediens eſſe volueris. Quod
ſi ipſe tibi non ſuaſeris ut devotus ap-
pareas, cognoſce te ſubjiciendum di-
verſis injuriis, etiam morte terribili vi-
tam tuam finiendam. Quirinus epiſco-
pus reſpondit: *Injurias quas mihi mi-*
*naris, gloriam puto; & promiſſa mors,*
*ſi merear, vitam dabit æternam. Pro-*
*pterea Deo meo devotus eſſe cupio, non*
*regibus tuis. Neque enim deos credo eſ-*
*ſe, qui non ſunt, & aris dæmonum thu-*
*ra non pono; quia ſcio aram eſſe Dei*
*mei, in qua apta ei ſacrificia boni odo-*
*ris incendi*. Maximus dixit: Video
quia inſania te cogit ad mortem. Sa-
crifica diis. Quirinus epiſcopus reſpon-
dit: *Non ſacrifico dæmoniis, quia ſcri-*
*ptum eſt: Omnes dii gentium dæmonia,* Pſalm. 95.
&, *Qui ſacrificant diis, eradicabuntur.*
Tunc Maximus præſes juſſit eum fuſti- Fuſtibus cæditur.
bus cædi. cui & dixit: Reſpice & agno-
ſce potentes eſſe deos, quibus Romano-
rum ſervit imperium. Propter quod
conſentiens, eris ſacerdos magno deo
Jovi, alioquin ad Amantii præſidis pri-
mæ Pannoniæ judicium dirigeris, a quo
dignam mortis ſententiam excipias. Er-
go ab ſtultitia tua reverſus, acquieſce.
Quirinus epiſcopus reſpondit: *Vere mo-*
*do ſacerdotio fungor; vere modo ſacerdos*
*effectus ſum, ſi me ipſum vero Deo ſacrifi-*
*cium obtulero. Et hoc quod corpus meum*
*cæſum eſt, delector nullum ſentiens dolo-*
*rem. Ideoque offero me majoribus ſuppli-*
*ciis, ut me quibus præpoſitus fui in hac vi-*
*ta, ſequantur ad illam æternam vitam,*
*ad quam per hujuſmodi iter facile perve-*
*nitur*. Maximus præſes dixit: Claudatur Clauſus in carcere.
in carcere, & gravetur catenis, donec
ſobrius efficiatur. Quirinus epiſcopus
reſpondit: *Non expaveſco carcerem, cre-*
*dens Deum meum mecum eſſe in carcere,*
*qui ſemper eſt cum ſuis cultoribus*.

III. Cumque ligatus fuiſſet, reclu-
ditur in carcerem Quirinus epiſcopus,
& mittens ſe in orationem dixit: *Gra-*
*tias tibi Domine, quia propter te hæ mihi*
*illatæ ſunt contumeliæ: & rogo, ut qui in*
*hoc carcere detinentur, ſentiant me cul-*
*torem veri Dei eſſe, & credant, quia*
*non eſt alius Deus, niſi tu*. Media au-
tem nocte apparuit ſplendor magnus
in carcere. quem cum vidiſſet Marcel-
lus cuſtos perſonarum, aperuit carce-
rem, & proſtravit ſe ad pedes beati
Quirini epiſcopi, dicens cum lacrymis:
Ora pro me Dominum, quia credo Marcellum convertit.
non eſſe alium Deum, niſi quem
tu colis. Multum autem hortatus
eſt eum beatus Epiſcopus, & conſi-
gnavit eum in nomine Domini no-
ſtri Jeſu Chriſti. Poſt triduum autem
Maximus Quirinum epiſcopum juſſit
ad Amantium præſidem, ad primam
Panno-

b Sur. diſſonaveris.

a Al. dii non ſunt.

Pannoniam deduci, ut pro contumacia, quam in leges Imperatorum exhibuerat, ultimam ſententiam ſuſtineret.

*Ducitur in primam Pannoniam.*

IV. Cumque deductus fuiſſet beatus Quirinus ad primam Pannoniam, & per ſingulas civitates vinctus catenis, ad præſidis Amantii judicium traheretur, ſi quidem ad ripam Danubii ad ſingulas civitates (ducebatur), Amantio eodem die revertente de civitate Scarabetenſi [4], offertur ei beatus Quirinus epiſcopus. quem Præſes ad urbem Sabarienſem [5] ad audiendum cenſuit repedari. Tunc ingredientes ad ſanctum Quirinum epiſcopum Chriſtianæ mulieres, cibum, potumque obtulerunt ei. Quarum fidem intuens beatus Epiſcopus, dum ea quæ offerunt benedicit, catenæ quibus ligatæ manus ejus & pedes fuerant, ceciderunt. Accepta igitur eſca, regreſſis mulieribus, hi qui eum cuſtodiebant Sabariam duxerunt. Quem præſes Amantius per officium ſuum offerri ſibi juſſit in theatro. Qui cum oblatus fuiſſet, Amantius Præſes dixit: Requiro a te, ſi ea quæ in tua ſuperbia apud juredicum [6] Maximum geſta monſtrantur, vera ſunt.

*Coram præſide Chriſtum confitetur.*

Quirinus epiſcopus reſpondit: *Apud Siſciam verum Deum confeſſus ſum. Ipſum ſemper colui, ipſum corde teneo: nec me ab eodem, qui unus Deus & verus eſt, homo poterit ſeparare.* Amantius præſes dixit: Ætatem tuam dolemus maculare verberibus. tamen ſenſum tuum optamus emendari ſermonibus, & præmio promiſſæ vitæ corrigere, ut reliquo ſenectutis tuæ tempore, juxta legum imperialium ſanctionem diis ſerviens, perfruaris. Beatus Quirinus epiſcopus dixit: *Quid de ætate dubitas, quam ſides inviolata reddere poteſt omnibus ſuppliciis fortiorem? Nec tormentis frangitur mea confeſſio, nec vitæ præſentis delectatione corrigitur, nec timore mortis, quamvis acerbæ, mentis meæ ſoliditas perturbatur.* Amantius præſes dixit: Cur inſtans es ad mortem, ut diis & Romano Imperio appareas indevotus, & contra humanum morem vitam tibi eligas denegandam, dum hi qui evadere mortem cupiunt, negando quæ geſſerunt, tormenta deludunt? Tu autem dicis vitæ tuæ dulcedinem otioſam, & feſtinus curris ad mortem, Imperatoribuſque contradicis. Propter quod adhuc te hortamur, ut vivas & vitam tuam redimas, & cultorem te legibus Romanis exhibeas. Quirinus epiſcopus dixit: *Allocutio iſta forte flectat animos ſeniles, qui longioris vitæ ſpatia ſuſpirant. Ego autem didici a Deo meo, ut debeam ad illam vitam pervenire, quæ poſt mortem, mortis jam interciſione non clauditur. Et ideo ad temporalem hujus vitæ terminum fidelis accedo. Non enim ſimilis ſum noxiorum, ſicut poteſtas tua loquitur. Illi enim dum vivere cupiunt, negando Deum vere moriuntur. Ego autem ad æternitatem vitæ confitendo pervenio: nec veſtris legibus acquieſco, quia* CHRISTI DEI *mei legitima, quæ fidelibus prædicavi, cuſtodio.*

*Chriſtus Deus.*

Amantius præſes dixit: Diu te ad obedientiam regalium præceptorum inclinare voluimus: ſed quia rigor mentis domari non potuit, eris exemplo omnium Chriſtianorum, ut formam tuæ mortis qui vivere cupiunt expaveſcant.

*Mola alligatus in fluvium dejicitur.*

V. Tunc inter ceteras quas pertulit paſſiones, juſſit ſancto Dei Sacerdoti vel ſaxum molam ad collum ligari, & in fluvii Sibaris undas demergi. Cumque de ponte præcipitatus fuiſſet in fluvium, & diutiſſime ſupernataret, & cum ſpectantibus locutus eſt, ne ſuo terrerentur exemplo, vix orans ut mergeretur obtinuit. Cujus corpus non longe ab eodem loco, ubi demerſum fuerat, inventum eſt: ubi etiam locus orationis habetur. Sed ipſum ſanctum corpus in baſilica ad Scarabetenſem portam depoſitum, ubi major eſt pro meritis ejus frequentia procedendi. Paſſus eſt beatus Quirinus epiſcopus Siſcianus, martyr Chriſti, ſub die pridie Nonarum Juniarum, & coronatus eſt a Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.

4 Scarabantia urbs antiqua Pannoniæ ſuperioris, quam Cluverius putat eam Hungariæ urbem eſſe, quam Germani vocant *Odenburg*, Hungari *Sopron*. Lazius vero contendit eſſe *Sreking*, quam Hungari *Oberpergh* appellant.

5 Urbs ob ſancti Martini Turonenſis natale clara.

6 Montb. *Veridicum*.

## *AURELII PRUDENTII HYMNUS*

De Martyrio S. QUIRINI epiſcopi.

*Ex libro περὶ στεφάνων Hymn. 7.*

1 INſignem meriti virum
QUIRINUM, placitum Deo,
Urbis mœnia Siſciæ
Conceſſum ſibi Martyrem
Complexu patrio fovent.

2 Hic ſub Galerio Duce,
Qui tunc Illyricos ſinus
Urgebat ditionibus,
Fertur Catholicam fidem
Illuſtraſſe per exitum.

3 Non illum gladii rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluvialibus
Gurges dum rapit, abluit.

4 Nil refert, vitreo æquore,
An de flumine ſanguinis
Tinguat paſſio Martyrem,
Æque gloria provenit
Fluctu quolibet uvida.

5 Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis Epiſcopus
In præceps fluvio datur,
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis [a] lapidem molæ,

6 Dejectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit,
Nec mergi patitur ſibi,
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.

7 Spectant eminus e ſolo
Doctorem pavidi greges.
Nam Chriſti populus frequens
Riparum ſinuamina
Stipato agmine ſepſerat.

8 Sed Quirinus, ut eminens
Hos circumtulit, heu, ſuo
Exemplo trepidos videt,
Nil ipſe proprii memor
Inter ſtagna periculi.

9 Confirmat pia pectora,
Verbis mitificis [b] rogans,
Ne quem talia terreant,
Neu conſtans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.

10 Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehunt vadis:
Nec ſubſtrata profunditas
Saxoque & laqueo & viro
Audet ſponte dehiſcere.

11 Senſit martyr Epiſcopus
Jam partam ſibi præripi
Palmam mortis & exitus,
Aſſcenſumque negarier
Æterni ad ſolium Patris.

12 *Jeſu cunctipotens*, ait,
*Haud quaquam tibi gloria*
*Hæc eſt inſolita aut nova*,
*Calcare fremitum maris*,
*Prona & flumina ſiſtere*.

13 *Scimus diſcipulum Petrum*,
*Cum veſtigia tingueret*
*Mortali trepidus pede*,
*Dextræ ſubſidio tuæ*
*Subjeciſſe ſalum ſolo*.

14 *Jordanem quoque novimus*
*Tortis vorticibus vagum*,
*Dum fertur rapido impetu*
*Ad fontem refluis retro*
*Confugiſſe meatibus*.

15 *Hæc miracula ſunt tuæ*
*Virtutis Domine*, *ut modo*
*Suſpendor*, *leve prænatans*,
*Summo gurgite fluminis*
*Cum collo ſcopulum trabam*.

16 *Jam plenus titulus tui eſt*
*Et vis prodita nominis*,
*Quam gentilis habet ſtupor*.
*Abſolvas*, *precor*, *optime*,
*Hujus nunc animæ moras*.

17 *Quid poſſis probat amnicus*,
*Qui vectat ſilicem*, *liquor*,
*Hoc jam quod ſupereſt*, *cedo*,
*Quo nihil eſt pretioſius*,
*Pro te*, *CHRISTE DEUS*, *mori*. Chriſtus Deus.

18 Orantem ſimul halitus,
Et vox deſerit & calor:
Scandit ſpiritus ardua:
Fit pondus grave ſaxeum:
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

a Codex noſter German. habet, *Ingenti lapidum mole*.

b Sic duo codd. mſſ. quos conſuluimus. Vide Heinſii notas.

*AD-*

## *ADMONITIO*

### In Actis ſancti PETRI BALSAMI Martyris.

*An alius a Petro Abſelamo.*

1. DUbitant nonnulli, an Petrus de quo hic agimus, idem cenſendus ſit, ac Petrus Abſelamus, cujus martyrium refert Euſebius in lib. de Martyribus Palæſtinæ cap. 10. Idem enim nomen, cognominis ſimilitudo, patria communis, ac denique idem utriuſque paſſionis dies ſufficientia eſſe videntur argumenta, ut unus ab altero minime diſtinguatur. Liberum unicuique ea de re judicium eſto. Euſebii de Petro Abſelamo locum habes ſupra pag. 328. hic vero Acta Petri Balſami, quæ e græco in Latinum ab Anaſtaſio Bibliothecario verſa dicuntur, ex compluribus codd. mſſ. & editis inter ſe collatis exhibemus.

*Martyrii tempus.*

2. Petri Balſami paſſionem ad annum 285. revocat Baronius in Notis ad Martyrologium; quam tamen ad annum CCCXI. ſub Galerii Maximiani perſecutionis finem referre malumus, cum id Actis magis conſonum videatur. Ipſius memoria die 3. Januarii in Martyrologiis vulgatis recolitur, ubi paſſus dicitur in Aulana civitate ſub imperatore Maximiano & Severo Præſide. In aliquibus tamen codd. mſſ. Acta habent *Aulona* pro *Aulana*. At certum videtur Petrum paſſum non fuiſſe Aulonæ, *Locus.* quæ urbs eſt maritima in ſinu Adriatico, ſed Aulanæ in Samaria. nam Petrus in ipſis Actis *ex finibus Eleutheropolitanæ civitatis oriundus* dicitur; Eleutheropolis autem & Samaria ad Palæſtinam pertinent. Ejus Sancti memoria colitur in Ephemeridibus Moſchorum die 12. Januarii, uti videre eſt apud Bolland. in præmiſſis ad tom. 1. Maii, pag. 12.

*Anno Christi circa 311.*

## PASSIO Sancti PETRI BALSAMI

*Ex multis codd. mſſ. & editis.*

** al. Au[illegible]*

*Petri confeſſio.*

I. IN illo tempore PETRUS, qui & BALSAMUS, cum comprehenſus fuiſſet apud Aulanam * civitatem tempore perſecutionis, cum eſſet oriundus a finibus Eleutheropolitanæ civitatis, oblatus eſt Severo præſidi. Severus dixit ad eum: Quis diceris? Petrus reſpondit: *Nomine paterno Balſamus dicor; ſpirituali vero nomine, quod in baptiſmo accepi* [1], *Petrus dicor*. Præſes dixit: Quod tibi genus eſt? Petrus reſpondit: *Chriſtianus ſum*. Præſes dixit: Quod officium geris? Petrus reſpondit: *Hoc majus officium habere non poſſum. Et quid eſſe poteſt hoc melius, quam ut ſim Chriſtianus?* Præſes dixit: Parentes habes? Petrus reſpondit: *Non habeo*. Præſes dixit: Mentiris. audivi enim te habere parentes. Petrus reſpondit: *In Evangelio mihi præceptum eſt omnia denegare, cum ad nominis Chriſtiani venero confeſſionem*. Præſes dixit: Noſti præceptum imperiale? Petrus reſpondit: *Ego præceptum DEI mei novi, qui eſt verus & perpetuus Rex.* Præſes dixit: Præceptum eſt a clementiſſimis Principibus, ut omnes Chriſtiani aut ſacrificent, aut diverſis pœnis moriantur. Petrus reſpondit: *Et hoc veri perpetuique Regis eſt præceptum: Si quis ſacrificaverit dæmoniis, & non ſoli DEO, eradicabitur. Quid ergo melius eſt a te perire, aut a Deo vero in perpetuum eradicari? Tu judica ſi vere eſt in te aliqua juſtitia*. Præſes dixit: Audi me & ſacrifica diis, & comple juſſa Principum. Petrus reſpondit: *Ego manufactis diis ligneis & lapideis, quales vos adoratis, non ſacrifico*. Præſes dixit: Injuriam nobis facis. Neſcis quia poteſtatem habeo occidendi te? Petrus reſpondit: *Ego injuriam non facio; ſed quod ſcriptum eſt in Lege divina hoc dico*. Simulacra, *inquit*, *Pſal. 113.* gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. *Os, oculos, nares, manus, pedes habent; ſed de his neque loquuntur, neque vident, neque odorant, neque audiunt, neque palpant, neque ambulant. Deinde ſubſequitur:* Simi-

1 Notat Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 25. ex Dionyſio Alexandrino, multos ex fidelibus nomina Petri, Pauli, aut Johannis ſuis liberis impoſuiſſe ob ſingularem erga hos ſanctos benevolentiam. Sic plerique Antiocheni filios ſuos, Meletios appellabant; ut refert S. Chryſoſt. hom. de S. Meletio tom. 1. Et idem Chryſoſt. hom. 21. in Geneſim fideles adhortatur, ut ſanctorum nomina liberis ſuis imponant, ut eorum exemplo ad virtutes accendantur. Et Theodoritus ſerm. 8. *de græcarum affectionum curationibus*, ait: *Naſcentibus filiis Martyrum vocabula imponere ſtudent, ſecuritatem inde ipſis tutelamque comparantes*. De nominum mutatione vide ſupra pag.

Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in iis. *Si Dominus per Prophetam & Spiritum ſanctum hæc dicit, quomodo tu mihi dicis, quod injuriam tibi fecerim, quia dixi ſimilem te eſſe lapidibus, & lignis mutis & ſurdis, in quibus dæmonia colitis, & me perſuades tibi ſimilem fieri?* Præſes dixit: Audi me; miſerere tui, & ſacrifica. Petrus reſpondit: *Tunc mei miſereor, ſi non ſacrificavero, & a veritate non diſceſſero. Sed quia infidelis es, & nec mihi credis, nec Legi divinæ, quia qui dæmoniis ſacrificat, eradicabitur; & ſemper mihi hoc ingeris dictum; fac quod tibi juſſum eſt.* Præſes dixit: Adhuc gero patientiam, exſpectans ut tecum cogitans ſacrifices, & ſalveris. Petrus reſpondit: *Superflua mihi perſuades. Fac jam quod facturus es, & adimple opera patris tui diaboli. nam ego quod ſuades, non ſum facturus; nec mihi Dominus meus Jeſus Chriſtus permittat, quem colo.*

II. Præſes juſſit eum ſuſpendi. cumque fuiſſet ſuſpenſus dixit ad eum: Quid dicis Petre? numquid bene ſentis anguſtias tui corporis in hac ſuſpenſione [2]? numquid reddes ſacra? Petrus reſpondit: *Iube adhiberi ungulas. Ego enim jam* *Equuleo ſuſpenſus torquetur.* *dixi tibi frequenter, quod non ſacrifico dæmoniis, niſi ſoli Deo meo, pro cujus nomine hæc patior.* Præſes juſſit eum fortiter torqueri. Cumque nimium vexaretur prædicabilis Dei Martyr, vocem doloris non dabat, ſed tantum pſal- *Pſalm. 26.* lebat, dicens: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Et iterum dicebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* *Pſalm. 115.* Hæc illo loquente, amplius excitatus Præſes alios carnifices juſſit accedere [3]. Turba vero adſtans cum videret nimium ſanguinem currere per pavimentum [4], doluit dicens ad eum: Miſerere tui, o homo, & ſacrifica, ut te libereris ab his crudeliſſimis pœnis. Sanctus vero Dei Petrus reſpondit: *Hæ pœnæ nullæ ſunt, nec mihi aliquem incutiunt dolorem. quod ſi negavero nomen Dei mei, in veras pœnas, & in majora tormenta perpetua ingreſſurum me eſſe cognoſco.* Præſes dixit: Quid dicis Petre? Sacrifica. nam te pœnitebit. Petrus reſpondit: *Ego nec pœnitebo, nec ſacrificabo.* Præſes dixit: Ego ſententiam in te infero. Petrus reſpondit: *Hoc eſt quod tota aviditate exſpecto.* Tunc præſes dictavit adverſus eum ſententiam, dicens: Petrum admodum *Sententia in eum lata.* contemnentem [5] invictiſſimorum principum juſſa propter legem Dei ſui crucifixi, ſententiam ſubire crucis [6] præcipio. Sic quoque venerabilis athleta Chriſti complens agonem ſuum, dignus habitus eſt paſſionibus Domini ſui participari. Martyrizatus eſt autem teſtis Chriſti Balſamus, qui & Petrus, apud Aulanam civitatem III. Non. Januarii ſub Maximiano imperatore, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

2 Plerique mſſ. *ſacrifica diis.*
3 Uterque codex noſter, *fortius carnifices juſſit eum lacerare.*
4 Iidem codd. *per terram.* Cod. Caleſtinorum, *per pavimentum, dicebat ad eum.*
5 Iidem codd. *contemtorem invictiſſimorum Principum, propter, &c.*
6 Ex 2. noſtris codd. *Crucis* vocem reſtituimus, quæ in Caleſtin. & in aliis deerat. At Surius: *Cruci affigi præcipio.* Comp. Urſic. & Bertinianus apud Boll. *Iubeo capitalem ſententiam ſubire, Tunc cruci ſuſpenſus capite plexus eſt.* Et quidem in Martyrologiis Rabani & Notkeri, ubi Petri feſtivitas die 4. Jan. memoratur, gladio dicitur interfectus.

*ADMONITIO*

IN Martyrium S. LUCIANI presbyteri.

*S. Luciani martyrium ex Chryſoſtomo.* 1. ENcomium ſancti Luciani, presbyteri Antiochenæ eccleſiæ & martyris, habemus apud ſanctum Iohannem Chryſoſtomum tomo 1. homilia 46. Hoc autem ideo Actis, quæ ex Simeone Metaphraſte a Surio aliiſque collectoribus referuntur, prætulimus, quod ab eo auctore ſcriptum ſit, cujus fidem atque auctoritatem nemo in dubium revocare poſſit, quippe qui præter ſingularem ſanctitatem, Luciano & tempore & loco fuit proximus. Uterque enim Antiochenæ eccleſiæ, Lucianus quidem ineunte ſæculo quarto, Chryſoſtomus vero ipſo eodem ſæculo exeun-

exeunte presbyter exſtitit. Porro ex hac aliiſque ſanctorum Patrum homiliis reſecamus ea quæ ad res Martyrum geſtas non attinent, cum alias facile ſit unicuique ipſos Patres adire.

*Doctrina & pietate fuit celebris.* 2. Ob eruditionem ſimul & pietatem clarus fuit Lucianus, qui *in omni vita ſanctiſſimus*, teſte Euſebio lib. 8. Hiſt. cap. 13. ſupra pag. 276. *cæleſte Chriſti regnum primum verbis & oratione apologetica Nicomediæ, præſente ipſo Imperatore, poſtea vero etiam rebus ipſis aſſeruit*. Idem fere repetit Euſebius lib. 9. cap 6. Sed orationem, quam præſente Imperatore ipſum habuiſſe dixerat lib. 8. eam tantummodo coram Præſide edidiſſe affirmat lib. 9. *Lucianus*, inquit *Antiochenæ eccleſiæ presbyter .... perductus Nicomediam, in qua tunc civitate Maximinus morabatur, cum defenſionem fidei illius quam profitebatur coram Præſide edidiſſet, conjectus in carcerem trucidatur*. Brevem orationem, quam coram Præſide habuit, Ruffinus hiſtoriæ Euſebii adjecit lib. 9. cap. 6. cujus Martyris verbis, ut idem Ruffinus affirmat, cum pæne auditores ad noſtram fidem perducti eſſent, Præſes eum *abripi* juſſit *in carcerem, ibique abſque tumultu populi necari*. Laudatur *S. Scripturæ versionem edidit.* etiam idem Lucianus a ſanctis Patribus ob ſtudium in ſacras litteras, quarum etiam novam verſionem edidit, quæ ab eo *Lucianea* appellata eſt. Hanc laudat ſanctus Athanaſius in fine Synopſis ſacræ Scripturæ, inventamque fuiſſe Nicomediæ ſub Conſtantino Magno, ipſius Martyris manu exaratam, affirmat. Eamdem verſionem *Conſtantinopoli uſque Antiochiam probari* dicit Hieronymus in Præfatione ad libros Paralipomenon.

*Euſebianus de hæreſi ſuſpectus.* 3. Verum diſſimulare non licet, Lucianum, etſi doctrina ac vitæ innocentia tam celebrem, a nonnullis tamen inter Arianæ hæreſeos parentes computari Ipſum Arianis accenſet Epiphanius hæreſi 43. & apud Theodoritum Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 4. Alexander epiſcopus Alexandriæ in epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum aſſerit, Lucianum Paulo Samoſatenſi ſucceſſiſſe, ac pluribus annis ſeſe a communione trium epiſcoporum abjunxiſſe. Ὃς, inquit, *διαδεξάμενος Λουκιανὸς ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων πολυετεῖς χρόνους*, quibus verbis contendit Valeſius in Notis ad hunc locum ſignificari, Lucianum in Eccleſia Antiochena ſchiſma feciſſe, ac ſub tribus Epiſcopis continuis, id eſt Domno, Timæo, ac Cyrillo, collectas ſeorſum celebraſſe. Quamquam Baronius ad annum 318. n. 74. poſt alios interpretes iiſdem verbis nihil aliud ſignificari putat, quam Lucianum *tempore trium Epiſcoporum excluſum ab Eccleſia manſiſſe*, quod ſane ob male intellectam ejus doctrinam contingere potuiſſet, ut & de Dionyſio Alexandrino, aliiſque nonnullis Patribus certum eſt, qui adverſus Sabellium & alios hæreticos agendo, quaſi in oppoſitum errorem incidiſſent, traducti ſunt. Et quidem apud Sozomenum lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 5. Ariani formulam fidei ſibi faventem inveniſſe dicunt, manu ipſius Luciani qui Nicomediæ martyrium paſſus eſt, ſcriptam. quæ forte eadem eſt, quam poſtea ſibi Macedoniani arrogare conabantur in dialogo tertio de ſancta Trinitate inter opera ſancti Athanaſii. At fatetur ibidem Sozomenus ſe neſcire, an ſincere loquerentur Ariani, ſuſpicatus ne forte id aſſerendo *conſcriptionem ſuam auctoritate Martyris commendare voluerint*, quem ibi idem auctor, *virum tum in aliis rebus præſtantiſſimum, tum in ſacris litteris admodum exercitatum* appellat.

4. Verum etſi revera aliquando non recte ſenſiſſet Lucianus, extra dubium eſt ipſum in Eccleſiæ ſinu vitam glorioſiſſimo martyrio finiiſſe, ut non ſolum Euſebius, Hieronymus, Johannes Chryſoſtomus, ſed & ipſemet Athanaſius teſtatur, qui in fine Synopſis ſacræ Scripturæ Lucianum, *ſanctum & magnum Aſcetam ac Martyrem* appellat. Et certe jam eo nomine tempore ſancti Chryſoſtomi, id eſt paullo poſt ipſius Luciani martyrium, Eccleſia Antiochena ejus feſtum celebrabat. Nec ipſe diſſentit Alexander in epiſtola laudata, ubi dicendo Lucianum trium epiſcoporum tempore ab eccleſia ſejunctum fuiſſe, ſatis innuit ipſum tandem rediiſſe ad eccleſiam. *Catholicus obiit.* Hunc ſane cum aliis Martyribus communicaſſe certum eſt ex ipſius epiſtolæ ad Antiochenos fragmento in Chronico Paſchali ad annum 304. relato: *Salutem plurimam*, inquit, *dicit vobis univerſus ſimul Martyrum chorus. Nuntio dumtaxat vobis Anthimum Papam curſum martyrii peregiſſe*. Ejus feſtum in Martyrologiis Latinis die 7. Januarii recolitur. *Ejus cultus.* quo die olim etiam in Eccleſia Antiochena celebratum fuiſſe ex Johanne Chryſoſtomo conſtat, tametſi in hodierno Græcorum Menologio apud Maximum Cythereenſem, aliosque recentiores Græcos die 15. Octobris memoretur.

5. Luciani mortem ad annum 311. ſub finem vitæ Galerii Maximiani refert Baronius: *Tempus martyrii.* at melius in annum ſequentem rejicitur. Diſertis quippe verbis Euſebius auctor coæqualis, affirmat lib. 9. cap. 6. hunc beatiſſimum virum ſub Maximini perſecutione martyrium conſummaſſe, & quidem paullo poſt Petrum Alexandrinum, qui menſe Novembri anno 311. perſecutionis ſcilicet nono ex Euſeb. lib. 7. cap. 32. paſſus

eſt. quo quidem loco manifeſtum eſt Euſebium Maximini nomine, ipſum Maximinom, noo vero Maximianum deſignaſſe. Euſebio conſentit, præter antiquiſſima Martyrologia, Hieronymus in Catalogo, ubi de Luciano ait, *Paſſus eſt Nicomediæ ob confeſſionem Chriſti ſub perſecutione Maximini, ſepultuſque Helenopoli Bithyniæ.* Quibus teſtimooiis prævalere oon poteſt Actorum ſancti Luciani, quæ a Metaphraſte referuntur, auctoritas; iu quæ quidem, etſi ſincera ſint, Maximiani nomen pro Maximini, irrepere potuit. Solent enim Græci iſta duo Imperatorum oomina ſæpius confundere. Porro Athanaſius, qui in loco jam laudato Synopſis ſacræ Scripturæ ait, Lucianum *ſub Diocletiano & Maximiano tyrannis martyrium ſuſtinuiſſe* non magis Baronio, quam nobis ſavet. Quippe ejuſmodi verbis perſecutionem ab his Imperatoribus excitatam voluit deſignare, quæ decennio perduravit; quo pacto Athanaſii verba non minus Maximini, quam Galerii Maximiani temporibus aptari poterunt.

6. Mirum eſt autem Euſebium, qui lib 9. Hiſtoriæ c. 6. ubi de Luciani martyrio agit, obſervat ſimul cum Petro Alexandrino, *com-*
Baſiliſcus martyr. *plures alios Ægyptiorum epiſcopos* capite truncatos fuiſſe, oihil de Baſiliſco Comanæ epiſcopo dixiſſe: qui tamen, ut teſtatur Palladius, eodem tempore quo iſti Ægyptii, Nicomdiæ paſſus eſt. Sic quippe habet in Dialogo de vita ſancti Iohannis Chryſoſtomi c. 11. *Cum autem Comanis appropinquaſſet, pontis inſtar ea prætergreſſi, extra muros in martyrio quinque aut ſex millibus diſſito manſerunt. Eadem ipſa nocte apparuit ei loci illius martyr, nomine BASILISCUS, qui epiſcopus Comanorum cum eſſet, martyrium paſſus eſt Nicomediæ in Bithynia ſub Maximiano *, una cum Luciano* * L. Maximino
*presbytero Antiocheno, &c.* Hoc in oratorio Chryſoſtomus, poſt diſtributa adſtantibus veſtimenta quibus utebatur, *candidas veſtes* induit, & *ſumtis Dominicis ſymbolis* defunctus eſt, atque prope Martyrem tumulatus. De hac re agunt etiam Theodoritus lib. 5. Hiſt. eccleſ. c. 30. & Sozomenus lib. 8. c. 28. Georgius epiſcopus Alexandriæ, apud Photium in Bibliotheca cod. 96. His tandem omnibus ſubjuogendus eſt Chronici Paſchalis locus de privilegio, quo Conſtantinus M. Drepanum Bithyniæ urbem in martyris Luciani honorem ornaſſe memoratur, impoſito eidem civitati matris ſuæ Helenæ nomine. Hæc itaque habet illius Chronici auctor ad A. C. 327. *Conſtantinus inſtaurata Drepano in Bithynia in honorem ſancti Luciani martyris, hanc matri ſuæ cognominem Helenopolim nuncupavit, donata civitati, qua uſque hodie fruitur, quo uſque patet ante urbem proſpectus, vectigalium immunitate, in honorem ſancti martyris Luciani.* Idem] Imperator paullo ante mortem eandem urbem adiit, ibique in Eccleſia Martyrum ſæpius oravit, ut refert Socrates lib. 1. cap. 26.

Anno Christi 312.

## MARTYRIUM

### Sancti LUCIANI presbyteri Aotiocheni.

### *Ex* S. JOHANNE CHRYSOSTOMO *Tom.* 1. *homil.* 46.

I. HEſterno [1] itaque die Dominus noſter aqua baptizatus eſt, hodie vero ſervus ſaoguioe baptizatur: heſteroo die cæli portæ ſuot reſeratæ, hodie inferorum portæ ſont conculcatæ. Neque miremini qood baptiſmum,
Baptiſmus cum Martyrio comparatio. martyrium ouocuparim. oam & hic Spiritus cum multa advolat ubertate, ac peccatorum abolitio & animæ fit purgatio quædam mirabilis ac ſtupeoda: & quemadmodum ii qui baptizaotur aquis, ita qui martyrium patiuntur, proprio ſanguine abluuntur. quod utique & in iſto evenit. Verom enimvero antequam de cæde, operæ pretium eſt ut de diaboli verſutia verba faciamus. Nam cum omne ſuppliciorum ac pœnarum geous ab eo deriſum animadverteret, ac ſe neque accenſa fornace, neque barathro effoſſo, neque rota parata, neque cum in equuleum ſuſtuliſſet, oeque cum io præcipitia projeciſſet, neque cum deotibus ferarum objeciſſet, ſancti philoſophiam ſuperare potuiſſe; aliud acerbius geous excogitavit, quærenſque circumibat, ut ſopplicium inveniret, quod ſimul & acerbiſſimum eſſet, & longiſſimum. Quoniam eoim eæ quidem pœnæ quæ ſunt intolerabiles, hoc afferunt, ut iis ociſſime liberemur;

1 Poſtridie itaque Epiphaniæ feſtum ſancti Luciani celebrabatur jam tempore ſancti Chryſoſtomi. Et quidem die Theophaniorum beatus Martyr dicitur in Actis ſupra pectus ſuum, cum altare deficeret, ſacra myſteria in carcere peregiſſe paullo ante ſuam ipſius paſſionem, cum jam ita vulneribus eſſet attritus, ut vix poſſet moveri. Idem affert Philoſtorgius lib. 2. Hiſt. Eccleſ. num. 14. Quod videtur imitatus fuiſſe Theodoritus Cyri epiſcopus, qui, ut ipſemet, narrat in Hiſtoria Religioſa cap. 20. in cella Maris monachi ſacrificium myſticum peregit, diaconorum manibus pro altari utens.

remur; quæ vero longiores ſunt, aliquid ſubtrahunt de dolore: reperire pœnam ſtuduit, in qua utrumque ſimul eſſet, & diuturnitas, & intolerabilis doloris exceſſus: ut cum vehementia, tum longinquitas temporis animum ejus conſtantem de gradu dejiceret. Quid ergo facit? Fami ſanctum hunc exponit. At tu cum de fame audis, ne quod dictum eſt oſcitanter prætereas. Eſt enim illa mors omnium acerbiſſima, quod illi qui ſunt experti teſtantur, &c. Ut autem illum improbus dæmon vidit tanta rei neceſſitate non frangi, graviorem cruciatum reddidit. Etenim ſumtis idolothytis, eiſque menſa referta, ante conſpectum ejus collocari eam curavit, ut facultas utendi ejus animi robur infringeret. Non enim adeo irretiri ſolemus, cum res eæ quibus allicimur non apparent, ac cum oculis obverſantur, quandoquidem & mulierum cupiditatem facilius quis ſuperaverit, dum mulierem formoſam non videt, quam ſi oculos continuo in eam intendat. Verum tamen has quoque inſidias Juſtus vicit; quodque fortitudinem ejus diabolus infractum putabat, hoc eum magis ad certamina corroboravit & inſtruxit. Non enim tantum nihil ab idolothytorum aſpectu lædebatur, ſed ea magis idcirco averſabatur, & oderat. Et quemadmodum erga inimicos afficimur, quos quia videmus, tanto eos odio majori proſequimur & averſamur: ſic & ille tunc erga impuram illam victimam afficiebatur, eo magis deteſtabatur ac refugiebat, quod videbat, & appoſitorum ciborum aſpectus majus odium in eo, atque averſationem excitabat. Dumque intus magna illum voce ſollicitaret fames, & appoſita deguſtare juberet, tum Dei timor eius manus reprimebat, & ut ipſius naturæ oblíviſceretur, efficiebat: dumque pollutam & exſecrandam menſam intueretur, alterius menſæ tremendæ, ac Spiritu redundantis recordabatur; adeoque inflammabatur, ut quævis ſuſtinere ac pati ſtatueret, potius quam impuros illos cibos deguſtare. Recordabatur & illius trium puerorum menſæ, qui juvenes capti, omnique patrocinio deſtituti, in terra aliena, ac barbara regione tantam philoſophiam oſtenderunt, ut ad hunc uſque diem ipſorum fortitudo celebretur, &c. Hæc itaque ſecum reputans, diaboli malitiam irridebat, calliditatem contemnebat; neque ad quicquam eorum quæ cerneret, flectebatur.

*Poſt varia ſupplicia fame torquetur.*

*Oblata idolothyta in cibum reſpuit.*

*Dan. 1.*

II. Poſtquam autem ſe nihil proficere ſceleratus ille vidit, ad tribunal eum rurſus deducit, & tormentis admotis continuas interrogationes adjungebat. Ille vero ad unamquamque interrogationem, tantum reſpondebat[a]: *Chriſtianus ſum*, ac dicente tortore: Quanam ex patria ortus es? *Chriſtianus ſum*, ait. Quam artem profiteris? *Chriſtianus ſum*. Quibus parentibus natus es? Ille vero ad omnia dicebat: *Chriſtianus ſum*. Hoc uno ac ſimplici verbo diaboli caput percutiens, & illi continua ſibique ſuccedentia vulnera infligens. Quamquam ille quidem externis imbutus fuerat diſciplinis: at probe noverat in ejuſmodi certaminibus non eſſe opus eloquentia, ſed fide; non dicendi facultate, ſed anima Dei amore ſuccenſa. *Unum*, inquit, *verbum ad omnem diaboli turmam in fugam vertendam ſufficit*. Ac videtur quidem iis, qui rem accurate non examinant, minus conveniens eſſe reſponſio: ſed ſi quis eam attentius conſideret, ex hac quoque ſapientiam Martyris animadvertet. Qui enim, Chriſtianus ſum, dixit; & patriam, & genus, & artis profeſſionem, & omnia declaravit. Quo tandem pacto? Ego dicam. Chriſtianus urbem in terra non habet, ſed Jeruſalem quæ ſurſum eſt. *Illa enim*, inquit, *quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra*. Chriſtiano terrena nulla eſt artis profeſſio, ſed ad ſupernam converſationem vitæ pertinet. *Noſtra enim*, inquit, *converſatio in cælis eſt*. Chriſtianus cognatos habet ſanctos omnes ac cives. *Sumus enim*, inquit, *cives ſanctorum, & domeſtici Dei*. Itaque uno verbo,

*Iterata coram judice confeſſio.*

*Gal. 4. 26.*

*Phil. 3. 20.*

a Alia itaque occaſione Lucianus Apologiam dixit, de qua in admonitione num. 2.

verbo, & quis eſſet, & unde, & ex quibus, & quid agere ſoleret, exactiſſime docuit; & vitam cum hac voce finivit, abiitque ſalvum referens Chriſto depoſitum, ac poſteris, ex iis quæ paſſus eſt, cohortationem reliquit, ut inſiſtant, nihilque niſi peccatum, & negationem tantum reformident, &c.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti BARLAAMI.

*Barlaami geſta et S. Baſilio.*

1. POſt Lucianum martyrem, virum doctrina conſpicuum, de ſancto Barlaamo, agreſti & rudi homine, nobis agendum eſt, ſed qui nulla licet dignitate ſæculari aut ſcientia conſpicuus, non minus tamen quam ceteri martyres virtute & fidei conſtantia illuſtris fuit. Ejus Paſſionem ex ſancto Baſilio Magno Cæſarienſi antiſtite mutuamur, qui eam in homilia 19. tom. 1. eleganter exponit. cujus homiliæ teſtimonio uſi ſunt Patres ſeptimæ Synodi generalis adverſus hæreticos imaginum effractores, actione IV. ubi ipſius initium & finis referuntur. Ejuſdem Martyris encomium ſcripſit ſanctus Johannes Chryſoſtomus in homilia 73. tomi 1. ejus operum, in qua totus eſt in laudanda ſancti Barlaami inſigni conſtantia, quod ignem cum thure ſuper manus impoſitum non excuſſerit, ne videretur idolis ſacrificaſſe. Extat etiam ejuſdem Sancti operum tomo 6. alia in ejuſdem Sancti honorem oratio.

*An duo ejuſdem nominis.*

2. Dubitant tamen nonnulli, an Barlaamus a Chryſoſtomo laudatus idem ſit cum Baſiliano: quibus favent Græcorum magna Menæa, quæ cum Maximo Cythereenſi 16. & iterum 19. Novembr. die martyrem Barlaamum celebrant. At Menologium Baſilii imperatoris ab Ughello editum, & alterum Cardinalis Sirleti apud Caniſium, unicum exhibent Antiochenum, die 16. Novemb. Et quidem ſi quis utramque homiliam, Baſilii ſcilicet & Chryſoſtomi, inter ſe conferat, facile animadvertet, unum & eumdem utrobique martyrem repræſentari. Unius tantum meminit Martyrologium Romanum die 19. menſis Novembris, Cæſareæ in Cappadocia celebris, quamvis ejus ſepulcrum Antiochiæ exſtitiſſe Chryſoſtomus videatur innuere. Et ſane in cod. Regio Baſilii homiliæ titulus præfigitur, quo Barlaam Antiochiæ paſſus dicitur. *Εἰς τὸν ἅγιον Βαρλαάμ, τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ μαρτυρήσαντα.* Verum mirari ſatis non poſſum, Baronio & Combefiſio ignotam fuiſſe Chryſoſtomi de ſancto Barlaamo orationem. Et ille quidem in Notis ad Martyrologium Romanum eam excidiſſe putat: hic vero in recenſionibus operum ſancti Baſilii, ipſam *nuſquam comparere* dicit. Deinde ſuſpicatur hanc Chryſoſtomi laudationem eamdem eſſe, quæ nunc ſancto Baſilio tribuitur. *Propius*, inquit, *laudaſſe Chryſoſtomum, concivem ſuum & martyrem, quam Baſilium, hominem peregrinum, ac Antiochiæ, quam neſcio an umquam attigerit. Eam vero venerationem habuiſſe Cæſareæ Cappadociæ, ac in provincia Ponti Barlaamum martyrem, quanta hic inſinuatur, unde haberi poteſt?* Sed ab his abſtinuiſſet vir eruditus, ſi utraque homilia ei fuiſſet perſpecta; aut advertiſſet Baſilii homiliam de ſancto Barlaamo in 7. Synodo laudatam fuiſſe.

*Anno Christi 30..*

## HOMILIA SANCTI BASILII MAGNI

### De ſancto BARLAAMO Martyre.

*Tom. 1. homil. 18. ad codd. mſſ. Græcos ex Combefiſii recenſionibus exacta.*

*Gaudium in Martyrum morte.*

I. PRimum quidem Sanctorum mors planctu ac lacrymis cohoneſtabatur. Vehementer mortuum Jacob deflevit Joſeph, & Moſis mortem Judæi haud parum planxerunt. Samuelem quoque multis lacrymis ornarunt. Nunc vero morientibus ſanctis exultamus. Triſtium namque poſt crucem Domini immutata eſt natura. Jam non amplius ſanctorum obitus lamentationibus proſequimur, ſed tripudiis divinis circum ipſorum ſepulcra veluti choreas ducimus. Somnus enim juſtis eſt mors; immo potius migratio ad vitam meliorem. Hinc fit, ut exultent Martyres dum trucidantur. Nam deſiderium felicioris vitæ jugulationis dolorem exſtinguit, & emortuum reddit. Pericula non reſpicit Martyr; coronas reſpicit. Plagas non horret, ſed præmia numerat. Non videt lictores inferne flagellantes, ſed angelos ſuperne lætis ominibus acclamantes imaginatur. Non ſpectat ad temporaria pericula, ſed ad præ-

præmiorum æternitatem. Splendidum & a nobis jam arrbabonem aſſequitur, dum divinis acclamationibus ipſi applaudirur ab omnibus, & innumeros vinctos e ſepuleris convertit & attrabit.

*Barlaami mira confeſſio.* II. Hoc ipſum ſane bodie forti ac ſtrenuo BARLAAM uſu venit. Inſonuit enim bellica Martyris tuba, & armatos pietatis milites, ut videtis collegit: Athleta Chriſto adbærens prædicatus eſt, & ſtatim excitarum eſt Eccleſiæ theatrum. Et quemadmodum fidelium
*Johan. 11. 25.* Dominus dixit: *Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet*: mortuus eſt fortis Barlaam, & conventus congregat publicus. In ſepulcro conſumtus eſt, & ad convivium advocat. Nunc tempus
*1. Cor. 1.* eſt ut exclametis: *Ubi eſt ſapiens? ubi ſcriba? ubi conquiſitor ſæculi buius?* Agreſtis bomo inſuperabilem nobis bodie pietatis exbibet doctrinam, quem tyrannus rapuit quidem, veluti facilem prædam ac venationem nanctus; poſt venationem autem inſuperabilem militem ſenſit: quem delira ore ruſtico loquentem deridebat; mox angelica exultantem fortitudine inborruit. Non pari cum linguæ organo barbarie animus impeditus erat, nec rario cum ſyllabis claudicare viſa eſt, ſed erat alter Paulus cum Paulo dicens: *Etiam ſi ſermone ſum rudis, non tamen ſcientia.* Torpebant jam flagellando lictores; Martyr vero robuſtior inveniebatur; Lacerantium manus enervabantur; verum mens lacerati baud quaquam flectabatur: nervorum harmonias jam flagra remiſerant; at fidei vigor vebementius ſtringebatur; perfuſſa latera abſumebantur; mentis vero philoſopbia florebat: major carnis ipſius portio emortua erat; at ipſe Martyr, quaſi nondum initu certamine firmus erat. Nam quando pietatis amor animum hominis præoccupat, quodcumque illi pugnarū genus ridiculum reddit, & quotquot illum adamatæ rei gratia cædunt, delectant magis quam conſternant. Teſtis mihi eſt affectus ille ac deſiderium Apoſtolorum, unde Judæorum ipſis aliquando flagella jucunda reddita ſunt. *Abibant* *Act. 5. 41.*
*enim*, inquit, *gaudentes a conſpectu concilii, quod digni babiti eſſent, qui pro nomine Jeſu contumeliam paterentur.*

III. Talis & nobis bodie laudatur miles, qui ſupplicia loco gaudii duxit, flagellis, ſe tamquam roſis impeti arbitratus, pietatis obfuſcationem, non ſecus atque jacula quædam declinavit: judiciarium furorem, quaſi quamdam fumi offuſionem reputavit: efferas ſatellitum acies riſit, pericula calcavit, quaſi ſuper roſis tripudiaret. Plagis affectus, lætatus eſt, ac ſi bonore afficeretur; in ſuppliciis vebementioribus non ſecus exultavit, quam ſi præclara bravia acciperet; nudams gladios deſpuit, manus lictorum tamquam cera molliores ſuſtinuit: lignum tortorium, veluti ſaluriferum, complexus ſalutavit; carceris clauſura, quaſi prato quodam viridi, oblectarus eſt; tormentorum adinventionibus, veluti variis floſculis, jucundatus eſt. Dexteram babuit igne firmiorem, quod illi poſtremum ab hoſtibus macbinamentum admotum eſt. Aræ namque pro more dæmoniaco libaminis igni impoſito Martyrem, adductum ſiſtentes, focoque incenſo dexteram ſupinam impendere jubentes [a], manu quaſi ærea altari abutebantur, thure illi ardenti malitioſe impoſito. Sperabant enim, ignis vi expugnatam manum neceſſario ac velociter incenſum thus in aram excuſſuram. Papæ! quam multijuga ſunt impiorum præſtigia. Quoniam innumeris vulneribus, inquiunt, contentioſi pugilis mentem non fleximus, vel manum illius flamma incendamus: quoniam variis machinis animum illius haudquaquam permovimus, dexteram igni admotam emoveamus. At ne hae quidem ſpe miſeri potiti ſunt. Nam flamma manum quidem ambedit; perduravit vero illa cineris inſtar flammam ferens. Tergum ſævienti igni non dedit, quemadmodum fugitivi & imbelles ſolent: ſed immota perſtitit ſtrenue contra flammam dimicans, & propheticas Martyri voces proferendas *Manum igni admotam non movet.*

admi-

[a] Solum illud ſupplicium, poſt carcerem, paſſum fuiſſe Barlaamum aſſerit Chryſoſtomus.

Pſalm. 143. adminiſtrans, ut diceret: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, & digitos meos ad bellum*. Ignis enim cum manu confligebat, ſed ignis vincebatur. Luctabantur inter ſe flamma ac dextera Martyris: ſed nova quædam erat dexteræ luctaminum victoria, dum flamma quidem per mediam manum exigebatur, ipſa vero manus adhuc ad luctam porrecta erat. O manum igne contentioſiorem! o manum ab igne flecti neſciam! Et, o ignem a manu vinci doctum! Ferrum videtur ignis tyrannide emolliri, æs cedit ignis potentiæ. Solet illo lapidum quoque vinci durities; nunc vero Martyris dexteram extenſam ignis ille comburens, non flexit, cujus vigor omnia domat. Merito ſane Martyr iſte ad Dominum Pſalm. 72. hujus gratia clamavit: *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me*. Quomodo te, o ſtrenue Chriſti miles, appellabo? Statuamne vocabo? Sed multum ita de tua tolerantia detrivero. Nam acceptam ſtatuam ignis emollit: dexteram vero tuam adigere non potuit, ut vel videretur aliquouſque moveri. Si ferrum nominavero, hanc quoque ſimilitudinem fortitudine tua inferiorem invenio. Nam tu ſolus flammæ perſuaſiſti, ne manum domaret? tu ſolus dexteram loco aræ babuiſti, tu ſolus ardenti dextera facies dæmonum percuſſiſti. Et tunc quidem flammante manu capita illorum liquefeciſti, nunc vero eadem incinerata exercitus illorum peſſumdans excæcas.

IV. Sed quid puerili balbutie victorem extenuo? Quin magnificentioribus laudum ipſius linguis cedamus. Sonantiores doctorum tubas ad illius præconia advocemus. Exſurgite nunc, o præclari athleticorum geſtorum pictores [a], mutilatam ducis imaginem veſtro illuſtrate artificio, & obſcurius a me depictum coronatum athletam veſtræ induſtriæ coloribus conſpicuum reddite. Diſcedam certaminum ac victoriarum Martyris a vobis poſita imagine victus, gaudeam tali hodie per veſtram dexteritatem victoria ſuperatus. Videam manus bujus luctam cum igne exactius a vobis depictam: videam alacriorem pugilem, per veſtram depictum imaginem. Plorent dæmones, & jam Martyris in nobis perculſi victoriis, ardens iterum illis ac victrix manus oſtentetur, pingatur in tabula una & certaminum agonorheta Cbriſtus cui ſit gloria in ſæculorum ſæcula, Amen.

[a] Hæc per Metaphoram ad Oratores dicta putavit Combefiſius in recenſione operum S. Baſilii; at ea de vera pictura interpretati ſunt Patres ſeptimæ Synodi generalis, Actione 4.

Anno Christi 3….

## EJUSDEM BASILII MAGNI ORATIO

### De ſancto GORDIO Martyre.

*Ex tom. 1. bomil. 19. ad codd. mſſ. Græcos ex Combefiſii recenſionibus exacta.*

Concurſus ad Gordii feſtivitatem. I. NAturæ lex eſt apibus innata, fratres dilectiſſimi, ut niſi rex prius agmen præcedat, ab alvearibus nuſquam diſcedant. Vos autem Dei populum, cum nunc primum ad Martyres, tamquam ad flores cæleſtes exeuntes, & huc frequentes convenire viderim, quo id duce feceritis, exquiro. Quis ingentem hunc æſtum excitavit? quis hiemalem hanc triſtitiam in vernam ſerenitatem commutavit, ut populus ex civitatis ædificiis, tamquam ex apum alvearibus, hilaris egreſſus, ad ſuburbanum decus præclarumque Martyris ſtadium confluxeret? Quoniam igitur & nos, infirmitatis noſtræ oblitos, celebritas Martyris excitavit; age & ipſi quoque, quantum voce contendere licet, veluti bombantes apes vernantibus floribus circumfuſæ, præclara ipſius geſta perſonemus: rem quidem piam agentes ſimul & gratam iis qui adſunt. Dum enim juſtus laudatur, populi lætabuntur, &c. Igitur noſtri tantum cauſa profectus ſat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoria & commemoratione, imitationis gratia indige-

digemus. Quemadmodum enim ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex unguento quoque præſtanti diffunditur odor: ſic e ſanctorum commemoratione geſtorum ad omnes provenit utilitas. Quamquam neque hoc in minimis habendum, ut eorum quæ tunc geſta ſunt veritatem exacte aſſequamur. Nam obſcura quædam fama, viri hujus præclara facta conſervans, ad nos uſque venit. Quamobrem pictoribus recte comparabimur. Illi enim eum ex imaginibus imagines depingunt, uti par eſt, a prima forma plurimum recedunt. Nos item cum rerum geſtarum aſpectu caruerimus, valde metuendum, ne dicendo rerum veritatem atteramus. Verum quando ejus hodie feſtum [1] celebramus, qui in hujuſcemodi die certamen pro Chriſti nomine ſubiit, quantum ex ejus hiſtoriæ notitia deprehendere licebit, enarrabimus.

*Gordii patria.* II. Fuit hic Martyr beatiſſimus, civis noſter Cæſarienſis, ex quo non mirum ſi noſtræ mentis affectus ad eum potiſſimum dirigitur, quod profecto ad verum ac domeſticum nobis facit ornamentum. Nam ſicut arbores quæ bona ferunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo: ſic iſte ex noſtræ urbis prodiens utero, ad ſummumque gloriæ culmen evectus, patriæ quæ eum produxit atque aluit, domeſticorum pietatis fructuum jucunditatem largitus eſt. Boni ſunt quidem fructus etiam externi, modo ſapore delectent, & nutrire poſſint: at longe gratiores externis ſunt noſtrates ac vernaculi, qui nobis gloriam quamdam ob propinquitatem conferre præter jucunditatem videntur. Militiam exercuit, in qua locum admodum inſignem tenuit, ita ut centum milites ejus imperio parerent: quodque *Fuit centurio.* animi virtute & corporis viribus præcelleret, cunctis inter ordines militares clarus habebatur. Ea ſane tempeſtate eum tyrannus impius, qui tunc imperitabat, in Chriſtianum nomen virus ſuæ feritatis effunderet, manumque Deo inimicam adverſus Eccleſiam exerceret; tota urbe præconis tuba ſonabat, toto foro, & per compita tyrannicum promulgabatur edictum, ne quis Chriſtum adoraret; qui vero contra juſſa faceret, morte plecteretur. Idola proponebantur adoranda omnibus, lapideaque ac lignea hominum ſimulacra pro vero numine colenda, &, ſi qui recuſarent, extrema intentabantur. *Gravis perſecutio Cæſareæ.* Confundebatur tota civitas, quæ rei novitate attonita tumultuabatur: Chriſtianorum domus ſingulæ vaſtabantur: innocentium facultates diripiebantur: fidelium & ingenuorum corpora carnificum manibus diſcerpebantur: matresfamilias per vicos trahebantur. Nulla juvenum commiſeratio, nulla ſenum reverentia erat: inſontes noxiis ac maleficis digna patiebantur. Complebantur ſupra modum carceres, domus inſignes & opulentæ vacuabantur. Pleni ſaltus, plena perfugis loca deſerta: ob unum tantum crimen, quod Chriſtum colerent. Prodebat patrem filius; pater filium accuſabat: frater adverſus fratrem inſaniebat; ſervus domino inſultabat. Adeo diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, ut velut in tenebris agentes, ſeſe minime cognoſcerent. Præter hæc autem domus orationis profanorum manibus vaſtabantur, aræ ſanctiſſimæ evertebantur, nec erat oblatio ulla, nec thymiama, neque locus ſacrificandi amplius erat relictus. Cuncta mæror ingens, veluti diffuſa caligo, occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur. Sacer omnis conventus cladem inſolitam expaveſcebat; dæmones vero tripudiabant, & nidore ac ſanguine victimarum infecta cuncta dabant.

III. Hæc igitur exempla crudelia *Gordius ſecedit in deſertum.* cum Centurio generoſus conſpiceret, judiciorum neceſſitatem præveniens, abjecto militiæ baltheo, ſponte ſibi exſilium delegit. Itaque relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, ſervis

[1] Sancti Gordii feſtum celebratur die 3. Januarii, qua etiam die memoratur in Ephemeridibus Moſchorum apud Bolland. in præmiſſis ad tom. 1. Januarii. Græcorum Menologia hunc ſub Licinio paſſum dicunt, ſub quo Comitis dignitate fulgebat. Melius tamen ejus martyrium cum Baronio ad Diocletiani perſecutionem revocatur. Quæ enim ſequuntur, vix Licinii perſecutioni congruere poſſent.

ſervis propinquis, amicis, voluptatibus, & rebus aliis, quas ceteri maxime appetere, ac magno ſtudio parere ſolent, ad vaſta deſerta, & hominibus invia loca contendit, vitam inter feras actam manſuetiorem ſocietate convictuque idololatrarum exiſtimans: Eliæ prophetæ ſecutus exemplum, qui cum Sidoniæ * conſpiceret idololatriam quotidie invaleſcentem, in montem Choreb ſe proripuit, ubi in ſpelunca agens Deum exquirebat, donec cujus deſiderio tenebatur, vidit, quantum fas eſt homini mortali. Eodem modo noſter Gordius, ſpretis omnibus, urbanos fugiens tumultus, fori clamorem, magiſtratuum ambitionem, tribunalium faſtum, obtrectatores, ementes, vendentes, pejerantes, mentientes, turpiloquium, facetias, & cetera, quæ velut alligatas puppibus cymbas magnæ naves ſecum populoſæ urbes trahunt. Inſuper viſo audituque ac animo a vitiis purgato & libero, ut Deum videre ac beatus fieri poſſet; vidit, divina revelatione myſteria didicit; non ab hominibus; nec per homines fuit edoctus, ſed magno uſus præceptore Spiritu veritatis.

* Sc. Iezabel.

*Redit in urbem.*

IV. Quamobrem ſecum meditans, quam ſit fallax & inanis vita humana, quam omni ſomnio & umbra debilior & imperfectior; in ſupernæ illius vocationis amorem exarſit: ac veluti fortis athleta, ſeſe jejuniis vigiliis, orationibus, perpetua & indeſinenti Spiritus ſancti oraculorum meditatione probe exercitatum, & ad certamen inſtructum animadvertens, hunc maxime diem obſervavit, in quo frequens civitas viſendo equeſtri ſpectaculo erat intenta: quod hoc in loco ea tempeſtate, in Martis, ſeu potius furentis bellorum dæmonis honorem celebrabatur. Populus omnis ex edito ſpectabant, nec ullus deerat, non Judæus, non gentilis, non item Chriſtianorum multitudo, quæ negligenter vivebat, & cum vanitatis concilio comixta ſedebat: non declinans conventus malignantium, ſed & ipſa tum equorum curſum, & aurigarum agilitatem ſpectabat. Servi eo die ab opere liberi, pueri e ſcholis ſpectatum currebant, fœminæ populares ac ignobiles aderant. Plenum erat ſtadium, & omnis jam turba conſederat, equeſtre certamen videre intenta. Tunc magnanimus ac fortis heros per montis clivum in theatrum properans, non populum horruit, non quam hoſtilibus ſe manibus traderet penſitavit: ſed corde intrepido & animo excelſo quaſi quædam continua ſaxa, aut arbores multas, eos qui circa ſtadium ſedebant prætercurrens, in medio conſtitit ſtadio, complens dictum illud Proverbiorum auctoris; *Juſtus ut leo, confitenter agit.* Prov. 28. 1. Quid plura? Adeo intrepido excelſoque animo fuit, ut cum in eminentiore theatri parte ſtaret, ingenti voce, quam qui audierunt exſtant adhuc aliqui [2], exclamaverit, & dixerit: *Ecce inventus ſum ab iis qui me non quærunt; his qui me non interrogabant palam apparui.* Quibus ſane verbis ſe in eum veniſſe locum ſignificavit minime coactum, ſed ultro ſe ad certamen exhibuiſſe, Servatoris exemplum ſecutum, qui cum per noctis tenebras a Judæis minime agnoſceretur, ipſe ſe ipſum prodidit. Omnium igitur oculos ſtatim in ſe convertit. Erat enim aſpectu horridus, & quod montana diu incoluerat, ſqualenti capillo, barba promiſſa, veſte obſita, corpore toto aridus, pera præcinctus, baculo innixus; in quibus omnibus gratia quædam elucebat ex inaſpecto mentis eum circumfulgens habitu. Ubi autem quis eſſet cognitus fuit, gentilium ſimul & Chriſtianorum clamor eſt ortus: his quidem ob gaudium ſui commilitonis exultantibus; illis vero qui veritati repugnant, judicis animum ad ejus cædem [3] accendentibus, & jam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atque tumultus omnia complebat; equos, currus, aurigas jam deſpiciebant; fruſtra rotarum ſtridor aerem ver-

*Ludos publicos perturbat.*

Rom. 10. 20.

2 Hinc patet non multo ante Baſilii ætatem Gordii paſſionem contigiſſe.

3 Sic apud Theodoritum lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 26. Telemachus monachus volens gladiatorum ludos impedire, interfectus eſt, ſub Honorio Imperatore, qui ea occaſione ejuſmodi ludos crudeles ſuſtulit, & ut Telemachus in Martyrum numerum adſcriberetur, curavit.

verberabat; nullus aliud quam GORDIUM videre malebat; nullus quam Gordium verba ſonantem audire ſtudebat. Totum denique theatrum murmure more venti per aera ſonantis perſtrepebat, equorum curſum ſuperabat. Ubi vero per præconem ſilentium imperatum; conticuere buccinæ, ſopitæ fiſtulæ, varia muſicorum inſtrumenta ſiluerunt: ſolus audiebatur Gordius, ſolus aſpiciebatur.

*Coram præſide ſiſtitur.*

V. Hinc ad Præſidis tribunal, qui tum in eodem loco ſedebat, certamenque inſtituebat, confeſtim adductus, ab eo quiſnam, aut cujas eſſet, miti ſuavique voce interrogabatur. Ubi vero patriam, genus & gradum dignitatis, quem tenuerat; præterea fugæ cauſam ac reditus pariter enarravit: *Reverſus ſum*, inquit, *palam oſtendens, quod tua edicta nihil omnino curo; ſed Jeſum Chriſtum, ſpem meam, meumque præſidium, profiteor; cumque acceperim te reliquos homines crudelitate ſuperare, hoc ſane tempus explendo meo voto maxime idoneum ſumſi*. His ſane verbis iram Præſidis, quaſi rogum accendit, & quidquid in eo furoris erat, in ſe ipſum convertit. Præſto ſint, inquit, lictores, flagella, plumbatæ. In rota extendatur, in equuleo torqueatur, inſtrumenta ſuppliciorum afferantur; beſtiæ, ignis, gladius, crux, baratrum paretur. At enim quantum lucri facit vir exſecrandus, cum ſemel tantum moriatur? *Quin*, inquit Gordius, *damnum profecto me facere videor, ſi ſæpe variiſque modis extingui, variaque pro Chriſto pati ſupplicia nequeo*. At præſes præter naturalem feritatem acerbiores adhuc iras accendebat; viri dignitatem ſpectans, celſique ejus animi robur, ſuum ipſe dedecus reputans. At quanto magis imperculſum pectus cernebat, tanto magis efferabatur, majorique contentione, omni tormentorum ſubtili invento ipſius conſtantiam expugnare certabat.

*Tormentis non potest vinci.*

Et hæc quidem Præſes. Martyr autem in cælum oculos attollens, ſacra pſalmorum carmina ſibi decantabat: *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo*. Et rurſus: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es*. Et alia iſtis germana, quibus quaſi carmine animam mulcebat. Ex ſacris eloquiis doctus erat. Tantumque abſuit ut intentatas horreret pœnas, ut eas ultro in ſe provocaret, ſuppliciique moras vehementer increparet: *Quid*, inquit, *tardatis? quid ſtatis? Corpus lanietur, membra torqueantur. Denique quodcumque de me ſupplicium volueritis, ſumite. Nolite mihi beatam ſpem invidere. Quanto enim magis tormenta augebitis, tanto majus mihi præmium comparabitis. Commercia ſunt iſta nobis cum Domino atque contractus. Pro vibicibus in corpore eminentibus, in reſurrectione ſplendido induemur amictu; pro contumelia atque ignominia, palmas coronaſque aſſequemur; pro vinculis & carcere paradiſum. Quod condemnamur cum maleficis, beata cum angelis ſorte victuri ſumus. Minæ veſtræ ſemina mihi ſunt divina, unde immortalitatem perpetuaque gaudia metam*.

*Pſalm. 117.*

*Pſalm. 22.*

VI. Cum tandem vir beatus hac ſeveritate a fide obſtinata averti non poſſet, alia tunc via Præſes eſt aggreſſus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus eſt, cum præſertim diabolus hac uti ſoleat arte, ut timidos metu perterreat, fortes leniat atque palpet. Quod imitatus Præſes, ubi illum rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilitate circumvenire quærebat. Quam ob rem magna ſe daturum ſpondebat, quorum alia tunc haberet, alia Imperatorem daturum ei affirmabat, locum inter milites illuſtrem, facultates, opes, quidquid denique animus cuperet. At ille nec ſic quidem victus, Præſidis inſaniam ridebat, qui compenſare dignum aliquid ſupernis ſedibus exiſtimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis, furore percitus enſem vagina diripit, lictorem coram adſtare juſſit, & manu & lingua nefanda ad viri damnationem ſe accinxit. Ad tribunal omnis theatri multitudo convenit: reliquus vero populus, qui adhuc in urbe fuerat, prorumpens, ad hoc novum properavit ſpectaculum, quod & Ange-

*Nec blanditiis.*



lis,

lis, & univerſæ creaturæ fuit admirabile, luctuoſum diabolo, ac dæmonibus tremendum. Quid plura? Concurrentibus eo cunctis, urbs pæne vacua facta eſt, fluminis inſtar tota incolarum multitudine extra urbem ad locum martyrii confluente. Matresfamilias nobiles, ignobiles properabant. Domus ſine cuſtodibus relictæ, tabernæ negotiatorum deſertæ, in foro venalia disjecta jacebant. Ex hoc tantum urbs tuta, quod omnibus extra mœnia egreſſis, nemo intus remanſerat qui neſas aliquid perpetrare poſſet. Servi miniſterio neglecto, avidi ſpectandi erant, & quantum externi ac vernaculi populi erat, hoc loco apud virum illum aderat. Tunc etiam virgines marium ſeſe oculis objicere auſæ ſunt. Valetudinarii ac ſenes ipſi quoque, vim facientes affectis viribus, extra muros contendebant.

*Nec parentum & amicorum ſuaſionibus.*

VII. In tanto itaque civitatis concurſu, beatum Gordium alteram vitam jamjam per mortem corporis ſpectantem atque tenentem, neceſſariorum amicorumque turba circumſiſtebat, amplectebantur, oſcula dabant, demum flentes adhortabantur, ne ſeſe in ardentes flammas conjiceret, ne florem proderet juventutis, aut æthereas auras, ſoliſque dulce jubar relinqueret. Nonnulli quando a fide omnino avertere non poterant, aut fas putarent, quibuſdam eum veriſimilibus aggrediebantur rationibus, & Chriſtum tantum corde, ſi cuperet, retinere; ore autem negare ſuadebant. Non enim Deum verba, ſed loquentis animum inſpicere. Hoc ferme modo exaſperatum judicis animum demulceri, & Deum nihilominus propitium poſſe reddi aſſeverabant. At ille, tamquam cautes immota maris exagitantibus fluctibus, nulla vi, nulloque verborum impulſu quaſſatus, in obſtinato cœptoque propoſito inexorabilis permanſit. Ut enim ſapientis domum ſupra petram ædificatam vis nulla ventorum, aut imber e cælo vehemens, nec torrentis impetus quaſſare poteſt: ita demum nec preces ullæ, aut minæ, conſtantiam ejus in fidem Chriſti evertere potuerunt. Cumque mentis acies huc illuc circumcurſantem diabolum, & ejus impulſu ac arte hinc lacrymas oriri, inde vim eloquentiæ ſuadendique copiam ſubminiſtrari animadverteret, illud Domini verbum flentibus ait: *Nolite flere ſuper me; ſed flete ſuper Dei inimicos, qui in Chriſtianos continuo graſſantur. Ipſos, inquam, flete qui ignem nobis parant, ſibimet gehennæ incendia, iramque in die iræ theſaurizantes. Deſinite flere, & affligere cor meum. Ego enim non ſemel tantum mori paratus ſum propter nomen Domini; ſed etiam millies, ſi fieri poſſet.* Aliis vero qui Chriſtum ore negare adhortabantur, reſpondit: *Lingua quidem, quam Chriſti beneficio retineo, adduci non poſſum ut ſuum neget auctorem. Corde namque credimus ad juſtitiam, ore vero confitemur ad ſalutem. Num militaris ordo deſperatam habet ſalutem? Nulluſne Centurio pius? Recordor primi Centurionis, qui cruci* SERVATORIS *aſſiſtens, ejus* DIVINITATEM *per prodigia facta cognoſcens, non eſt veritus, adhuc Judæis furentibus in cæde, nomen ejus palam fateri*, &c. Hæc ubi dixit Chriſti miles, crucis ſe ſigno communit, & animi magna conſtantia, vultu intrepido, colore nuſquam mutato, ad ſupplicium hilaris contendit: ubi tantam cordis præ ſe ferebat alacritatem, ut non lictorum, ſed Angelorum manibus ſe committere videretur, qui ſubito poſt interitum ſublimem eum in cælum deferrent, velut olim Lazarum. Ad hæc tantus illius populi clamor ac tumultus eſt factus, ut vel tonante cælo numquam ſimilis ſit auditus. Hoc igitur hujus præclari martyrii certamen fuit: hoc hodierna dies ſpectaculum vidit, quod procul dubio tale eſt, ut nec temporis diuturnitas umquam abolere, nec longæ conſuetudinis faſtidium tollere, nec aliud quidpiam, quamvis magnum exſuperare valeat. Nam quemadmodum ſolem quanto magis aſpicimus, tanto magis eum admiramur, nec ullo modo aſſiduitate vileſcit: ſic & hujus viri ſanctiſſimi memoria,

*Egregia Martyris oratio.*

*Centurionis ſancti. Divinitas Chriſti.*

*Ejus memoria celebris.*

moria, quo majori eam temporis ſpatio retinemus, eo recentior in noſtris animis floret. In memoria enim æterna erit juſtus. In terris quidem, dum terra durabit; in cælis vero apud æquum & altiſſimum Judicem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui honor & imperium in æterna ſæcula, Amen.

*Anno Christi circ. 30...*

## MARTYRIUM SANCTÆ JULITTÆ.

### *Ex ſancto* BASILIO *Magno, Tom. 1. Orat. 5.*

*Memoria S. Julittæ celebris.*

I. QUæ de beata Martyre prædicatio ſe offert vobis depromendam, bujuſce eſt cauſa congregationis. Hunc enim diem [1] vobis indiximus celebriter agendum, quippe qui memoriam renovet magni illius certaminis, quod in muliebri quidem corpore, generoſo alioqui animo & pluſquam virili, omni admiratione ac ſtupore percellens, cum illos qui & ipſi præſentes ſpectarunt decertantem, tum eos qui auditu percepturi ſunt in poſterum, referentibus his, qui re ipſa tanti iſtius agonis periculum fecerunt, beatiſſima mulier JULITTA decertavit: (ſi tamen decori ratio permittit eam vocari mulierem, quæ heroica animi fortitudine ſupergreſſa eſt infirmam naturæ muliebris conditionem:) cujus unius magnanimitate & conſtantia maximopere crediderim conſternatum eſſe & perculſum communem humani generis adverſarium, nimirum indigniſſime ferentem, a mulieribus ſibi præripi palmam victoriæ; qui quidem conſuerit magnificas illas voces expromere impotenti ſuperbia inſoleſcens, ſe ſcilicet concuſſurum univerſum terrarum orbem, & quaſi nidum comprehenſurum, ac velut ova derelicta e medio ſublaturum, urbeſque adducturum in ſolitudinem: cum interim generoſæ hujus mulieris virtute conſpiciatur inferior. quam, quo primum tempore ſollicitabatur, a Chriſto ut deficeret, adniſus eſt elidere argumentis & convincere inconſtantiæ, quaſi quæ per naturæ infirmitatem minus poſſet continenter pietatem erga Deum tueri ſervareve. Hanc denique invenit doctrice experientia conditione naturæ fortiorem, ut quæ adverſarii terriculamenta tanto eluſerit magis riſuque proſequuta ſit, quanto magis ille eam ſperabat ſe iiſdem perterrefacturum.

*Julitta bona ſua repetit a rapace.*

II. Formulam enim hæc, litemve judiciariam intenderat uni cuipiam ex primoribus civitatis, viro qui fraude & violenta impreſſione undevis extortas opes ſibi uni vindicarat per rapinam & prædam conſertim corraſerat divitias. Hic terræ plurimum circumciderat, neque non agros, villas pecora ac famulos Julittæ interceperat; denique cum omnem reliquam ſuppellectilem apprime opulentam & eam mulieri ademtam ad ſe tranſduxiſſet, forenſia judicia celeri occupatione prævertit, ut corrumperet ſubornatis aliquot calumniatoribus, teſtibuſque falſis ſimul & cauſæ cardinem reponens in illiberali & ſordida largitione, plane corruptela Judicum. Dies ſtatus decidendæ iſti cauſæ ut advenit, en tibi præco ex nomine quemque ciebat, iam adornatis & aſſidentibus advocatis. Cumque hæc cœpiſſet inſtruere Judicem de impotenti tyrannide hominis, eſſetque enarratura formulam modumve, quo initio poſſederit primum; ſimul etiam edoctura diuturni temporis prolixitudine ſuam confirmari ditionem; ad hæc cum iam miſerum in modum deploraret violentam viri & inexplebilem avaritiam in occupandis alienis; ille tum in aream fori progreſſus, ait: Lege agere illi non licere, nec actionem illam introducere. neque enim fas eſſe quicquam cum civibus aliis habere commune eos, qui hactenus minime coluerunt deos Imperatorum, ni prius Chriſti fidem ejurarint. Prætori in ſpeciem videbatur is in medium proponere, quæ eſſent iuri conſentanea, quæve maxi-

[1] Julittæ feſtum Græci in Menologiis, & Latini in Romano Martyrologio celebrant die 30. Julii.

maximopere conduxerant. Jubetur mox afferri thus, prunas item: & propoſitio litigantibus hæc prætenditur a judicibus, eos quidem & legibus, & legum ſuffragiis perfrui poſſe, abjurent modo Chriſtum, quod ſi fixius adhæreſcerent fidei, nullum jam ipſis relinqui uſum neque fori, neque legum, at ne reliquæ quidem rei publicæ; quippe juxta ſanctionem legis per ejus temporis Imperatores latæ, notam infamiæ incurriſſent.

*Mavult bona & vitam perdere, quam fidem.*

III. Illa quid ſecundum hæc? illicne ſtudio capiebatur recuperandarum opum? Num quod ſibi noverat uſui fore, neglectim tranſmiſit obtinendæ controverſiæ cauſa adverſus ſibi injurium? Periculo a judicibus impendente conſternata animo eſt & exterrita? Sane nihil minus. Quid ait: *Ipſa potius valeat vita, ipſæ peſſum eant fortuitæ facultates: at ne ipſum corpus mihi prius ſuperſit, quam in Deum creatorem meum ulla impia vox mihi ex ore egeratur*. Ejuſmodi ſuis ſermonibus quo videbat exaſperari Prætorem inſenſius & acrioris iræ æſtu adverſum ſe ſuccendi; hoc Deo uberiores exſolvebat gratias: quod dum ob caducas facultates controvertit raptori ac delitigat, viſa ſit ſibi ipſi ſancire bonorum cæleſtium poſſeſſionem: terram quidem perſpiciebat ſibi adimi, ut poſſideret paradiſum: addici infamiæ, digna ut haberetur corona gloriæ: corpus per contumeliam concidi flagris, vita quoque hac temporaria ſpoliari, compos ut eſſet beatæ illius ſpei, ſanctorum omnium choris allecta in cæleſtis regni gaudio. Denique dum interrogaretur crebrius, nec aliam redderet vocem, conteſtans *ancillam ſe eſſe Chriſti*, quin & eos exſecraretur, qui invitarent, & hortarentur ad abjurandam fidem: tum judex ille iniquitatis non eam modo ampliſſimis illis opibus, quæ præter juſtitiæ legumque ſanctiones illi ademptæ fuerant, privavit, ſed & mulctam ei dixit, velut ipſe putabat, vita ut privaretur, atrociter addicens eam igni.

*Ignis martyrem haud consumit.*

IV. Hæc porro nullam ad rem earum, quæ, interim dum vivitur, oblectare nos aſſolent, viſa eſt feſtine adeo excurrere, atque ad deſtinatam ſibi flammam concita perrexit, facie, habitu, ipſis quæ depromebat, verbis, alacritate inſuper efflorescente palam indicans quod in animo deliteſcebat profuſiſſimum gaudium. Mulieres quotquot ſibi adſtabant proxime, obſecrabat, *ne ad tolerandos pro tuenda Chriſtiana religione labores, animos ſinerent remoleſcere: neu cauſificarentur aut prætexerent infirmam feminææ naturæ conditionem. Eadem quippe maſſa qua & viri, & ipſæ conſtamus*, dicebat: *ad imaginem Dei perinde ac iſti, & nos conditæ ſumus. Eſt ſane mulier ab Opifice creata, peræque ac vir, capax virtutis. Quid enim miri eſt? an non conſanguineæ & ipſæ ſumus viris per omnia? Non enim ad conſtituendam mulierem ſola eſt aſſumpta caro, ſed & os ex oſſibus, quo fit, ut & ipſæ Domino nihil minus ac viri redbibere debeamus firmitatem fidei atque conſtantiam, nec non in adverſis patientiam*. His dictis, in lignorum ſtruem accenſam inſiluit, quæ perinde ac thalamus ſplendore coruſcus, corpus ſanctæ Julittæ circumplexa animam quidem in cæleſtem illam deſtinavit regionem, & quæ illius meritis congruebat, requiem: corpus autem honore præcipuo venerabile aſſervavit affinibus & cognatis incolume, nec ulla ſui parte læſum. quod ſane in ornatiſſimo templi [a] urbis veſtibulo conditum, loco quidem adfert venerabilem ſanctimoniam, nec minus qui eo loci conveniunt, efficit ſanctiores.

V. Terra porro iſtius beatæ adventu benedicta, aquam emiſit, quæ ſuapte natura nulli non noſtrum gratioſiſſima eſſe debeat. adeo ut Martyr hæc imaginem pientiſſimæ referat matris, dum nutricis in morem totius incolas urbis, perinde ac lacte quoplam in communes uſus affatim ſcaturiente nutrit. Hæc aqua ſanis tutela eſt, & temperate delicantibus ſuppeditatio voluptatis, & ſolatium ægris. Hanc ipſam in nos *Fons ad ejus ſepulcrum.* *4. Reg. 2.*

beni-

a Edit. Lat. add. *primarii totius*.

benigne contulit Martyr gratiam, quam olim ſuis Jeriehuntinis Eliſæus impartivit, dum ſalſuginem naturæ communis aquarum loci iſtius circumquaque finitime benedictione permutavit in ſaporem dulcem, plane delicioſum & perquam ſuavem. Viri, ne, quæſo, ſiveritis ad tuendam religionem vos conſpici mulieribus inferiores. Mulieres, ab hoc propoſito vobis exemplo ne deſciveritis, quin citra prætextum omnem cohæreſcite preſſius ſuſceptæ ſemel huic pietati, & reipſa facite periculum, hunc naturæ veſtræ defectum nulli eſſe vobis impedimento, quo minus poſſitis conficere quidvis operis boni. De hac Martyre plura dicere parantem revocat, nec ſinit diuturniorem trahere moram Sermo, qui heri quidem mihi cœptus eſt, nec uſquequaque abſolutus.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium S. PELAGIÆ virginis.

*Pelagiæ martyrium.* 1. HAbeotur apud Lipomanum & Surium homiliae doæ ſancti Johannis Chryſoſtomi de ſancta Pelagia virgioe & martyre Antiochena; quarum priorem e mſ. cod. græco bibliothecæ regiæ erutam, primo ejuſdem Patris operum tomo inſeruit Fronto Ducæus, quam hoc proferimus, quod Pelagiæ martyrium elegaoter deſcriptum cootineat. Hujus feſtum Latini in Martyrologio Romano, & Græci io Meoæis die 9. Juoii recoluot, qood tamen io Menologio Cardinalis Sirleti die ſequenti memoratur. Eccleſiam in honorem S. Pelagiæ Martyris Conſtantioopoli olim exſtitiſſe refert ex Theophane & Cedreno eruditus Cangius libro 4. *CP.* Chriſtianæ; ſed quæ ab impio Conſtaotino Copronymo deſtructa fuit. Sed hæc Pelagia alia eſt, nempe Tarſenſis Martyr, de qua vide Bolland. ad diem 4. Maii, tom. 1. pag. 454. At Pelagia quæ in Actis S. Luciani martyris Antiocheoi ejus diſcipula dicitur, hæc ipſa eſt quam hic ex S. Chryſoſtomi homilia celebramus.

*An eadem quæ ab S. Ambroſio laudatur.* 2. Porro noo levis eſt difficultas, an Pelagia, de qua ouncagimus, eadem ipſa ſit, quam Ambroſius lib. 3. de Virginibus cap. 7. & io epiſtola 37. novæ edit. ad Simplicianum laudat. Varii varie ea de re jodicant. Mihi aotem videtur oihil dici ab Ambroſio, quod Pelagiæ noſtræ congruere noo poſſit. Nam quod ait Baronius, Ambroſium & Chryſoſtomum ioter ſe diſcrepare, *dum Ambroſius Pelagiam una cum matre & ſorore fluvio merſam teſtatur; Chryſoſtomus autem e ſublimi tecto ſe dediſſe præcipitem dicit;* non adeo verum eſt, ot iis patebit qoi utriuſque Patris opuſculum legerint. Nihil enim aliud de Pelagia dicit Ambroſius, oiſi *quod Pelagia ſalva virginitate ad ſponſum properaverit.* quod Chryſoſtomi narratinni nullateous adverſatur. Verum cum Ambroſius eo loci Pelagiæ matrem & ſorores a perſecutoribus acrius quæſitas, ſeſe in fluviom, ne comprehendereotur, projeciſſe referat; quæront nonnulli, an iſtæ fuerint Domoina, Beroice & Proſdoce, de quibos eadem fere oarrat Chryſoſtomus homilia 51. quam ſupra edidimos pag 472. Sic Ambroſius rem exponit: Pelagiæ perſecutores *ubi ereptam ſibi viderunt pudoris prædam, matrem & ſorores cœperunt quærere;* ſed iſtæ immioeotibus jam perſecutoribus, ſeſe in fluvium præcipitarunt. At vero apud Chryſoſtomum Domoina & filiæ, *An eadem mater Domnina.* audito perſecutionis edicto, in aliam regionem jam commigraraot: ubi eom a Domninæ marito virginum patre deprehenſæ fuiſſeot, & Antiochiam redocerentur, deluſis in via militibus qui eas cuſtodiebant, ſeſe io fluviom præcipitaruot. quæ ſane omoia Pelagiæ matri & ſororibus ab Ambroſio memoratis mioime conveniunt; ſicut nec quæ de iſtis Martyribus ab Euſebio lib. 8. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 12. narrantur. Unde vel Domoina ac ejus filiæ a Pelagiæ matre & ſororibus diverſæ ſunt, aut certe paullo aliter rem accepiſſe dicendus eſt Ambroſius, quam revera contigerat. De ejuſmodi autem Virginibus, quæ ſibi ipſis mortem conſciverunt, vide obſervata ſupra pag. 414.

## MARTYRIUM Sanctæ PELAGIÆ virginis.

### *Ex* S. JOHANNE CHRYSOSTOMO. *Tom.* 1. *homil.* 40.

Anno Christi circ. 30...

I. LAudetur & ſummis præconiis celebretur Deus, quod mulieres etiam ipſæ, quin etiam puellæ mortem contemnant ac derideant, virgineſque admodum adoleſcentes, & nuptiarum expertes ultro inferorum ſtimulos invadant,

dant, oeque ob id tamen aliquid grave patiantur. Omnia bæc bona per Chriſtum ipſum e Virgioe geoitum nobis allata ſunt, &c. Quamobrem & beata virgo PELAGIA tanta cum voluptate ad mortem cucurrit, ut oeque carnificum manus exſpectarit; neque in judicium ingreſſa fuerit, ſed proprii animi ſtudio, & ſumma alacritare illorum ſævitiam aoteverterit. Parata enim erat ad cruciatus tormentaque, & omne ſuppliciorum genus perſerendum: ſed metuebat tamen ne virginitatis coronam perderet. Hioc autem diſcas impiorum intemperantiam Pelagiæ virgini timorem attuliſſe, quod ab iorenıperata illorum hominum injuria virgo ſe ſubmovit ac præripuit, id quod e marium numero nemo antea facere aggreſſus fuit. Omnes enim ad judicium acceſſerant, & illic fortitudinem ſuam oſtenderaot; at mulieres ipſæ, propter naturæ ſuæ conditionem, ad iojuriam accipiendam paratiorem, talem mortis rationem ſibi excogitarunt. Nam ſi licuiſſet & virginitatem ad fioem uſque ſervare, & martyrii cornnam percipere, ad judicium ire non recuſaſſent: qnoniam vero neceſſe erat omnino ab alterutro excidere, extremæ demeotiæ hoc eſſe beata virgo cogitavit, dimidiatæ coronæ compotem ſactam abire, cum utriuſqoe victoriæ palmam aſſequi licerer; ob idque noluit in judicium accedere, ac intemperantium hominum adſpectui ſpectaculum proponi, atque procacibus oculis ſui adſpectus voluptatem præbere, & ſanctum illud corpus injuriæ ſubjicere; ſed ex thalamo & mulierum conclavi, ad alterum thalamum, boc eſt in cælum ipſum aſſceodit. Magnum quidem eſt carnifices ipſos circumſtantes, & bomiois alicujus latera fodientes videre: ſed nihilominns quam illud boc eſt. Qnorum enim latera fodinntur, eorum ſenſus præ tormentornm varietate conſumirur, ut mors ipſa non amplius rerribilis, ſed liberario quædam, & urgentium malorum remiſſio videatur: Pelagia vero cum oihil tale adhue paſſa eſſet, & corpus integrum atque intactum haberet, oeque dolorem aliquem ſentiret, forti quadam excelſi animi magnitudine certe illi opus fuit, ut ex hac vita morte violenta ſe ipſam eiiceret. Quam ob rem cum illorum toleranriam admiraris, hujus etiam quam dixinus fortitudinem admirare: cum illornm patientiam obſtupeſcis, & bujus generoſam meotem obſtupeſce, quod talem mortem ſubire auſa fuerit. Noli rem hanc ſimpliciter prætereas, ſed cogita qoomodn par eſt, teoeram illam virgioem, quæ nibil aliud noverat niſi virginalem aulam, illo tempore affectam fuiſſe, cum milites repeote irruentes, & ad fores ipſas ſtaotes vidit, qui ad judicium illam vocabant, & per forum pro talibus rantiſque rebos pertrahere volebant; oon pater intus erat, non mater, non outrix, non ancilla, noo deoiqne vicions aliquis aut amicus præſto erat, ſed ſola a caroificibus illis comprehenſa eſt. Quod enim exire, & carnificibus illis ac militibus reſpondere; qnod os erigere, & vocem emittere, qnod ea aſpicere, quod denique cooſiſtere & reſpirare potuerit, hoc certe tale ac tantum eſt, ut uemo poſſit non aliud admirari atqne obſtupeſcere. Non erant hæc naturæ bumanæ facta, ſed Dei majorem partem conſerentis auxilio id fiebat. Ar ipſa tamen otioſa non erat, ſed a ſe ipſa promtum & generoſum animum, voluntatem, propoſitum, ſtudium, & alacritatem afferebar: divino vero ſubſidio, ac beoevolentia factum eſt, ut bæc omnia ad eventum perlata ſint. Itaque ipſam & admirari, & beatam dicere merito debemos: beatam, quod Dei præſidium atque opem babuerir; admirabilem, quod tantam animi alacritatem oſtenderit. Quis enim non jure obſtupeſcat, audiens illam temporis momento tale propoſitum iniiſſe, confirmaſſe, & ad exirum cootuliſſe? Scitis eoim omnes vos, quemadmodum poſt multa, ſæpe ac multo tempore cogitata, cum occaſio ipſa rei conatum a nobis exigit, ſi vel paullulum timoris mentem noſtram corripuerir, formidine repente perculſi conſilia omoia effuodimus. At vero illa momento

Pelagia alacritas ad mortem.

Ad forum vocata.

Aliis martyriis præferenda.

omnia effundimus. At vero illa momento temporis conſilium ita horribile ac formidoloſum inire, decernere, & re ipſa perficere potuit, &c.

II. E domo igitur egreſſa, petiit a militibus, ut ſibi liceret redire intro, & veſtem mutare. Ingreſſa vero intro veſtem mutavit, incorruptam pro corrupta, & pro fragili & caduca ſtabilem ac ſempiternam. Ego vero præter ea quæ dicta ſunt, & illud miror, quomodo milites illi gratiam, quam Pelagia virgo petierat, conceſſerunt: quomodo mulier viros decepit: quomodo nihil eorum quæ futura erant, illi ſuſpicati ſunt: quomodo ejus dolum non animadverterunt. Neque enim eſt quod aliquis dicat, neminem umquam tale quidpiam feciſſe. Multæ enim fortaſſe ſe præcipitarunt, & in mare ſe ipſas injecerunt, pectuſque ſuum gladio trajecerunt, & laqueis colla inſeruerunt. nam multa hujuſmodi temporibus illis acciderant. Sed Deus ipſe militum illorum corda excæcavit, ut virginis Pelagiæ dolum non animadverterent. Quam ob rem e mediis retibus virgo avolavit, & ſicut cerva cum evadit venatorum manus in quas inciderat, ad alicujus montis verticem, venatorum pedibus & telorum jactibus inacceſſum, ſtatim confugit, ac deinde a curſu deſiſtit, e loco illo ſine timore aliquo eos deſpiciens, a quibus ipſi antea inſidiæ parabantur: ita & virgo illa cum in ipſas venatorum manus incidiſſet, & parietibus ipſis, velut quibuſdam retibus, comprehenſa eſſet; cucurrit non in montis verticem, ſed in ipſum cæli faſtigium, quo nulla erat ipſis accedendi facultas: deinde illuc vacuis manibus eos revertentes adſpiciens, gaudebat, cum infideles homines redargutos, & multo rubore adſperſos videret. Cogita quale illud fuit, ſedente judice, adſtantibus carnificibus, paratis tormentis, univerſa multitudine collecta, cum milites ipſi exſpectarentur qui Pelagiam adducerent, omneſque præ voluptate geſtirent, & tamquam ebrii eſſent, prædam in manibus ſe habere ſperantes; tunc illos ipſos qui ejus caula miſſi fuerant, vultu in terram demiſſo redeuntes videre, factumque illud narrantes audire! Quantum dedecus, quantum mærorem ac probrum omnibus impiis illis tunc fuiſſe par eſt! Qua triſtitia, quo vultu & rubore perfuſos milites illos rediiſſe credimus, qui re ipſa didicerant, ſe non cum hominibus, ſed cum Deo bellum gerere! Joſeph quo tempore a domina ſua inſidiis petebatur, veſtem impuris ac ſceleſtis barbaræ mulieris manibus detentam reliquit, & nudus exiit: Pelagia vero neque corpus ſuum ab intemperatis illis hominibus tangi paſſa eſt; ſed cum anima ipſa corpore denudata, in cælum aſcendiſſet, & ſanctam ſuam carnem apud hoſtes reliquiſſet, ita dubios & perplexos adverſarios reddidit, ut neſcirent quid facerent. neque enim habebant quid reliquiis illis deinceps facerent.

*Milites adit.*

*Ad faſtigium domus aſcendit.*

*Gen. 39. 12.*

*Unde ſe præcipitet.*

III. Talia ſunt perfecta Dei opera, rerum deſperationem ad multam facilitatem, ſibique adverſantium res, quæ videntur facillimæ, ad extremam deſperationem transferentis. Quid enim difficultate illa majus, in quam puella tunc inciderat? Quid facilitate illarum rerum, quas milites tunc tractabant, planius videri poterat? Habebant puellam intus ſolam comprehenſam, domo ipſa velut carcere quodam concluſam: & tamen redierunt prædam non aſſecuti. Contra puella ipſa cum omnibus auxiliis atque adjutoribus deſerta eſſet, neque ullam evadendi viam haberet, ſed prope illarum ferarum ora ſe poſitam videret; ex ipſis faucibus, ut ita dicam, abrepta, omnium inſidias diffugit, & milites ac judices, principeſque illos ſuperavit. Et quamdiu quidem vixit, omnes ſe illius victores futuros ſperabant: poſtea vero quam puella ipſa mortua eſt, tunc in majorem deſperationem inciderunt, ut diſcerent Martyrum mortem, Martyrum eſſe victoriam, &c.

IV. Sed ut diſcas, non ſine divina providentia id factum fuiſſe; hoc præcipue licet aperte intelligere ex ipſius virginis

*Martyrium conſummat.*

ginis propoſito & prompto animo, quodque milites illi virginis dolum non conſiderarint, ſed quod illa petierat libenter conceſſerint; quod denique ad exitum res ipſa perducta ſit; licet etiam nihilominus & ex ipſa mortis ratione hoc intelligere. Multi enim e ſublimi tecto dejecti, nihil mali paſſi ſunt: alii vero quibus corporis membra læſa & mutilata fuerant, poſt caſum ipſum multo tempore ſuperfuerunt: at in illa beata virgine nihil tale Deus ipſe fieri permiſit: ſed ſtatim juſſit animam corpus relinquere, eamque ipſe accepit, quippe quæ, quantum ſatis fuit, certaverat, & rem omnem impleverat. Non enim mors illa ejuſmodi caſus naturam, ſed Dei juſſionem conſecuta eſt. Jacebat igitur corpus illud, non in lecto aliquo, ſed in ſolo: nec propterea tamen honoris expers erat, quia in ſolo ipſo jacebat: ſed ſolum ipſum ex eo fuit honoratum, quod corpus illud tam glorioſum excepit; quin immo quia in terra jacebat, eo ipſo corpus illud erat honoratius. Hujuſmodi enim ſunt injuriæ, quæ propter Chriſtum accipiuntur, ut honoris cumulum nobis afferant. Jacebat igitur in ſolo ipſo, & in anguſto quidem loco: ſed Angeli Pelagiæ corpus circumdabant, & Archangeli omnes honorabant; Chriſtus denique ipſe præſens erat. Nam ſi domini mortuos ſervos aliquos nobiliores ad ſepulturam deducunt, neque erubeſcunt: multo magis Chriſtus ipſe virginem, quæ ejus cauſa libenter animam emiſerat, & tantum periculum ſuſceperat, præſentia ſua honorare non recuſavit. Jacebat itaque illa, & epitaphium habebat martyrium quod ſuſceperat, confeſſionis ornatu decora, & veſte omni regali purpura pretioſiore induta. Erat autem veſtis illa duplex, una virginitatis, altera martyrii. His funebribus donis ornata virgo hæc ad tribunal Chriſti adſiſtet. Talem habitum & nos, viventes ac mortui, nobis ipſis parare ſtudeamus, illud ſcientes, quod qui auratis veſtibus corpus ſuum exornaverit, nullam ex ea re mortuo homini utilitatem attulerit: quin etiam multorum invidiam, & reprehenſionem excitaverit, quippe qui neque in morte ambitioſus, & falſæ gloriæ appetens eſſe deſierit: at ſi virtute ſe ornavit, multos etiam poſt mortem ſui laudatores habebit. Etenim ipſis etiam regalibus aulis apud homines ſplendidius erit ſepulcrum illud ubi corpus jacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Hujus rei vos ipſi teſtes eſtis, qui divitum monumenta, quamvis aureis veſtibus contecta, tamquam ſpeluncas quaſdam prætereuntes, ad ſanctam hanc virginem multo cum ſtudio, & animi alacritate accurritis: quoniam cum martyrio, confeſſione & virginitate, multæ & aureæ veſtis loco funus ſuum ornaſſet, hinc poſtea diſceſſit. Hanc igitur pro viribus & nos imitemur. Contemſit illa vitam hanc; contemnamus & nos delicias, irrideamus ſumtuoſos apparatus, abſtineamus a crapula & ebrietate, ſugiamus voracitatem. Non temere hæc nunc dico [1].

[1] Multa ſubjungit Chryſoſtomus adverſus eos qui Potationibus & aliis ejuſmodi actionibus diebus feſtis vacabant.

*ADMONITIO*

## IN HOMILIAM DE SANCTIS XL. MARTYRIBUS,

### Ubi de Licinii perſecutione.

St. PP. homilia de XL. Mart.

1\. EX variis ſanctorum Patrum homiliis, quæ de ſanctis Quadraginta Martyribus habentur, ceteris hæc videtur anteponenda, quam ſanctus Baſilius Magnus Cæſareæ in Cappadocia epiſcopus de eorum laudibus conſcripſit: cujus auctoritatem Patres ſeptimæ Synodi generalis ſæpius adhibuerunt, ad hæreticos ſacrarum Imaginum impugnatores refutandos. Ex eadem homilia ſancti Patres Gregorius Nyſſenus, Ephrem, & Gaudentius Brixienſis epiſcopus ſuarum orationum argumenta mutuari ſunt, qui in his Martyribus laudandis, ſe Baſilii Magni veſtigiis inhærere profitentur. Refert etiam Photius in Biblioth. cod. 274. excerpta homiliæ S. Ioan-

Ioannis Chryſoſtomi de SS 40. Martiribus. Cæteros omitto. At præter laudata ſanctorum Patrum opuſcula, vulgata ſunt etiam eorumdem Martyrum Acta, ſed quæ ad Baſilii Magni auctoritatem & antiquitatem non pertingunt: ex quibus tamen horum Martytum nomina deſcribere viſum eſt, cum nec apud Baſilium, nec apud alios Patres habeantur. Hæc autem ſunt, prout a Bollandianis ex editis & mſſ. codd. inter ſe collatis referuntur. *Quirion*, ſeu *Cyrion*, *Candidus*, *Domnus*, *Meliton*, *Domitianus*, *Eunoicus*, *Siſinnius*, *Eraclius*, *Alexander*, *Johannes*, *Claudius*, *Athanaſius*, *Valens*, aliis *Valerianus*, *Helianus*, *Heſditius*, *Acacius*, *Bibianus*, aliis *Vivianus*, ſeu *Julianus*, cod. Ill. Abbat. de Noaliis *Jubianus*, *Helias*, *Theodulus*, *Cyrillus*, *Flavius*, aliis *Flavianus*, *Severianus*, *Valerius*, *Chudion*, *Sacerdon*, *Priſcus*, *Eutichius*, *Eutiches*, *Smaragdus*, aliis *Umerandus*, cod Noal. *Anaragdus*, *Plylo&timon*, *Aetius*, *Nicolaus*, aliis *Michallius*, *Lyſimachus*, *Theophylus*, *Xanteas*, *Aggias*, *Leontius*, *Heſychius*; *Cajus*, & *Gorgonius*. Varie item io variis codd. hæc nomina deſcripta ſunt. Totidem recenſet Ado. in Martyrologio die IX. Martii, quo quidem potiſſimum die eorum feſtivitas apud Græcos & Latinos celebratur.

Nomina XL. Mart.

2 Brevi poſt borum Martyrum necem eccleſiæ variis in proviociis in eorum honorem conſtructæ ſunt, unius, quæ Cæſareæ in Cappadocia extabat, meminit ſanctus Gaudentius Brixienſis epiſcopus; & monaſterii ſacrarum Virginum, cui Baſilii Magni neptis præerat. Ab ea eum ſanctus Antiſtes in itinere Ieroſolymitano aliquid ex ſanctorum Martyrum reliquiis accepiſſet; domum reverſus, Brixiæ novam eccleſiam conſtrui curavit; ad cuius dedicationem comprovincialibus epiſcopis congregatis egregiam homiliam habuit in XL. Martyrum honorem, ubi breviter eorumdem paſſionis ſeriem exponit. Alterius item eccleſiæ apud Nyſſam Cappadociæ urbem conſtructæ meminit ſanctus Gregorius Nyſſenus, qui de iiſdem Martyribus tres egregias orationes habuit. De palatio & baſilicis, quæ ſub eorumdem Martyrum nomine Conſtantinopoli extabant, vide eruditi Cangii lib 4 *CP.* Chriſtianæ. De quibus & aliis, cum Romæ, tum alibi conſtructis, agunt etiam Bollandiani ad diem 10. Martii. Porro bis baſilicis conſtruendis occaſionem præbuerunt horum Martyrum ſacræ Reliquiæ, *quæ*, teſte Gregorio Nyſſeno, *in orbem terrarum ita diviſæ ſunt, ut ferme quælibet provincia benedictionem inde participet*. Tanti vero eas faciebat idem Gregorius, ut ſuorum parentum corpora juxta ipſas ſepeliri fecerit, *ut*, inquit, *tempore reſurrectionis cum opitulatoribus ſpei, & fiducia pleni* reſurgerent. *Sanctorum martyrum Sebaſtanorum, qui eodem cum Porro*, Sebaſtæ itidem epiſcopo, *vixerunt tempore*, meminit idem Gregorius Nyſſenus in epiſtola ad Flavianum epiſcopum, qui iidem videntur eſſe ac noſtri XL. Martyres. Eorumdem Martyrum aliquot reliquiarum inventionem, quæ Conſtantinopoli contigit ſub Theodoſio juniore, narrat Sozomenus lib 9. Hiſt. eccleſ. cap. 2. quæ a Pulcheria Auguſta in pretioſiſſimam thecam incluſæ, juxta corpus ſancti Martyris Thyrſi repoſitæ ſunt, publica feſtivitate, ut par erat, ea de cauſa celebrata, cui ſe interfuiſſe idem Sozomenus aſſeverat. Ejuſdem inventionis, & baſilicæ a Cæſario Conſule & præfecto extra muros Troadenſes conſtructæ meminit auctor Chroniei Paſchalis ad annum 451.

Baſilicæ.

Reliquiæ.

3. Nulla lis eſt inter auctores de loco aut tempore eorumdem Marryrum paſſionis. hanc quippe ſub Licinio imperatore Sebaſtæ in Armenia contigiſſe conſenſu unanimi omnes, tum antiqui, tum recentiores tradunt; eamque proinde ad annum cccxx. revocamus, quo tempore Licinii perſecutio efferbuit, ut probat vir doctiſſimus Antonius Pagi. Ceterum de his Martyribus Gregorium Turonenſem loqui lib. 1. de gloria Martyrum cap..96. extra dubium eſt, quamvis eoſdem Martyres octo ſupra quadraginta fuiſſe commemoret. Claruit etiam in hac perſecutione Arſacius Confeſſor, ob ſubverſionem Nicomediæ præviſam, draconem oratione occiſum, aliaque miracula celebris apud Sozomenum lib. 4. cap. 16.

Locus & tempus Martyrii.

4. Porro ex his omnibus patet, quam minus apte locutus fuerit Henricus Dodvvellus in diſſertatione de Paucitate Martyrum n. 91. ubi poſt aliquot de Licinii perſecutione præmiſſa, hæc nulla facta exceptione ſubjungit, *Caveant itaque fabulatores ne quos alios ſub Licinio Martyres faciant, præterquam epiſcopos*. Sed nos minime erubeſcimus inter fabulatores computari, ſi fabulatores illi fuerint, Baſilius Magnus, Gregorius Nyſſenus, Ephrem Syrus, Gaudentius Brixienſis, ſeptimæ Synodi generalis Patres, &c. Immo & totam Eccleſiam ubique terrarum diffuſam his verbis impetit laceſſitque Dodvvellus. Siquidem, ut jam obſervavit Gerardus Voſſius in ſcholiis in ſancti Ephrem homiliam, non ſolum Græci aut Latini ſanctorum XL. Martyrum memoriam recoluot, ſed & Syri, Chaldæi, Maronitæ, Armeni, & omnes alii Orientales, ut ex illorum populorum libris eccleſiaſticis conſtat. Nec juvat Euſebii

Licinii perſecutio qualis.

ſebii auctoritatem opponere, quod nemioem præter epiſcopos necatum fuiſſe memoraverit. Reſert enim Licinium primo omnes Chriſtianos e ſua domo expuliſſe; deinde cunctos in urbibus militantes, oiſi dæmonibus ſacrificarent, ab eodem militia & bonore privatos fuiſſe. Poſtea ſubjungit: *Sed hæc parva ſunt, ſi cum majoribus, quæ ſubſecuta ſunt, conferantur.* Præcipue tamen in Epiſcopos ſævitum ſuiſſe commemorat: ſive qood major eſſet adverſus epiſcopos, quam contta alios Chriſtianos perſecutorum ſuror, cum ſcirent provinciarum Rectores id Licinio gratius ſore: ſeu quod gravius videretor Euſebio, Licioium in ipſos etiam epiſcopos, quos tantopere Conſtantinus reverebatur, graſſari non dubitaſſe: ſive tandem qnod Licinius a Conſtantino devictus generalem adverſus omnes Chriſtianos perſecutionem, quam meditabatur perficere non potoiſſet. Hæc omnia ex ipſiſmet Euſebii verbis colligi poſſunt lib. 10. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 8. & lib. 2. de vita Cooſtantini M. cap. 1. & ſeqq. ubi hanc perſecutionem deſcribit, quam Amaſeæ & in ceteris Ponti urbibus acrius ſæviiſſe reſert, ita ut nonnullorum corpora io multas partes beſtiarum more ſruſtatim conciſa, & in mare ad piſcium eſcam projecta ſuerint. Ex his baud dubium quin fuerit Baſilius epiſcopus Amaſenus, cujus martyrium Euſebius in Chronico, ceterique Græci potiſſimum ſcriptores laudant. Id veto egregie vindicat doctiſſimus pater Antonius Pagi ad annum 416. quamvis ejus Acta martyrii, quæ ſub Iohannis Nicomedienſis presbyteri nomine vulgata ſunt, vitiata eſſe non inficietur. Erat itaque hæc perſecutio contra omnes; ſed præcipue tamen contra epiſcopos & milites concitata. Hinc Sozomenus lib. 1. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 7. non ſolum *multos Sacerdotes* a Licinio *afflictos fuiſſe* commemorat, *ſed & alios plurimos, ac præcipue militaris ordinis viros male multatos* aſſerit. Nec tamen fieri perſecutio dicebatur. Erat enim, ut ait Socrates lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 3. *aperta ſimul & occulta. Nam verbis quidem diſſimulabatur, re ipſa vero erat manifeſtiſſima.* Et quidem cum edicto probibuiſſet Licinius, ne iis qoi in carcere erant, cibum aut potum quiſquam deferret, ea de cauſa, inquit Rofinus lib. 9. Hiſt. cap. 10. *multitudines in carcerem retruſæ inedia necabantur.* In Concilio Nicæno præter magnum Iacobum Niſibinum Epiſcopum Paphnntium Ægyptium, & *turbam illam celebrem Martyrum in unum collectam, qui* ut ait Theodoritus lib. 1. hiſtor, Eccleſ. cap. 7. *ſtigmata Jeſu Chriſti corpori ſuo impreſſa circumferebant, intererat Paulus Epiſcopus Neocæſareæ, quod caſtellum eſt ad Euphratis ripas, qui Licinii rabiem fuerat expertus; ambabus enim manibus fuerat debilitatus, candente ferro eis admoto, nerviſque quibus articuli moventur contractis atque enectis.* Hæc Theodoritus de illo Confeſſore, quem etiam celebrat Gregorius Presbyter in encomio Patrum Nicænorum. Plura apud laudatos, alioſque auctores de Licinii perſecutione habeotur: ſed ea quæ diximus ſufficiunt ad vindicandos Martyres, qui tunc temporis paſſi fuerunt.

---

Anno Christi circ. 320.

## HOMILIA SANCTI BASILII MAGNI
### De ſanctis Quadraginta Martyribus.

*Homil. 20. Tomi 1. ad Combefiſii recenſiones ex mſſ. Græcis exacta.*

Martyres laudandi.

I. QUis modus aut quæ ſatietas Martyrum memoriam proſequeodi erit, illi præſertim, qui eorum amore ac caritate magnopere tenetur? Nam honor, quem in bonos cooſervos conferimus, benevolentiæ ſignificatiooem apud commuoem domioum habet [1]. Palam eſt enim quemadmodum is qui generoſos homioes ac fortes cum honore exceperit, in ſimili, ſi ſorte contingat, occaſione imitari ooo dedignabitur. Veoerare igitur ingenue eum, qui martyrium paſſus eſt, ut voluntate martyr fias, ac demum ſine perſecutione, ſine igne, ſine verberibus ac plagis, eodem cum illis præmio dignus habearis. Nobis hodierna die oon uoum propoſitum eſt celebrare, neque duos, oeque decem, ſed viros QUADRAGINTA, XL. Martyres.
qui unam in diverſis corporibus aoimam retioeotes, io una cooſpiratiooe & concordia fidei, eamdem erga res arduas conſtaotiam, & pro veritate ſtabile propoſitum oſtenderuot. Omnes inter ſe ſimiles, pares ſententia, pares certamine; quam ob rem & parem coronæ gloriam ſunt promeriti. Quæ digna laus, quæ ſermonis copia his poterit adhiberi? Noo enim linguæ quadraginta ad proſequendam talium virorum

vir-

[1] Vide epiſt. Germani epiſc. CP. ad Thomam epiſc. Claudiopoleos in Synodo 7. generali, Act. 4. edit. Labb. col. 314.

virtutem ſat fuerint. Nec ſolum multitudo tanta, phalanx militaris, cuneus inſuperabilis, æque & in bellis inexpugnabilis, ac in laudibus inenarrabilis. Sed horum unus tantum, ſi legitime fuerit oratione commendandus, noſtram facile vim ingenii ſermoniſque facundiam ſuperabit. Igitur in medium eos per commemorationem adducentes, ad communem omnium hic adſtantium utilitatem conſtituere, palamque omnibus, quemadmodum in pictura fortia illorum facta reddere conabimur [2]. Nam magnifica in bellis geſta & oratores ſæpenumero, & pictores pulcherrime repræſentant [3]. Hi oratione, illi tabulis deſcribentes atque ornantes: amboque plures ad fortitudinem imitandam inducentes. Quæ enim ſermo hiſtoriæ per auditionem exhibet, hæc ſilens pictura per imitationem oſtendit [4]. Sic & nos Martyrum virtutem commemorantes, vos adſtantes excitabimus; ac vobis ſub aſpectum ipſorum facta reducentes, eos qui ſunt animo aliquantulum generoſo, ac ipſis voluntate propinquiores facile ad imitandum accendemus. Hæc eſt enim Martyrum vera laus [5], alios ad eorum virtutem æmulandam invitare. Nec enim encomiorum legibus ſervire ſuſtinent, qui de Sanctis ſermones inſtituuntur. Quoniam qui laudant ceteros, ex mundi hujus rebus materiam uſurpare ſolent; quibus autem mundus crucifixus eſt, quomodo ex eo quicquam, quod ad laudem faciat, mutuari poterit?

*Ex diverſis patriis.* II. Non erat his ſanctis una patria: alius aliunde venerat. Quid igitur? ſine patria dicemus eos, an orbis cives? Sicut enim in ſymbolorum collationibus, quæ oblata ſunt communia exiſtunt omnium conferentium: ſic & in his beatis cujuslibet patria communis omnium erat; omneſque undecumque profecti, invicem ſibi patrias communicant. Sed quid opus terreſtres memorare patrias, cum liceat, quæ jam illis vera patria ſit, noſſe? Patria igitur horum Martyrum, Dei civitas eſt, cujus auctor atque conditor ipſe Deus. Hæc eſt ſuperna Jeruſalem, quæ libera eſt, quæ eſt mater Pauli, *Gal. 4.* & omnium ei ſimilium. Genus autem humanum aliud alii; genus vero ſpirituale unum omnibus omnino. Communis namque eis pater Deus, & fratres omnes, non ab uno & una deſcendentes, ſed ex adoptione Spiritus in unam concordiam inter ſe per caritatem convenientes. Chorus paratus, acceſſio magna eorum qui a ſæculo Deum glorificant, non ſigillatim congregati, ſed acervatim tranſlati. Quis vero tranſlationis fuit modus? Hi magnitudine corporis, & ætatis flore, ac virtute, ceteris omnibus *Milites.* præcellentes, ad militares ordines regendos promoti ſunt, & propter rei militaris peritiam animique fortitudinem primos honores apud Imperatores obtinebant. Ubi vero iniquum præconium, edictomque omnibus denuntiavit, ne quis Chriſtum profiteretur, propoſitaque omnia pœnarum genera confitentibus: multa quoque a judicibus injuſtis ira & feritas prodit: multæ tendebantur ubique inſidiæ, doli, delationes; ignis inſuper paratus, enſis in promtu, crux affixa, foſſa, rota, flagella. In tanta igitur fidelium turbatione, nonnulli fugiebant [6], aliqui ſuccumbebant, alii fluctuabant: quidam ante certamen ſolis minis abſterrebantur: alii, ubi coram videbant intentatos cruciatus, conſternabantur: alii certamen ineuntes, deinde uſque ad finem laborum durare nequeuntes, pugnam ac periculum detrectabant, & velut in pelago naufragantes, quæ virtute patientiæ parta multorum annorum ſecum in navi vehebant, per impatientiam amiſerunt.

III. Tunc igitur hi quadraginta invicti & generoſi Chriſti milites, cum *Chriſtum libere confitentur.* Præfectus [7] Imperatoris litteras oſtendiſſet, & obedientiam requireret, libera voce

2 Hunc locum laudat Epiphanius in Synodo 7. act. 6. parte 4. col. 341.

3 Hic locus laudatur ab Hadriano Papa in epiſt. ad Conſtantinum & Irenem in Synodo 7. act. 2. col. 110.

4 Vide epiſt. S. Germani ad Conſtantinum epiſc. Natolii, in Synodo 7. col. 772.

5 Epiphanius in Synodo 7 act. 6. parte 5. col. 834. hanc locum laudat: *Hoc ſunt Martyrum aſt encomium, Electorum ad virtutem converſio.*

6 Confer Euſebium lib. 10. cap. 8. *Iterum egit, iterum ſollicitabat, iterum mentes ac ſiliae familiae Chriſti ſuſcepere.*

7 In Actis & Martyrologiis vulgatis paſſi dicuntur ſub Agricolao præſide & Duce Lyſia. Sub Agricolao martyrium quoque ſubiiſſe dicitur S. Blaſius Sebaſtæ epiſcopus.

voce audacter ac fortiter, nihil ex iis quæ viderant exemplis expaveſcendo, ſed minas omnes contemnendo, in medium procedentes, *ſeſe Chriſtianos eſſe* faſſi ſunt. O beatas linguas, quæ ſacram illam vocem emiſerunt! quam aer quidem excipiens ſacer eſt factus, Angeli audientes plauſerunt, diabolus vero cum dæmonibus magnam accepit plagam, Dominus poſtremo in cælo deſcripſit. Igitur horum quilibet in medium procedens; *En*, ait, *Chriſtianus ſum*. Et velut in ſtadiis, qui ad certamen prodeunt, dicunt ſua nomina, & in locum pugnæ deſcribuntur: ſic & hi tunc abjectis nominibus, quæ a nativitate ipſis indita fuerant, tantum Servatoris ſui profeſſi ſunt nomen, quod omnes ordine fecerunt. Ex quo facta eſt omnium una appellatio. Non enim talem ac talem, ſed Chriſtianos omnes ſe eſſe pronuntiarunt. Hoc itaque cernens Præfectus, anxius ac dubius erat, an blandis verbis, vel potius minis eos ad obtemperandum deduceret. Primum quidem ipſos, ſi quomodo a pietate obſtinata poſſet avertere, dulci aggreditur ſermone: Nolite, inquit, juvenes, ætatem perdere veſtram, neque intempeſtivam mortem cum dulci hac & amœna vita commutare. Abſurdum namque eos, qui in bellis ſunt aſſueti fortia gerere facta, morte pravorum hominum perire. Poſt hæc pecuniam pollicebatur, partim dabat honores ab Imperatore, atque dignitatum diſtributiones, & ſexcentis eos verſutiis expugnare conabatur. Cum his rebus nihil moverentur, aliud genus, aliumque modum tentavit: plagas, mortes, pœnas intolerabiles oſtendit. Et hic quidem talia. Martyres vero qualia? *Quid*, inquiunt, *muneribus tuis nos demulcere ſtudes, Dei hoſtis, ut diſcedamus a Deo vivente, ac dæmonibus pernicioſis ſerviamus? Putaſne tantum te daturum, quantum eripere contendis? Tua reſpuo dona, quæ nocumentum mihi conciliant. Non accipio honorem, unde mihi naſcetur ignominia. Pecuniam da quæ permaneat ac continuo duret, gloriam quæ ſemper floreat. Me Imperatori vis facere familiarem: ſed me a vero Rege alienare quæris. Quid enim hæc minima, quæ tu vocas magna, ex mundo polliceris: cum mundus univerſus a nobis deſpiciatur? Non ſunt omnia, quæ videri poſſunt, ſpei paria, quam continuo retinemus. Vides hoc cælum ut aſpectu pulcrum, ut magnum; & terram quanta eſt, quotve in ipſa mirabilia? Nihil horum Juſtorum felicitati ac beatitudini æquiparari poterit. Illa namque velociter tranſeunt; hæc continuo durant. Unam tantum juſtitiæ palmam exſpecto; circa unam gloriam, quæ in regno eſt cælorum, ſollicitor. Honoris ſuperni cupidus ſum, pœnas gehennæ metuo. Illius ignis mihi formidoloſus. nam ignis ille, quem vos nobis intentatis, conſervus eſt. Novit & ipſe vereri eos qui idola contemnunt. Sagittas infantium veſtras plagas exiſtimamus. Corpus enim cædis, quod eo clariorem aſſequetur coronam, quo magis tibi reſiſtet. Si vero defecerit, eo citius a judicibus violentis ſolutum abſcedet, qui cum corporis miniſterium accipiatis, etiam animabus dominari contenditis: & niſi Deo noſtro præferamini, non ſecus indignamini, quam ſi ad extremum uſque a nobis vituperemini: & hac ratione horrenda hæc ſupplicia intentatis, ut pietatem noſtram culpabilem reddatis. At nancti eſtis non meticuloſos, neque hujus vitæ cupidos, nec qui facile conſternantur. Pro caritate, proque fide in Deum, & in rota poni, & torqueri equuleo, & flammis uri, ac omnibus demum modis torqueri parati ſumus.*

*Blanditias & minas contemnunt.*

IV. Ubi vero hæc audiit barbarus ille ac ſuperbia tumidus, audaciam ac loquendi libertatem minime ferens, furore percitus, modum conſiderare cœpit, quo mortem eis acerbiſſimam, prolixamque pararet. Invenit tandem. Audite itaque rem quam duram ſit commentus. Cum conſideraſſet ille regionis naturam, quod frigida eſſet [1], & anni tempus quod hibernum; obſervata nocte, in qua maxime malum augeretur, præcipue cum boreas in ipſa tunc ſpiraret; juſſit omnes nudos ſub dio in me-

*Nudi ſub dio hieme exponuntur.*

[1] De acerbiſſimis Armeniæ frigoribus conqueritur inter alios Chryſoſtomus epiſt. 4. & 6. ad Olympiadem.

media civitate congelando mori. Noſtis enim, fratres dilectiſſimi, omnes qui hiemis horrores eſtis experti, quod ſit genus hoc pœnæ. Non enim noſſe licet, niſi iis qui exemplis ſimilibus periculum fecerunt. Corpus in primis frigore proſtratum, primum in pallorem concreto ſanguine vertitur. Deinde turbatur & fremit, dentes frendent, venæ contrahuntur, & totum corpus invitum conſtringitur. Dolor inſuper quidam acutus, & labor inenarrabilis per medullas penetrans intolerabilem facit ſic frigore concretis dolorem. Deinde extremitates ipſius mutilantur, perinde ac ſi ab igne crematæ extremæ partes eſſent. Calor enim ab extremis corporis partibus pulſus, & ad interiores confugiens, quædam unde abſiſtit mortua relinquit: nonnulla vero ad quæ tendit doloribus afficit, morte paullatim procedente. Igitur ſancti Dei ſub dio pernoctare in ſtagno quodam juſſi ſunt [p], quod pro mœnibus civitatis erat, ac per brumam ita glacie concretum apparebat, ut equis pervium & accolarum pedibus tritum eſſet. Fluvii autem perpetuo fluentes glacie concreti a fluxu ceſſarant, & aquarum natura mollior in duritiam lapidis mutata erat. Boreæ namque mordentis ſpiritus animantia omnia juxta verſantia interimebat. Hic itaque audito damnationis juſſu, martyres conſiderate quanta fuere conſtantia; qui loco eum ſumma lætitia conſpecto, ultimum nudati amictum alacriter rejicientes, per frigus ad mortem properarunt: non tamquam ad ſupplicium, ſed ad glorioſiſſima ſpolia rapienda ſe invicem hortantes. *Non enim*, inquiunt, *amictum exuimus, ſed veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, deponimus. Gratias agimus tibi, Domine, quod cum iſto amictu ſimul & peccatum exuere licet: quoniam ob ſerpentem eum induimus, ob Chriſtum vero exuimus. Relinquamus hunc amictum propter paradiſum, quem perdideramus. Quid retribuemus Domino? Exutus eſt etiam Dominus noſter. Quid magnum ſi ea quæ paſſus eſt Dominus, ſervus ſubeat? Immo vero nos ſumus, qui Dominum exuimus. Militum enim illud facinus fuit: illi veſtes exuerunt. Accuſationem igitur noſtram in acta relatam per nos ipſos deleamus. Acris eſt hiems, ſed dulcis paradiſus: affligens glacies, ſed delectabilis requies. Brevi tempore durantes ſinus Abrahæ nos perpetuo fovebit: unam noctem cum ævo ſempiterno commutabimus. Incendatur frigore pes, ut cum Angelis continuo ſaltet. Diffluat frigore manus, ut facultatem habeat in Deum attollendi. Quot enim noſtri commilitones in acie ceciderunt, fidem mortali regi ſervantes? Nos pro fide in verum Deum ſervanda hanc vitam non projiciemus? Quot item malefici homines mortem tulerunt in ſcelere deprehenſi? nos vero pro juſtitia mortem non ſubeamus? Ne, obſecro, commilitones, emolliamur, ne locum diabolo demus. Carnes ſunt: ne parcamus. Quando ſemel mori oportet, moriamur ut vivamus. Fiat ſacrificium noſtrum coram te, Domine, & velut hoſtiæ viventes, tibi placentes, noſmet hoc ſævo gelu immolantes abs te recipiamur. Pulcrum quidem ſacrificium, pulcra oblatio, novum holocauſtum non quidem per ignem, ſed per frigus abſumtum.*

*In ſtagnum deducuntur.*

V. Hos hortatorios ſermones ſecum mutuo conferentes, atque alter alteri jubentes, ac ſi militares quaſdam excubias agerent, noctem traducebant, generoſe ferentes præſentia, gaudentes iis quæ ſperabant, & hoſtem deridentes. Una erat omnium oratio: *Quadraginta in ſtadium intravimus, utinam quadraginta, o Domine coronemur. Non deſit numero nec unus quidem. Venerabilis eſt, quem quadraginta dierum jejunio ornaſti, per quem divina lex in orbem tranſivit. Quadraginta dierum jejunio Elias Dominum exquirens videre meruit.* Et oratio quidem eorum talis. Unus ex eorum numero cruciatus vi fatiſcens animo,

*Locus unius lapſi alter ſubſtituitur.*

p Ex hoc loco patet, SS. Martyres non in aquam merſos fuiſſe, ut plerique putarunt, ſed aeri frigidiſſimo expoſitos mortem oppetiiſſe; An vero ſuper ſtagnum tunc gelu validiſſimo conſtrictum impoſiti fuerint, ut diſerte habet S. Ephrem, & referunt Acta vulgata, quibus recentiores fere omnes conſentiunt, non ita certum eſt, uti ex ipſius Baſilii textu probat vir eruditus Tillemontius, quem conſule in notis ad 40. martyres tomo 5. Hiſt. Eccleſ. pag. 785.

animo, relicta ſtatione atque deſertor inconſolabilem dolorem ſanctis reliquit; nec propterea Dominus eorum vota inania permiſit eſſe. Nam prope aderat quidam, cui eorum euſtodia credita eſt, in gymnaſio quodam e vicino adverſus eæli inelementiam ſeſe fovens ae caleſaeiens, rei exitum exſpectabat, paratus ſuſeipere, ſi quis militum perſugeret. Nam & hoc exeogitatum fuerat, ut prope balneum eſſet, quo iis qui propoſitum mutarent, promtum foret frigoris levandi remedium. Res a Præfecto aſtute ſuerat excogitata, talem videlicet invenire certaminis locum, in quo paratum damnatis ſolatium eertantium eonſtantiam eſſet labeſactaturum. Sed hoc Martyrum patientiam elariorem reddidit. Non enim is, qui neeeſſariis indiget, tolerans eſt; ſed is, cui cum abunde ſuppetant jueunda, qoibus ſruatur, in malis ſerendis perſiſtit. Cum igitur illi deeertarent, bie vero eventum obſervaret; ſpectaculum vidit inuſitatum, virtutes quaſdam e eælis deſeendentes, & tamquam a rege magna dona militibus dividentes, quæ aliis quidem omnibus, uno exeepto, dona diſtribuebant. Is autem quem indonatum illi reliquerunt, ac bonoribus cæleſtibus indignum judieaverunt, ea repertus eſt animi mollitie atque inconſtantia, ut ſtatim laboris tolerantiam deſperans, ad hoſtes transſugeret. Miſerabile prorſus ſpectaeulum! miles transſuga, vir fortiſſimus eaptus, Chriſti ovis a lupo direpta: &, quod miſerabilius, a vita perpetua cæleſtique cxeidens, neque hae poſtremo diu gaudens. Nam ubi calidam attigit aquam eorpore quod glacie torpebat diſſoluto, ſtatim interiit [10]. Et hic quidem vitæ amator fruſtra ſcelere admiſſo lapſus eſt. Lictor autem, ut illum defeciſſe vidit, atque ad balneum recurriſſe, ſeipſum in deſertoris locum ſubſtituit, & abiectis indumentis ſeſe nudis inmiſcuit, eamdemque cum ſanctis voeem emiſit: *Chriſtianus ſum.* Itaque eum ejus ſubita mutatione ſtuporem illis incuteret; & numerum implevit, & mæſtos ob ſocium amiſſum, ſanctos eonſolatus eſt: eos imitando, qui in acie prima, ubi ſorte aliquis ceciderit, ſtatim ordini alium reſtituunt atque ſubrogant, ne proximi incommodum patiantur. Talem igitur ipſe ſe geſſit. Vidit miraeula eæleſtia, agnovit veritatem, ad Dominum confugit, cum Martyribus adnumeratus eſt. Exemplum eſt Apoſtolorum imitatus. Abiit Judas, Matthias eſt ſubrogatus. Imitatus & Paulum, qui heri perſeeutor, hodie factus eſt evangelizator. Superne & ipſe vocatus non ab hominibus, neque per homines. Credidit in nomine Domini Jeſu Chriſti: Baptiſmum ſuſcepit, non ab ullo, ſed a propria fide: non in aqua, ſed in proprio ſanguine.

VI. Cum vero primum illuxit, adhuc ſpirantes igni traditi ſunt, ac cineres in fluvium projecti, ut per omnem creaturam eorum tranſiret eertamen. In terra primum exerciti, deinde in aere ſub dio duravere: poſtremo igne crematos aqua excepit. Horum eſt ergo vera vox illa: *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Hi ſunt qui noſtram obtinentes regionem, quaſi quædam turres contra adverſariorum incurſum reſugium exhibent. Nec uno in loco ſeſe clanſerunt, ſed in multis loeis hoſpitio recepti multorum patrias ornaverunt: nec tamen ſeparati, ſed inter ſe commixti. O rem miram! neque deficiunt numero, neque redundantiam admittunt. Si in ſingulos ipſos diviſeris, proprium numerum non excedunt: ſi vero in unum congregaveris, quadraginta nihilominus erunt, ac ita ut ignis natura permanent. Nam ille & ad progredientem tranſit, & totus eſt apud habentem. Sic hi quadraginta ſunt unum, & omnes apud ſingulos. Beneficium igitur hoc, fratres dilectiſſimi, gratiam hanc minime deficientem ex Deo obtinemus.

*Igni traduntur.*

*Pſalm. 65.*

Para-

10 De iſto apoſtata loquitur ſanctus Nilus epiſt. 288. ad Eleutherium Comitem Orientis: *Parvum temporis ſpatium impedivit, ne homo ille, qui apud Sebaſtem defecerat, cum aliis Martyribus enumeraretur.*

Paratum eſt hic Chriſtianis auxilium, eccleſia videlicet Martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpe operam dediſtis, ſæpe laboraſtis, ut unum pro vobis orantem inveniretis: quadraginta ſunt hi, unam orationis emittentes vocem. Ubi enim ſunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus eſt. ubi vero quadraginta ſuerint, quis dubitet Deum eſſe præſentem? Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugit; qui rurſus lætatur, ad hos recurrit; hic ut a malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filiis auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti vero ſalutem implorat. Cum his ergo Martyribus noſtras effundamus preces. Adoleſcentes ſuos coævos imitentur; patres talium eſſe filiorum parentes exoptent; matres exemplum matris optimæ ſpectent. Nam unius [a] illorum mater, videns reliquos gelu jam conſummatos, ſuum vero filium ob vires aliquantulum validiores, & adverſus dura conſtantiam adhuc ſpirantem; & cum lictores ipſum relinquerent, ut qui poſſet nonnihil conſilium mutare: ipſum propriis accepit manibus, ac currui, in quo reliqui jacentes ad pyram ferebantur, impoſuit Martyris vera mater. Non enim lacrymam indecoram effundere, aut aliquid humile loqui, vel indignum agere viſa eſt. Sed, o nate, inquit, „ perfice cum tuis contubernalibus iter „ beatum, ne unus deſis illorum choro, „ ne reliquis ſerius Domino præſenteris. Ò matrem felicem! o bonæ radicis bonum germen! Oſtendit generoſa parens quemadmodum pietatis inſtitutis eum magis quam lacte educaverat. Et hic quidem ſic nutritus, ſic elatus eſt a pia genitrice. Diabolus vero his viſis præ verecundia diſceſſit. Fruſtra namque omnem prope creaturam moverat, & tamen omnia a virtute Martyrum ſuperata vidit. Nox horrida & ventoſa, tempus anni frigidiſſimum, corporea nuditas, patria borealis. O ſanctum chorum! o ſacrum ordinem! o cuneum inexpugnabilem! o communes generis humani cuſtodes, optimi curarum ſocii, precum ac votorum invicem ſuffragatores, legati apud Deum potentiſſimi, aſtra mundi, flores eccleſiarum, ut ego quidem auſim affirmare, intelligibiles & ſenſibiles! vos non terra contexit, ſed cælum excepit. Apertæ ſunt vobis paradiſi portæ, dignum profecto exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & juſtis omnibus ſpectaculum. Viri ætate florentes ac pares, vitam alacriter deſpicientes, ſupra parentes ac filios Deum amantes, in ipſo vitæ flore exſiſtentes, temporariam hanc vitam contemſerunt, ut in membris ſuis Deum glorificarent, mundo ſimul & angelis, & hominibus ſpectaculum facti, lapſos erexerunt, dubios in fide confirmaverunt, piis deſiderium auxere: unum omnino pro pietate omnes tropæum erigentes, una juſtitiæ corona ornati fuere, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & imperium nunc & in æterna ſæcula, Amen.

*Sancti invocandi.*

*Egregium Chriſtianæ matris exemplum.*

[a] Hunc Melitonem Acta appellant.

*ADMONITIO*

In Paſſionem ſancti ARCADII Martyris.

*Acta S. Arcadii.*

1. INter varios ſermones, qui ſub ſancti Zenonis Veronenſis epiſcopi nomine vulgo circumferuntur, unus eſt de ſancto Arcadio martyre, quem quidem in nonnullis codd. mſſ invenimus, ſed abſque ullo auctoris nomine. Unde cum ea quæ ibi narrantur, ex aliis Actis antiquioribus, quæ in libro de Agonibus Martyrum edita ſunt, videantur deſumpta, hæc Acta ſufficere viſa ſunt, quæ hic ex libro prædicto & Januario Bollandiano exhibemus.

2. Arcadium in Achaia paſſum fuiſſe in Actis editis diſerte exprimitur; at refragantur nonnulli codices, in quibus poſt ſermonem de ſancto Arcadio, alias, uti diximus, ſancto Zenoni attributum, Arcadius Cæſareæ in Mauritania martyrium pertuliſſe memoratur. Id obſervavimus in duobus codd. Colbertinis; atque in uno RR. PP. Fulienſium Pariſienſium; quæ

tsmeo additio deeſt in aliqoot mſſ. & io editis ante Bollandum. In cod. mſ. ſancti Remigii Remenſis, quem ſæculo IX. huic monsſterio Hincmarus Remorum pontifex coocesſit, habentur *Tractatus S. Zenonis Veronenſis epiſcopi*, in 2. libros diviſi, iidem omnino qui in Bibliotheca Patrom editi ſunt. 39. libri 1. ſic inſcribitur. *De natale ſancti Arcadii, qui habet natale pridie Idus Jan. in civitate Cæſaræ in Mauritania*. Quid ea de re ſtatuendum ſit, incertum. Martyrologia enim edita, quæ fere omnia 12. die Januarii ſancti Arcadii memoriam recolunt, locum martyrii noo deſignant, quamvis in Martyrologiis aliquot mſſ. Uſuardi, & ſignanter in vetuſtiſſimo hujus monaſterii ſancti Germani codice, & quidem, ut videtur, autographo, hæc habeantur: *In Cæſarea Mauritaniæ ſancti Arcadii martyris, genere & virtutibus clari*. Verum cum in nullis fere aliis locus deſignetor, & in omnibus proxime Arcadium præcedat *Saturus*, qui *apud Achaiam*, aut *in Achaia* paſſus dicitur; hinc fortaſſis quibuſdam occaſio nata eſt, Achaiæ nomen etiam ad Arcadiom refereodi, quod poſtea in ejuſdem Martyris Acta intruſum fuerit. Huic conjecturæ favet, qood nulla peoitus Arcadii meotio apud Græcos occurrat, cujus ramen feſtum in pleriſque Latinorum faſtis celebratur. Ipſum Hiſpanis attribuit Ramayus; ſed is auctor nullam fidem meretor. De ejuſdem Arcadii paſſionis tempore nihil certi reperire licuit, quem ideo inter alios Martyres, quorum ætas nobis eſt incomperta, referimus. Bollandus tamen ejus martyrium ad Gallieni tempora revocat, quod tuoc temporis claruiſſe Zenonem epiſcopom Veronenſem & martyrem exiſtimaverit. Sed etſi pro vero Zenonis feto ſermo de ſancto Arcadio reciperetur, quonam tempore Zeno ille vixerit incertum eſt. Solus enim Gregorius Magnus lib. 3. Dialog. cap. 19. Zenonis epiſcopi & martyris meminit, de cujus ætate oihil habet. Nam Paulus Diaconus, & qui poſtmodum ſecuti ſunt, beati Pontificis verba deſcripſere; proindeque nihil ex eorum teſtimoniis confici poteſt. In mſ. Remigiano laudato habetur *Sermo venerabilis Coronati notarii de vita ſancti epiſcopi & confeſſoris Zenonis*, editus die 12. Aprilis Bollandiani, ubi ſub Gallieno imperatore mortoos dicitur. Plura ſi lubet vide apud Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 12. Aprilis.

---

Anno Christi ...

## PASSIO SANCTI ARCADII Martyris.

*Ex Agonibus Martyrum.*

*Sove perſecutio* I. CUm in Achaia ſævus debaccharetur furor, & diabolus ſuos ſatellites in Dei populum armaret; tota familia Chriſti variis turbabatur lupi ſævientis incurſibus, & in Deum, & in ejus cultores graviſſimum committebatur bellum. Per ſingula tecta, ubi Chriſti, ubi veri Dei cultor, ſola opinione aut eſſe, aut fuiſſe credebatur, ſcatebat publicum ſcelus: nec erat locus, in quo non committeretur pro religione ſacrilegium. Cogebatur Chriſti populus vanis ſuperſtitionibus intereſſe, & aut libamina inceſta in cultum nefandi ritus profundere, aut victimas ſertis corolliſque ornatas trahere, aut redolentia thura ſuccendere, & inter fumidos ignes, nidoreſque arvinæ, bacchantium ritu pſallere: ut his illicitis ſacrificiorum exhibitionibus, a Chriſtianorum mentibus Deus poſſet expelli.

II. Sed dum hoc bellum duri certaminis geritur, & familia Domini cælo ſpectante, provocatur; Arcadius Chriſti miles, videns urbem funeſta confuſione turbari, & ſingulos quoſque ad ferale illud ſpectaculum trahi; contemtis facultatibus ſuis, cenſuit celeri ex ea urbe fuga id malum declinandum. Itaque foris inveniens latebras, aliquantulum temporis latuit, omni voto in abdito vigiliis, orationibus, & omni vitæ ſobrietate Chriſto ſerviens. Verum cum ſacrificiis invenitur abſens, repente in ejus domicilium graſſantium ſatellitum hoſtilis & furore præceps irruit manus, ſperans celeri feſtinatione famulum Dei præoccupari poſſe: quem propinquus Martyris, qui forte in illas ædes deſcenderat, pro poſſe defendit abſentem. Hunc vero, eo quem quærebant non reperto, ad nefanda rapuerunt, quem ſibi oblatum crudeliſſimus provinciæ Rector jubet acri cuſtodiæ obſervatione detineri, donec prodat locum, in quem Arcadius diffugiſſet. *Arcadii propinquus pro ſe capitur.* Beatus vero Chriſti miles Arcadius id intelligens, jam pleno martyrii ardo-

re

re fervens, continuo latebras, quas aliquandiu ſoverat, deſeruit; nolens neque Chriſti confeſſionem diutius diſſimulare, neque propinquum ſuum ſua cauſa afflictioni relinquere. In urbem igitur rediens, voluntarie ſe Rectori provinciæ obtulit. *Si*, inqnit, *mea cauſa propinquum in vinculis detines, nunc abſolve innocentem, nam ipſe veni ut liberem inſontem, plane dicturus, quæ ille de me tibi indicare non poterat, & eorum quæ petes redditurus pro me rationem.* Dixit provinciæ Rector. Do huic fugæ tuæ veniam, omni futuræ pœnæ ſublato timore, ſi vel ſero ſacrificare acquieſcis. Cui Arcadius: *Quid ais, judicum vaniſſime? putaſne iſtius perdendæ fugaciſſimæ vitæ metu, aut properandæ mortis minis, famulos Domini poſſe terreri? cum ſciamus ſcriptum eſſe*: Mihi vivere Chriſtus eſt, mori vero lucrum, *Excogita quibuſvis potes ſuppliciis graviora tormenta; quibuſvis potes maximis furorum ſtimulis te accende; quibuſvis in nos malitiis te exerce: nos a vero Deo non potes ſeparare.*

*Arcadius ſe ultro offert.*

Philipp. 1. 21.

III. Statim igitur crudeliſſimus provinciæ Rector, vipereo veneni ſui ſelle commotus, cogitat quomodo nova & inaudita animadverſione, nec ſolita in reos lege, in Martyris membra poſſit deſævire. Illi vileſcunt ungulæ, inutiles illi videntur ictus plumbatarum; ſtat contemtus equuleus; negligitur, majoris pœnæ contemplatione, fuſtium imber: crudeli obverſatur menti novum ſtupendumque ſupplicium, quo ſe ſtulte putat in homine poſſe vincere Deum. Jubet tunc beatum Martyrem tradi ſui furoris conſciis: quibus nihil aliud mandat, niſi ut præ ſatietate pœnarum, præoptato vitæ diſceſſu, Martyris ſpiritum cogant emigrare. Exſpectet, inquit, mortem ſuam, & per membra diſſectus, propii laniatione corporis, trunco ſimilis vivum cadaver adſpiciat: incidatur per ſingulas corporis juncturas, & omnis compago diſſolvatur; A digitorum condylis incipite; dein manus a lacertis diſſocientur, lacerti a cubitis: mox a thorace diſſuantur humeri: & ſic ab articulis pedum gradatim aſſcendentes, facite articulos a pedibus, pedes a cruribus, crura a poplitibus; & quod ſupererit, femora a coxendicibus dislocate: & ſit in artificio veſtro mora, ut diuturnitate tormentorum, miſeriam ſuam agnoſcat, qui patriorum deorum ſacrificia fugiens, alienum voluerit colere Deum.

*Jubetur toto occidi.*

IV. Tunc lictores acceptis immanis animi mandatis, accedunt ad Arcadium, & ducunt ad victimæ locum, juſtis, & vitæ perennis amatoribus exoptatum. Perductus autem Arcadius; orans & intuens in cælum ſtetit Deo invocato ſecurus: & jam paraverat colla bipennis ſuſcipiendis ictibus parata, putabat enim cita morte ſe feralem judicis rabiem poſſe ſatiare; cum ſubito jubetur manus extendere. Profert ilico manus; & cum articulatim ſecaretur, orabat: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmaverunt me, da mihi intellectum.* Et carnifices magis deficiebant ab exſequenda crudelitate, quam ipſe quieſcebat a laude. Inſanus furore judex, primum amputandam linguam mandare neſciverat, quæ jugiter Dominum in colluctatione martyrii confitens, tyrannum devictum oſtendebat, *deos nihil eſſe, ſed ſolum Chriſtum verum Deum & victorem* acclamabat. Et ipſe jam ſumma parte truncatus, in dorſum ſupinari jubetur. Reſupinus in terga, Deum magis glorificans, quod in martyrio cælum ſuſpiceret, unde peteret auxilium; pedes alacris porrigit & crura, & femora, ſimili crudelitate ſecanda: & protinus pedes articulis, crura pedibus, femora coxendicibus, venter quoque coxis, ſæva carnificum arte viduantur. Et tanta fit Martyri conſtantia, tanta patientia, tanta denique gratiarum actio, ut crudeles adſtantium oculi lacrymas continere non poſſent, & cæleſtem plane agnoſcerent virtutem, quæ tantam cauſaret patientiam; & jam dolerent, qui aliquas illi intulerant moleſtias.

*Membra ſingillatim ſcinduntur.*

*Chriſtus vere Deus.*

V. Nam poſt tot martyria; quot divulſæ compagum particulæ, quot re-

*In tormentis [illegible].*

ſecta ſunt membrorum fragmenta, truncum Martyris corpus proprio ſanguine innatat; & inter hæc omnia Martyris ſpiritus in morarum diuturnitate ſervatus perdurat invictus, ante ſe corporis ſui impedimenta; & funeris ſui exuvias præmittens ad palmam: & videns laceras corporis ſui partes jacere in terra, dicebat: *O vos felicia membra, quæ meruiſtis Deo veſtro famulari! nunquam vos ſic amavi in corpore ſita, ut nunc exulto, vos intuens ſeparata. Sic nos decuit ad tempus ſejungi, ut tandem noſtro Regi occurramus in gloria; & pro mortalibus membris, vos eadem mihi reſtituamini immortalia. Vos eſtis nunc membra Chriſti; & me nunc Chriſti eſſe ſentio, quod ſemper ſuper omnia optavi.* Et adjecit: *Parum eſt hoc, o viri qui circumſtatis, ſpectatores inſoliti theatri. Hæc facile eſt tolerare, qui novit de futura immortalitate cogitare. Deos vanos, qui vos nihil juvare poſſunt, relinquite. Deum meum qui me confortat, agnoſcite; pro quo mori vita eſt, pro quo pati deliciæ; cujus amor non tepeſcet, cujus honor ſemper creſcet, ad quem pro tam parvo ſupplicio accedo ſemper victurus, nunquam amplius ab eo receſſurus.* Et hæc dicens ſine ulla moleſtia, pridie Idus Januarii, Chriſto Domino glorioſam reddidit animam. Videntes autem glorioſi Martyris exitum, mirabantur etiam ii qui amore tenebantur idolorum: Chriſtiani autem magis animabantur ad ſuſcipiendum martyrium, qui & ſepelierunt corpus Martyris cum honore: & reliquias ejus diſperſas colligentes, ei adjunxerunt, laudantes in Martyre Chriſtum Dominum, qui dat pugilibus ſuis virtutem omnium ſuperandorum tormentorum, cui eſt honor & gloria in ſæcula. Amen.

*Moritur.*

*Anno Christi ....*

## *AURELII PRUDENTII HYMNUS*
### De Martyrio S. CASSIANI Imolenſis.

*Ex libro περὶ ςεφάνων Hymn. 9.*

*Prudentius ad S. Caſſiani ſepulcrum orat.*

SYlla forum ſtatuit Cornelius; hoc Itali urbem[1]
Vocitant ab ipſo conditoris nomine.
Hic mihi, cum peterem te rerum maxima Roma,
Spes eſt oborta, proſperum Chriſtum fore.
Stratus humi tumulo advolvebar, quem ſacer ornat
Martyr, dicato CASSIANUS corpore.
Dum lacrymans mecum reputo mea vulnera, & omnes
Vitæ labores, ac dolorum acumina;
Erexi ad cælum faciem, ſtetit obvia contra
Fucis colorum picta imago Martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
Confoſſa parvis membra figebant ſtilis:
Unde pugillares ſoliti percurrere ceras,
Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Æditus conſultus ait: Quod proſpicis, hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula.
Hiſtoriam pictura refert; quæ tradita libris,
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.
Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, magiſter litterarum ſederat.
Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.
Aſpera nonnumquam præcepta & triſtia viſa
Impube vulgus moverant ira & metu.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper ephebo,
Nec dulcis ulli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce[2] fidem quatiens tempeſtas ſæva, premebat
Plebem dicatam Chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu e medio moderator alumni
Gregis, quod aris ſupplicare ſpreverat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir noſſet alto tam rebellis ſpiritu.
Reſpondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat,
Pictis notare verba ſignis imbuens.
Ducite, conclamat, captivum, ducite; & ultro
Donetur ipſis verberator parvulis.
Ut libet illudant, lacerent impune, manuſque
Tinguant magiſtri feriatas ſanguine[3].
Ludum diſcipulis, volupe eſt, ut præbeat ipſe,
Doctor ſeverus quos minis coercuit.
Vincitur poſt terga manus, ſpoliatus amictu;
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantumquiſque odii tacita conceperat ira,
Effundit ardens felle tandem libero.
Conjiciunt alii fragiles inque ora tabellas
Frangunt; reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubetque ab ictu curta & humens pagina.
Inde alii ſtimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur:

*Ejus martyrium vidit in tabella depictum.*

*Quod extitit ad [illegible].*

*Caſſianus a pueris occiſus.*

Et

1 Imola, a Cornelio Sylla ejus conditore, *Forum-Cornelii* vel *Forum-Syllæ* dicta, olim erat Lingonum in Gallia Ciſpadana, nunc vero Romandiolæ ſub ditione pontificia, cujus epiſcopus ſuffraganeus Ravennati metropolitano. Ibi in eccleſia cathedrali aſſervatur S. Caſſiani ejus Titularis corpus ſub majori altari, cujus feſtum agitur die 13 Auguſti.

2 Ex his patet Caſſianum jam ante perſecutionem pueris erudiendis operam dediſſe. unde mihi ſuſpecta ſunt Acta, quæ Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. ſe inveniſſe dicit, in quibus Caſſianus epiſcopus Brixienſis fuiſſe dicitur, qui ex urbe pulſus cum Imolam veniſſet, & pueros inſtrueret, comprehenſus, necatus eſt. Porro nuſquam apud veteres Caſſianus Imolenſis epiſcopus fuiſſe dicitur.

3 Senatorem graphiorum ictibus occiſum ac diſcerptum fuiſſe ſub Caligula refert Suetonius.

Et qua ſecti apices abolentur,& æquoris hirti
Curſus niteſcens innuvatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor,& inde ſecatur:
Pars viſcus intrat molle, pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter ſivere ducentæ;
Totidemque guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Major tortor erat,qui ſumma pupugerat,infans,
Quam qui profunda perforarat viſcera.
Ille levis, quoniam percuſſor morte negata
Sævire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulſat,
Plus dat medelæ,dum necem prope applicat.
Eſte, precor, fortes; & vincite viribus annos:
Quod deſit ævo, ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmuſque laborat:
Tormenta creſcunt, dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis? exclamat quidam: tute ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrum, & armaſti manus.
Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
Quam ſtando, flendo, te docente excepimus.
Non potes iraſci quod ſcribimus: ipſe jubebas*,
Numquam quietum ut dextera ferret ſtilum.
Non petimus toties te præceptore negatas,
Avare doctor, jam ſcholarum ferias.
Pangere puncta libet,ſulciſque intexere ſulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus,
Mendoſa forte ſi quid erravit manus,
Exerce imperium: jus eſt tibi plectere culpam,
Si quis tuorum te notavit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra magiſtri:
Nec longa feſſum pœna ſolvebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus
Jubet reſolvi pectoris ligamina:
Difficileſque moras animæ, ac retinacula vitæ
Relaxat, artas & latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes
Vias ſecutus, deſerit præcordia:
Torque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt quæ liquidis expreſſa coloribus, hoſpes,
Miraris: iſta eſt Caſſiani gloria.
Suggere, ſi quod habes juſtum vel amabile votum,
Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus æſtuas.
Audit, crede, preces Martyr proſperrimus omnes;
Rataſque reddit, quas videt probabiles.
Pareo: complector tumulum, lacrymas quoque fundo:
Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro:
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior, Urbem adeo, dextris ſucceſſibus utor:
Domum revertor, Caſſianum prædico.

Unus ipſi inſul-tu. (margin)

* Cod. Mich. nitebas.

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. FAUSTI &c. Martyrum.

*Acta unde habita.*

1. CEnſent vulgo auctores Hiſpani Fauſtum & ſocios ejus martyres ſancti Marcelli centurionis, cujus ſupra Acta exhibuimus, filios fuiſſe. At cum id neque ex eorum Actis, neque ex aliquo probatæ fidei antiquo auctore confirmari poſſit, certiora exſpectamus argumenta ut id ipſum affirmemus. Acta vero ipſa Surius ad diem 13 Octob. ex Marini Siculi lib. 5. de rebus Hiſpaniæ mutuata vulgavit, ad quem etiam diem eadem Acta in Martyrologio Hiſpanico Johannis Tamayi Salazaris habentur; ſed apud Tamayum nonnullis aliunde conquiſitis interpolata ſunt. Suriana autem quæ parum contracta videntur, ad priſtinum ſtatum reſtituta exhibemus ex quatuor codicibus mſſ. quorum unus eſt bibliothecæ Colbertinæ, alter ſancti Cornelii Compendienſis, tertius beatæ Mariæ Silvæ majoris in diœceſi Burdigalenſi, quartus denique celebris monaſterii Claræ vallenſis.

*Memoria.*

2. Non uno & eodem die in variis Martyrologiis horum Martyrum feſtivitas celebratur. diem 28. Septembris aſſignant, Martyrologium a Roſvveydo vulgatum, Florus, Ado & Notkerus: diem vero 13. Octob. vetuſtiſſimum martyrologium ſancto Hieronymo attributum, Uſuardus, & Tamayus in Martyrologio Hiſpanico, ubi plura de his Martyribus Wandelbertus utroque die. In appendice vero Adonis die 13. Octobris & 9. Novembris memorantur. Eorumdem Martyrum paſſio deſcribitur in hymno Breviarii Muzarabici, qui apud Tamayum loco laudato, & Bivarium in Commentariis ad Flavii Dextri Chronicon vulgatus eſt. Tempus vero quo martyrium compleverunt, nobis eſt incompertum. De loco nulla difficultas. Id enim Cordubæ contigiſſe omnes conſentiunt, ubi ſacræ eorum & aliorum Martyrum Cordubenſium Reliquiæ inventæ ſunt & honorifice tranſlatæ anno 1584. de qua ſollemnitate fuſius agit Tamayus in Martyrologio die 21. Novembris. Porro eoſdem Martyres a Prudentio laudatos fuiſſe in hymno de Martyribus Cæſarauguſtanis jam ſupra obſervavimus pag 411.

## ACTA SS. FAUSTI, JANUARII & MARTIALIS.

*Ex quatuor codd. mſſ.*

Anno Christi ....

I. CUm [a] Eugenius ſacrilega mente & impio ſpiritu Cordubam adventaſſet, & ſervos Dei potius dinumerare ac probare, quam perturbare videre-

a Sur. *Olim cum Præſes Eugenius Cordubam veniſſet, et Fauſtus, &c.*

Fauſtus [illegible] alios [illegible]. deretur, & deos ſuos adorare præciperet; ei Fauſtus, Januarius, & Martialis occurrerunt dicentes ; *Quid tibi vis, Eugeni? qui Dei ſervis mavis invidere quam credere*[2]. Tunc Eugenius ira percitus, dixit: O [3]infelices homines, quid vos eſſe vultis? Fauſtus[4] reſpondit: *Nos Chriſtiani ſumus*, CHRISTUM *fatentes, qui Dominus unus eſt, per quem omnia, & nos per ipſum facti ſumus*. Chriſtus Dominus unus, per quem omnia. Eugenius dixit: Unde vobis eſt hæc tam deſperata ſocietas? Fauſtus reſpondit: *Deſperatio in nobis non eſt, niſi in te ſolo, qui nos Deum negare fruſtra compellis*. Hoc cum dixiſſet Fauſtus, præſes magis iratus dixit: Imponite Fauſtum in equuleo, qui tam irreverenter mihi reſpondit. Tunc Januarius Fauſto dixit: *O cariſſime, tu pro nobis hæc pateris, qui meritis peccatorum noſtrorum te ſocium eſſe voluiſti*. Cui Fauſtus reſpondit: *Societas noſtra, Januari, manſit in terra ſemper, & in perpetuum manebit in cælo*. Hoc cum audiiſſet Eugenius, admiratus dixit: Quæ iſta nunc allocutio veſtra, quod tam impie voluiſtis reſpondere mihi? Januarius dixit: *Nobis confeſſio Chriſti, nulla eſt impietas*. Tunc Eugenius ad Martialem converſus dixit: Vides iſtorum animi dementiam, qui te in ſocietatem ſuam contraxerunt. Noli maleficiis iſtis & impiis te credere. Cui Martialis dixit: *Solus Deus immortalis eſt, qui cælum fecit & terram. Ipſe pro tuis malis operibus te puniet*. Quod audiens Eugenius: Et hic, inquit, ponatur in equuleo. Quod cum fieri vidiſſet Martialis: *O beata*, dixit, *immortalitas gloriæ Chriſti, qua nos tibi frater Fauſte, ſociare dignatus eſt*. Tunc dixit Eugenius ſatellitibus ſuis: Torquete eos, donec adorent deos noſtros: Fauſtus autem dum torqueretur; *Difficile eſt*, inquit, *tibi, & patri tuo, qui diabolus eſt*[5], *nos a paternis legibus, ad mortalitatem tuam convertere*. Eugenius dixit: Præcepe-runt[6] ſacratiſſimi Imperatores ut deos adoretis. Fauſtus dixit: *Deus unus eſt, ex quo omnia, & nos per ipſum. Deos enim alios non habetis, niſi quem & patrem, qui dicitur ſatanas*. Eugenius dixit: Nunc te tormentis afficiam. Abſcindantur ei nares, & auriculæ, ſupercilia radantur[7], dentesque mandibulæ ſuperioris evellantur. Quod cum factum eſſet, Fauſtus Deo gratias agens, magis hilaris factus eſt. Eugenius Januario dixit: Videſne, Januari, quanta tormenta paſſus fuerit Fauſtus, dum deceptus opinione ſua, pertinaciter imperio meo parere recuſat? Januarius autem dixit: *Impietas iſta & pertinacia Fauſti in me maneat, & ejus vinculum caritatis non diſrumpatur*. Ad cujus verba dixit Eugenius: Auferantur & huic quæ præcepi. Dumque torqueretur Januarius, Eugenius præſes ad Martialem dixit: Vides, Martialis, propter ſociorum tuorum dementiam, quæ illis mala eveniant? Tu igitur conſule tibi, teque disiunge ab illorum mala conſuetudine, pravaque voluntate. Martialis dixit: *Conſolatio* SS. Trinitas
*mea Chriſtus*[8] *eſt, quem illi gaudentes & exultantes voce præcona*[9] *teſtantur, ideoque confitendus & laudandus eſt Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus*[10]. Tunc Eugenius maiori furore ſuccenſus, juſſit eos legitimo[11] igne comburi. Cumque perducti fuiſſent ad locum ſuæ paſſionis, ſic uno ſpiritu plebem Chriſti alloqui cœperunt, dicentes: *Vos cariſſimi mei & Chriſti fideles, nolite credere huic inimico, & diabolo, cujus tempus nunc eſt; ſed agnoſcite vos ad Dei ſimilitudinem & imaginem eſſe factos. Illum igitur adorate, & illum benedicite, qui auctor eſt omnium. Non, ut iſti dicunt, adoretis opera manuum ipſorum: quoniam ligna, & petræ, aurum & argentum ſunt opera manuum hominum. Vos itaque contemnentes hujus injuriam confitemini Chri-ſtum*

2 Mſſ . . . . credere. *Deus colendus eſt ; Deus amplexandus eſt. Inſulta* [illegible] *gratia agenda ſunt*. Cod. Comp. pro credere, habet *videre*.

3 Ibidem. *Timentes ſacrificate, antequam vos tormentis ſubjiciam. Fauſtus, Januarius & Martialis dixerunt: Nos Chriſtiani ſumus. Deum negare nos non* [illegible]. Deinde quæ ſequuntur uſque ad, *Quæ iſta nunc allocutio*, deſunt in mſſ.

4 Cod. Silv. Fauſtum ubique *Fauſtinum* appellat.

5 Duræ ejuſmodi reſponſiones, imo & imprecationes, licet raro, in aliis tamen ſinceris Actis quandoque habentur. Vide Acta SS. Tarachi, &c.

6 Hinc uſque ad, *Abſcindantur*, ex mſſ. ſupplevimus.

7 Mſſ addunt hic, *Labium inferius auferatur*. De labiis nihil vetera Martyrologia. Mſſ tamen conſentit Hymnus Breviarii Muzarabici his versibus: *Mox Præſes* [illegible] *; Dentes, nares, auriculas, Labra, ſed ſupercilia, Scalpi juſſit abſcindere*.

8 Sur. *Deus*.

9 Sur. *quem ipſi magna voce*.

10 In mſſ. quædam ſubjungit Martialis, ut Eugenio perſuadeat Chriſti fidem ſuſcipere.

11 Apud Sur. deeſt *legitimo*. Quid ſit *legitimus ignis*, vide ſupra pag. 270. *Legitimi* nomen majora tormenta innuebat. Vide pag. 346.

*ſtum* [11] *Jeſum, & ſoli Deo ſine ceſſatione quotidie referte laudes.* Et cum ducerent eos lictores, per quorum manus fuerant cruciati; cœperunt eos igni compellere, ſimulque traditi flammis, exultanter tradiderunt Deo ſpiritum. Inexemplum [12] nobis * iſta ſunt, ut qui legitis viriliter ad paſſionem animum præparetis, ut Domini Jeſu Chriſti & iſtorum paſſionem vobis in teſtimonium conſeratis, ut ſit nomen Domini benedictum in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Igne conſummantur.*

* *f. vobis.*

11 *Sur. & confidentes in Chriſto Jeſu, ſoli*, &c.

12 Quæ ſequuntur ex mſſ. ſupplevimus.

## MARTYRIUM Sanctæ DROSIDIS virginis.

### *Ex* S. JOHANNE CHRYSOSTOMO. *Tom.* 5. *homil.* 71.

Anno Christi ....

I. PRopterea maxime commemorationes diligo Martyrum, diligo & amplector, atque omnes quidem, ſed tum præcipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quanto enim infirmius eſt vas, tanto major eſt gratia; tanto illuſtrius eſt tropæum, tanto inſignior eſt victoria; non ob imbecillitatem ſexus athletarum, ſed quod per ea quibus vicerat inimicus nunc etiam vincatur... Quam igitur deinceps ſperare poterunt excuſationem viri, ſi molles ſint & ignavi? Quã vero veniam, cum fortiter ac viriliter ſe gerant mulieres, cum adeo ſe generoſe ad certamina pietatis accingant? Nam neque ſexus, nec ætas, neque aliud quidquam poteſt impedimentum objicere, ſi adſit alacritas animi, & zelus, & ardens fides, hiſque omnibus Dei nobis gratiam conciliemus, quod beata nimirum iſta præſtitit. Fuit enim illi corpus imbecillum, & obnoxius ſexus injuriæ, & junior ætas: verumtamen horum omnium imbecillitatem adveniens gratia occultavit, ubi generoſam animi alacritatem offendit, & conſtantem fidem, & animam ad ſubeunda pericula præparatam. Nihil enim eſt, nihil plane potentius eſt eo, qui magno cum ſtudio Dei timorem habeat in mente defixum, ſed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis beſtias, quamvis aliud quidvis minentur hoſtes, omnia, nullo negotio contemnit, quod utique beata iſta DROSIS [1] etiam fecit. Poſtquam enim rogum tyrannus accendit: neque enim in baratrum illam præcipitem egit, neque capite truncavit, ne ſupplicii brevitas facilius illi certamen redderet: ſed animo ejus cupiens terrorem incutere, atque indomitam ejus mentem rogi aſpectu ſuperare, in medium illam protulit. Cum igitur rogum accendiſſet, ac fornacem inflammaſſet, atque in ſummam altitudinẽ attolleretur; hæc cum cerneret beata Martyr, inflammabatur ipſa quoque, atque amore Chriſti ardebat; triumque puerorum memor, ſecum ipſa reputabat, ſe in ſocietatem certaminum illorum venire, ſibique eaſdem cum illis coronas imponi. Et quemadmodum furioſi nihil eorum, quæ cernuntur, prout eſt, vident, ſed ſive exacutum gladium viderint, in ipſum facile præcipites irruunt; ſive rogum, ſive baratrum, ſive præcipitium, ſive pelagus, ſive aliud quidvis, intrepide ſe in cuncta proiiciunt: ſic & iſta furore non tali correpta, abſit, ſed alio quavis prudentia honeſtiori, Chriſtique amore correpta, nihil eorum quæ ſunt oculis ſubiecta ſpectabat, ſed in cælum tranſlata, illucque jam mente commigrans, omnia mala contemnebat, & ignem non ignem, ſed rorem eſſe ducebat. Quamobrem rogum illum ego, & fontem aquarum limpidiſſimum, & tincturam quamdam eximiam, & fornacem conflatoriam appello. Nam quemadmodum in fornace aurum, ſic & illius beata anima per rogum illum purior reddebatur. Liquefiebant enim carnes eius, & oſſa torrebantur; exurebantur nervi, & corporis ſanies undique defluebat: at animæ fides firmior & ſplendidior fiebat. Atque illi quidem hæc videntes ipſam perire cenſebant: que-

*Drosis junior & tenera.*

*Temeraria roga pnuit.*

*In rogum injicitur.*

1 Droſidis nomen in Martyrologiis reperire non licuit. Vulgata Martyrologia die 14. Decembris hæc habent: *Antiochiæ SS. Mart. Droſi, Zoſimi & Theodori.* Cod. Antverpienſis apud Florentinium pro *Droſi* habet, *famulæ Droſinæ*, & forte *Droſide*. Ejus feſtum in hieme celebratum fuiſſe patet ex Chryſoſtomo, eamque ſepultam fuiſſe in eccleſia ſuburbana, ubi plurima erant mortuorum ſepulcra; at tempus ejus martyrii nos latet.

hæc vero amplius expurgabatur. Et quemadmodum aurum, imperitus qui adſtat, & liquefieri videt ac diffluere, cumque cinere commiſceri, perire exiſtimat & corrumpi; artifex autem, & qui probe iſta novit, hac ratione purius ſcit illud effici, ac poſt exuſtionem ipſum omni ex parte ſplendidum extrahit & componit: ſic nimirum & illi evenit. Infideles quidem cum liquefieri, ac diffluere carnem ejus viderent, in cinerem illam & pulverem abire cenſebant: at fideles exacte noverant, eam ita liquefactam ſordes omnes deponere, atque immortalitatem adeptam ſplendidiorem aſſcendere. Immo in ipſo rogo, ante reſurrectionem, miro quodam modo vincebat adverſarias poteſtates. Siquidem igne reſolutæ carnes cum ſtrepitum ederent, illas quam facillime in fugam vertebant. Et quemadmodum generoſus miles, æreis armis circumdatus, ipſo etiam armorum ſtridore timidioribus terrorem incutit adverſariis: ſic nimirum & tunc beata Droſis pellis ſtridore poteſtates illas fugabat.

*Igne purgata ad ſponſum deducitur.* Neque vero hac ratione tantum ſed & alia rurſus nihilo iſta minori. Nam ſimul atque rogum ingreſſa eſt, & fumus in altum aſcendens aerem occupavit; dæmones per aerem volantes ſuffocabat omnes, diabolum abigebat, & ipſam naturam aeris abſtergebat. Cum enim fumo idolorum inquinatus fuiſſet, in locum illius fumus alter aſcendebat, ut illatas ab illis ſordes abſtergeret. Sane quidem fontis comparatio præclare convenit illi rogo. Nam quemadmodum ſi in fonte veſtem exuiſſet, & corpus abluiſſet; ita corpus ſuum in illa flamma facilius quam veſtem quamvis exuens, & animam nitidam reddens, ad ſponſum ſuum ab Angelis ſtipata properabat. Si enim Lazarum illum ulceribus plenum Angeli ad ſinum Abrahæ abduxerunt, multo magis iſtam abeuntem ſtipabant, & tamquam ex ſacro quodam conclavi ac thalamo nuptiali aſſumptam, ex fornace ad cæleſtem Sponſum deducebant. Qua vero de cauſa tincturam etiam rogum illum appellavi? quod nimirum tamquam mirabili quadam infecta tinctura, cum purpura regia facta eſſet, ad cæleſtem Regem mitteretur, ac multa cum fiducia ſedes illas cæleſtes intraret, quod fiebat, cum inviſibili manu ſua Chriſtus ſanctum Martyris caput teneret, & tamquam aquis illam flammis immergeret. O mirabilem rogum! qualem intus theſaurum habebat, pulverem illum ac cinerem auro quovis pretioſiorem, & quibuſvis unguentis fragrantiorem, gemmis quibuſvis cariorem. Quod enim nec divitiæ, nec aurum præſtare queunt, hoc reliquiæ Martyrum præſtant. Siquidem aurum neque morbos umquam depulit, neque mortem abegit: oſſa vero Martyrum utrumque perfecerunt. Illud quidem noſtrorum majorum ætate; hoc vero noſtra etiam contigit.

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem S. GENESII Martyris Arelatenſis.

*Auctor Paſſionis Geneſii.* 1. CUm perſecutionis tempore, nemo beati Geneſii Arelatenſis martyrium deſcripſiſſet, pace tandem Eccleſiæ reddita, hæc jactura alicujus fidelis & pii ſcriptoris calamo reſarcita fuit, qui Geneſii Paſſionem, quam modo exhibemus, litteris mandavit. Hanc ſub beati Paulini Nolani epiſcopi nomine vulgavit Laurentius Surius, cui plerique auctores conſentiunt, nec adverſantur codd. mſſ. Et ſane quamquam nonnulli dubitant an verus ſit beati Paulini fetus, nemo tamen infitiari poteſt, quin ab ipſius ævi auctore deſcripta fuerit, ipſomet in Prologo declarante, ſe hanc ſuſcepiſſe provinciam, *ne ea, quæ adhuc viva recordatione rerum, ut ſunt geſta, referuntur, evaneſcente per tempus tradentium vel accipientium fide, fabuloſa credantur.* Et quidem paullo poſt Fauſtus Regienſis epiſcopus, aut Eucherius Lugdunenſis, ſive alius auctor, cujus homiliæ aliquot, cum aliis aliorum auctorum ſub nomine Euſebii Emiſſeni ſeu Euſebii Gallicani editæ ſunt tomo 5 Bibliothecæ Patrum, homiliam de beato Geneſio edidit, in qua ſæpius paſſionis hujus non ſolum ſententiis, ſed & ipſiſmet verbis utitur, ut ex aliquot locis, quæ in notulis proferemus, patebit. Hanc autem, quam ex Surio

rio edidit novæ editionis operum ſancti Paolini collector, cum aliquot codd. mſſ. denuo collatam exhibemus. Verum cum in ea editione, & in uno cod. Colbertino quandoque occurrant integræ ſenteotiæ, quæ in aliis cod. mſſ. non habentur, nec tamen videantur omnino reſpueodæ, eas anſulis incluſas reliquimus. Titulum autem, *Edita a beatæ memoriæ Paulino epiſcopo*, apponimus quod in tribus codd. habeatur, uno ſcilicet Colbertino, altero ſancti Theoderici prope Remos, ac tertio monaſterii Igniacenſis Ordinis Ciſtercienſis in Remenſi diœceſi. Paullo aliter habet cod. mſ. qui fuit olim ſancti Nicaſii Remenſis, ſcilicet, *edita a beato Paulino epiſcopo*, ut ex ſchedis Belforſtii didicimus. Sed quis fuit ille Paulinus? Nolanus an Biterrenſis epiſcopus, an alius, plane incertum eſt.

*De eo alii auctores.* 2. Porro Papirius Maſſonus in deſcriptione Franciæ per flumina, laudat *Patientis Lugdunenſis epiſcopi homiliam elegantem* de ſancto Geneſio Arelatenſi, quam cum videre non licuerit, an diverſa ſit ab ea Paſſione, quam ſub ſancti Paulini nomine editam diximus, aut ab homilia Euſebii Gallicani laudata, ſub cujus nomine aliquot Eucherii Lugdunenſis opuſcula edita ſunt, judicare non poſſumus; ſiquidem certum eſt alios etiam auctores de ſancti Geneſii laudibus ſcripſiſſe. Inter alios ſermones ſanctorum Auguſtini, Cæſarii, Fauſti, aliorumque ejuſdem ævi ſcriptorum, qui Romæ in cod. mſ. n. 3836. bibliothecæ Vaticanæ habentur, duo exſtant de ſancto Geneſio abſque auctoris nomine. Habemus item apud Surium homiliam ſancti Hilarii Arelatenſis epiſcopi de miraculo, quod beato Honorato ejuſdem urbis epiſcopo contigerat, cum pons Rhodani concidiſſet, de quo item miraculo Gregorius Turon. lib. 1. de gloria Martyrum c. 68. qui alias paſſim ſanctum Geneſium laudat. Ejuſdem martyrium fuſe exponitur in Miſſali Muzarabum, die 25. Auguſti. Arelatem vero Geneſii occaſione laudant Prudentius hymno 4. de Coronis, Fortunatus lib. 8. Carm. 4. & alii paſſim eccleſiaſtici ſcriptores. Ex quibus omnibus patet, ſancti Geneſii memoriam celebrem olim fuiſſe. Ejus feſtum in vulgatis Martyrologiis recolitur die 25. Auguſti, qua quidem die alterius item Geneſii Mimi natale celebratur. unde nonnullis occaſio data fuit, hos duos Martyres commiſcendi in unum. Sed & alius tertius Geneſius diſtinguendus eſt, in territorio Arvernenſi paſſus, teſte Gregorio Turon. lib. laudato cap. 67. De aliis Geneſiis fuſius agere non vacat.

3. Incertum eſt quo tempore beatus Geneſius paſſionem conſummarit. *Tempus mortis incertum.* Tunc accidiſſe refert Euſebius Gallicanus in homilia laudata, cum Cæſar Arelate verſaretur: ſed quiſnam ille fuerit, non habet. *Cum ſecretus*, inquit, *adhuc Dei famulus in Exceptorum ordine militaret, & ante tribunal pagani Cæſaris adſiſteret, audiens eum in caput Chriſtianorum cruentas pronuntiare ſententias, piam dexteram ab excipiendo, tamquam a ſacrificando revocaſſe*, &c. Hinc forte Baronius hujus Martyris mortem anno 303. conſignavit.

---

Anno Christi ....

## PASSIO Sancti GENESII Martyris Arelatenſis.

Edita a beatæ memoriæ Paulioo epiſcopo.

*Ex codd. mſſ. & editis.*

I. PRoptium atque indigenam Arelatenſis urbis beatiſſimum GENESIUM martyrem, alumnum ejuſdem jure naſcendi, patronum virtute moriendi, celebrare jam a principio atque extollere, omnium fidelium ſtudia, omnes religioſorum litteræ debuerunt: *Occaſio hujus paſſionis ſcribendæ.* ut tanti meriti glorioſa documenta conſignata ſcriptorum fide, & vivacibus commendata monumentis, illibata atque integra ad poſteros pervenirent; quæ admiratio ſemper faceret nova, & veneratio probaret antiqua. Sed quoniam ſuccedentes ſibi per incertum vitæ tempus ætates tradere hæc invicem memoriæ mutuæ, quam mandare litteris maluerunt: vel nunc oportet eadem fidelibus ſcriptis in tempora ſecutura tranſmittere, ne ea quæ adhuc viva recordatione rerum, ut ſunt geſta, referuntur; evaneſcente per tempus vel tradentium vel accipientium fide, fabuloſa credantur.

II. Sanctus itaque Geneſius in juventutis flore primævo, *Geneſius exceptor.* provincialis militiæ tirocinia inſcepit, (eam officii partem ſtudio & arte complexus, quæ patronorum verba vel nova ſignorum velocitate, vel dexteræ, ſonum vocis æquaret: ſpiritalem futuræ gloriæ imaginem præfigurans, ut qui præcepta divina celeriter audiret, ea fidelibus notis piæ mentis exciperet.) Accidit autem ut eodem ante tribunal Judicis Exceptoris munus implente, impia atque ſacrilega mandatæ perſecutionis juſſa legerentur: quæ cum devotus Deo repudiaret auditus, & im-

imprimere ceris manus ſancta reſpueret. Abjectis [1] ergo ante pedes judicis tabulis, triſte miniſterium ſacrata jam Deo mens refugit. Et ut in nullo a præceptis evangelicis actus martyrii deviaret, quibus declinare perſecutionis impetum vel permittimur vel jubemur, (alia atque alia non ſolum latebra, verum etiam civitate mutata, cum & alio loco ſcriptum ſit, Spiritus quidem promtus eſt, caro autem infirma) ab ira ſe furentis judicis paullisper occuluit. Qui cum eum corripi protinus offerrique juſſiſſet, neque facilis inveſtigatio ad procuratam latebram perveniret; crudeliſſimis pœnæ miniſtris, ut ubi repertum, gladio interficerent, imperavit. quod ubi beato Geneſio, vel occultis nuntiis vel rumore compertum eſt, diverſa latendi loca, ut exitus docet, non infirmitate ſpiritus, ſed carnis trepidatione mutavit. Atque interim, licet ſuperfluo, de præſumtæ fidei confirmatione ſollicitus, quoniam nondum erat [2] ex aqua & Spiritu ſancto renatus, per fidos internuntios a Catholicæ religionis Antiſtite donum baptiſmatis poſtulavit. Sed ille fortaſſe temporis anguſtiis impeditus, (vel juvenili ætati diffidens, ardentia vota diſtulit), huic fideliter indicavit, quod plenam conſummationem etiam hujus muneris daret promta pro Chriſto cruoris effuſio. (Et hæc quidem cunctatio Sacerdotis, divino, ut æſtimo, promta [3] nutu atque judicio provocata diſpoſitaque eſt: ut circa ejus ſollemnem conſecrationem officia humana ceſſarent, cui unius baptiſmatis duplex gratia, ex utroque ſcilicet Chriſti latere & aqua & ſanguis, parabatur.)

*Catechumenus.*

III. Itaque cum jam Dominus, [4] per Spiritum ſanctum futuri Martyris ſcrutans arcana, non pateretur differri coronam, ubi videbat paratam eſſe victoriam; percuſſoribus eum ſuis obtulit, & iis, quorum in eumdem avida crudelitas inhiabat, oſtendit. Atque is, ubi ſe perſpicit deprehenſum, inſtinctu Domini Rhodanum petiit [5], & ſancta flueoto membra committit, (ut eum illic a contagio mortali, velut alterius Jordanis uodis, occultus baptiſta purgaret; & mutuo alternoque myſterio, & aquis corpus, & aquas corpore conſecravit. Atque hæc cauſa profecto extitit,) ac ſic natandi adminiculo cum ad alteram ripam perveniſſet, (qui exemplo beatiſſimi Petri ad Chriſtum tendens, per ſumma gurgitum ambulare potuit.) Tranſgreſſum contiouo in ulteriora fluminis, & de ſubeundæ paſſionis præmiis Chriſto ſponſore ſecurum in eo beatum Martyrem loco, quem effuſiooi ſangoiois glorioſi Dominus elegerat, quique nunc oratione aſſidua, & votis numquam irritis frequentatur, percuſſor aſſequitur, exoptatoque gladii ictu feſtinantem ad Deum animam, vinculis corporis quibus tenebatur abſolvit: & utraque ſubſtantia propriæ originis elementa repetente, terrena interim terris membra commendat, & cæleſtem ſpiritum emittit ad cælum. Providerunt tamen fideles temporis illius Dei ſervi; ut utramque fluminis ripam geminatis urbibus [6] ambieodam unius Martyris tutela muniret. Nam io ipſo beatæ paſſionis loco, conſecrati cruoris veſtigia relinqnentes, in alterum fluvii latus honoratas reliquias tranſtulerunt: ut utrobique præſens ſanctus Geneſios, illic ſanguine haberetur, hic corpore [7].

*Miniſtris inſequentibus.*

*Rhodanum natando tranſit*

*Comprehenſus gladio perimitur*

IV. Hæc omnia fideliter, atque ut geſta ſunt, vel comperta, vel dicta libentibus devotiſque animis, qui noveratis recognoſcite; qui ignorabatis agnoſcite:; & gloriam taoti Martyris, per ſingula annorum ſpatia creſcentem, & in ſæcula æterna victuram, mentis oculis contuentes, nnuſquiſque pro viribus ad ſimilia, ſi ſimile ſe tempus obtulerit,

1 Euſeb. *Projectis itaque codicibus ante oculos profani Judicis.*

2 Euſeb. *Qui adhuc catechumenus*, &c.

3 Cod. 1. Colb. *ut æſtimare promtum eſt.*

4 Sur. & Cod. Colbertin. *Sed jam Dominus qui per Spiritum ſanctum futuri Martyris ſcrutabat arcana, ſubeundæ conſummationem paſſionis vel fecerat vel videbat: neque patiebatur*, &c.

5 Euſeb. *Rhodani ſe committit fluentis, ulteriorem ripam .... tranſgreditur*, &c. Vide & Greg. Turon. lib. 1. de Gloria Mart. cap. 69.

6 Duplicem Arelatem appellat Auſonius. *Pande duplex Arelas .... præcipitis Rhodani ſic interciſa fluentis, ut mediam facias*, &c. Idem fere reperit in aliis locis.

7 Euſeb. *Sub ipſa itaque feliciſſimæ civitatis mœnia fidelium humeris funus inclyti vehitur. Unde nunc inter utraſque urbis illius partes geminæ honore glorioſus illam ripam triumpho ſanctificat, hanc ſepulcro; illam ſanguine illuſtrat, hanc corpore.*

rit, animos præparate; & ut beatus Geneſius, throno Domini uſque ad vindictæ ſuæ tempus aſſiſtens, ſacerdotibus ac miniſtris, clero, vobiſque omnibus, & ei qui inſtructioni veſtræ iſta compoſuit, patrocinetur, orate. Amen.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti JULIANI.

1. EGregium encomiaſten nactus eſt ſanctus Julianus Johannem Chryſoſtomum, qui nobis in homilia 47. ad populum Antiochenum hujus beatiſſimi Martyris patriam, ac diriſſimam cum diuturnitate temporis, tum tormentorum acerbitate paſſionem expoſuit. Porro cum homiliam integram legere cuivis cupienti facillimum ſit, plura omiſimus, quæ beati Juliani paſſionis narrationi ſanctus Doctor præmiſerat.

2. In Menologio Græcorum, juſſu Baſilii imperatoris conſcripto, Julianus de quo hic agimus, Anazarbi in Cilicia natus, atque ſub Marciano præſide Ægeæ paſſus dicitur. Solius Anazarbi meminit Martyrologium Romanum cum Menologio Cardinalis Sirleti apud Caniſium: at in ea urbe martyrio coronatum non fuiſſe, vel ex eo patet, quod longe a mari diſſita ſit, in quod tamen ſacco incluſus Julianus projectus fuiſſe dicitur, idque ſub Marciano præſide. Sed vereor ne Marciani nomen, in celeberrimorum martyrum Juliani & Baſiliſſæ Actis memoratum, ad noſtri Juliani breve encomium, quod ab illis auctoribus confectum eſt, traductum fuerit. Ceterum de ſancti Juliani paſſionis anno nihil certi reperire licuit. Annos 18. natus paſſus dicitur in memoratis Menologiis, quæ ipſius feſtivitatem die 16. Martii recolunt. Arrameo Menologium Sirleti laudatum, die 21 Junii alterum Julianum martyrem commemorat, ſub Diocletiano imperatore & Marciano præſide Antinopoli in Ægypto paſſum; quem a Johanne Chryſoſtomo *encomiorum honore celebratum* fuiſſe refert. At in magnis Menæis & apud Maximum Cythereenſem, utroque die, 16. ſcilicet Martii, & 21. Junii, Julianus martyr celebratur, ſed idem omnino utrobique quē Chryſoſtomus laudat. Extabant Conſtantinopoli tres baſilicæ ſub Juliani nomine, quarum una Julianum & Baſiliſſam patronos agnoſcebat. De his vide Cangii *CP.* Chriſtianam lib. 4. *Baſilicam ſancti Juliani martyris Antiochenſis gravi incendio concrematam* fuiſſe dicit Gregorius Turon. lib 4. Hiſtoriarum cap. 13 *cum Antiochia Ægypti, & Apamæa Syriæ maximæ civitates a Perſis captæ ſunt* tempore Juſtiniani imperatoris. Laudatur Julianus martyr a Theodorito in epiſt. 130. ad Timotheum Epiſc. & in 144. quæ eſt ad milites ſcripta..

## MARTYRIUM SANCTI JULIANI.

### *Ex* S. JOHANNE CHRYSOSTOMO, *homil.* 47. *Tom.* 1.

Anno Christi ....

*Julianus natione Cilix.*

I. HUnc itaque ſanctum Cilicum natio tulit, quæ Paulum etiam tulit. Civis [1] enim illius fuit, & uterque nobis inde miniſter Eccleſiæ prodiit. Poſtquam autem pietatis apertum eſt ſtadium, & ad certamina tempus ipſum vocavit, in ſævam incidit belluam, quæ tum judicium exercebat. Ac videte commentum! Cum enim eum forti animo præditum videret, neque poſſe ſupplicii vehementia rigidum illud animi robur infringi, in procraſtinationes illum conjicit ac dilationes, introducens identidem, & educens. Non enim uno die, cum audiſſet, illi caput abſcidit, ne ſupplicii brevitas faciliorem illi curſum redderet: ſed diebus ſingulis introducebat, educebat, interrogationes adhibebat, mille tormenta minitabatur, adulatoriis verbis prolectabat, omnes machinas admovebat, & immotum illud fundamentum concutere nitebatur. Anno integro per univerſam illam Ciliciam circumducebat, ignominiaque afficiebat: immo vero, quod minime arbitrabatur, illuſtriorem reddebat Martyrem. Vociferabatur ipſe quoque cum Paulo: *Deo autem gratias; qui triumphat nos in Chriſto, odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.* Ut enim unguentum, quamdiu quidem uno in loco ſitum eſt, ſolum illum

*Longum martyrium ducit.*

2. Cor. 2. 14.

1 Græce ſυμπολίτης, id eſt, concivis; inde a nonnullis Julianus Tarſenſis martyr dictus eſt. Potuit tamen Pauli concivis appellari, quod uterque Cilix fuerit; nec ad id neceſſe eſt, ut ambo ex eadem Ciliciæ urbe fuerint exorti.

illum aerem odore inficit; cum autem in multa fuerit loca diſperſum, omnia ſua virtute complet: ita nimirum & in Martyre accidit. Circumagebatur enim tum temporis, ut inurendus ignominia: ſed contrarium eveniebat. Illuſtrior illa tranſvectione fiebat athleta, cunctoſque Ciliciæ regionis incolas ſuæ virtutis æmulatores reddebat. Circumagebatur quoquo verſus, ut ejus certamina non ex fama ſolum diſcerent, ſed & ipſum coronatum victorem contuerentur ſpectatores; quantoque longiores illi circuitus ſtadii curriculaque reddebat, tanto illuſtriores curſus omnes fiebant: quanto majora illi ſcammata [a] proponebat, tanto mirabiliora certamina efficiebat: quanto afflictionem temporis diuturnitate protendebat, tanto probatiorem patientiam ejus reddebat. Nam & aurum quo diutius cum ignis natura verſatur, purius evadit, &c. Cunctos ad imitationem ſui, non voce tantum ſuadens, ſed factis ipſis tuba clariorem mittens vocem cohortabatur. Et quemadmodum cæli non emiſſa voce Dei gloriam enarrant, ſed dum aſpectus ſui ſplendore ſpectatorem in admirationem conditoris traducunt: ita nimirum & Martyr ille Dei gloriam enarrabat, cum cælum eſſet ipſe quoque multo iſto lucidius quod videmus. Non enim ita cælum aſtrorum chori ſplendidum reddunt, ut Martyris corpus ſplendidius vulnerum ſanies reddidit. Atque ut Martyris vulnera cœlo infixis aſtris ſplendidiora eſſe diſcatis, advertite. Ad illud quidem cælum, ac ſtellas cum homines reſpiciunt tum dæmones: ſed ad hujus etiam vulnera homines quidem reſpiciunt fideles, dæmones autem oculos contra non audent attollere: quin etiam ſi ſpectare conentur, continuo luminibus orbantur, nec poſſunt exſilientem inde fulgorem ſuſtinere. Hoc ego non ex iis tantum quæ olim acciderunt, ſed ex iis etiam quæ hodieque fiunt, comprobabo. Sume enim quempiam a dæmone correptum ac furentem, & ad ſanctum illud ſepulcrum duc, quo reliquiæ Martyris continentur; tum reſilientem plane atque fugientem videbis. Ut enim ſi per prunas inceſſurus eſſet, ſic ab ipſo veſtibulo ſtatim exſilit, & ne oculos quidem adverſus ipſam thecam audet attollere. Quod ſi nunc tanto poſt tempore, cum pulvis & cinis eſt factus, ſuſpicere in monumentum non audent, nec in nuda ſancti oſſa; minime dubium eſt, quin tum quoque, cum illum ſanguine purpuratum videbant, vulneribus undique amplius, quam ſolem radiis refulgentem, perculſi fuerint, & luminibus orbati receſſerint. Vides ut aſtris cæleſtibus Martyrum vulnera ſplendidiora ſint, ac mirabiliora, majorique virtute polleant!

*Dæmones ad ejus ſepulcrum fugantur.*

II. Sanctus itaque in medium producebatur, & acerba undique ſupplicia circumſtabant, metus futurorum, labor præſentium, dolor ingruentium, eorum quæ exſpectabantur formido. Tamquam enim belluæ quædam immanes, carnifices corpus ejus circumſidentes latera effodiebant, carnem deradebant, oſſa denudabant, viſcera ipſa interiora pervadebant. Attamen cum cuncta perveſtigarent, theſaurum fidei deprædari minime valuerunt. Enimvero in regum ærariis, ubi aurum aliæque copioſæ ſunt opes reconditæ, ſi parietes ſolos perfoderis, ſi fores reſeravis, continuo theſaurum objectum vides: at hic in ſancto iſto Chriſtumque continenti templo contrarium accidebat. Perfodiebant muros carnifices, pectoraque diſrumpebant, & reconditas opes nec cernebant, nec rapere poterant. Sed quod evenit Sodomitis, ut ad domus Loth januam quidem ipſam ſtarent, aditum vero non invenirent: ſic nimirum & illi, cum corpus Martyris undequaque ſcrutarentur, theſaurum tamen deprehendere, fideique divitias exhaurire non valebant. Talia ſunt animæ ſanctorum recte facta, quæ nec auferri, nec vinci poſſunt, &c. Admovebant ignem illi, & ferrum & tormenta admovebant pœnas, ſupplicia, flagel-

*Divo tormenta ſapiunt.*

a Scammata foſſæ erant, quibus ſtadium claudebatur. Hinc ſæpe vox iſta uſurpatur pro ſtadio.

Digitized by Google

flagella: perfodiebant undique latera. Loquebatur ille tantum, ſimplicemque vocem emittebat, & opera ſermo vincebat. Exiliebat ex Martyris ore vox ſancta, ſimulque cum ipſa lumen radio ſolari ſplendidius eliciebatur. Hujus tantum eſt lumen, quantum inter cælum & terram interjacet intervallum; immo vero ne hoc quidem integrum poteſt pervadere, ſi quando tectum, vel murus, vel nubes, vel aliud quoddam corpus intercesſerit, ſed obſtruitur, ac diſcluditur ſeptis ejuſmodi, ne ulterius feratur. Vox autem Martyris ex illa ſancta lingua proſiliens in cælum ſubſiliit. Prætervecta eſt cælum cæli, viderunt eam Angeli, locumque ceſſerunt Archangeli, & viam dederunt. Cherubim, & aliæ Virtutes ſurſum ipſam deduxerunt, nec prius receſſerunt, quam ad ipſum thronum regium adduxiſſent.

III. Poſt hanc autem vocem cum vidiſſet is qui tum judicium exercebat, ſe temere cuncta & incaſſum eſſe machinatum, ſeque contra ſtimulum calcitrare, atque adamantem percutere, quid facit? eo tendit deinceps, ut victas manus dare videatur, & Martyrem ex hac vita ſubducit. Mors enim Martyrum, eorum qui ipſos enecant eſt aperta clades; eorum autem qui e medio tolluntur clara victoria. Tu vero mihi conſidera, quo pacto ſævum quoddam & acerbum genus mortis ejus excogitaverit, quod & tyranni crudelitatem, & Martyris fortitudinem demonſtrare poſſet. Quodnam igitur illud eſt ſupplicii genus? Allato ſacco & arena completo, cum in eum ſcorpiones, viperas, & dracones injeciſſet, cum illis & ſanctum injecit, & in mare demiſit. Erat ergo Martyr cum beſtiis, & rurſus cum beſtiis concluſus erat vir juſtus. Rurſus autem dixi, ut veterem vobis in memoriam revocarem de Daniele narrationem. Illum quidem in lacum incluſerunt; hunc autem in ſaccum injecerunt, &c. Accepit eum mare, non ut occideret, ſed ut coronaret, & poſt communem nobis ſanctam iſtam arcam Martyris corpus reddidit: hanc in hunc

*Sacco cum viperis &c. inclusus in mare dejicitur.*

uſque diem retinemus, quæ ſexcentorum bonorum eſt theſaurus. Etenim Martyres nobiſcum Deus partitus eſt: cum animas ſibi ſumſiſſet, corpora nobis quodammodo largitus eſt, ut perpetuæ virtutis monumenta ſancta horum oſſa teneamus. Nam ſi bellatoris arma cruentata quis cernens, clypeum, haſtam & loricam, licet omnium ſit ignaviſſimus, ſtatim exſilit, exardeſcit, & ad bellum promtus emicat, atque a conſpectu armorum ſumit animum, ut eaſdem actiones aggrediatur: nos qui non arma, ſed corpus ipſum cernimus Sancti, quod dignum habitum eſt ut ob Chriſti confeſſionem cruentaretur, licet omnium ſimus timidiſſimi; qui poſſumus non ad ſummam promptitudinem animi exardeſcere, cum hic aſpectus, velut ignis quidam, in mentem noſtram incidat, & ad idem nos certamen invitet? Propter ea nobis ſanctorum corpora uſque ad tempus reſurrectionis commendavit Deus, ut maximæ philoſophiæ materiam & occaſionem haberemus. Verum enimvero ne Martyris laudes linguæ noſtræ imbecillitate minuantur, ſed agonothetam Deum exſpectent, qui eos coronat, ille & collaudabit. Laus enim eorum non ex hominibus eſt, ſed ex Deo. nam & hæc ipſa quæ diximus, non ut illuſtriorem redderemus Martyrem diximus, ſed ut vos promtiores efficeremus. Nos vero laudibus omiſſis omnem ad vos orationem convertamus; quin potius Martyrum laudes non poſſunt omitti, cum in Eccleſia quis de rebus utilibus verba facit. Sed animum advertite. Pravam enim & inveteratam conſuetudinem exſcindere ſtatui hodierno die, ut non ſolum ad Martyres accedamus, ſed etiam Martyres imitemur. Honos quippe Martyrum eſt, non ſi ad eos tantum procedamus, ſed præ hoc ſi fortitudinem ipſorum æmulemur. Quam ob rem prius exponenda eſt prava iſta conſuetudo. nam ignoto morbo facile non eſt adhibere medicinam; propterea vulnus prius detego, tum deinde medicamentum appono. Quæ-

*Reliquiæ ejus Antiochiæ aſſervatæ.*

nam

uam igitur illa eſt prava conſuetudo? Noonulli eorum qui hic hodie congregati ſunt,(abſit enim ut totam eccleſiam crimine tali condemnem) præ ſocordia quadam nimia ac ſimplicitate, die craſtino derelictis nobis Daphnen[3] properant, ut quæ colligimus hodie, cras effundant; & quæ ædificavimus deſtruant, &c.

3 Sozomen. lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 19. *Daphne eſt ſuburbium Antiochiæ percelebre, nomine multis ſuperſtitionibus variatum.*

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. LEONIS & PAREGORII.

1. DIe 18. Februarii Bolandiani Godefridus Henſchenius rejectis breviaribus Actis ſanctorum Martyrum Paregorii & Leonis, quæ Lipomanus & Surius ediderunt, alia fuſiora profert, quæ ex mſ. codice Bibliothecæ regiæ e græco in latinum tranſtulit. Ea porro, utpote ſincera & quæ ab auctore coæquali deſcripta videntur, inde a nobis deſcripta hic exhibemus. Horum Martyrum feſtum Græci in Menæis die 18. Februarii recolunt, ubi breve eorum paſſionis compendium, ſicut apud Maximum epiſcopum Cythereenſem, habetur: quamvis in titulo Actis Græcis præfixo martyrium pridie Kalendas Julii dicantur ſubiiſſe. Eorum vero pauci ex latinis, & quidem recentiores, meminerunt, ut Molanus & Ferrarius die 18. Februarii, & Conſtantinus Felicius die 16. ejuſdem menſis. De tempore vero quo paſſi ſunt, nihil explorati habetur. Id unum ſcimus, Paregorium ſcilicet ante Leonem martyrio fuiſſe affectum: nec adeo graves ſunt Henſchenii conjecturæ, quod ipſemet agnoſcit, ut eorum paſſionem ad Gallieni & Valeriani tempora potius quam ad aliud referamus. Patara, ubi paſſi ſunt, urbs eſt Lyciæ epiſcopalis notiſſima, ſub Mirenſi metropolitano.

## CERTAMEN Sancti LEONIS & PAREGORII,

Anno Christi .....

### Qui martyrium ſubierunt Pataræ in Lycia pridie Kalendas Julii.

*Ex cod. mſ. græco bibliothecæ Regiæ latine donatum in Februario Bollandiano.*

I. VAriæ quidem ſunt diaboli machinæ adverſus ſervos Dei; magis varia autem & major eſt propenſio Unigeniti Dei in ſuos miniſtros. Nam ille quidem non carnem & ſanguinem objicit eis, qui ſunt natura Chriſtiani, ſed ſpiritalia nequitiæ: Chriſti autem auxilium ſuos domeſticos fidei efficit fortiores adverſus diabolum. Satis vero probatur id quod dictum eſt ex generoſorum martyrum LEONIS & PAREGORII tolerantia. *Leo Paregorii exemplo excitatur.* Nam cum beatus Paregorius fuiſſet prius conſummatus in tolerantia in Domino, & multorum laborum requiem inveniſſet regnum cælorum; beatus martyr Chriſti Leo certamen, quod ille compleverat, beatum eſſe ducebat: ipſe autem afficiebatur magno dolore, quod non fuiſſet conſecutus idem certamen, cum eſſet communis via eis propoſita.

II. Illis vero diebus contigit, Proconſulem Lollianum[1], electum ab Imperatoribus, venire uſque ad eos, cum eo tempore penes Procuratorem urbis, qui erat Pataris, regimen foret. Celebrans autem ſceleratus Procurator diem feſtum Serapidis, & congregans concilium impiorum, conſultabat adverſus Chriſtianos, cogebatque omnes ad cultum inſanum idolorum. Cum multi vero concurrerent, ac metu humano tenerentur; ægre tulit quidem beatus Leo, ne audire quidem ſuſtinens impiorum audaciam. Apud ſe autem differens, egreſſus eſt ad locum, in quo jacebant reliquiæ beati martyris Paregorii. Cum autem fuiſſet in illo loco, in quo peragebant feſtum *Aggreſſurus Leo ... idolorum ... .* exſecrandum & impium, qui eo digni erant; unuſquiſque eorum qui videbant, tam ex ipſa matura actione, quam ex vultu & veſte, & ex eo quod non aſſentiretur malis, quæ ab ipſis fiebant, exiſtimabat eum eſſe Chriſtianum, & plane reverendum. Erant enim ei modera-

1 Spartianus ſæpius meminit Aviti Lolliani viri conſularis, & inter 30. tyrannos qui circa Gallieni & Valeriani tempus extitere, quartus numeratur Lollianus apud Trebellium Pollionem. Unde ejus familiæ nobilitas diſcitur.

derata omnia: Aſceticam [a] enim vitam exercuerat a juventute. & ideo deditus fuerat continentiæ, caſtitati & temperantiæ. Indumentum autem ejus erat ex pilis contextum, & plane re ipſa vitam æmulabatur apoſtolicam, & fuerat imitator ſancti Joannis Præcurſoris & Baptiſtæ. Cum ergo acceſſiſſet ad locum ei propoſitum, & preces fudiſſet conſuetas, domum eſt reverſus: & cum fuiſſet ingreſſus ac de more precatus, pane ſumto, manebat apud ſe, nihil aliud meditans, quam præclara facta pii Paregorii. Cum hæc autem apud ſe animo agitaret, paullulum in ſomnum eſt reſolutus, ut rerum ſibi futurarum gloriam adſpiceret. Quomodo enim Patriarcha Joſeph vidit quæ a Deo eſſent ſibi inferenda; ita etiam beatus Leo vidit per Spiritum ſanctum, rerum ſibi futurarum eventum. Viſus eſt ergo videre, cum eſſet vehemens tempeſtas, & torrentes magno impetu defluerent, Paregorium & ſe ſtare in medio torrente: & licet eſſet fluentum valde periculoſum, ſe projicere & accurrere ad beatum martyrem Paregorium, qui ingrediebatur iter ad martyrium. Itaque poſtquam viſionem adſpexiſſet, excitatus, apud ſe eventus faciens conjecturam, conjecit ea quæ erant eventura. Seipſum autem beatum pronuntiabat, quod aliquanto tempore verſatus eſſet cum beato Paregorio. Deinceps ergo ad eum accedebat, tamquam ad fideliſſimum aliquem focium certaminis, neque clam ibat, ſed per medium forum, & per id quod dicebatur Tychæum. Et cum veniſſet ad locum, videt lucernas & cereolos accenſos circa delubrum. Et eorum quidem qui accenderant miſertus eſt, ut qui decepti eſſent, abſurdiſſimam æſtimans eorum impietatem. Cum propius vero acceſſiſſet, contrivit lucernas ſuis manibus, & cereos conculcavit pedibus, eis dicens: *Si deos exiſtimatis habere vires, ſeipſos defendant*. Hæc autem actio beati Leonis viam ſternebat ad martyrium ei eventurum. Precibus igitur Deo oblatis, propoſitum peragebat iter.

*Viſione ad martyrium excitatur.*

III. Myſtæ autem iniquitatis, cœtu congregato impiorum, clamabant adverſus ſanctum Leonem, ut qui averteret a Fortuna in civitatem oblatam benevolentiam. Cum vero creviſſet tumultus, & fama eſſet per totam civitatem ejus quod factum fuerat, & perveniſſet ad aures Procuratoris, qui tunc adminiſtrabat rempublicam; ſua uſus iniquitate, jubet milites obſervare ejus reditum, & virum comprehendere. Et ille quidem eſt reverſus apud ſe, conſiderans id quod erat eventurum, oculos mentis ad Deum extollens. Milites vero cum prope acceſſiſſent, & eum apprehendiſſent non reſiſtentem neque tumultuantem, adducunt eum ad Procuratorem. Ille vero, tamquam immanis quædam fera, vorans ſanguinem, plenus furore movebatur adverſus Martyrem, conſiderans ſecum, nequaquam actionem eam permittendam eſſe, ut cauſa Chriſtianis fieret iſtius audaciæ, & everſionis idolorum gentilium. Poſtquam autem vidit prope eſſe beatum Leonem, ſtatim ei objecit audaciam, qua uſus fuerat adverſus lucernas, dicens: Mihi videris, o ſenex, vel ignorare vires deorum cæleſtium, quod eorum evertas religionem; aut inſanire, ut qui facias præter id, quod videtur diviniſſimis noſtris Imperatoribus, quos ſecundos ſervatores & deos, optime facientes nos vocamus. Ad hæc dixit Leo ſanctiſſimus: *Multos cæleſtes deos dixiſti, o Procurator; veritas autem non ita habet. Eſt enim unus Deus cæleſtium & terreſtrium, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, filius Dei, qui non habet opus ut ſic colatur ab hominibus. Spiritus enim contritus & anima, quæ conſuevit humiliter de ſe ſentire, ſunt apud Deum in magna exiſtimatione. Lucernæ autem & cerei, qui circa ſimulacra accenduntur, ſunt vani & inanes: quoniam ſentire non poſſunt lapis, & æs, & lignum, quæ ab hominum arte ſunt extructa & fabricata. Si vero,*

*Comprehenditur.*

*Chriſtum DEUM prædicat.*

a Hinc monachus a nonnullis appellatur.

*vero, o Procurator, eum qui vere eſt Deus intelligeres, non hanc materiam nullo ſenſu præditam honoraſſes honore ſuffituum. Ceſſa ergo in his fruſtra laborare, & lauda Deum univerſorum, & ejus Filium unigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſervatorem mundi & opificem animarum noſtrarum.* Ad hæc dixit Procurator: Non reſpondiſti in præſentia ad crimina quæ tibi objiciuntur, ſed alia dixiſti pro aliis. Nam cum de iis accenſeris, promto & alacri animo doces de Chriſtianiſmo. Diis autem gratia, qui non ſiverunt te latere, cum hæc auſus fueris. Aut ergo agnoſce deos, & imple eorum ſacra, eorum qui adſunt parens ſententiæ; aut da pœnas eorum quæ auſus es admittere. Ad hæc dixit Martyr: *Mihi quidem fuiſſet jucundum, ne unum quidem aut alterum hic eſſe lapſum a cæleſti cognitione, non ſane tantam multitudinem. Quoniam autem video multos impie inſaniiſſe, ne putes me eſſe unum ex his, cum ſim Chriſtianus. Ego enim qui intus habeo præcepta apoſtolica, his utar ad obedientiam. Sin autem propter hæc pœnas a me exigis, ne differas. Non enim propter tormentum, quod a vobis exiſtimatur graviſſimum, cavebo: ſed omnia ſum paratus ſuſtinere, ne quis det diabolo in nos locum aliquem. Sin vero non omnes eadem quæ nos ſentiunt, hac ſola vita vivent. Futura enim vita acquiritur per has afflictiones. Sic enim dicit Scriptura, anguſtam & artam eſſe viam, quæ ducit ad vitam æternam.* Dixit Procurator: Si tu ergo confiteris anguſtam & artam eſſe viam, quæ eſt apud vos; tranſi ad noſtram, quæ eſt lata & melior. Sanctus Leo dixit: *Non eam dixi eſſe adeo artam, ut non capiat eos qui illam ingrediuntur. Multi enim pulcherrimam hanc viam ſunt ingreſſi. Sed dicta eſt anguſta, quæ cum afflictione, anguſtia & neceſſitate, & pro juſtitia perſecutione initur ab iis qui ad eam accedunt: iis vero, qui ea ſua ſponte ſuſcipiunt, fides eſt latiſſima deducens ad proprias virtutes. Cur autem non pronuntias, viam quidem, quæ apud nos dicitur anguſta, eſſe latiſſimam ad ſalutem; cum didiceris, quod ex fide unius parentis noſtri Abrahæ, multitudo innumerabilis juſtificatur in fide, requieſcens in ejus ſinu: viam vero quæ eſt apud vos lata, eſſe anguſtam per incredulitatem? Eſt autem hoc verum. Virtutes enim, cum ſint diverſæ & latæ, ſunt imperitis artæ & inacceſſæ.*

Chriſtus animarum Opifex.

Minas contemnit.

IV. Hoc ergo & his plura diſſerente ſancto Leone, & Chriſtianiſmi rationem ſtrenue confirmante, impiorum Judæorum & gentilium exclamavit multitudo, rogans ne ei concederet loqui quæ vellet. Dicit autem Procurator ad ea quæ dicta ſunt a multitudine: ego nunc ei do poteſtatem loquendi libere, & communem amicitiam polliceor, ſi diis pareat. Dixit autem ſanctus Leo: *Si meorum quidem verborum oblitus es, o Procurator, recte rurſus interrogas; ſi vero meminiſti, ſcias fieri non poſſe ut aſſentiar adorandos eſſe deos, qui non ſunt natura.* Tunc his verbis ira motus, jubet cædi flagris venerandum corpus Martyris. Cum autem multitudo plagarum eſſet innumerabilis, & major, quam ut id ſuſtinere poſſet humanum corpus; fortiſſimus athleta Chriſti Leo ad nihil plane eorum quæ fiebant movebatur, ne minimum quidem emittens ſuſpirium. Deſiderium enim convertebat ad Dominum. Dicebat autem Procurator: Parva ſunt, o Leo, hæc quibus affectus es tormenta, ſi conferantur cum futuris. Mihi igitur pare, & diis offer quæ ſunt lege conſtituta ſacrificia. Dixit ſanctus Leo: *O Judex, quod ſæpe prius dixi, non recuſabo rurſus dicere: Neque hos novi deos, neque umquam in animum inducam ut iis ſacrificem: ut qui ſciam præcepta utiliſſima Scripturarum.* Ad hæc dixit Procurator: Hoc ſolum dic, Magni ſunt dii; & liberaberis. Pareo enim tibi, tuam reſpiciens canitiem, & alium qui tibi adeſt habitum corporis. Dixit ad hæc ſanctus Leo: *Hoc ipſe quoque dixerim, eos revera eſſe magnos & idoneos ad perdendas animas, quæ ipſis credunt.* Dixit ira percitus: Jubeo te trahi per petras, tamquam furore correptum, & ſic mori. Dixit beatus Leo: *Quidvis mortis modus eſt mihi jucundus propter regnum cæleſte. Eam enim voco vitam & ſalutem, quæ, poſtquam*

Flagris cæditur.

Mortem non timet.

quam

*poſtquam hinc exceſſero dabit mihi ut habitem cum ſanctis*. Dixit Procurator: Pare edicto, & dic: Quia ſunt dii ſervatores; quoniam es alioqui cito moriturus. Dixit ſanctus Leo: *Videris mihi eſſe valde imbecillus, qui ſolum aſſidue mihi verbis mineris; præter verba autem nihil facias*. Cum vero propter hæc ſeditionem agitaſſet multitudo, perturbatus Procurator juſſit Sanctum quidem capi pedibus, trahi autem in torrentem, in eo ultimum paſſurum ſupplicium. Cum itaque ſententiam pronuntiaſſet Procurator, ſtatim ſervi peccati beatum Leonem traxerunt ad torrentem inhumane & crudeliter. Tunc ſciens eſſe impletum ſuum deſiderium, ad Deum extollens oculos, ſic cœpit dicere: *Ago tibi gratias, Pater Chriſti, quod me non diu ſeparaveris a famulo tuo Paregorio, ſed velocem mihi occaſionem dederis eum ſequendi. Lætor ergo iis quæ facta ſunt; quod pro meis prioribus peccatis viaticum idoneum accipio martyrium. & quod in manus angelorum tuorum meum trado ſpiritum, in æternum liber conſervandus a judicio improborum. Atque pro iis quidem quæ in me fiunt, eſto eis qui auſi ſunt propitius; eis autem concede, ut te agnoſcant Deum univerſorum: quoniam non vis mortem peccatoris ſed pœnitentiam: & ob paſſionem noſtram tribue facilem tolerantiam in Chriſto Jeſu Domino noſtro quorum gloria & poteſtas Patri in ſæcula, Amen*. Poſtquam autem, Amen, magna animi alacritate clamitando cum gratiarum actione repetiiſſet, ſpiritum Domino reddidit.

*In torrente moritur.*

*Corpus in voraginem dejectum*

V. Tunc miniſtri iniquitatis corpus Sancti ſuper excelſum attollentes lapidem, in profundam terræ voraginem dejecerunt. Corpus vero delapſum nequaquam eſt diſperſum, ſed tamquam eſſet quiete eo deportatum: viſum vero eſt paucas ex aſperitate puncturas accepiſſe. Hoc igitur pacto generoſiſſimus Leo, ſuperato diabolo, egregias coronas promeritus eſt. Quia vero juſtum erat, ut magnificentia rerum geſtarum ad ſingularem ejus honorem conſervaretur, & memoria beneficiorum in probationem earumdem rerum exſtaret; ipſe locus huc uſque permanet: qui prius quidem, quando corpus Sancti eo deportatum eſt, præceps erat & inacceſſus, adeo ut ex ſola inſpectione periculum minaretur: nunc vero per Sanctum redditus eſt firmus ac ſtabilis, omnique periculo carens. Frequenter enim & viri, & feminæ, ac cætera animalia a via aberrando, in illud præcipitium adducuntur, & ne breviſſimum quidem ſentiunt laborem. Et maximum quandoque vehiculum cum jumentis trahentibus delapſum, ab omni immuniſſimum periculo permanſit. Et hic quidem locus divinitus ea commoditate dotatus eſt. At religioſiſſimi Fratres cum feſtinatione auferentes corpus ſanctiſſimi Martyris, mirabantur faciem ejus adeo venuſtam apparere, ac quaſi ſubridere; reliquum vero corpus rubicundum, & quaſi ab agone pulvere leniter reſperſum. Abluerunt igitur aqua, & magna cura depoſuerunt, diſceſſeruntque cum gratiarum actione laudantes Deum, qui tam generoſam perſeverantiam beato Martyri conceſſit, petentes, ut ſorte ejus & habitatione digni efficiantur in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, cui gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.

*A fidelibus colligitur.*

*SS. Trinitas.*

## *ADMONITIO*

### In Acta Sancti JULII Martyris.

Acta ſancti Julii, quæ ſummarie deſcripta ex mſ. cod. Marci Velſeri edidit Godefridus Henſchenius ad diem 27. Maii Bollandiani, nunc primum ex cod. mſ. S. Remigii Remenſ. integra proferimus collata ad exemplar Colbertinum, ubi eodem fere modo ac in Velſeriano habentur. Eorumdem Actorum notitiam habuere veteres Martyrologiorum ſcriptores; quos inter Ado & Notkerus ipſorum veluti aliquod compendium exhibuerunt 27. Maii, quo die ſancti Julii feſtum in omnibus fere Latinorum Martyrologiis recolitur. Verum cum nec in iſtis Martyrologiis, nec in Actis, aut ullo antiquo auctore tempus quo hic ſanctus Martyr paſſus fuerit, deſignetur; mirum

eſt ipſius martyrium a Galeſinio, quem ſecutus eſt Baronius, ad tempus Alexandri imperatoris revocatum eſſe. Veri ſimilius fortaſſe contigiſſe diceretur ſub magno Diocletiani perſecutione. Sed ne id ipſum, quod in aliis arguimus, in nos etiam regeratur; fateri ſatius eſt id nobis eſſe plane incompertum. Doroſtorum vero, ubi paſſus eſt, civitas olim erat epiſcopalis ſub Marcianopolitano archiepiſcopo in Mœſia inferiori, ſed nunc in vicum redacta dicitur in hodierna Bulgaria.

Porro Julii cujuſdam martyris corpus Fæſulis in Etruria aſſervatur in S. Bartholomæi abbatia, quæ ex noſtro Ordine ad Canonicos Regulares tranſiit. Sed hic Julius videtur eſſe a noſtro diverſus. Noſter enim *veteranus miles 26. annis militarat*, qui Præſidi *vir gravis & ſapiens* videbatur: at Fæſulanum aiunt adhuc *adoleſcentem immatura morte* martyrium pertuliſſe. Eodem tamen die uterque celebratur, & Actis Henſchenianis præmittitur Præfatiuncula cujus hoc eſt exordium. *Ecce ſanctiſſimus Julius dignus habitus gratia Dei: ecce ſicut vere ſpiritualis juvenis exercitus Chriſti, &c.*

---

Anno Chriſti .....

## ACTA Sancti JULII Martyris.

*Ex cod. mſ. archimonaſterii S. Remigii Remenſis.*

I. TEmpore perſecutionis, quando glorioſa certamina fidelibus oblata perpetua promiſſa exſpectabant accipere; tunc comprehenſus JULIUS ab Officialibus oblatus eſt Maximo præſidi. Maximus dixit: Quid dicis, Juli? Vera ſunt hæc quæ dicuntur de te? Julius reſpondit: *Ita enim, Chriſtianus ſum. Non ego me aliud eſſe quam ſum, dico.* Maximus dixit: Quid ergo? ignoraſti præcepta Regum, quæ jubent immolari diis? Julius reſpondit: *Non ignoravi. Chriſtianus vero ſum, & hoc facere non poſſum, quæ vos vultis. Nec enim me oportet negare Deum meum vivum & verum.* Maximus dixit: Quid enim grave eſt turificare, & abire? Julius reſpondit: *Non poſſum excedere præcepta divina, & infidelibus parere. Etenim in vana militia, quando videbar errare in annis viginti & ſex* [1], *non tamquam ſceleſtus, neque quaſi litigioſus oblatus ſum judici. Septies in bellum egreſſus ſum; nemini de poteſtate reſtiti, nec aliquo deterius pugnavi. Princeps me non vidit aliquando errare: & modo putas, me qui in pejoribus fidelis fueram repertus, in melioribus infidelem poſſe inveniri?* Maximus: Quam geſſiſti militiam? Julius reſpondit: *Sub arma militavi, & ordine meo egreſſus ſum, veteranus ſemper. Tamen Deum vivum, qui fecit cælum & terram, colui; etiam & nunc fidelem exhibeo ſervitutem:* Maximus dixit: Juli, video te ſapientem & gravem virum. Immola ergo diis perſuaſus a me. Julius reſpondit: *Non facio quæ deſideras, neque incurram in peccatum & pœnam perpetuam.* Maximus dixit: Si putas eſſe peccatum, mihi adſcribatur. Ego tibi vim facio, ne videaris voluntate adquieſce. Poſtea vero ſecurus vadis in domo tua. Accipies decem denariorum [2] pecuniam, & de cetero nemo tibi erit moleſtus. Julius reſpondit: *Neque pecunia hæc ſatanæ, neque tua ſubdola perſuaſio privare me poteſt a Domino* [3] *æterno. Deum enim negare non poſſum. Da itaque ſententiam adverſus me, quaſi adverſus Chriſtianum.* Maximus dixit: Niſi fueris regalibus præceptis devotus, & ſacrificaveris, caput tuum amputabo. Julius reſpondit: *Bene cogitaſti. Obſecro itaque te, pie Præſes, per ſalutem Regum, ut compleas cogitationem tuam; & des in me ſententiam, ut perficiantur vota mea.* Maximus dixit: Si non vis pœnitere & ſacrificare, tuo traderis deſiderio. Julius reſpondit: *Gratias ago ſi feceris.* Maximus dixit: Tu quidem feſtinas mori, & putas te pro aliqua laude pati. Julius dixit: *Hoc ſi mereor pati, perpetua mihi manebit gloria.* Maximus dixit: Suaderetur tibi pro patria & legibus patereris, haberes perpetuam laudem. Julius reſpondit: *Pro legibus certe hoc patior, ſed pro divinis.*

Maxi-

Julii confeſſio.

Tormenta reſpuit & minas contemnit.

1 In cod. Colbertino, & apud Bolland. *viginti & ſeptem* Et inſte uterque *ſtatim* pro *ſeptem*.

2 Bolland. *decemmollorum*.

3 Bolland. & cod. Colbert. *Immine*. *Æternum Deum enim*.

[* ſ. quas.] Maximus dixit: Qui * mortuus & crucifixus vobis tradidit. Vide quam ſtultus es, qui plus mortuom facis, quam Reges qui vivunt. Julius reſpondit: [Chriſtus & mortuus & Deus permanens in æternum.] *Ille mortuus eſt pro peccatis noſtris, ut nobis vitam donaret æternam. Deus vero eſt permanens in æternum, quem ſi quis confeſſus fuerit babebit vitam æternam; qui autem negaverit, babebit pœnam perpetuam.* Maximus dixit: Condoleo tibi, & do conſilium, ut magis ſacrifices, & vivas nobiſcum. Julius reſpondit: *Si vixero vobiſcum, mors mibi eſt. ſi autem mortuus fuero, vivo.* Maximus dixit: Audi me, & facrifica; ne te, ut promiſi, occidam. Julius reſpondit: *Hoc eſt quod frequenter rogavi, ſi merear ut facias.* Maximus dixit: Elegiſti ergo magis mori quam vivere. Julius reſpondit: *Elegi mori ad tempus, vivere autem in perpetuum.* Sic Maximus Præſes dedit ſententiam. [Sententia in eum.] Julius nolens præceptis Regum adquieſcere, capitalem accipiat ſententiam.

II. Cum autem ductus fuiſſet ad locum ſolitum ſanctus Julius; oſculabantur eum omnes. Beatus autem Julius dicebat: *Unuſquiſque videat qualiter oſculetur.* ESICHYUS[4] autem quidam Chriſtianus, cum eſſet miles, & ipſe cuſtodiretur, dicebat ſancto Julio martyri. „Obſecro te, Juli, cum gaudio „comple pollicitationem tuam, & ac„cipe coronam, quam Dominus confi„tentibus ſe dare promiſit, & memor „eſto mei. nam & ego ſubſequor te. „Plurimum etiam ſaluta PASICRA„TEM & VALENTIONEM[5] famulos „Dei, qoi nos jam per bonam confeſ„ſionem præceſſeruot ad Dominum. Julius vero oſculans Eſichyum, dixit: *Frater, feſtina venire. Mandata enim tua jam audierunt quos ſalutaſti.* Et hæc dicens ſanctus Julius accepit orarium, & ligavit oculos ſuos, & tetendit cervicem ſuam, & dixit: *Domine Jeſu Chriſte, pro cujus nomine bæc patior, tu cum ſanctis tuis meum collocare dignare ſpiritum.* Miniſter itaque diaboli educens gladium, finem impoſuit beatiſſimo Martyri. Martyrizatus eſt autem venerabilis Dei famulus Julius apud provinciam Mœſiam in civitate Doroſtorenſe, die VI. Kal. Jun. agente Maximo præſide, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

4 Heſychii militis & martyris feſtum recolunt Martyrologia quæque die 17. Junii, ut jam diximus, in quorum nonnullis, ut apud Adonem, Notkerum, &c. hic Actorum ſancti Julii locus laudatur.

5 Hos Martyres cum duobus aliis, biduo ante Julium, Doroſtori eumque mortem ſubiiſſe referunt vulgata Martyrologia. De quibus Henſchenius agit ad diem 25. Maji. Coluntur a Græcis 24. Aprilis.

## *ADMONITIO*

### In Acta SS. MARCIANI & NICANDRI Martyrum.

[Acta unde habita.] 1. Acta ſanctorum Marciani & Nicandri ex mſ. cod. bibliothecæ Vallicellanæ Oratorii Romani eruta, Muſei Italici tomo 1. inſeruit noſter Johannes Mabillonius, quorum Martyrum paſſionem a Salomone Atinenſi epiſcopo, itemque a Petro Diacono Caſinenſi deſcriptam fuiſſe tradit Ughellus tomo 6. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Atinenſibus, ſed non dicit utri eorum attribuenda ſint ea Acta, quæ ibi ex mſ cod. characteribus Longobardicis, ut ait, exarato refert. Verum id reſcire parum intereſt, cum nibil aliud eſſe conſtet quam Acta antiqua variis additamentis interpolata: quibus idcirco rejectis Mabilloniana, ad quinque codd. mſſ. Vaticanæ bibliothecæ exacta, cum iis quæ Antonius Carracciolus in biſtor. Neapolit. vulgavit, collata, hic exhibemus.

[Memoria.] 2. Celebris eſt etiam apud Græcos Marciani & Nicandri memoria, quorum feſtivitatem die 8. Junii in Menæis, cum brevi eorum martyrii compendio celebrant. Unde ſuſpicabar hos Martyres in Græcia paſſos fuiſſe, & quidem in Mœſia, quod ex ſancti Julii Actis probari poſſe videbatur, ubi etiam Paſicratis martyris mentio habetur. Quin & idem eſt præſidis nomen, idemque genius, ſi acta utraque inter ſe conferantur. Acta ipſa græce habentur in cod. Vaticano num. 655. quorum initium refert Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, pag. 127. Reclamant tamen Atinenſes & Venafreoſes Campaniæ Italicæ populi, qui bos [Locus.] Martyres, ſicut & Paſicratem & Dariam, ſibi attribuunt, apud quos ſane antiquus videtur eſſe horum Martyrum cultus die 17. menſis Junii, quo item die in Martyrologio Romano memorantur. At non ſibi conſtat

*propterea in corpus meum tibi poteſtatem feci, Fac igitur quod vis: ego Chriſtianus ſum*. Hinc præſes ad Marcianum: Quid tu, ioquit, Marciane? Marcianus dixit: *Eadem quæ commilito meus etiam ego affirmo*. Præſes: Ergo ſimul etiam in carcerem ambo trudemioi, pœnam ſine dubio ſubituri.

*Secundo confeſſio.*

III. In carcerem vero miſſi, poſt viginti dies [7] iterum ad præſidem adducuntor. Ad quos præſes: Sufficit, inqnit, vobis, Nicaoder & Marciane, tempus ad monendum, ut imperialibus ſtatotis parere velitis. Ad quem Marcianus. *Multitudo verborum tuorum neque nos a Fide faciet recedere, neque negare Deum. Præſentem enim eum videmus, & quo*[8] *vocat cognoſcimus. Noli ergo nos retinere. Hodie enim fides noſtra in Chriſto completur. ſed mitte nos cito, ut videamus Crucifixum, quem vos ore nefario maledicere non dubitatis, quem nos veneramur & colimus*. Ad hæc præſes: Ecce pro deſiderio, inquit, veſtro morti trademini. Tunc Marciaous: *Per ſalutem tibi*, inquit, *petimus Imperatorum*[9], *ut nos citius mittas. nec enim ſuppliciorum formidine id te ut facias adjuramus, ſed ut cito noſtro deſiderio potiamur*. Tunc Maximus: Mihi non contradicitis, inquit, neque enim ego vos perſequor, ſed Imperatorum præcepta. unde alienus ſum ac muodus a veſtro ſanguine. Si autem ſcitis vos bene ituros, gratulor vobis: veſtrum deſiderium compleatur. Hæc dicens, ſeotentiam in eos pronuntiat capitalem. Sancti vero Chriſti Martyres, quaſi una voce ac lingua dixerunt: *Pax tecum, præſes humane*. Ibant ergo gaudentes & benedicentes Deum. Et Nicandrum quidem ſequebatur uxor ejus, ac Papianus [10] frater Martyris Paſicratis, filium Nicandri portans iofantem, atque ei gratolaus de ſalute: Marcianum vero ſequebantur cognati, atque uxor ejus veſte conſciſſa, quæ talia profundebat. Hæc, inquiens, ſuot, Marciane, quæ tibi dicebam in carcere, id timens, atque id plorans. Væ miſeræ mihi! non mibi reſpondes? miſerator eſto mei domine: aſpice filium tuum dulciſſimum: convertere ad oos, noli nos ſpernere. Quid feſtinas? quo tendis? cur oos odiſti? veluti ovis ad victimam es ſublatus. Marcianus vero convertit ſe, atque eam acerbius iotuebatur, dicens: *Quamdiu ſatanas mentem tuam atque animum obcæcavit? ſepara te a nobis: concede mibi, ut martyrium Deo perficiam*. ZOTICUS vero quidam Chriſtianus manum ejus ſuſtentans dicebat: Bono animo eſto, domine frater. Bonum certamen luctatus es: nobis vero iofirmis unde talis fides? Veniant tibi in mente promiſſiones, quas Dominus polliceri dignatus eſt, quas nunc vobis reddet. Vere vos perfecti Chriſtiani, & beati eſtis. Uxor vero ejus ſe ingerebat plorans, atque eom retro trahens. Tum Marcianus ad Zoticum: *Tene*, inquit, *uxorem meam*. quam Zoticus Martyre dimiſſo continuit. Poſtquam vero ad locum veniſſet, circumſpexit Marcianus, ac de multitudine Zoticum ad ſe vocavit, atque ei dixit, ut uxorem ſuam ad eum adduceret, quæ cum fuiſſet adducta, oſculatus eſt eam, & dixit: *Recede in Domino. Non potes enim me martyrium celebrantem aſpicere, mente tua ſemel a maligno ſubrepta*. Infantem vero oſculatus, & cælum intuens dixit: *Domine Deus omnipotens, tibi ſit hujus cura*. Tunc martyres ſeſe iovicem complectuntur, & pauliſper a ſe perficiendi cauſa martyrii diſceſſerunt. Marcianus vero circumſpexit, & vidit uxorem Nicandri, quod præ multitudine ad eum accedere noo poſſet. Manu itaqne ei porrecta, eam ad virum ſuum adduxit. Ad quam Nicander: *Deus*, inquit, *ſit tecum*. Illa vero juxta eum conſiſtens dicebat: *Bone domine, bono animo eſto. Oſtende tuum certamen. Decem annos in patria ſine te feci, ac momen-*

*Marcianus Parentum fletus contemnit.*

7 Apud Ughellum, *Exolutis triginta diebus*.

8 Vallicel. *quo*.

9 Is locus Ughello & aliis, qui hos Martyres ſub Domitiano paſſos fuiſſe contendunt, aliquod negotium faceſſere poteſt. De ejuſmodi juramentis plura jam diximus.

10 Ughel. *[illegible]*.

*mentis omnibus a Deo ut te viderem optabam: nunc vero vidi, & gratulor ad vitam proficiſcenti. Ecce nunc clarius exclamabo & gloriabor, uxor Martyris conſtituta. Bono animo eſto, domine, ac redde Martyrium Deo, ut me etiam de morte perpetua liberes.* Poſt bæc percuſſor orariis oculis martyrum circumdatis, injecto gladio finem eis dedit martyrii. Requieverunt autem Chriſti Martyres Nicander & Marcianus 15. Kal. Julii, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt bonor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

*(Sic deſinunt Acta apud Carracciolum & in 2. mſſ. Vatic. uno ſcilicet græco, & altero latino. At cod. Vallicellæ bæc babet.)* Et ſic eodem genere martyrii in hoc mundo interempti, ambo victores & triumphatores martyres Chriſti ad æterna gaudia migraverunt in cælis, qui pro amore Dei minas hominum & verbera contemnentes, Cbriſti amici effecti ſunt in regno cælorum. Dignis itaque honoribus ſunt venerandi ſæpiſſime, ut eorum precibus mereamur conſequi cælorum regna ac præmia largiſſime. Qui in pluribus locis Chriſto operante multa beneficia præſtant. Suſcepetunt martyrium ſexto-decimo Kalendas Julias, regnante, &c.

*(In 3. aliis mſſ. Vaticanis bæc adjecta ſunt.)* Requievetunt autem Chriſti martyres Nicander & Marcianus, & DARIA uxor Nicandri cum filio ſuo, in civitate Venaſro [11]. Tunc Chriſtiani abſtulerunt corpora eorum, & ſepelierunt ea prope locum, in quo decollati fuerant: in quo loco fabricata eſt baſilica ad honorem nominum ipſorum. Sub altare ejuſdem baſilicæ quædam ſtilla manat, de qua infirmi multotiens ſanitate recepta uſque in hodiernum diem potant, qui in ſingulis locis ſuis, Chriſto operante, multa beneficia præſtant. Suſceperunt autem martyrium XV. Kal. Julii, regnante, &c.

11 Venafrum, civitas epiſcopalis ſub Metropolitano Capuano, non longe ab Arina, quæ fuit etiam olim epiſcopalis ſedes, ubi, vel in loco inter utramque civitatem medio, ii Martyres paſſi dicuntur, & ſepulti in parvo habitaculo juxta corpus ſancti Marci martyris primi epiſcopi Atinenſis. De his vide Chronicon Atinenſe apud Ughellum tomo 6. Italiæ ſacræ.

Anno Chriſti .....

## ACTA Sancti PATRICII epiſcopi & martyris.

*Ex cod. mſ. græco Bibliotbecæ S. Laurentii apud Florentiam, latine reddita per Jobannem Raveſtenium in Aprili Bollandiano.*

I. JUlius Proconſul, qui provinciam per ea tempora adminiſtrabat, cum furore inſaniens idololatriæ, ingreſſus thermas ſacra Aſclepio & Saluti [a] peregiſſet; atque recreatus ex iis egrediens, tribunal conſtitui, & ſanctum ſibi PATRICIUM ſiſti juſſiſſet. Quanta, inquit, diis noſtris potentia ſit vide, tu qui ad vanas adhæreſcens fabulas Chriſtum inſanus invocas. Vide quam ultro dii noſtri, thermarum conceſſa virtute, ſalutares ſint nobis, quæ patris in primis Aſclepii virtus, quæ gratia: cumque, ſi vis cruciatus effugere & vincula, ſi vitam in patria tranquillam agere, ſupplici prece veneratus adora. Patricius vero: *In quam multa*, inquit, *Proconſul, mala brevi oratione linguam laxaſti!* Et Proconſul: In quæ autem mala, miſer, linguam ego laxo, quod ita me coarguis? Fateri certe debes abeſſe a fuco quæ oculis uſurpamus. At Patricius: *Illuſtriſſime proconſul*, inquit, *quod quidem ortum & ſcaturigines barum thermarum ſpectat, edocebo te ſi patienter audire me volueris.* Cui Proconſul: Quamquam nil præter ſpecioſam hic a te fabulam expecto, age, ediſſere tamen, ut quid allaturus ſis audiam. *Nullam*, inquit Patricius, *fabulam afferam.* Et Proconſul: Ecquam ergo de thermarum origine diſſertationem aliam? *Cbriſtianus ſum*, inquit Patricius, *& quiſquis bæc ſacra profeſſus, verum & unicum univerſi Numen adorat, animum divinorum atque bujuſmodi myſteriorum intelligentia imbutum babet. Quapropter & ego,* qui,

Patricius ſiſtitur.

a Celeberrimum olim Saluti deæ templum Romæ a Junio Bubulco Cenſore extructum fuiſſe refert Tit. Livius lib. 9. cujus mentio paſſim apud auctores habetur. ab eoque dicta eſt porta Salutaris.

*qui, quamvis peccator, Chriſti tamen me famulum profiteor, veritatem explanare ſuper his ſcio.* Sed quis, inquit Proconſul, tam ſit fidens, & temerarius qui ſapere ſupra Philoſophos videri velit? *Sapientia*, inquit Patricius, [1. Cor. 3.] *hujus mundi ſtultitia coram Deo eſt. Scriptum eſt enim: Comprehendens ſapientes in aſtutia ſua. Et iterum gratias agens Patri ſuo Chriſtus ait: Gratias tibi ago, Pater, quoniam abſcondiſti hæc a ſapientibus & intelligentibus, & revelaſti ea parvulis: ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. Iterumque Apoſtolus: Non cognoverunt veritatem. Si enim cognoviſſent, Dominum gloriæ non crucifixiſſent.* [Matth. 11. 25.] [1. Cor. 2.] Hic vero: Magna quædam, ſed perplexe loqueris, inquit Proconſul. Age tamen, ediſſere quo auctore hæ thermæ ſcaturiant, & fervens hæc aqua cujus virtute adeo ebulliat. Ego certe id providentiæ deorum acceptum refero, hominum ſaluti munere hujuſmodi conſulere cupientium. Ad quæ Patricius: *Antequam dicere*, inquit, *agredior, jube Proconſul hæc ſepta tolli, ut audiri ab omnibus queam.* Et Proconſule tolli ea jubente, locumque implente hominum corona, vocem in hujuſmodi verba attollens, ita eſt orſus. [Fervens.] *Ignem & aquam idem, qui humani generis eſt auctor, ex nihilo per ſuum unigenitum Filium omnipotens & æternus Deus condidit: & ex igne quidem verbo lucem, ſolemque, & reliqua luminaria molitus, nocti partim, partim diei prælucere ea juſſit.* [Per J. Chriſtum omnia condita.] *Eo enim ejus ſe extendit efficiendi potentia, quo volendi facultas. Ex aquis vero & cæli firmamentum compegit, & ſupra eaſdem tellurem ſolidavit, effecitque in ipſis provida & præſcia virtute omnia ea, quibus formandum mox a ſe hominem carere non poſſe ſciebat. Prænoſcens autem quod homines conditorem ſe ac Dominum ſuum offenſuri eſſent, & abjecto vero Numine, cultum fictis ſimulacris adhibituri, geminas præter hæc ſedes apparavit, earumque alteram ſempiterna illuſtrem luce faciens, omnibus iiſque exquiſitiſſimis bonis cumulavit: alteram vero perpetuis tenebris, & nunquam finiendæ caſtigationis igne, velut ſempiterno ſupplicio implevit: ut qui placuiſſent illi, dictoque audientes fuiſſent, poſt reditum ad vitam ſedem bonorum nancti, in luce perpetua degerent; qui vero vivendi licentia ejus iras commeruiſſent, in tenebras ad omne ſupplicium, & ſempiternos cruciatus deturbarentur. Ignem vero ab aqua, & lucem a tenebris ſeparans, ea quemadmodum ſingula condidit, ita ſuis ſedibus diſcrevit. Eſt autem & ſupra firmamentum cæli, & ſubter terram ignis atque aqua; & quæ ſupra terram eſt aqua, coacta in unum, appellationem marium; quæ vero infra, abyſſorum ſuſcepit, ex quibus ad generis humani uſus in terram velut ſiphones quidam emittuntur & ſcaturiunt. Ex iiſdem quoque & thermæ exſiſtunt, quarum quæ ab igne abſunt longius, provida boni Dei erga nos mente, frigidiores; quæ vero propius admodum, ferventes fluunt. In quibuſdam etiam locis & tepidæ aquæ reperiuntur, prout majore ab igne intervallo ſunt disjunctæ. Subterraneus autem ignis animabus impiorum excruciandis deſtinatus eſt aquaque omnium infima atque gelidiſſima, concreſcens in glaciem, tartarus vocatur, in quo de diis veſtris & cultoribus eorum numquam finiendum ſupplicium ſumitur, quemadmodum & quidem poetarum veſtrorum cecinit, dicens: Fines terræ ac maris nihil ſunt, quam eorum extremi termini, in quibus ſedentes Japetus [a] & Saturnus (hæc enim deorum veſtrorum ſunt nomina) nec fulgore ſereni ſolis, nec ventis demulcentur. Tartarus vero tanto aliis inferior eſt, quanto cælum ſupra attollitur. Hæc autem ita ſe habere perſuade tibi, vel ex eo qui in Sicilia exæſtuat igne* *. [* Mons Ætna.]

II. Ad hæc Proconſul: Chriſtus ergo horum auctor, & non dii ſunt? *Chriſtus*, inquit Patricius. *Scriptum eſt enim*, [Johan. 1.] *quia omnia per ipſum facta ſunt.* Et *Dii* [Pſalm 95.] *gentium dæmonia; Dominus autem cælos fecit.* [Chriſtus cælorum creator.] Proconſul denuo: Ain tu Chriſtum cælos molitum eſſe? *Aio enim-* [Pſalm. 8. 4.] *vero*, inquit Patricius, *juſta id quod*

*ſcri-*

a Hunc gigantem fuiſſe aiebant cæli ſeu Titanis & terræ filium, de quo Virgil. lib. 2. Georgic.

*ſcriptum eſt: Quia videbo cælos opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.* Ad quæ Proconſul: Ubi igitur, inquit, in has te thermas ego præcipitem dari juſſero, quia ſpretis diis, Chriſtum earum auctorem facis, uri ille nequaquam te ſinet. *Deos equidem*, inquit Patricius, *non exſiſtentes non ſperno, cum nemo id quod non eſt vituperare ſoleat; at penes Chriſtum, poteſt enim cum vult, ſervandi me poteſtatem eſſe ſcito: poteſtatem item, ubi voluerit, hoc quo mortali adſtringor vitæ vinculum per ſuas thermas diſſolvendi. Scito quidquid me ſpectat & manet perſpectum ei atque exploratum eſſe, immo ita illum rebus intereſſe univerſis ut abſque voluntate ejus ac decreto ne pilus quidem unus ex capite cujuſquam hominis defluat, aut avis ſe in laqueum induat. Idque quod dico perſuaſum habeant omnes, ipſius Veritatis oraculum eſſe; & illos qui ſaxa adorant tecum, perpetuo tartaro mancipatos, ad ſempiternum in eo ſupplicium dedi.* His vero auditis Julius, ſupra quam dici poteſt commotus, nudatum veſte in ferventes aquas abjici juſſit. qui dum præcipitaretur, *Domine Jeſu Chriſte, ades mihi ſervo tuo*, precabatur; ſtillæque abſiſtentes e thermis inevitabili exitio circumſtantes milites urebant. Ipſe vero ſanctus Patricius in balneum, velut in refrigerium, ingreſſus, cum diu in eo innoxius jacuiſſet, ab irato Proconſule per milites educi, & ſecuri percuti eſt juſſus. Quapropter tenſis in cælum manibus: *Deus omnium Rex*, orabat, *& Domine qui propria virtute viſibilem atque inviſibilem ſimul creaturam contines, exauditor invocantium te in veritate; qui haſce thermas in ſalutem quidem juſtorum, ſupplicium vero improborum condidiſti; aſſiſte oppetenti mihi mortem in confeſſione fidei tuæ.* Quæ cum finiſſet, poſitis genibus, capite cæſus fuit: & Chriſtiani qui aderant, curato ſancti Martyris funere, exuvias ejus in publica via condiderunt. Cæſus vero eſt ſanctus Patricius die decima nona menſis Maii [3], per gratiam Jeſu Chriſti, cui gloria & imperium cum Patre & ſancto Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

*In thermas dejicitur.*

*[illegible] [illegible] [illegible].*

*SS. [illegible].*

3 Hac die feſtum ejus recolunt Græci in Menæis & Menologio Card. Sirleti, & iterum die 28. Aprilis. quo quidem die in Martyrologio Romano memoratur. Vulgo ipſi adjunguntur ſocii *Acacius*, *Menander*, & *Polyænus* presbyteri, qui omnes Pruſæ in Bithynia paſſi dicuntur: qua in regione tres urbes epiſcopales ſub *Pruſa* nomine occurrunt.

## PASSIO SS. XXXVII. Martyrum Ægyptiorum.

*Ex 2. codd. mſſ. & Januario Bollandiano.*

Anno Christi ....

*Teſtimonium Pauli, Pauſii, Dionyſii, Thonii, Horpeſii* [1], *Hori, Dionyſii, Ammonii, Beſſammonii* [2], *Agathi, Recumbi, Baſtami, Sarmathi* [3], *Proteæ* [4], *Orionis, Colluti* [5], *Didymi, Peleſii, Arati, Theonæ* [6], *Hippeæ* [7], *Romani, Saturnini, Pinuti* [8], *Serapionis, Papiæ* [9], *Baſtamoni, Pantheri, Papiæ* [10], *Dioſcori, Heronis, Potamonis, Peteci, Oecomeni* [11], *Zotici, Cyriaci* [12], *& Ammonii.*

*XXXVII. viri nobiles.*

I. Hi triginta ſeptem viri fortiſſimi & athletæ Chriſti, unanimiter acceſſerunt ad martyrium. Ibat quidem ad Judicem oblatorum multitudo, & tanta, ut non ſolum eum terreret, verum etiam ad dementiam fere perduceret. Virorum enim probabiliorum Ægypti martyrium fiebat, nec quiſquam erat eorum ignobilis, aut fortunæ deterioris; ſed erant de principali quodam & honorando apud eos genere, quorum ordinem quidem ſub uno nomine retinere difficile fuit. Verum uniuſcujuſque paſſiones referendæ ſunt, ita ut contigit eos venire ad refrigerium. Horum namque virorum hujus etiam multitudinis atque pulcherrimi exercitus non unum, nec idipſum colloquium [13] fuit:

*Per totam Ægyptum [illegible].*

1 Cod. Noail. Horpeſſi. Colb. Orſeſſi.
2 Noail. Beſſoni.
3 Noail. Sarmatti. Boll. Sarmata.
4 Colb. Prothi, Orionis.
5 Colb. Collothi. Noail. Colluſſi.
6 Colb. Tomii. Noail. Theona.
7 Colb. Yppei. Noail. Ypee.
8 Colb. Pyrhi. Noail. Pinuhti, cod. Welſeri e Phiniti.
9 Boll. 1. Papa
10 Colb. Papii.
11 Noail. Oetomeni. Colb. Herhomenti.
12 Colb. Obſaci.
13 Noail. collegium.

fuit: ſed ac ſi ex Spiritu ſancto quadrifaric omnem Ægyptum circumcinxerant, quidam ad matutinam Orientis, quidam ad Occaſus veſpertinam, & alii quidem ad Septentrionalem plagam, alii vero ad Meridianam. Eſt ergo horum agmina narrare vel maxime neceſſarium. In numero enim ſanctorum doctorum [14] ponens eos Dominus, in circuitu miſit eos crudire indoctos. Sed illorum humanitatem inſipientes & minus eruditi ignorantes prodiderunt eos tamquam perniciosos & nefanda agentes: ſicque ſuſpicantes de eis, comprehendentes eos ligabant, cædebant, & cruciatibus afficiebant. Hæc autem omnia gratanter amplectebantur hi qui ad martyrium ducebantur; & quantum ad eorum impedimentum proficiebant iniqui, tantum ad benevolentiam pietatis increſcebant beatiſſimi.

II. Hoc itaque non ignorabat Ægypti Princeps, propriaque malitia atque amatiſſima ultra modum crudelitate incenſus, accepto domeſtico conſilio, juſſit eos, ita ut erant quadripartito modo per Ægyptum plantati, ſic & offerti ſibi. Illi vero non mente, nec fide, nec voluntate diſſonantes, ſed divinum quoddam & ſacratiſſimum agmen imitantes, ita cinxerant Ægyptum, docentes rectam & juſtiſſimam viam homines, & hanc inſciis oſtendentes. Eratque hujus agminis ſacroſancti Paulus gerens principatum, non diſſimilis illi gentium Doctori, qui veram errantibus oſtendit viam. Huic conſimilis erat beatus Panſius: ſequebaturque hunc tertius Dionyſius ſanctiſſimus, Thonii, & Horpreſii & Hori coitinerarius: quos comitabantur Dionyſius & Ammon, & cum iis Ammon & Agatho, in choro orientalis partis verbum Domini prædicantes.

*Paulus & alii in parte Orientali.*

In Septemtrionali vero parte non infirmiores erant ab his qui hunc modum arripuerant, ſed magis in ſua profeſſione fulgebant, etiam ſi quædam contentio habebatur fidei in eis. Quæ etenim erat illorum ſanctorum contentio, niſi ut unuſquiſque eorum magis ac magis probaretur Chriſto? Erant autem in eodem choro comitantes, ſanctiſſimus Recumbus, una cum Baſtamo, Satmata, & Protea [15]. Hos quoque non longe ſequebatur Orion vir inter ceteros nitens, Collotus, & Didymus, cum quibus Pleſius & Arato eumdem chorum replebant.

*In Septemtrionali Recumbus & alii.*

*In Meridiana Theonas &c.*

Erant autem ad Meridianam partem Theonas ad Dominum [16] plantatus, cui & creditum fuerat fidei gubernaculum tenere, & ſuadere adeuntes: qui non quidem ſingularis in hoc adminiculo ſegregatus habebatur, verum eumdem numerum Sindoniæ [17] prioribus complebat una cum Hippea, Romano & Saturnino, Pinutio iis etiam adhærente, neque deficiente Scrapione. & Baſtammone bis adhærente; & Papa confeſtinante, atque Panthero fide cumulata comitante. Hic chorus ad Meridianum erat diſpoſitus prophetare verbum Dei, & magiſterium ceteris exhibere. At etiam in Occidentali parte non deficiens Dominus nec fraudans ea Doctores, conſtituit in ea Papiam, Dioſcorum, Eronem, & Potamonem, adhærentibus ſibi in eodem choro individue Petheco, Oecomeno, Zotico, Cyriaco, & Ammonio, & ſimili cum eis occidentalem partem decreto conſoventibus.

*Papias, &c. in Occidentali.*

III. Hi itaque omnes per omnem Ægyptum verbum Domini circumſpicientes, in uno hoc habebant contentionem, quis eorum Domino magis ſerviret, vel quis paratior ex his ab adverſario ſuſciperet paſſiones. Quapropter non incaſſum æſtimavimus, fratres, & hoc ipſum vobis manifeſtare. Ille enim caret ignorantiæ culpa qui non ſponte ignoraverit. Unde ab errore revocati, accipite memoriam patrum catnalinm noſtrorum, & diſcite quomodo peccantes erraverunt a via recta [18], antequam Filius Dei in carne appareret, cum adhuc in ſinu Patris moraretur.

*Chriſtus ante incarnationem, in ſinu Patris.*

Idcir-

14 *Hinc eos crediderim diaconos fuiſſe, vel alius cujuſvis ordinis clericos, licet milites fuiſſe dicantur in vulgatis Martyrologiis.*

15 *Nomina hic in unoquoque codice habentur ut in titulo, & ſic in aliis locis.*

16 Noail. *a Domino.*

17 Cod. Colbertin. *Syndons.* In cod. Noail. hæc vox cum ſequenti deeſt.

18 In utroque mſ. paullo fuſior eſt hæc oratio.

Idcirco nec Pater Deus ſuſtinens continere Filium, dedit deſcendendi promiſſionem; nec Filius iternm deſcendere pigritatus eſt ad carnem, ſed hac indutus prædicabat prius Patrem Deum, deinde ſemetipſnm Dei Filium docebat, ac poſtremum Juſtitiæ verbum vocibus & doctrinis Propbetarum confirmavit: quem nec ipſi ſine ipſius adſpiratione vociferati fuerant. Nam & priuſquam ad nos dignaretur venire, ipſe erat qui per Propbetas legem dabat & prophetabat. Hanc itaque Ægyptum conſimili circulo omnes prædicti ſancti circumdantes, docebant errantes, inſtruebant obedientes, & pro delictis patrum rationem [29] veriſſimam exhibebant. Si ergo deliquerunt patres, nos illorum caſu emendemur: ſi deviaverunt per inconſtantiam, nos per fidem ſtabiliti curramus curſum quem credentes ſuſcepimus. Nam & nos hæc mente cogitantes & fidei nos committentes, fideliter vobis, pro quibus ſermo præconium exponere incboavit, rationem reddimus: quia erat quidem contentio in prædictis; verum non contraria, ſed religioſa. Contendebant inter ſe, quis prior eorum de errore hominem lucraretnr: æſtuabant enim, quis majorem populum Deo adunaret. Hæc [30] andiens impius princeps Ægypti juſſit eos ſibi præſentari: præſentatoſque cœpit blandis affari verbis, ut ſacrificarent diis, adjiciens bæc: Liberate, inquit, vos de morte amariſſima; tormenta lucramini, vineite crudelem neceſſitatem: quia lex imperatorum aut ſacrificare, aut mori præcepit. Paulus autem ſanctus, hujus agonis totius principalior, reſpondens dixit: *Nos ſcimus quia diis ſacrificare pernicioſius eſt quam mori. Illud quidem abnuimus ut contrarium*; *tu vero occide, & ne parcas. Nos enim dæmonibus non ſacrificabimus*. Audiens hæc Judex, & exaſperatus dictis ejus, juſſit eos qui ad orientalem partem erant ſortiti, igni tradi; ſeptemtrionales vero capite plecti; eos vero qui erant ad partem meridianam, igne cremari: & eos qui ad occidentalem, paſſioni dominicæ tradi * præcepit [31], & nt verius dicam, bos nobis ſanctos Dominus Jeſus Chriſtus donavit, ut eorum quatripartita cuſtodia tuti in boc ſæculo converſaremur, ad laudem & gloriam nominis ſui, cui eſt bonor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Chriſtus ante incarnationem per Prophetas loquebatur.*

*Fortis multo reſpondetur.*

* *Id eſt*, crucifigi.

29 Cod. Noſil. *rationem dantes, a peccatis abluebant.*

30 Quæ ſequuntur in codd. noſtris fuſius etiam narrantur: ſed quia idem ſenſus eſt, Bollandi lectionem, niſi ubi deficere videtur, retinare maluimus.

31 Annus martyrii incertus eſt. Diem 16 Januarii aſſignat cod. Colbertinus. Eorum tamen Acta, quæ ex 2. codd. mſſ vulgavit Bollandus, refert ad diem 18. ejuſdem menſis, quo die iſti Martyres memorantur in Martyrologiis Laetienſi & S. Martini Turonenſis.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium ſancti PHOCÆ.

1. ENcomium ſancti Phocæ martyris, a ſancto Aſterio Amaſeæ epiſcopo deſcriptum, vulgavit eruditus vir Franciſcus Combefiſius Ordiois Prædicatorum ex cod. regio, eum apographo Jaeobi Sirmondi collatum tomo 1. Auctuarii bibliothecæ Græeorum Patrum. Porro Cardinalis Baronius ad annum 314. & in Notis ad Martyrologium Romanum die 5. Martii, & 14. Julii conteodit, hoc in encomio Phocam hortulaoum cum altero Phoca Synopes epiſeopo ab Aſterio confuſum fuiſſe, eum Synope ortus, ac nautarum erga ſanctum Phocam devotio, quæ Aſterius de Phoca hortulaoo narrat, ad Phocam epiſcopum referenda ſiot; idque ex auctoribus Latinis probare nititur & nonnullis Græcis, quamvis poſtea Græcos utrique Phocæ Synopem patriam aſſignaſſe fateatur. At noo taoiæ videotur doctiſſimi Cardinalis rationes, quæ Aſterii auctoritatem elevare queant, cuius teſtimonium non ſolum ob antiquitatem, ſed etiam ob locorum vieiniam ceteris præferendum eſt. Fuit quippe Amaſeæ Ponti metropolis epiſeopus, eui iure metropolitano urbs Synope ſubiecta eſt. Exſtat quidem inter ſancti Johaonis Chryſoſtomi homilias una de ſancto Phoca martyre, quæ ſcilieet eſt 71. tomi 1. verum cum oihil aliud in ea habeatur quam beati Martyris reliquiarum ex Ponto Antiochiam ſacta translatio; oihil inde ad noſtrum propoſitum deduci poteſt. Ex hac tamen homilia colligi videtur, Phocam, quem Antiochiæ Martyrologia vulgata eelebraot, a Synopeoſi diſtioguendum non eſſe. Cui etiam attribuenda ſunt quæ Gregorius Turonenſis de *Foca*, *qui apud Syriam requieſcit*, narrat lib. 1. de gloria Martyrum

tyrum

tyrum c. 99. Verum de epiſcopo an de hortulano hæc intelligenda ſint; haud liquet. Focæ Synopenſis epiſcopi reliquias in Galliam translatas, & Viennæ in eccleſia Apoſtolorum depoſitas fuiſſe aſſeverat Ado in Chronico. Alias alterutrius translationes alii memorant, de quibus fuſius differere noſtri non eſt inſtituti. Baſilicam in martyris Phocæ honorem Conſtantinopoli conſtruxit Phocas tyrannus, de qua Cangius lib. 4. *CP.* Chriſtianæ; ſed & monaſterii ſancti Phocæ eccleſiam a Baſilio imperatore adornatam fuiſſe refert Georgius Cedrenus.

---

Anno Christi ....

## ENCOMIUM IN S. MARTYREM PHOCAM.

### Auctore beato ASTERIO epiſcopo Amaſeno.

*Ex tomo 1. Auctuarii Bibliothecæ Patrum Græcorum.*

*Gesta ſanctorum recolere utile.*

I. PUlcra eſt ac utilis honeſta colentibus ſanctorum memoria. Nedum enim eos qui virtutis ac pietatis deſiderio tenentur, ſermone erudit, verum etiam eorum qui recte vixerunt actiones locupletes magiſtros producit, &c. Sic & ego hodie ter beati PHOCÆ venerabile delubrum adiens, ex loci ſpecie, omnium ſimul quæ de illo geſta narrantur, memoria repleor. Video profeſſione hortulanum, animo ſimplicem, hoſpitalem, maritimæ regionis eximium decus, in Mediterraneam beneficum, ſanctum illum ſanctorum, ac iis qui Chriſti cauſa conſecuti ſunt gloriam, gloria potiori auctum. Sacer * quidem eſt ac divinus univerſus generoſorum ac fortium Martyrum catalogus, paſſione debitam pro paſſione referens gratiam, ac ſanguine pro ſanguine, debitam omnium Salvatori ſolvens remunerationem. Verum in his ipſis non una eſt omnium gloria, nec una menſura cunctis æqualia attributa ſunt præmia [1]: quin primum & ſecundum ne ſanctorum quidem effugit catalogus. Hujus autem rei, ut arbitror, cauſa eſt, quod ſit judex accuratus, nec quicquam in partem alteram inflecti queat. Intuetur enim & ſuppliciorum magnitudinem, & tolerantiæ conſtantiam, examinanſque certamina, pro meritorum ratione athletis diſtribuit præmia. Neque vero mirandum eſt, ita a Deo honorari juſtitiam, cum ne in humanis quidem Imperatores ac agonothetæ, viros fortes aut pugiles, æqualiter univerſos habeant; ſed cuique, pro rei præclare geſtæ modo dona congrua decernant. Hæc autem differui, quo virum qui hodierni conventus nobis præbuit cauſam, ſociis ac pugilibus, qui eoſdem deſudarunt agones, illuſtriorem oſtendam. Nam alii quidem, neque omnes apud omnes ſunt noti, neque hominum ſermone virtutem celebratam habent. Phocam autem nemo eſt qui ignoret: ſed quomodo ſolis radius univerſorum oculis explicatus eſt; ita etiam hujus Martyris fama omnium aures circumſonuit, atque ut paucis dicam, quotquot DOMINUM CHRISTUM noverunt, iidem quoque ejus noverunt fidelem ſervum. Verum enimvero relictis, ſi videtur, quæ ille cum aliis encomia habet communia, eximias Martyris laudes, Martyrum amantibus vobis recenſebo.

*Phocas hortulanus.*

** Hic incipit apud Surium & Sirmond.*

*Martyrum laus ſua inæqualis.*

*S. Phocas celebris.*

II. Tulit itaque ſanctum hunc virum, magnum, inquam, illud Chriſtianorum commodum, vicina Sinope, antiqua civitas ac nota, fortium virorum ac philoſophorum ferax [2]. Ne quis enim mihi in præſentiarum diverſam religionem reputet, ſed id tantum, num omnino ſtudioſorum virorum nutrix fuerit ac parens. Vitæ autem ſtudium ei erat horti cultura, quem ibi ante portam civitatis in iſthmi oſtio poſſidens, diligenter colebat, ut ſibi ac indigentibus eſſet vitæ ſolatium. Sed hoſpitibus promto ac alacri animo parvam

*Ejus patria & conditio.*

1 Græci, teſte Valeſio in cap. 23. lib. 6. Hiſt. Euſebii, Martyres dividunt in quatuor claſſes, in μεγαλομάρτυρας, ἀθλοφόρους, ἱερομάρτυρας & μάρτυρας ſimpliciter. Præterea Stephanus & Thecla dicuntur πρωτομάρτυρες. Hi tamen tituli aliquando confunduntur. Sic licet ἱερομάρτυς ſpecialius competere dicatur Martyribus Epiſcopis, aut presbyteris, tamen in codice regio Phocas hic hortulanus & laicus dicitur ἱερομάρτυς, & ſic alii paſſim apud auctores.

2 Hujus urbis laudes lege apud Strabonem lib. 12. qui ex ea ortus erat, ſicut & Diogenes Cynicus apud Laertium lib. 6. Ex eadem urbe Aquilam celebrem ſacræ Scripturæ interpretem oriundum fuiſſe teſtis eſt Epiphanius libro de Menſuris & ponderibus, num. 14.

parvam ac pauperem domum apertam volebat. Cum autem habitaret in via publica, quæ ſuppetebant adventantibus communia promebat: ac Lot quidam medius, non Sodomitarum, ſed Sinopenſium erat. Porro temporis proceſſu haud vacuum mercede mandatum invenit. Vivificæ enim mortis occaſio ex hoſpitalitate lucro acceſſit; unde vero, ac quonam modo, paullo altius repetentem audite.

*Perſecutio adverſus Chriſtianos.* III. Cum Chriſtianæ pietatis ſermone annuntiato, divina prædicatio ad omnem aurem exiret, Chriſtumque ac ejus myſteria redderet, *fremuerunt gentes*, ut ait Pſalmiſta, *regesque ac principes in unum convenerunt*, ac Chriſto regnante, errantes populi iraſcebantur. *Pſalm. 2. 1.* Quærebatur autem quilibet Chriſtianus tamquam maleficus, ac qui prope erat puniebatur; qui vero procul erat, inveſtigabatur. Quam ob rem Phocam quoque nequidem vile ſtudium, hortulanique conditio celavit, ſed is quoque ut verus Chriſti diſcipulus denuntiatus eſt. Ac ſane ad eum venerunt qui nulla judicii forma, nulla defenſione, a miſera hac fluxaque vita juſſi erant abducere: Nam erat tale crimen, quod vir ſtrenuus clara voce confiteretur, nulloque interrogante, operibus proderet; interrogante autem aliquo, impenſius gaudens clamore efferret. *Hoſpitalitatem exercet ergo perſecutores.* Venientes ergo illius lictores ſupplicii, noſtrique feſti auctores, apud eum ipſum qui quærebatur diverſati ſunt, ut neque ii cognoſcerent, neque ab illo cognoſcerentur. Interim vero adventus cauſam celabant, ut cum prius accepiſſent, ex iis qui habitabant extra civitatem, quiſnam eſſet Phocas, & ubi degeret, repente invadentes, ut quondam Judæi, Juda duce, Dominum in horto comprehenderent. Ignorabant autem ſe prædam habere intra retia, canes ovem, lupos agnum, rapaces aves ac uncungues columbam. Ut autem Iſaias propheta ait: hœdus cum pardo accubabat, agnuſque cum lupis paſcebatur, ac leones ſimul cum vitulo commune convivium inibant. *Iſai. 11. & 65.* Cum autem, uti moris eſt, menſæ ſocietas ac conſuetudo fiduciam invicem generaſſent, rogavit ex eis Martyr, *quinam eſſent, ac qua de cauſa ad ejus veniſſent civitatem*. Illi vero alacrem viri ſuſceptionem ac hoſpitalitatem reveriti, cum præcepiſſent, ne quod auditurus erat cuiquam enunciaret, ei arcanum aperiunt, ac inſidiarum exponunt fabulam, ut nimirum quærant capere puniendum Phocam. Quocirca hoſpitalitatis cumulo, hoc quoque beneficio ab eo affici rogabant, ut captando quem quærebant, una ipſe operam conferret ſuam. Audivit Dei ſervus, immotoque animo auditum ſermonem ſuſcipiens, nihil abjectum, ac quod puſillum animum indicaret, paſſus aut locutus eſt: neque periculo exterritus ſpectavit fugam, ejuſque ineundæ magnam ac liberam habens facultatem, cum ii necdum ſcirent eum eſſe quem quærerent; contra vero omnino fecit, ſe fortiter gerere, non fugere ſtatuens. Eorum itaque precibus annuit, & *Ego*, inquit, *in præſenti negotio vobis adjutor ero. Novi enim virum, & facile quæſitum inveniam. Nec erunt longiores moræ; ſed die craſtina vobis eum oſtendam. Vos tantum in hoc meo paupere diverſorio requieſcite.* *Se ipſum detegit.* Ubi ſic eis certo promiſiſſet, duabus ſe rebus diſpertit; nempe excipiendis tota humanitate occiſoribus, ac parando ſepulcro. Cum autem paraſſet foſſam, & quæ ad ſepulturam erant neceſſaria, *Ac ſepulcro ſibi parato.* ad eos poſtridie accedens: *Diligenter*, inquit, *vobis quæſivi Phocam, eſtque jam parata præda, ac, ſi lubet comprehendatur*. Illis autem præ gaudio quærentibus ubinam vir ille eſſet: *Non procul*, inquit, *ſed vobiſcum eſt. nam & ego ille ipſe ſum. Rem itaque exſequimini, longique itineris ac laboris ſcopum implete*. Obſtupuerunt animis homines, eoque audito diriguerunt, ſalem ac menſam reveriti, munificumque in paupertate convivam. Ad hæc vero, animos ut ſe interficerent exhortatione addebat; jubebatque ne quicquam dubitarent, dicens, ne fore quidem illorum manus

cæ-

cædem; ſed eorum facinus qui præcepiſſent. Dixit, perſuaſit, paſſus eſt, ac capite truncatus, grata Deo hoſtia oblatus eſt.

*Capite plectitur.*

IV. Ab eo tempore hactenuſque, columnam eum ac ſuſtentaculum divinarum per orbem eccleſiarum, o viri, habemus; eſtque ille Martyrum clariſſimus, habens ipſe primas partes inter optimos. Is omnes conferto agmine ad ſuum trahit domicilium, ſuntque plenæ viæ publicæ, iis qui ex unaquaque regione ad locum orationis contendunt. Atque eſt quidem magnificum illud templum, cui obtigit ut ſacroſanctum haberet Martyris corpus, eorum qui affliguntur relaxatio; eorum qui morbis laborant officina medica; eorum qui eſuriunt menſa. Abundantius enim nunc alit Phocas defunctus, quam prius Joſeph in Ægypto vivus. Nam ille quidem frumentum permutabat pecunia, hic autem gratis largitur egentibus: Sic mendicorum ac erronum turbæ ad Sinopes iſthmum, ceu ad commune aliquod penarium accurrunt. Sed illic quidem ſic. Si autem etiam alibi paucarum Reliquiarum impertitione, veluti coloniam aliquam ex metropoli deductam, ſibi Martyr conſtituit, eſt is quoque locus admirabilis, ac univerſis Chriſtianis deſideratiſſimus: quomodo utique noſter hic locus effectus eſt epulantium domus. *Pretioſa enim in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus:* multiſque locis diviſæ Reliquiæ integram ubique ter beato viro nominis ſervant caritatem. Sic etiam in regia civitate, Italiæ principe ac totius mundi regina, univerſi populi concurſu honoratur Martyr ac celebratur, habetque inſigni pulchritudine exſtructam ædem [3]. Non minus autem Romani Phocam colunt, quam Petrum & Paulum. Quamobrem, ut ferunt, caput Martyris ſummo ſtudio compararunt, contrariam ſceleratæ Herodiadi aſſumentes ſententiam. Nam illa quidem ſanguinem ſitiens, Juſti caput venerandum poſcit ad contumeliam: illi autem honoris cauſa, ſuæque ipſorum utilitatis, digne ſibi Martyris caput vindicarunt.

*Phocæ templum.*

*Pſalm. 115. 15.*

*Aliud Romæ.*

V. Nautæ autem ac qui ſunt vectores non ſolum qui tranſmittunt Pontum Euxinum, verum etiam qui ſecant mare Adriaticum, ac qui feruntur ſuper Ægeum, qui item occidentalem navigant Oceanum, quique maris Orientalis ſulcant ſinus, conſueta celeuſmata, quibus navigationis labores recreant, in novam Martyris laudationem verterunt, totuſque eis in ore eſt Phocas decantatus; quippe qui præſentis auxilii perſpicua argumenta præbeat. Nam ſæpe viſus eſt, nunc quidem noctu, maris procella inturgeſcente excitare gubernatorem ad clavum dormitantem; aliquando autem rurſus tendens rudentes, ac veli curam gerens, eque prora brevia proſpiciens. Quocirca nautis lege conſtitutum eſt, ut Phocam convivam habeant. Quia vero nequit fieri, ut qui nunc incorporeus exſiſtit, conviva ac menſæ particeps fiat; videte quomodo pia cogitatio, quod factu impoſſibile videbatur, facile reddiderit. Quotidie enim æquam unam, pro comedentium ratione, partem Martyri attribuunt. Eam autem unus aliquis e convivis emens, deponit pecuniam, idem alter ſequenti die, ac tertia alius, ſicque illa emtionis univerſos obiens partis emtorem quotidie ſuggerit. Poſtquam autem portus eos exceperit, diſtribuitur famelicis collecta pecunia; idque pars Phocæ eſt, pauperum beneficentia.

*Phocas Nautarum patronus.*

*Pia eorum conſuetudo.*

VI. Eum quoque Reges admirantur, qui fortiſſimus religioſiſſimuſque exſtitetit, ſuſpiciendique pauperis ædem ſacram, præclaris ac magnificis exornant donariis. Contendunt qui juniores accedunt ſuperare veteres; nec jam mirum ut Romani imperii homines pii, quorum vita regitur moribus atque legibus, uſque adeo Chriſti famulum venerentur, cum ad uſque barbaros pervenerit admiratio; feriſſimique omnes Scythæ, quotquot, inquam, habitant con-

*Regibus honoratur.*

[3] De hac baſilica nil reperire licuit niſi quod Octavius Pancirolus, Martinellus, &c. obſervant, in ara majore eccleſiæ ſancti Marcelli corpus ſancti Phocæ aſſervari.

continentem ex adverſo Pontis-Euxini; accolæ lacus Mæotidis, ac fluvii Tanaidis, ac quicumque incolunt Boſphorum, & ad Phaſidem uſque fluvium extenduntur. Omnes, inquam, hi obſequium Olitori præſtent: cumque moribus omnibus ac ſtudiis a nobis differant, hac una re ſola nobis conſentiunt, ut eorum feritas morum a veritate manſueſcat. Unus certe illinc princeps rexque coronam capitis deponens, auro ac gemmarum floribus magnifice ſplendentem, exuenſque pretioſæ materiæ loricam; quippe ſuperba eſt ac luxurioſa barbarorum armatura; utraque miſit donaria Deo per Martyrem, potentiæ ac dignitatis conſecrans argumenta. Clarum enim eſt miſiſſe coronam, ut pro regno gratias ageret, loricam vero ut pro virtute bellica. Quæ autem propter hæc continue eveniunt beneficia per viſiones in ſomnis, ac curationes quas ægroti conſequuntur, quo quis modo narraverit, cum ſermo ad ſingula accedere non poſſit? Nos ergo hic deſinentes, Salvatori gloriam offeremus, cujus ſervi fideles tantam gratiam ſunt conſecuti, ut in omni neceſſitate ac caſu, pro conceſſo eis dono conſervis ſuis benefaciant; idque poſtquam ab humanis exceſſerint, fuerintque ſeparati a corpore. Quorum memoria efficax, quotidie pervadens civitates ac vicos, ubique benefactorem Dominum prædicat, quem decet omnis gloria, honor & poteſtas, ac magnificentia, nunc & in ſæcula ſæculorum, Amen.

## *ADMONITIO*

### In Sermones de viginti Martyribus Africanis.

Anno Christi ....

*Martyres XX. unde nati?*

1. VIginti Martyres in Africa olim celeberrimos fuiſſe teſtis eſt ſolus Auguſtinus inter veteres; at nemo eſt qui tanto Doctori fidem negare velit, potiſſimum cum ea in re etiam quivis alius falli aut fallere vix potuiſſet. Baſilica enim in eorum honorem erecta nemini tunc temporis ignota eſſe poterat, & in ea ſermones, quos hic laudamus, palam coram omni populo pronuntiavit ſanctus Antiſtes. Ceterum etſi nuſquam dixerit Auguſtinus horum Martyrum reliquias ex aliena quapiam provincia in Africam allatas fuiſſe; immo & paſſim innuat non modo eorum corpora, ſed etiam Acta & parentes Afris notiſſimos fuiſſe; cum nempe eorum exempla quaſi ipſis familiaria imitanda proponit; nonnullis tamen viſum eſt, hos Martyres illos ipſos fuiſſe qui Tarſi in Cilicia paſſi dicuntur, eo tempore quo Bonifacius Aglaes ſervus ad coemenda, uti vulgata ejus Acta ferunt, Martyrum corpora illuc appulit. Verum cum nemo ante Petrum Equilinum, de Natalibus vulgo dictum, hominem non magnæ auctoritatis, id dixerit, hæc ſententia, quam tamen incaute Baronius, & aliquot alii viri eruditi ſecuti ſunt, merito a ceteris rejicitur. quo fit, ut ſi quid certi & indubitati de his ſanctis Martyribus habere velimus, neceſſario ad ſolum Auguſtinum recurrendum ſit.

2. Is in libro 22. de Civitate Dei cap. 8. narrat miraculum ad eorum *memoriam* factum, quæ, inquit, erat *apud nos*, id eſt in Africa, immo in propria urbe Hippone regio, ut hic & in aliis locis aperte innuit, *celeberrima*. In eadem baſilica Sermonem 148. habuit Auguſtinus, quod titulus ipſi præfixus indicat. Idem ſentiendum eſſe de Sermone 325. ex ejus inſcriptione & contextu diſcimus. Dicitur quippe *in natali XX Martyrum* habitus *die* eorum *ſollemni*, quo *ſermo debitus reddendus* erat, utique in propria eorum baſilica, ut ferebat conſuetudo illorum temporum. Nam tunc ſanctorum feſtivitates in propriis eccleſiis agebantur, ad quas celebrandas Epiſcopus & clerus ſimul cum populo ſaltem pro *ſtatione* illuc conveniebant. Hæc omnia in Natali XX. Martyrum obſervata fuiſſe ex Auguſtini verbis patet, quibus ſub ſermonis finem adſtantes monet, jam finiendum eſſe, quod *dies parvi* eſſent, & nonnulla adhuc ſupereſſent in altera, nempe eccleſia majori, peragenda. *Hæc*, inquit, *caritati veſtræ pro exhortatione in hoc ſancto loco ſufficiant, quoniam dies parvi ſunt, & adhuc nobis in majore baſilica reſtant quæ agamus cum caritate veſtra.*

3. Aliquot eorumdem Martyrum nomina refert ibidem Auguſtinus, quorum ducem FIDENTIUM epiſcopum appellat, unam ex his VALERIANAM, ultimam vero VICTORIAM; unde ſic ad eorum nomina alludit, *Initium a fide, finit ad Victoriam.* At plura de eorum geſtis habet ſermone ſequenti, in quo nempe eorum confeſſionem ex ipſis Actorum verbis erutam exhibet.

quare

quare viſom eſt ſermonem ipſum integrum proſerre, qui licet *In natali martyrum* ſimpliciter inſcribatur in codice Vignoriano, ex quo primum editus eſt, abſolute tamen ad viginti Martyres eum pertinere facile deprehenditur, ſi conferatur cum præcedenti, qui diſerte de vigiori Martyribus ioſcribitur. Et quidem vel ex ſola utriuſque lectione nemo non videt eoſdem omnino Martyres utrobique laudari. Idem probat, quod ambo conſequeoter deſcripti ſint non modo in cod. mſ. ſancti Victoris Pariſienſis, ſed etiam io duobus Remenſibus, ono ſcilicet Remigiano, qui vetuſtiſſimus eſt, & altero ex monaſterio ſancti Theodorici; in his vero tribus codicibus ſecundus ſermo non generatim *In natali Martyrum* inſcribirur, ut habent editi, ſed hoc modo, *Item ſermo ejus ſupra*, ſeu *unde ſupra*. quæ verba indicant, ut omnes norunt, de eodem argumento ac io ſuperiori, etiam io iſto tractari. Præterea in Theodoricenſi codice inter hos duos ſermones refertur cento ex ejuſdem ſancti Auguſtini ſcriptis conſarcioatus ſub titulo *in natali ſanctæ Victoriæ*, quæ quidem Victoria, oti mox obſervabamus, una fuit ex illorum XX. Martyrum ſodalitio.

4. Ceterum etſi ex his omnibns pateat celeberrimam olim ſuiſte horum Martyrum in Africa memoriam, non tameo indicata reperitur in ullo Martyrologio, nequidem in vetuſto Kalendario Carthaginenſi, quod ab optimo patre meo Mabillonio primitus editum, habetur etiam io appendice hujus volumiois. Occurruot tameo in vetuſtis Martyrologiis a Floreotinio editis aliquot Martyres Africani, diebus 15. & 16. Novembris recenſiti, qui nonnullis videntur ii ipſi eſſe quos ſub XX. Martyrum ritulo celebravit Auguſtious. Eorum conjecturæ favet temporis ratio. nam dies *parvi erant*, ut ait Auguſtinus, id eſt hiemales, quando celebrabarur XX. Martyrum feſtivitas, quod Novembri convenit. Deinde aliquot eorum Martyrum qui a Florentinio memorantur, nomina nempe *Fidentiani*, *Valeriani*, & *Victoris*, aliis intermixtâ, pæne conſormia ſunt iis quæ habet Auguſtinus. His adde *Hipponis* urbis menrionem, quæ in nonnullis codicibus ibidem occurrit. Sed hæc aliorum judicio permittere ſatius eſt. Memoria.

## SERMO S. AUGUSTINI EPISCOPI In Natali (XX) Martyrum.

*Ex Editione Benedictin. Serm.* 326.

[illegible] I. SOllemnitas beatiſſimorum Martyrom lætiorem oobis reddit diem. Lætamur quia de terra laboris ad regionem quietis Martyres tranſierunt: ſed hoc non ſaltando, ſed orando; non potaodo, ſed jejnnando; non rixando, ſed tolerando meruerunt. Cootriſtabaotur, credo, parentes eorum quando ad paſſionem abierunt: ſed illi lætabantur
Pſalm. 121. 1. & dicebant: *Lætatus ſum in bis quæ dicta ſunt mibi, in domum Domini ibimus. Nolite, parentes, nolite plangere gaudia noſtra. Si eos quos nutriſtis, non vultis in gebennam ire; imitari debetis, non impedire.* Illi noverant quo pergebant, & parentes increduli ſine cauſa plangebant. Sed tunc amantes filios carnales lugebant: poſtea credentes in Deum di-
Pſalm. 29. 12. cebant, *Convertiſti planctum meum in gaudium mibi, conſcidiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitia.* Utinam, fratres, rnmpatur in nobis ſaccus pœnitentiæ, & effundatur pretium indulgentiæ. Martyres omnes ſarcinas lucrorum ſæculi hujus bic poſueruot, hic demiſerunt, & viam quæ ducit ad vitam expediti ſicut boni milites cucurrerunt; ſicut ſcriptum eſt: *Tamquam nibil ba-* 1. Cor. 6. 10.
*bentes, & omnia poſſidentes.* Et vere in terra nibil babebant, ſed io cælo felicitatem perpetuam poſſidebant. Ad cælum devote feſtinabant, & viam vitæ ſecuri currebant; & adhuc longe poſiti manus ad palmam extendebant. Currite ſancti, ſic currite, ut comprehenda-
tis. *Regnum cælorum vim patitur, & qui* Matth. 11. 12.
*vim faciunt diripiunt illud.* Noo eſt anguſtum: quiſquis beatus vult eſſe ad regnum cælorum feſtinet. Nulli clauſum eſt niſi ei qui ſe excluſerit. Paratus eſt Cbriſtus ſuſcipere Cooſeſſores ſuos. ipſe deſuper dicit, *Specto vos, certantes adjuvabo, vincentes coronabo.*

II. Haoc pollicitationem Martyres [illegible] tenentes, terrores & minas perſecutoris pro oihilo habuerunt. Nam cum perſecutor diceret: Sacrificate idolis: reſponderunt: *Non facimus, quia æternum Deum in cælis babemus, cui ſemper ſacrificamus; nam dæmoniis non immolamus.*

*mus*. Et Judex: Quare ergo contra præceptum factum facitis? reſponderunt, *quia magiſter cœleſtis in Evangelio nobis dicit: Qui reliquerit patrem & matrem, & uxorem & filios, & omnia quæ poſſidet, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*. Et Judex: Ergo non obtemperabitis præceptis Imperatorum? Et reſponderunt, *Non*. Et ille: Quam ergo auctoritatem poteſtis habere cum vos videatis ſupplicio ſubjacere? Et Martyres dixerunt: *Auctoritatem regis æterni portamus, ideo auctoritatem mortalis hominis non curamus*.

Matth. 19. 29.

Tunc in carceribus miſſi catenis onerati ſunt. Quantum dictum eſt ab impiis, *Ubi eſt Deus eorum*? Veniat Deus eorum in quem crediderunt, & liberet eos de carceribus, eripiat eos a gladio, eripiat eos a beſtiis. Omnia iſta dicebant, ſed in petra poſitos non dejiciebant. Illi ſæviebant, ſed illi non timebant. Sciebant ubi eos dimittebant, & quo feſtinabant. Coronantur Martyres confeſſores, & remanſerunt judices deſertores. Sic Deus vult unamquemque Chriſtianum probare, ut probatum velit cum Martyribus coronare.

Pſalm. 113. 2.

## *ADMONITIO*

### In Martyrium SS. SYMEONIS epiſcopi, Tarbulæ, & aliorum plurimorum in Perſide.

*Initia Eccleſiæ in Perſide.*

1. EVangelium Chriſti in Perſide ab ipſiſmet Apoſtolis diſſeminatum fuiſſe teſtantur Hieronymus in Catalogo, Euſebius lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 23. aliique ſcriptores eccleſiaſtici. Et quidem Bardeſanes ſæculi ſecundi ſcriptor apud Euſebium lib. 6. de præparatione evangelica c. 8. refert ſuo tempore Chriſtianos adhuc Perſas inveniri: ſed tamen vix compertum eſt, quis fuerit in hac ampliſſima regione Chriſtianæ religionis ſtatus ante Conſtantini Magni tempora, qui in epiſtola ad Saporem Perſarum regem apud Euſebium lib. 4. de vita Conſtantini cap. 13. Chriſtianos ipſi commendat; *quorum multitudine, nobiliſſima quæque Perſidis loca longe lateque eſſe decorata* aſſeverat, ea de re fortaſſis certior factus a Johanne epiſcopo, qui Perſarum eccleſiæ nomine Nicænæ Synodo generali adfuerat, aut a Magno Jacobo Niſibis in Meſopotamia epiſcopo, quem *de regno Perſarum, & de perſecutione Chriſtianorum*, ſcripſiſſe teſtis eſt Gennadius in Catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum cap. 1. Nullum tunc bellum inter Romanos & Perſas graſſabatur, ſummaque pace fruebatur in utroque imperio Eccleſia: ſed hanc tranquillitatem paullo poſt ſæva tempeſtas intervertit, exaſperato in Chriſtianos Saporis regis animo, qui Magorum atque Judæorum inſtigatione tam immanem adverſus Eccleſiam perſecutionem concitavit, ut nulla fere umquam ſævior fuerit, ſive tormentorum acerbitatem, quibus fideles afficiebantur, ſpectes, ſive eorum multitudinem, qui ea occaſione martyrium glorioſo exitu conſummaverunt. Hanc perſecutionem Sozomenus Hiſt. eccl. lib. 2. c. 9. & ſequentibus egregie deſcribit ex antiquioribus monumentis, quæ cum ad noſtram ætatem minime pertigerint, Sozomeni verba referre ſatius viſum eſt, adjunctis aliquot horum Martyrum Actis, quæ ex Bollandianis mutuati ſumus, quam aliunde eorum geſta ex incertis ſcriptis emendicare.

*Perſecutio.*

*Quo tempore excitata.*

2. At licet accurate omnino, quæ ad illam perſecutionem attinent, proſecutus fuiſſe videatur Sozomenus, falſus eſt tamen in aſſignando tempore, quo ipſa in Perſide ſæviit, quam ſcilicet ad Conſtantini M. tempora incaute revocavit, ſubjungendo ipſius Conſtantini epiſtolam jam laudatam, quaſi eam imperator ad Saporem conſcripſiſſet, ejus efferati in Chriſtianos animi mitigandi cauſa. Verum tunc temporis Saporem nondum in Chriſtianos ſæviiſſe ex ipſamet Conſtantini epiſtola patet, qui Regis hujus pietatem & humanitatem laudat his verbis. *Hos itaque*, ſcilicet Chriſtianos, *quandoquidem talis tantuſque es, tibi commendo. Hos quandoquidem pietate excellis, tibi in manum trado. Hos pro tua humanitate complectere.* Pacem etiam inter utrumque imperium tunc viguiſſe ipſo Euſebio teſte certum eſt, ex cap. 8. ubi Sapor Conſtantini *notitiam* ambiens, dona ad eum *pacis & amicitiæ ſigna* tranſmiſiſſe dicitur. At ſanctus Sadoth accuſatur, quod tempore perſecutionis cum Romanis amicitiam ſervaverit. Nec opponendum quod ſanctorum Ionæ, Barachiſii, aliorumque novem martyrum Acta noſtræ ſententiæ adverſentur; ſiquidem ibi Sapor anno regni ſui 18. id eſt Chriſti 326. aut, ut aliis placet, 328. perſecutionem adverſus Chriſtianos excitaſſe dicitur. Nam ſalva etiam horum Actorum auctoritate, quis non videat, 18. pro 38. facile irrepere potuiſ-

ſe

ſcio eis aut deſcribendis, aut in aliam linguam ex Perſica vertendis. Certior itaque haberi debet ſancti Heronymi ſententia, qui hujus perſecutionis initium ad ſeptimum Conſtantii imperatoris, id eſt Chriſti 343. annum revocat: cui ſententiæ Baronius, Valeſius, Bollandus, Godefridus Hermantus, Antonius Pagius, aliique viri doctiſſimi ſubſcripſere. Symeonis tamen necem ad annum 349. differt Henſchenius, quod feria 6. maioris hebdomadæ, die 21. Aprilis occiſos dicatur, qui chronologici characteres nonniſi cum illo anno componi poſſunt. Verum cum Sozomenus diſerte aſſerat, Symeonem initio perſecutionis interemtum fuiſſe, ejus martyrium ad annum circiter 345 potius revocari debere cenſemus. Nec enim Menæorum aut aliorum ejuſmodi librorum auctoritas, qui hujus ſancti Antiſtitis mortem die 21. Apr. conſignant, tanta eſt, quæ veterum ſcriptorum teſtimonia elevare poſſit. Quin & diverſis diebus in diverſis ejuſmodi faſtis ſacris celebratur, ut videre eſt apud Bollandianos ad diem 21. Aprilis, quo die ſancti Symeonis & ſociorum ejus feſtum Latini recolunt, quamvis apud Græcos celebretur potiſſimum die 17. eiuſdem menſis. Sic & ceteros Martyres a Sozomeno memoratos ſimul Latini celebrant die 22. Aprilis, licet variis diebus eorum ſollemnitas in Græcorum Menæis recenſeatur.

3. Huic de martyrio Symeonis & aliorum Chriſtianorum apud Perſas narrationi, conſentanea ſunt quæ leguntur apud *Amrum* Marthæi filium, Neſtorianum, in Epitome hiſtoriæ Catholicorum, hoc eſt Patriarcharum ſuæ ſectæ, quorum ſucceſſionem ut ad Apoſtolica tempora perducant Neſtoriani, & cum veteri Eccleſia Orthodoxa coniungant, ab Adæo Apoſtolorum diſcipulo eam arceſſunt, tum inter eius ſucceſſores numerant Epiſcopos Seleuciæ & Cteſiphontis, inter quos *Symeon* ille quem *Barſabæi* vocant, decimus numeratur. Scribit idem autor, eiuſdem Symeonis & aliorum martyrum hiſtoriam ſcriptam fuiſſe ab Epiſcopo Adanæ in Armenia, a quo traditur in prima ſub Sapore perſecutione cæſa eſſe martyrum centum ſexaginta milia, in regione quam vocant *Dir el bamar*, & Bajermi, ſeu ut Syri ſcribunt *Beit-Garmè*, quæ urbs eſt antiqua Martyropolis: in *Iraca* triginta millia. Symeonis ſucceſſorem in Cathedra Seleucienſi, quem Acta noſtra *Sadoth* appellant, autor Neſtorianus *Chabdouſt* appellat, hoc eſt φιλοβασιλέα. Apud Sozomenum lib 2: c. 12. καὶ Ἰσαὰκ καὶ Δαῦσας: Nicephorus qui illum exſcripſit καὶ Ἰσαὰκ Δαυσᾶς. Nempe *Chab*, quæ vox Regem lingua Perſica ſignificat, Græci vulgo per Σαὰχ & Σὰχ efferre ſolent.

Cteſiphon & Seleuciæ urbes regiæ uno nomine apud Arabes in Canonum Collectionibus *Modain*, vel ut alii pronunciant, *Modaien* appellantur. Ibi ſedes antiqua Metropolitarum Perſidis, quam Neſtoriani paulo ante Muhamedana tempora occuparunt, & ibi Catholicorum ſuorum Cathedram conſtituerunt. Idem autor ait Marutam Epiſcopum Meſopotamiæ ut vocatur in Martyrologio Rom. pridie Non. Decembris ab Orientalibus Epiſcopus Miafarekinæ, (quam nonnulli Martyropolin eſſe credunt) quemque Concilio Cpno. 10. interfuiſſe memorant, acta martyrum qui in ea perſecutione paſſi ſunt collegiſſe, ut etiam Abi qui 16tus. Seleuciæ Antiſtes numeratur. Denique multa narrat idem autor Neſtorianus de Iſdegerdis Regis perſecutione, ac Jacobi quem nos *intercifum* appellamus, quod membratim conciſus fuerit, martyrium deſcribit. Hæc omnia cum accurate conveniant cum Græcorum Latinorumque graviſſimorum autorum teſtimoniis, omneſque teſtentur, martyres illos ſanctiſſimos mori maluiſſe, quam Ignem & Solem adorare, ſecundum Perſicam religionem; ſatis mirari nemo poſſit quid in animo haberet Thomas Hyde, vir doctiſſimus, cum in libro de veterum Perſarum Religione c. 4. ſcriberet, Chriſtianos in perſecutione ſub Sapore temere animas projeciſſe, *quia*, inquit, *perperam exiſtimabant Perſas adorare Solem. Sed ut verum fatear, dicti Chriſtiani mihi videntur ſuo humori & propriæ pertinaciæ plus quam conſcientiæ litaſſe, cum probe ſcirent, per totum Orientem, præſertim in Perſia, morem eſſe civilem cultum præſtare adorando. ſic fecerunt Joſephi fratres.* Nempe ut vera ſit quæ ipſi Catullo dicta eſt Perſarum impia Religio, quos non veteres modo Græci & Latini, ſed Chriſtiani, Iudæi, Muhamedani omnes, Solem & ignem tanquam numina adoraſſe teſtantur; adeo ut huc uſque *Ateſch Pereſtan*, ſeu *adoratores ignis* vocentur, qui antiquam ſuperſtitionem retinent; tot martyrum millia traducentur tanquam cervicoſi homines, qui religionem eorum inter quos vivebant ignorarent? At eam potius ignoraviſſe Thomam Hyde, demonſtrare facile foret, qui unius auctoris ſordidiſſimi, qui nonniſi gryphos & ænigmata loquitur, & ante annos centum viginti ſcribebat, autoris ſcilicet *Centum Perſarum*, teſtimonio totam ſunditus antiquitatem, & Chriſtianam apud Orthodoxos hæreticoſque Orientales conſervatam de Martyribus Perſis traditionem everrere conatus eſt; ſed prorſus infeliciter. Hæc habuimus ab Amico noſtro Euſebio Renaudotio qui Neſtorianum autorem in compendium redegit, & ex ejus aliorumque

Orientalium ſcriptis Epiromen hiſtoriæ Catholicorum Neſtorianorum confecir, quam ad editionem paratam habet. Codicis ex quo illam deſcripſit exemplar extat in Colberrina Bibliotheca: alterum io Seguieriana: terrium Romæ io Vaticana.

---

Anno Chriſti circ. 345.

# MARTYRIUM
## Sancti SYMEONIS epiſcopi, & aliorum plurimorum SS. Martyrum in Perſide.
### *Ex Sozomeno lib. 2. Hiſtoriæ eccleſ. capp. 8. & ſeqq.*

Ex CAP. VIII. I. EX Perſis vero eos arbitror primum Chriſtianos factos, qui occaſione conſuetudinis, quam habebant cum Oſdroenis & Armeniis, in colloquium, uti veriſimile eſt, venere cum divinis viris qui illic habitabant, eorumque virtutis experimentum ceperunt. * Poſtquam vero ſucceſſu temporis numerus eorum accrevit, & per eccleſias congregari, ſacerdoteſque ac diaconos habere cœperunt; ea res non mediocriter offendit animos Magorum, qui velut gens quædam ſacerdotalis, per ſucceſſionem generis, Perſarum religionem ab origine adminiſtrant. Offendit etiam Judæos, qui præ invidia ipſis inſita, natura quodammodo hoſtes ſunt Chriſtianæ religionis. Accuſant igitur apud Saporem, qui tum temporis in Perſide regnabat, SYMEONEM archiepiſcopum Seleuciæ & Cteſiphontis [1], quæ urbes ſunt Perſidis nobiliſſimæ, ut qui amicus eſſet imperatori Romanorum, eique res Perſarum indicaret. Quorum calumniis inductus Sapores, primum quidem intolerandis tributis oppreſſit Chriſtianos, eo quod pleroſque ipſorum ſpontaneam paupertatem amplecti norat, eorumque exactioni crudeles viros præfecit, eo conſilio ut Chriſtiani, penuria facultatum & exactorum atrocitate obtriti religionem ſuam deſpicerent. Hoc enim illi præcipuum ſtudium erat. Poſtea vero ſacerdotes ac miniſtros Dei gladio obtruncari præcepit, & eccleſias quidem funditus everti, earum autem vaſa atque inſtrumenta fiſco applicari juſſit; Symeonem vero ad ſe adduci, quaſi proditorem regni ac religionis Perſarum. Et Magi quidem adjuvantibus eos Judæis, eccleſias celeriter diſturbarunt. Symeones vero comprebenſus & catenis ferreis vinctus, in conſpectum Regis adducitur, ibique virum bonum ac ſtrenuum ſe præſtitit. Nam cum Sapores cum tormentis afficiendum induci juſſiſſet, nec extimuit Symeones, nec adoravit. Quo facto exaſperatus Rex, his verbis eum interrogavit: Cur in præſentiarum non adoraſti, cum id ſemper antea feceris? Cui Symeones: *Quoniam*, inquit, *antea vinctus non adducebar ut verum Deum negarem ac proderem, idcirco non recuſabam conſuetos honores majeſtati regiæ exhibere: nunc vero nefas eſt mihi id facere. Adſum enim certaturus pro pietate & pro doctrina noſtra:* Hæc cum dixiſſet, juſſit Rex ut Solem adoraret, multa ſe munera ei largiturum, magnoque in honore eum habiturum eſſe pollicitus, ſi obtemperaſſet. Sin recuſaret, & illum, & univerſum Chriſtianorum genus e medio ſublaturum minatus eſt. Cum vero nec minis eum terreret, nec promiſſis inflecteret, ſed forti animo perſtaret Symeones affirmans *ſe nec Solem umquam adoraturum, nec religionis ſuæ proditorem futurum eſſe*; eum Rex in vinculis aliquamdiu detineri juſſit, ratus, ut veriſimile eſt, fore ut ipſum ſui conſilii pœniteret.

* CAP. IX.

*Perſecutionis occaſio.*

2. Qui cum in carcerem abduceretur, conſpicatus eum USTHAZADES [2] ſenex Eunuchus, nutritor Saporis, & præpoſitus domus regiæ, aſſurgens eum adoravit. Sedebat enim pro foribus palatii. At Symeones cum contumelioſe objurgavit, & ira percitus

*Uſthazades ſpadonis.*

1 Strabo lib. 16. Geographiæ: *Babylon olim Aſſyriæ fuit metropolis, nunc Seleucia eſt, quæ ad Tigrim dicitur. Magnus prope eam pagus, Cteſiphon nomine, in quo Parthorum reges hiemabant, Seleucienſibus parcentes, ne Scythico & militari nationis aſſiduo hoſpitio opprimerentur.* Eadem ferme habet Joſeph. lib. 18. Antiq. cap. 12. in fine, quem conſule. Porro Seleucia in Actis ſancti Sadoth infra vocatur *Salie*. Gregorius Nazianzenus orat. 4. adverſ. Julianum ait prope Cteſiphontem eſſe arcem *Corben*, quæ ab altera fluvio tantum diſſita, *mœnia civitatis ambo ſpeciem præbeant*. Coche Seleuciam nominari ait Ammianus Marcellinus lib. 24. cap. 5. in nova editione. An recte? Vide ibi Valeſii notas.

2 Aliquando ſcribitur Uſthazanes. Cod. Leonis Allatii Ἰσυζάδης.

tus exclamavit, averſnque vultu, eum præteriit. Nam cum ille Chriſtianus eſſet, panllo antea vl coactus Solem adoraverat. Statim igitur Eunuchus fleus atque ejulaus, candidam veſtem qna iudutus erat depoſuit: atque, ut in luctu, atris veſtibus tectus aute Regiam conſedit, cum lameutis ac gemitu iſta dicens: *Væ mihi! qualem ſperare decet erga me fore Deum quem negavi: quando ob hanc cauſam Symeones, olim familiaris meus, ne alloquio quidem me dignatus, ſic jam refugit atque averſatus eſt.* Hæc cum audiiſſet Sapores, accitum ad ſe Uſthazadem cauſam luctus interrogat, & utrum aliqua calamitas in familia ipſius cnntigiſſet. Cui reſpondens Uſthazades: *Nulla*, inquit, *o Rex, calamitas in hac terrena familia mihi contigit. Utinam pro eo quod mihi accidit, in quaſvis alias calamitates incidiſſem, melius utique mihi eſſet. Nunc autem lugeo quod adhuc vivam: & qui dudum mori debueram, adhuc ſolem video, quem tibi morem gerens, non ex animi mei ſententia adorare viſus ſum. Itaque duplici nomine mortem promerui: tum quod proditor fuerim Chriſti, tum quod te deceperim.* Quæ cum dixiſſet, per *Conditorem cæli & terræ* juravit *ſe poſthac ſententiam minime mutaturum*. Ob hanc iuſperatam Euuuchi mutationem ſtupefactus Rex, graviore adhuc iracundia exarſit adverſus Chriſtianos, ntpote qui præſtigiis ac maleficiis iſta perficerent. Pro miſericordia tamen qua erga ſenem erat affectus, nunc ſe lenem, uuuc immitem oſtendens, omni ſtudio contendebat ut eum a propoſito dimoveret. Sed cum nihil proficeret, affirmaute Uſthazado, *numquam ſe adeo ſtultum fore, ut pro Deo rerum omnium conditore, res ab illo conditas coleret*: tunc ira ſucceuſus, caput illi amputari precepit. Qui cum ad id ſupplicinm duceretur a ſpicnlatoribus, rogavit eos ut paullulum exſpectarent, quaſi quidpiam Regi indicaturus eſſet. Vocatoque ad ſe Eunucho quodam fideliſſimo, mandat ut iſta Sapnri nuntiaret. *Quanta ſemper benevolentia ab ineunte ætate ad hoc uſque tempus erga familiam tuam, o Rex, affectus fuerim, dum parenti tuo ac tibi qua par erat cura ac diligentia miniſtrarem, nullis mihi teſtibus opus eſſe arbitror, apud te præſertim qui rem explorate noſti. Pro omnibus igitur officiis quæ vobis grata ac jucunda aliquando præſtiti; hanc mihi mercedem redde, ut ignaris non videar tamquam infidelis erga regnum tuum, aut, tamquam in maleficio aliquo deprehenſus, ſubire ſupplicium. Utque id palam fiat, præco clamans ſignificet univerſis, Uſthazadem capite truncari, nullius quidem flagitii in palatio compertum umquam, ſed Chriſtianum, & qui a Rege induci non potuerit ut Deum ſuum negaret.* Et Eunuchns qnidem iſta uuntiavit. Sapores vero juxta petitionem Uſthazadis, præconem proclamare juſſit. Sic enim exiſtimabat reliquns omnes a Chriſtiana religione facile diſceſſuros, ſi attenderent, uemiui Chriſtiano eum parciturum eſſe, qui ſenem uutritorem, & fidelem ſamulum interemiſſet. Verum Uſthazades cauſam ſupplicii ſui publice per præconem pronuntiari idcirco expetiit, quod cogitabat ſe tunc, cum præ metu Solem adoraviſſet, mnltis Chriſtianorum pavnrem *Martyr obit.* injeciſſe: uuuc vero poſtquam didiciſſent ipſum pro Chriſtiaua religione iuterfectum eſſe, multos ſuis virtutis imitatores futuros. * Huuc in modum Uſthazades glorioſiſſimo exitu migravit e vita. Quod cnm Symeones iu carcere accepiſſet, gratias prn illo perſolvit Deo. ** cap. x.*

3. Poſtero antem die, qui erat ſexta feria, quo die ante feſtum Reſurrectiouis annua ſalutaris Paſſionis memoria celebratur, Rex Symeouem quoque gladin obtruucari præcepit. Perductus euim iterum ad regiam ex carcere, conſtanter admodum de religioue diſſuerat coram Sapore, & neque ipſum, neque Solem adnrare nmquã voluerat. Endem die centum qnoque alii iu carcere conſtituti, pari modo juſſi ſuut interfici: utque pnſtremus omuinm Symeoues poſtquam cædem illorum ſpectaſſet, jugularetur. Ex quibus alii erant Epiſcopi

alii Presbyteri, alii diverſorum Ordinum Clerici. Cumque univerſi ſimul ad ſupplicium ducerentur, progreſſus in medium magnus princeps magorum, interrogavit eos utrum vellent vivere, eamdemque cum Rege religionem ſequi, & Solem venerari. Sed cum nemo illorum his conditionibus vivere ſuſtinuiſſet, ducti ſunt in locum ſupplicio deſtinatum. Et ſpiculatores quidem juſſa faciebant, & in cædendis Martyribus deſudabant. Symeones vero iis qui interficiebantur proxime adſtans, hortabatur ut *forti animo eſſent*: deque morte & reſurrectione, & de pietate diſſerebat: & ſacrarum Scripturarum teſtimonio oſtendebat, *hoc quidem modo mortem oppetere, veram eſſe vitam; Deum vero præ ignavia prodere, mortem eſſe certiſſimam. Ipſos ſiquidem, etiamſi nemo vim ipſis adferret, haud multo poſt ſua ſponte eſſe morituros: Hunc enim exitum cunctis naſcentibus inevitabilem eſſe: quæ vero poſt hanc vitam manent perpetua, ea non omnibus pari modo eventura; ſed cunctos homines vitæ hic tranſactæ rationem accurate velut ex trutina quadam reddituros. Et eorum quidem quæ unuſquiſque recte geſſerit, immortalem accepturum eſſe mercedem, ſecus vero geſtorum ſempiternas pœnas daturum. Porro inter bona opera ſummum hoc eſſe ac beatiſſimum omnium, pro Deo mortem ultro oppetere.* Dum hæc diſſereret Symeones, ſinguli tamquam exercitatorem in ſacris certaminibus monentem quo ingrediendum ſit modo, attentis auribus audientes, alacriter ad cædem pergebant. Poſtquam centum illos interemiſſet carnifex, ultimo loco & Symeonem ipſum occidit, & cum illo ABDECHALAAM & ANANIAM [3]. Hi ſenes Presbyteri Eccleſiæ quam regebat Symeones, ambo una cum illo capti, & in vincula conjecti fuerant.

*Item Symeon cum aliis multis.*

CAP. XI. *Item Puſices cum ejus filia.*

4. Dum hæc fuerent, PUSICES præfectus omnium Regis fabrorum, ibidem ſtans, conſpicatus Ananiam trementem cum pararetur ad necem: *Paullulum temporis*, inquit, *o ſenex, claude oculos tuos, & bono animo eſto; mox enim videbis lumen Chriſti.* Quæ cum dixiſſet, ilico comprehenſus, ad Regem perducitur. Et cum ſe Chriſtianum faſſus fuiſſet, quoniam de doctrina Chriſtianorum, & de Martyribus liberius locutus erat Regi; perinde quaſi contra jus faſque fiducia uſus, novo quodam & crudeliſſimo mortis genere jubetur occidi. Perfoſſa enim ejus cervice circa tendinem, ſpiculatores linguam ejus illac evulſerunt. Eodem tempore filia quoque ejus virgo Deo conſecrata, delatione quorumdam comprehenſa interficitur.

5. Sequente autem anno, eo ipſo die quo Paſſionis quidem Chriſti memoria celebrabatur, Reſurrectionis vero exſpectabatur feſtivitas, crudeliſſimum edictum Saporis per univerſam Perſarum ditionem propoſitum eſt, quo cuncti qui ſe Chriſtianos confeſſi eſſent, mortis ſupplicio addicebantur. Quo quidem tempore ajunt innumerabilem Chriſtianorum multitudinem gladio cæſam eſſe. Nam & Magi per ſingulas urbes & vicos ſtudioſe inveſtigabant eos qui ſe occultarent: & Chriſtiani, nemine etiam ipſos ducente, ultro ſemetipſos prodebant, ne ſilentio ſuo Chriſtum negaſſe viderentur. Porro cum Chriſtiani omnes abſque ulla miſeratione trucidarentur, multi in ipſo palatio necati ſunt, atque inter nos AZADAS Eunuchus Regi longe cariſſimus, quem cum Sapores peremtum acceſſiſſet, incredibili dolore perculſus eſt. Et hanc quidem generalem Chriſtianorum cædem compreſſit, ſolos vero Chriſtianæ legis doctores interimi præcepit.

*Edictum contra Chriſtianos.*

*Martyres plurimi.*

*Azadas.*

CAP. XII. *Tarbula cum ſorore.*

6. Per idem tempus cum Regina in morbum incidiſſet, Symeonis epiſcopi ſoror, nomine TARBULA, virgo devota [4] comprehenditur, una cum famula ipſius, quæ idem vitæ genus ſectabatur, & cum altera ſorore [5], quæ poſt

3 Epiphanius Scholaſticus hunc 'Ανάνιαν appellat. Cod. Allatii 'Ανανίαν. Aliorum item nomina quandoque varie deſcripta ſunt.

4 Græce ἱερὰ παρθένος, ſacra virgo, virginitatem ſcilicet profeſſa, ut ex verbis ſequentibus colligitur. Vide harum Sanctarum Acta infra.

5 Hanc Pherbutam appellat Godefridus Hermantus. Verum in Actis infra Pherbute dicitur virgo, eaque ipſa eſt quæ hic Tarbula appellatur.

poſt obitum viri nuptiis renuntiaverat, eamdemque vivendi rationem erat amplexa. Captæ ſunt autem fraude ac delatione Judæorum, qui eas accuſaverant, quod Reginam maleficiis appetiiſſent, ob Symeonis necem infenſæ. At Regina, ut ſolent ægroti abominandis remediis aures accommodare, eam delationem veram eſſe credidit, præſertim cum a Judæis profecta eſſet. Idem enim cum ipſis ſentiebat. Itaque Magi Tarbulam & reliquas duas corripientes, capitali ſupplicio addicunt, ſerraque bifariam diſſectas, patibulis ſuffixerunt, atque ad depellendum morbum Reginam per medium patibulorum tranſire juſſerunt. Porro Tarbulam iſtam decoram admodum ac formoſam fuiſſe perhibent, & quemdam ex magis ejus amore captum miſſa ad eam pecunia ſollicitaſſe eam de ſtupro, & ipſi & ſodalibus ipſius incolumitatem pollicitum, ſi morem ipſi gerere vellet. Illam vero obſcœnos ſermones ne auditu quidem ſuſtinentem, Magos quidem affeciſſe contumelia, eiſque impudicitiam exprobraſſe; ad mortem vero alacri animo properaſſe, mori potius optantem, quam virginitatem prodere. Ceterum cum ex præcepto Saporis, ſicut antea retulimus, reliquis omnibus prætermiſſis, ſoli Sacerdotes ac doctores Chriſtianæ Legis comprehendi cœpiſſent, Magi & eorum principes regionem Perſarum circumeuntes omni ſtudio perquiſitos Epiſcopos ac Presbyteros divexarunt, ac præcipue in partibus Adiabenorum. Hæc Perſidis regio eſt, maxima ex parte a Chriſtianis habitata.

*Aceſpimas & alii.* 7. Sub idem tempus Acepsimam [6] epiſcopum, multoſque ex ejus clericis corripuerunt. Poſtea tamen deliberatione habita, ipſum Antiſtitem cepiſſe contenti, reliquos ablatis eorum facultatibus dimiſerunt. Jacobus autem quidam presbyter ſua ſponte Acepſimam ſecutus eſt. Cumque impetraſſet a magis, ut cum ipſo pariter in vinculis verſaretur, ipſe, utpote ſeni, alacriter miniſtrabat, ejuſque ærumnas ſublevabat prout poterat, & vulneribus medicinam adhibebat. Nam paullo poſt quam captus fuiſſet, Magi loris crudis eum verberaverant, Solem adorare cogentes. Sed cum id facere recuſaſſet, rurſus eum in vincula conjecerant. Per idem tempus Aithalas quoque & Jacobus presbyteri; & Azadanes atque Abdiesus diaconi, ob doctrinam Chriſti a Magis crudeliſſime flagris cæſi, in cuſtodia detinebantur. Poſt longum autem temporis ſpatium, ſummus princeps Magorum de illis Regem conſuluit. Cumque liberam accepiſſet poteſtatem eos pro arbitratu ſuo puniendi, niſi Solem adoraviſſent, mandatum Saporis iis qui in carcere tenebantur, ſignificat. Qui cum diſerte reſpondiſſent, *numquam ſe Chriſtum prodituros, nec Solem adoraturos eſſe*, crudeliſſime eos torſit. Et Acepſimas quidem in confeſſione fidei fortiter perſeverans, mortem oppetiit. Cujus reliquias quidam ex Armenia, qui obſides erant apud Perſas, clanculo auferentes, ſepulturæ mandarunt. Reliqui vero, quamvis non minus acerbe flagris cæſi eſſent, præter omnium opinionem in vita manſerunt; & cum priſtinam ſententiam non mutarent, iterum contruſi ſunt in vincula. Inter hos fuit etiam Aithalas, qui cum inter verberandum diſtenderetur, præ nimia extenſione, bracbia ei ab humeris divulſa ſunt, manuſque mortuas ac pendulas deinceps circumtulit, ita ut alii cibos ori illius admoverent.

8. Sub eodem principatu Innumerabilis multitudo Presbyterorum, Diaconorum, Monachorum & ſacrarum Virginum, & aliorum qui in eccleſiis miniſtrabant, & pro doctrina fidei laborabant, martyrio conſummata eſt. Epiſcopi vero, quos quidem accepi, Barbaſymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Johannes, Hormiſda, Papas, Jacobus, Romas, Maures, Agas, Bochres, Abdas, Abdieſus, Johannes & Abramius [7], Agdelas, Sapores, Iſaac, & *Item alii plurimi.*

6 Fuſiora ejus & SS. Joſephi presb. & Aithalæ diaconi Acta ex Metaphraſte habentur die 22. Aprilis Bollandiani.

7 Is fuit Epiſcopus Arbelorum in Perſide, qui die 4. Februarii colitur apud Græcos, de quo & ejus ſede plura obſervat Bollandus ad hanc diem.

& Dauſas: qui quidem captivus a Perſis abductus fuerat ex loco quodam, qui Zabdæus[8] dicitur. Tunc temporis vero pro fidei doctrina occiſus eſt una cum Mareabde chorepiſcopo, & clericis ſuis ducentis circiter & quinquaginta, qui una cum illo capti fuerant a Perſis.

Milles. 9. Sub idem tempus MILLES[9] quoque martyrio perſunctus eſt. Hic initio quidem apud Perſas militaverat: poſtea vero relicta militia, apoſtolicam vivendi rationem æmulatus eſt. Cum autem Perſicæ cujuſdam civitatis ordinatus eſſet Epiſcopus, multa ſæpe numero paſſus eſſe dicitur, & verbera tractuſque membrorum ſuſtinuiſſe. Sed cum nemini illic perſuadere potuiſſet ut Chriſtianus fieret, moleſte id ferens, malum imprecatus eſt civitati, & alio migravit. Nec multo poſt, cum primores illius urbis in Regem deliquiſſent, immiſſus in eos exercitus cum trecentis elephantis urbem eorum ſubvertit, & aratrum ſolo impingens, velut in arvo ſementem fecit. Milles vero peram duntaxat geſtans, in qua ſacrum Evangeliorum codicem reconditum habebat, Jeroſolymam orationis cauſa profectus eſt; atque inde in Ægyptum perrexit, ut monachos ibi degentes videret. Quanta porro iſte vir, & quam admiranda opera perpetraſſe memorentur, teſtes ſunt Syri, qui ejus vitam & actus litteris prodiderunt. Mihi vero ſatis eſſe arbitror hæc de illo, deque iis qui regnante Sapore martyrium in Perſide perpeſſi ſunt, in præſentiarum commemoraſſe. Vix enim ullus omnia quæ illis contigerunt, poſſit recenſere; quinam ſcilicet & unde fuerint, & quomodo martyrium conſummaverint, & quæ ſupplíciorum genera toleraverint. Quippe hujuſmodi cruciatuum innumerabiles ſpecies ad ſummam crudelitatem excogitatæ ſunt a Perſis. Verum ut ſummatim dicam, cunctos ejus temporis Martyres, tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, ſedecies mille numero fuiſſe perhibent, reliquæ vero multitudinis ne numerum quidem iniri poſſe: atque idcirco difficile admodum viſum eſſe Perſis, Syris atque Edeſſenis, qui hac in re plurimum ſtudii atque operæ poſuerunt, horum nomina percenſere. Martyres innumeri.

[8] Hunc locum *Beabdar* ad ripam Tigridis eſſe cenſet Valeſius, oppidum regionis Zabdecenæ, ex quinque ſcilicet provinciis transtigritanis, quas Narſeus Perſarum rex a Galerio victus Romanis cedere coactus fuerat.

[9] De Millide abbate, qui a duobus regis Perſarum filiis ſagittis confixus eſt, ac de duobus ejus ſociis capite minutis vide Vitas Patrum Roſweydi lib. 5. libel. 7. num. 12. Idem refertur apothegmatibus Patrum, titulo de Abbate Mileſio tomo 1. Monument. Eccleſiæ Græcæ a Cotelerio edit. pag 561.

Anno Chriſti circa 345.

## MARTYRIUM
## SS. PHERBUTHÆ ſeu TARBULÆ virginis, &c. in Perſide.

*Ex Aprili Bollandiano.*

Calumnia in SS. Martyres. I. TEmpore perſecutionis noſtræ, ſubito Rgina ipſa ægrotare cœpit. Quoniam vero ejus animus in Judæos, crucis Chriſti inimicos, admodum erat propenſus, ac libenter quæcumque illi dixiſſent, audiebat: Reginam cum Judæi adiiſſent, illi ſuggeſſerunt, quoniam epiſcopus Symeon, cognomento Gnapheus, interfectus fuerat, propterea illius ſorores venena Reginæ commiſcuiſſe, quo ipſa mortem obiret. Ut vero ſermo hic ad aures Imperatoris pervenit, ſtatim ſancta PHERBUTHE cum ſorore & ancilla ſua comprehenſa fuit. Erat autem Pherbuthe illa virtutis exercitatione præſtantiſſima: quin immo non minus ejus ſoror quam ipſa, vitæ inſtitutionem in Chriſto Jeſu pulcherrimam adepta fuerat. Ductæ igitur illæ ſunt ad palatium, ut de re illa interrogarentur. Exiit igitur Imperatoris juſſu Mauptes, cujus nominis interpretatio eſt, Pontifex magorum, & duo una cum illo magiſtratus, ut eas mulieres audirent. Ut vero coram illis ſtetit ſancta Pherbuthe una cum duabus feminis, quæ cum ipſa erant, viderunt ejus pulchritudinem; erat enim revera ſancta illa virgo ſpecie admodum egregia; ſtatimque ſuo quiſque pravam animo concepit libidinem, inter ſe tamen talem libidinoſam cogitationem occultabant. Illis igitur dixerunt: Quare vos machinatæ eſtis veneficia reginæ & dominæ

minæ totins orbis terrarnm? Ob id nunc morti eſtis obnoxiæ. Quibus ſancta Pherbuthe reſpondit: *Quare eam cogitationem ſatanas vobis in mentem conjecit, quæ a veritate multum abborret? & quare injuſte vultis nos calumniari? Si noſtrum ſanguinem ſititis, quiſnam eſt qui probibeat vos eum bibere? Si noſtram cædem cupitis, ecce ſingulis diebus veſtras manus coinquinatis. Nos vero propter Deum noſtrum, ut Chriſtianos decet, morimur; non eum negantes, quoniam ipſe eſt vita noſtra, quemadmodum ſcriptum eſt, ut unum Deum adoremus & illi ſoli ſerviamus. Ita enim & facimus. Quin & alibi ſcriptum eſt. Veneficus per manum populi ſui moriatur. Quomodo igitur nos veneficia macbinatæ ſumus, cum non minus malum boc ſit, quam ſi Deum noſtrum negaremus? Etenim pro utriuſque peccati pœna illis qui bujuſmodi criminibus obnoxii ſunt, mors propoſita eſt.* Cum hæc Pherbuthe virgo diceret, libenter eam uterque audiebat: cumque ejus pulchritudinem & ſapientiam illi obſtupeſcerent, loqni non poterant, ſed quiſque ſecnm ita cogitabat: Ego Regem precabor, ut liceat a morte illas eripete; itaque hanc uxorem ducam. Tandem Mauptes illi hoc dixit: Quamvis, ut ipſa dicis, non liceat vobis veneficia commiſcere, ne legem veſtram violetis; tamen fratris veſtri mortem dolentes, hoc feciſtis. *Et quondam malum*, inquit Pherbuthe, *frater paſſus eſt, ut ejus cauſa vitam illam, quæ a Deo vivente proficiſcitur, nos perdere vellemus? Nam et ſi vos propter veſtram pravitatem atque invidiam eum interfeciſtis, ille tamen vivit, & in cæleſti regno exultat: quod regnum veſtro imperio ac poteſtati ſic præſtat, ut præ illo veſtrum iſtud inane quiddam ſit.* Hæc cum illa dixiſſet, juſſit illas in carcerem duci, & cuſtodiri.

Deuter. 6.

Exod. 22.

*Pherbuthe Pontificis nuptias reſpuit.*

II. Cum autem dies illuxiſſet, Mauptes ille clam ad Pherbuthem miſit, qui dicetent ſe paratum eſſe Regem precari, & a morte illam, & quæ cum ipſa etant libetate; modo ejus nxor eſſe vellet. Virgo autem illa ἀθλοφόρος fortis & victrix cum hæc audiſſet, obſtupuit. Ad eum autem (qui hæc nuntiaverat) converſa: *Comprime*, inquit, *os iſtud, canis impuriſſime, Dei & omnis veritatis inimice, neque amplius perge impura iſta verba ad aures meas loqui. neque enim animus meus illa patitur. Deus avertat ne boc umquam fiat: quoniam ſemel copulata ſum cum Domino meo Chriſto, & virginitatem meam ipſi cuſtodio, fidemque & veritatem ei præſtare ſtudeo. Ille enim qui ſolus a peccato liber eſt, me poteſt eripere ex impuriſſimis veſtris manibus, & ſordidis cogitationibus, quas contra me cogitaſtis. Equidem mori non timeo, neque cædem formido. Hæc enim via, in quam me vultis immittere, ducet me ad fratrem meum & epiſcopum dilectum Symeonem, ut illic gemitus, & ærumnarum mearum conſolationem inveniam: quibus ærumnis anima poſt ejus obitum affecta eſt.* Similitet autem & duo magiſtratus ad eam miſerunt illud idem ſignificaotes, quibus itato animo & aſperis verbis reſpondens, eos a ſe tepulit.

III. Cum igitut uterque ſe victum ſenſit, ac ſuam libidinem non id aſſecutam, quod fruſtra tentaverat, animadvertiſſet; ttes illi conſilio inito adverſus eas ſeminas locuti ſunt, & injuſtum teſtimonium dixerunt, quod mulieres illæ eſſent veneficæ. Cum Imperator hæc audiviſſet, præcepit ut ſi Solem adotarent, mortem evaderent. Ut autem nuntiatum illis ſuit quod Imperator juſſerat ut Solem adorarent, ſanctæ illæ ſeminæ hoc reſponderunt: *Nos effectorem cæli & terræ adoramus, ejuſque bonorem Soli offerre nolumus, quippe qui eius Dei opus eſt, quem nos colimus: quin etiam minæ veſtræ numquam facient, ut a caritate Salvatoris & Domini noſtri Jeſu Chriſti umquam ſeparari poſſimus.* Ut igitur hæc illæ eodemque aoimo dixeruot; Magi voce magna clamantes: Diſpeteant, inquiunt, iſtæ de terra, quæ Reginæ venena pararunt, ut in morbum illa incideret, & interiret. Statimque talis ſententia contra illas lata eſt, ut qua morte vellent magi, feminæ illæ moterentur.

Dice-

Dicebant enim nefarli atqne impuri homines, quod niſi earum corpora in duas partes ſecta fuerint, & Regina ipſa per medias illas partes tranſierit, curari non poterit. Ut igitur eas ejecerunt interficiendàs, denuo Mauptes, dum mulieres abducerentur, mittens ad ſanctam virginem Pherbuthem: Si vis, inquit, me audire, neqne tu morieris, neque puellæ quæ tecum ſunt. Sancta vero Pherbuthe magna & aſpera voce: *Quare*, inquit, *impure canis, ea loqueris quæ ego audire non poſſum? Ego enim perfecte mori cupio, ut æternam vitam habeam. Numquam hujus brevis vitæ cauſa remiſſior fiam, ne moriar morte ſempiterna.*

*Dive cum ſociabus interficitur,*

IV. Cum igitur ante urbis portas mulieres illas duxiſſent, ſingulis duos palos fixerunt: in qnorum uno collum ligantes, in altero vero pedes, & earum unamquamque illis protendentes, fabrilem ſerram inſerentes, in duas partes eas ſecuerunt. Cumque ligna tria magna hinc, & alia tria illinc in terram fixiſſent, ſancta illa corpora in eis ſuſpenderunt. O terribile & horrendum ſpectaculum! o ſactum lacrymis, compunctione, ſtupore, & gemitibus plenum! Si quis lacrymas deſiderat, veniat, ejulet, & præ compunctione corpus lacrymis madefaciat. En ut corpora jucnnda & ſancta, velut triumphus quidam in via propoſita ſunt. Corpora, inquam illa, in quibus ſanctæ feminæ per totum vitæ ſuæ tempus honeſtatem & virginitatem ſervaverunt. Libertas data eſt in opprobrium earum, quæ manſuetudinem & juſtitiam In proprio thalamo exercuerunt. En ut gloria in ignominiam propoſita eſt, O quantum Dei juſtum illud judicium patiens eſt! ſed cum exſurrexerit ut rationes inquirat, non amplius condonabit, neque miſerebitur. O quantum audet ſuperbia! ſed cum ceciderit, non habet medicinam, neque conſiſtit. Vere ligna hæc, quibus ſancta corpora fuere ſuſpenſa, fructus juſtitiæ ſunt: iſti autem vere lupi illi Arabiæ, immiſericordes, duri & ſanguinis voratores: illi, inquam, qui exſecuerunt & ſuſpenderunt. Talem ſævitiam beatus ille Propheta conſiderans dicebat: Forte vivos deglutiſſent nos. Et cum iratus eſſet furor ipſius in nos, viventes in infernum deduxit nos. Numquid aliquis re illa terribili lætatus eſt, aut æquo animo tulit ſpectaculum illud horribile? An aliquis ea ſine lacrymis aſpexit, aut videre potuit? Opinor certe nemo. Quod ſi quis ea videre potuit, illum humanæ naturæ non opinor eſſe participem. Tulerunt igitur miſeram illam Reginam in eam viam, feceruntque ut per caſta & ſancta illa corpora tranſiret, omniſque turma eam ſequebatur. Illo enim die Imperator cenſum recipiebat. Conſummata eſt ſancta Pherbuthe cum ſorore & ancilla, quinto die menſis Aprilis [1], in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria, & imperium, & honor, & adoratio in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Pſalm. 123.*

[1] Memorantur in Menæis Græcorum die præcedenti. Latini vero eas cæteris Martyribus adjungunt die 22. Aprilis.

---

Anno Chriſti circ. 346.

## MARTYRIUM SS. SADOTH epiſcopi & aliorum CXXVIII. in Perſide.

*Ex Februario Bollandiano.*

*Sadoth Symeonis ſucceſſor.*

I. POſt completum ſancti Symeonis martyrium ejus loco ſucceſſit ſanctus SADOTH, in civitate quæ dicitur Salec, & Cteſiphonte, regiis apud Perſas civitatibus. In quadam die oſtentum vidit terribile: quod apud ſe miratus clerum ſuum cum Presbyteros, tum Diaconos convocavit. Omnes enim metu Regis deliteſcebant, remque his verbis aggreſſus eſt exponere. *Vidi in ſomnis hac nocte ſcalam cum magna gloria, cujus initum erat in cælo. Ei autem ſuperſtabat ſanctus epiſcopus Symeon cum infinita gloria, ego vero infra in terra conſiſtebam. Atque ille magna me cum hilaritate compellans,* ASSCENDE, *inquit*, AD ME, SADOTH, ASSCENDE. NE TIMEAS. EGO ENIM HERI ASSCENDI, TU VERO HODIE ASSCENDES. *Et ex illa hora me ad optimam Chriſti confeſſionem aſſumtum iri credidi. Quod vero ab eo dictum: Ego heri aſcendi; tu vero hodie aſcendes: ſignificat eum anno* ſu-

*ſuperiore ſubiiſſe martyrium, me vero hoc anno eſſe ſubiturum, & neci dandum.* Et cœpit ex ſacris eos Scripturis adhortari in hæc verba: *Fratres mei, diligamus Deum ex tota anima, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex tota mente; & induti loricam fidei nihil mali timebimus. Mors vero & cædes ſi nos invaſerit, noſque occupaverit, ne animo concidamus: ſed quiſque noſtrum tamquam fortis & robuſtus depugnet, certetque tamquam athleta perfectus. Quod ſi etiam moriamur, ut perfecti moriamur; moriamur propter Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum. Quantum mucro vitæ conceſſerit, agite id nobis vindicemus: & donec acinaces ſplendeat, diteſcere ſtudeamus. Quamdiu dies eſt, celeri pede ad regni cæleſtis domicilium tendamus, ut honoris gloriæque hereditatem adeamus, & poſteris omnibus nomen noſtrum, gloriamque commendemus. Deum noſtrum, fratres, exoremus, ut citius id oſtentum in nobis impleat. Etenim vir ſpiritualis cum gaudio & deſiderio, & amore, mortem huiuſmodi, cum præſto eſt, excipit, neque timuerit ullus qui paratus & in procinctu fuerit. Carnali autem timori atque horrori eſt eius præſentia. Spiritualis mortem non reformidat, ut qui vivendi modum teneat ſpiritualem: carnalis vero caligat & tremit, ut qui carnalem vitæ rationem habeat. Qui promto ſtrenuoque ſunt animo, talem quærunt mortem, ut æternam ex ea vitam ſortiantur: ignavi vero & deſides ad ejus conſpectum in latebras ſe conjiciunt. Qui Deum diligunt, ad Deum exceſſerunt: qui vero mundum, in mundo manſerunt: illi quidem ad lætitiam & exultationem profecti; hi vero ad ærumnas & ſuſpiria relicti.*

*Clerum ſuum adhortatur.*

II. Altero igitur perſecutionis anno, prædictam ad urbem Salec & Cteſiphontem vertit rex Saborius *, apud quem delatus eſt athleta laureatus Sadoth epiſcopus; quæ vox Amantem-regis translata ſignificat. Re vera enim cæleſtem Regem ex tota anima & virtute ſua diligebat. Sanctus enim erat, perfectæque continentiæ, ac fide & juſtitia plenus, ſanctique Symeonis, cui ſucceſſerat, imitator. Miſſis ergo Rex ſatellitibus, ipſum una cum ejus clero, aliiſque finitimæ regionis clericis, necnon monachis & monialibus centum viginti octo comprehendit. Atque omnes ſimul catenis ferreis vincti, in carcere, loco obſcuro & moleſto, ad menſes quinque concluſi ſunt, graves ærumnas, variaſque difficultates tolerantes. Scelerati enim illi & impii tibias ſunibus vincientes, & lumbos humeroſque lignis compingentes, ita eos extendere, ut ipſorum oſſa non ſecus ac lignorum faſces conſtricti ſtriderent. Inter torquendum autem inſtabant verbis: Adorate Solem, & regis voluntatem implete, & vivetis. Sanctus vero Sadoth velut omnium ore reſpondens: *Nos*, inquit, *in unam fidem, & unam potentiam, & veritatem pariter unam credimus, & in idem teſtimonium conſpiramus, & unum Deum cæli terræque conditorem adoramus; ipſique ex tota anima, totaque noſtra virtute ſervimus: Solem vero, cum ipſius opus ſit non adoramus. Sed neque ignem veneramur. Qui enim hæc condidit, ipſe hominibus ea nobis ad obſequium conceſſit. Tranſgreſſores porro non fiemus juxta improbum tuum edictum. A te mors, a nobis temporalis hæc vita. Ne ergo vel unam horam nos mactare diſtuleris, neque oculis tuis ita indulgeas, ut ſanguinem noſtrum non effundas. Tua enim erga nos patientia & lenitas exitium nobis accerſit.* Rurſus ipſis velut ex ore Regis dictum eſt: Niſi voluntatem meam feceritis, & mandatis meis aures præbueritis, en funeſtiſſima interitus veſtri hora vobis imminet. At ſancti tamquam ex uno ore reſpondentes: *Non perimus*, inquiunt, *Deo noſtro, neque morimur Chriſto ejus. Vivificat enim nos æterna ſua vita, ſuumque nobis regnum hereditatis loco largitur. Nobis ergo, qui ad mortem pro Deo noſtro oppetendam parati & promti ſumus, mortem nobis infer actutum. Neque enim Solem adoramus; neque talia Regis edicta, quia mortem exitiumque continent, in aures admittimus.* Cum autem audiſſent latam in ſe capitis eſſe ſententiam, ut omnes ſimul gladio ferirentur; animos ſibi facientes ad cædem ſe &

* Sapor.

*Cum clero comprehenditur.*

*Torquentur.*

mortem compararunt. Regii vero præfecti & tabulæ eos e civitate vinctos ejecerunt. At illi cum gaudio lætitiaque pſallentes dicebant: *Judica nos Deus, & diſcerne cauſam noſtram de gente non ſancta & ab hominibus doloſis, ſanguiniſque belluonibus libera nos: quia tu Deus fortitudo & ſpes noſtra es*. Cumque ad locum perveniſſent, in quo erant martyrio initiandi, uno animo ora ſua laxantes, dixere: *Benedictus es, o Deus, qui nos hac gratia dignatus es, nec deſpexiſti orationem noſtram, ſed hanc nobis coronam dediſti. Noſti enim, Domine, quomodo eam quæſiverimus. Benedictus etiam Deus noſter, unigenitus Filius tuus bonitatis tuæ, qui nos ſalvavit, & ad æternam vitam vocavit. Ne ſinas nos in hoc mundo affligi; ſed confirma nos coram te in æternum per tuam clementiam, noſque baptiſmo ſanguinis noſtri cohoneſta*. Atque in eorum ore non ceſſavit hæc divinæ gloriæ celebratio, donec ultimus occiſus eſt. Conſummati ſunt autem hi CXXVIII. Martyres vigeſimo menſis Februarii [1]. Athletam vero victorem & epiſcopum Sadoth in aliam regionem, Bethuzam dictam, in urbem Bethlapat vinctum duxerunt, ibique caput ejus amputarunt. Conſummati ſunt omnes Chriſti Martyres in pace laudantes & glorificantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: quem decet omnis gloria, honor & adoratio, majeſtas & magnificentia in omnia deinceps ſæcula ſæculorum, Amen.

*Christus Deus noster.*

*Occiduntur.*

1 In Græcorum Menæis ſimul cum S. Sadoth memorantur 19. Octobris.

Anno Chriſti 362.

## DE SS. MARTYRIBUS

### Qui ſub Juliani perſecutione paſſi ſunt.

1. JUlianum, cognomento Apoſtatam, inter Chriſtianorum perſecutores recenſendum eſſe vix quiſquam infitiari poteſt. Quamvis enim, ut Gregorii Nazianzeni oratione 3. verbis utar, *ſuadendi & alliciendi partes ſibi retinuerit; vim tamen & tyrannidem populari turbæ civitatibuſque* permittendo, majorem procellam, quam ſi apertis cædibus Eccleſiam fuiſſet perſecutus, concitavit. Id probari poſſet ex cædibus Alexandrinorum, Hierapolitarum, Gazæorum, & Arethuſiorum, quas Gregorius jam laudatus, Socrates, Sozomenus, Theodoritus, aliique paſſim auctores deſcribunt. Quin etſi ſpecietenus ejuſmodi populares tumultus aliquando prohiberet, eos tamen cum contigerant aut laudabat, aut ſaltem vindictam ex iis non repetendo eos approbare cenſebatur. quod patet ex epiſtola a ſe de eo argumento ad Alexandrinos data. Et certe cum ob incenſum Cæſareæ in Cappadocia Fortunæ templum, promiſcua plebs in Chriſtianos impetu facto *ingentem cædem*, ut refert Gregorius Nazianzenus, jam perpetraſſet, & plura adhuc comminaretur, Præfectus ſuæ rei eſſe ratus hunc tumultum compeſcere, *multis abductis Chriſtianis, in nonnullos etiam gentilium* animadvertit. Qua de re apud Imperatorem accuſatus, ignominioſe adductus, quamvis ſe juxta legum præſcripta egiſſe oſtenderet, vix tamen mortem evaſit, & ob iſtud facinus *Imperatoris clementia exſilio dumtaxat multatus eſt. Quid enim grave*, inquiebat Iulianus, *ſi manus una gentilis decem Galilæos interfecit?* Simile fere contigit in Gazæorum cæde, ut inferius ex Sozomeno referemus. Eo animo peſſimos quoſque provinciis præficiebat, ut Chriſtiani opprimerentur, quos ipſemet vectigalibus aliiſque calamitatibus gravatos, militia, honoribus, ipſiſque litterarum ſtudiis (quod gravius tulere ſancti Patres) privabat. Inter eos vero qui ob Chriſti nominis confeſſionem militiam abdicare coacti ſunt, tres qui poſtea imperium tenuere, Jovianum ſcilicet, Valentinianum Magnum, & Valentem ejus fratrem Socrates lib. 3. cap. 13. aliique auctores laudant. quamvis Valens poſtea ob Arianam hæreſim Eccleſiæ hoſtis infenſiſſimus, hanc confeſſionis gloriam penitus aboleverit. His etiam accenſendus videtur Victricius, qui coram *Tribuno ſacrilego* abdicatis militiæ inſignibus, diverſis gravibuſque ſuppliciis affectus eſt, quæ recenſet ſanctus Paulinus in epiſtola 26. ad eumdem Victricium tunc Rotomagenſem epiſcopum. Beatiſſimos Antiſtites Athanaſium, Baſilium, Gregorium Nazianzenum utrumque, patrem & filium, aliosque permultos omitto, qui ab hac procella eccleſiam egregie defenderunt.

2. Porro nihil omittebat Julianus, ut Chriſtianos, præſertim milites, ad ſuam perfidiam pertraheret, adhibitis etiam ad hanc rem inſidiis occultis ac technis, ut qui ſacrificare omnino renuiſſent, aliquibus ſaltem ritibus profanis, quos cum honoribus imperialibus commiſcuerat, admiſſis, diis

ali-

[V. de Sozom. lib. 5. cap. 17.] aliquem honorem præſtitiſſe dici poſſent. Sic juxta ſedem ſuam Jovis aut alterius cujuslibet idoli ſpeciem pingi juſſerat, ut cum ipſemet ſalutaretur, hæc idola pariter a Chriſtianis illis ſalutata fuiſſe cenſerentur. Celebre eſt aliquot militum facinns, qui cum in donativorum militarium diſtributione thus incaute adoleviſſent; cognita deinde Juliani fraude, avulſis ex capite capillis, per forum diſcurrentes Chriſtianos ſe eſſe, & Imperatoris fraude circumventos proclamabant. Deinde Julianum adeuntes, projectis donativis, ſe in ignem coniici poſtularunt, ut per ignem polluti alio igne purgarentur. quos capite damnatos, cum mortis ictum jamjam eſſent excepturi, mutata pœna exſulare juſſit Julianus, ut cum Sozomeno refert Theodoritus lib. 3, Hiſt. eccleſ. cap. 17 apud quem horum militum iunior *Romanus* appellatur. Proceſſit tamen aliquando uſque ad cædem Juliani ſævitia, ut non ſolum ex faſtis eccleſiaſticis, ſed etiam ex aliis antiquis auctoribus certum eſt. Refertur in Chronico Paſchali Domitii monachi martyrium, qui in ſpelunca, ubi degebat in Cyreſtica, Imperatoris juſſu inclnſus, necatus eſt. Baſilii Ancyrani presbyteri ejuſdem imperio immanibus ſuppliciis affecti Acta inferius exhibebimus. In eadem urbe cruci affixus fuiſſe ſub Juliano dicitur Sanctus Genellus martyr, ſub cujns nomine templum celebratur in vita Sancti Theodori Siceotæ cap. 2. Celebris eſt etiam Arthemii martyris, Ducis olim militum in Ægypto, memoria, qui capite obtruncatus eſt, apud Theodoritum lib. 3. Hiſt. eccleſ. c. 18. & Ammianum Marcel. lib. 22. c. 11. Ipſius feſtivitatem Græci & Latini recolunt die 20. Octob., qua die eius Acta ex Metaphraſte referuntur apud Surium. In iis etiam confeſſio & martyrium Sanctorum Eugenii & Macarii Presbyterorum Antiochenſium narrantur. Sub Arthemii nomine eccleſia Deo conſecrata erat Conſtantinopoli, ex *CP.* Chriſtiana Cangii lib. 4. Præcipue tamen Chriſtianorum neci incumbebat Julianus Comes Orientis, imperatoris avunculus, ex Sozomeno lib. 5. cap. 7. Aliquot etiam Romæ Martyres ſub Juliano necem paſſi feruntur, quales ſunt celeberrimi fratres Johannes & Paulus, non ſolum a Gregorio Magno memorati, ſed & qui Miſſam propriam habent cum in Miſſali Gelaſiano, tum in Liturgia Gallicana: tametſi eorum Acta, quæ vulgu circumferuntur, vitiata ſnnt. Eadem habemus in mſ. cod. ab annis circiter mille exarato, ſed quæ tamen cum nævis non careant, omiſimus; ſicut & alia multa de compluribus Martyribus, qui ſæviente Juliani perſecutione dicuntur paſſi in Gallia, aut in aliis paſſim regionibus; ſed quorum etſi cultus certus ſit, incerta tamen ſunt Acta & dubiis rebus, etiam & quandoque falſis omnino, intermixta: viſum eſt quippe ſufficere de iis tantum Martyribus hic ſeorſim agere, quorum vel Acta ſincera habemus, vel eorum martyrium in probatis auctoribus refertur.

## I. De CYRILLO & aliis. *Ex Theodorito lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 7.*

1. EA porro quæ homines ſimulacrorum errore obſtricti per id tempus perpetrarunt, ſunt quidem numero plurima, & peculiare opus deſiderant: pauca tamen ex multis narrabo. Etenim Aſcalonæ & Gazæ, quæ urbes ſunt Palæſtinæ, virorum ſacerdotii honore prædirorum, & mulierum quæ perpetuam virginitatem profeſſæ fuerant, ventres diſſecuerunt, & hordeo poſtea completos, porcis vorandos præbuerunt. [Vide Sozom. lib. 5. cap. 10.] Sebaſtæ vero, quæ ipſa urbs eſt ejuſdem provinciæ, Johannis Bapriſtæ arcam aperuerunt, & oſſibus igne conſumtis cineres hac & illac diſperſerunt. Scelus autem in Phœnice ab illis admiſſum quis abſque lacrymis narrare poſſit? Heliopoli, quæ eſt ad Libanum, quidam [Cyrillus martyr.] erat diconus, CYRILLUS nomine. Is Conſtantini temporibus divini amoris æſtu inflammatus, multa ſimulacra, quæ illic religioſe colebantur, contriverat. cujus facinoris memores nefarii homines, non ſolum eum interſecerunt, ſed ventre ejus diſſecto jecur quoque illius deguſtarunt. Sed tamen juſtitiæ oculum univerſa contuentem latere minime potuerunt: immo pœnas dederunt dignas tanto facinore. Quotquot enim hujus piaculi participes fuerant, primum quidem ſpoliati ſunt dentibus, qui univerſi ſimul ipſis exciderunt: poſtea vero linguas quoque amiſere, quæ putredine conſumtæ ipſæ quoque diffluxerunt. Poſtremo oculis etiam orbati ſunt, & quanta vis eſſet religionis calamitatibus ſuis prædicarunt.... Doroſtoli prærerea, quæ urbs eſt Thraciæ non ignobilis, ÆMILIANUS in- [Æmilianus.] victus Chriſti athleta a Capitolino totius Thraciæ præſide in rogum conjectus eſt.

2. His Theodoritus ſubjungit Marci Arethuſiorum epiſcopi immane martyrium, quem ait flagris cæſum, ac in cloacas conjectum fuiſſe; inde poſtea extractum, adoleſcentum multitudini traditum, qui eum ſtilis confoderent, ac tandem reticulo inclusum, garo ac melle iunctum, æſtu ardentiſſimo ſublimem ſuſpenſum ſub dio fuiſſe, ut a veſpis & apibus ſugeretur, quæ omnia incredibili alacritate Marcum pertuliſſe Theodoritus ſcribit. Hic in Græcorum Menæis & aliquot Latinorum Martyrologiis celebratur. Diſplicet tamen quod Arianorum aut parti faverit, aut ſane inter Semiarianos fuerit unus e præcipuis. Verum non ſolum à Theodorito epiſcopo catholico, aliiſque probatæ fidei auctoribus laudatur, ſed præterea encomiaſtem egregium habuit Gregorium Nazianzenum Invectiva 1. in Julianum. De hac re fuſius differentes conſule Bollandianos ad diem 29 Martii, quo etiam die Cyrilli feſtum agitur. Æmilianus vero laudatur tam in Chronico ſancti Hieronymi, quam Chronico paſchali. Morte punitus eſt ob incenſum templum, cujus feſtum celebratur die 18. Julii. Ceterum de iiſdem ac ſimilibus adverſus Chriſtianos geſtis conſulendi ſunt alii etiam auctores, quales ſunt Gregorius Nazianzenus Oratione 3. in Julianum, Socrates lib. 3. Sozomenus lib. 5. & alii ſcriptores eccleſiaſtici. Ex his Philoſtorgius lib. 7 n. 4. nonnullis in locis Chriſtianos a gentilibus comprehenſos *aris incenſis tamquam victimas* impoſitos fuiſſe narrat. quod Alexandriæ contigiſſe innuit Gregorius loco laudato.

## II. De ſancto EUSEBIO, &c. *Ex Sozomeno lib. 5. Hiſt. eccleſ. cap. 9.*

1. SEd quoniam ad hunc ſermonem devenimus, & Georgii ac Theodori[1] cædem jam commemoravimus, opportunum nunc videtur, ut EUSEBII, NESTABI, & ZENONIS[2] fratrum mentionem faciamus; quos populus Gazæorum odio proſequens, tunc temporis domi abditos comprehendit. Ac primum quidem in carcerem eos conjecit, & flagris verberavit. Deinde omnes in theatrum convenientes, adverſus eos vociferati ſunt, quod templa ipſorum violaſſent, & ſuperiorum temporum opportunitate, ad everſionem & contumeliam græcanicæ religionis abuſi eſſent. Dumque ita vociferantur, & in cædem illorum ſeſe mutuo incitant, furorem animis conceperunt. Atque, ut vulgus ſeditioſum ſolet, ſemetipſos cohortati ad carcerem properarunt, eoſque inde eductos crudeliſſimo mortis genere interfecerunt; nunc pronos, nunc ſupinos trahentes, & pavimento allidentes; & pro arbitrio, alii lapidibus, alii fuſtibus, & cujuſque modi telis, quæ ad manum eſſent, eos cædentes. Audivi etiam mulieres, relicta tela ex domo progreſſas, radiis illos pupugiſſe, & coquos qui in foro erant, partim ollas aqua ferventi bullientes focis abreptas eis ſuperfudiſſe; partim verubus eos transfixiſſe. Poſtquam eos dilaceraſſent, & capita eorum ita confregiſſent, ut cerebrum humi efflueret: eos extra civitatem traxerunt, ad locum quo jumentorum cadavera projici ſolebant. Ibi accenſo rogo, corpora eorum concremarunt, & quæ ſupererant oſſa, quæ ſcilicet ignis minime abſumſerat, camelorum aſinorumque oſſibus illic temere disjectis permiſcuerunt, ne facile reperiri poſſent. Sed tamen non latuerunt diu. Etenim mulier quædam Chriſtiana, non illa quidem oriunda ex urbe Gaza, ſed quæ illic domicilium fixerat, Deo jubente, ea noctu collegit, & in ollam conjecta, ZENONI eorum conſobrino cuſtodienda tradidit. Sic enim Deus in ſomnis præceperat, & locum ubi vir iſte degeret mulieri indicaverat, ac priuſquam illum vidiſſet ei oſtenderat. Erat enim ignotus mulieri & ob recens excitatam perſecutionem occultus latebat. Parum ſiquidem abfuerat, quin & ipſe comprehenſus a Gazæis occideretur. Sed dum populus conſobrinorum ejus cædibus intentus eſſet, ipſe opportunitatem nactus, Anthedonem[3] aufugit urbem maritimam, viginti circiter ſtadiis Gaza diſtantem; quæ quidem eo tempore ſuperſtitioni gentilium perinde addicta, & ſimulacrorum cultui ſupra modum dedita erat. Ibi cum indicio quorumdam Chriſtianus eſſe proditus fuiſſet, tergo vir-

Euſebii &c. hiſtoria martyrium.

Reliquiæ colliguntur.

Zeno Conf. tandem epiſc.

[1] Georgius qui expulſo S. Athanaſio ſedem Alexandrinam invaſit, a furentibus gentilibus interemtus eſt. Theodorus vero ſeu Theodoritus; is eſt cujus infra Acta proferimus.

[2] Simul cum Neſtore recolitur die 8. Septembris.

[3] Civitas epiſcopalis inter Gazam & Aſcalonam.

virgis graviter cæſus eſt ab Anthedoniis, & urbe ejectus. Cumque ad Gazæorum navale [a] ſe contuliſſet, illic abditus delitescebat. Ibi mulier ei occurrens, reliquias tradidit; eas ille domi abditas aliquamdiu ſervavit. Poſtea vero epiſcopatum illius eccleſiæ ſortitus, id autem contigit principatu Theodoſii, baſilicam extra urbem ædificavit, & altare ſublime erexit, & Martyrum reliquias depoſuit juxta NESTOREM Confeſſorem; (*Neſtor confeſſor.*) qui cum conſobrinis ſuis, dum viverent, familiariter verſatus, & una cum illis a populo comprehenſus, vincula ac flagella ſimul cum eis pertulerat. Sed inter trahendum ii qui eum raptabant, conſpecta illius pulchritudine, juvenem miſerati ſunt; & extra urbis portas projecerunt, adhuc quidem ſpirantem, ſed qui brevi moriturus ſperabatur. Inde quidam eum tollentes, ad Zenonem deportarunt, apud quem dum ulceribus ejus ac plagis medicina adhiberetur, animam exhalavit.

2. At Gazæi gravitatem facinoris ſui animo reputantes, metuere cœperunt, ne Imperator ipſos impune abire non ſineret. Jam enim rumor ſparſus fuerat, indignari illum, & decimum quemque ex plebe necari ſtatuiſſe. Sed id falſum erat, ac rumor dumtaxat popularis, ex metu, ut credibile eſt, & ex eorum quæ geſſerant conſcientia, per vulgus diſperſus. Siquidem Imperator ne id quidem quod erga Alexandrinos ob Georgii cædem fecerat, Gazæos per litteras reprehendit. Immo (*Juliani odium in Chriſtianos.*) Conſularem, qui tunc provinciam illam regebat, exauctoravit; ſuſpectumque habuit, & in judicium adductum, clementiæ ſuæ tribui voluit, quod nequaquam morte mulctaret. Incuſabat autem illum, quod quoſdam ex Gazæis, qui ſeditionis ac cædis auctores fuiſſe dicebantur, comprehenſos in vincula conjecerat, ut ex legum præſcripto judicium ſubirent. Quid enim, inquit, illos duci neceſſe erat, qui paucos Galilæos pro multis injuriis quibus ipſos, ac deos ipſorum affecerant, ulti eſſent? Et hæc quidem ita geſta eſſe perhibentur.

Subjungit Sozomenus Hilarionem monachum, qui poſtea adeo celebris fuit, à Gazæis quæſitum hac occaſione in Siciliam ſe recepiſſe. Sed de ſancto Hilarione conſulenda ipſius vita, quam ſanctus Hieronymus conſcripſit.

a Id eſt Majuma, civitatis jure & proprio epiſcopo donata ſub Conſtantino M. qui eam Conſtantiam appellavit. At Julianus eam privilegiis ſpoliatam Gazæis rurſus ſubjici juſſit. Proprium tamen epiſcopum ipſi aſſeruere comprovinciales epiſcopi. De his vide Sozom. lib. 5. cap. 3. Porro Zenonis epiſcopi Majumæ & ejus fratris Ajacis epiſcopi Botolii elogium vide apud eumdem Sozom. lib. 7. cap. 28. De Majuma ſodis adi Baron. in notis ad Martyrol. Rom. die 26. Decembr.

## III. De SS. MACEDONIO, &c. *Ex Socrate lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 15.*

EOdem tempore apud Merum [1] urbem Phrygiæ, præſes provinciæ Amachius templum aperiri juſſit, & ſordes quæ longinquitate temporis in eo coacervatæ erant, exportari, ſtatuas denique illic poſitas expoliri præcepit. Hoc illius factum Chriſtianorum animis gravem incuſſit dolorem. Itaque *Macedonius* quidam, & *Theodulus*, ac *Tatianus* zelo Chriſtianæ religionis incenſi eam indignitatem ferre minime potuerunt. Sed incredibili quodam virtutis amore flagrantes, noctu in templum irruunt, & ſtatuas omnes confringunt. Quo facto Præſes graviter commotus, cum multos in ea urbe qui prorſus inſontes erant, ſupplicio afficere vellet, auctores facinoris ultro ſeſe obtulere: & pro veritatis defenſione ipſi occumbere maluerunt, quam ſinere, ut alii ipſorum vice occiderentur. Eos igitur comprehendens Judex, jubet ut facinus ab ipſis perpetratum eluant ſacrificando: ni ita fecerint, ſupplicium interminatur. At illi utpote animo generoſo præditi, ſpretis ejus minis, paratos ſe oſtenderunt ad tormenta quælibet ſuſtinenda, & mori multo quam ſacrificiis pollui maluerunt. Judex igitur cum omni tormentorum genere eos excruciaſſet, tandem craticulæ impoſitos ſubdito igne cremari juſſit. Tunc vero illi extremum ſpecimen fortitudinis ediderunt, his verbis Præſidem allocuti: *Si cupis, Amachi,* *car-*

1 Alias Myrum urbs epiſcopalis Phrygiæ Salutaris ſub metropoli Synnadenſi. Hanc urbem alio nomine, Comopolim dictam fuiſſe obſervat Valeſius. Porro Macedonius & ſocii recoluntur die 12. Septembris.

*carnes aſſas deguſtare, verte nos in alterum latus, ne forte guſtui tuo ſemiaſſi videamur.* Hoc illi modo vitam finierunt.

Eadem habet Sozomenus lib. 5. cap. 11. quibus ſubjungit Buſiridis Ancyrani martyrium, felicis quod tuoc in tormeotis non defecerit. Erat enim ex ſecta Encratitarum, qua ejurata tempore Thodoſii Magni Eccleſiæ catholicæ ſeſe conjunxit. Duos item egregios Confeſſores, qui apud Peſſiounta, celebre ob deorum Matris cultum opidum, in eadem Phrygiæ provincia claruerunt, laudat Gregorius Naziaozenus Oratione 4. contra Julianum, ex quibus alter, *(ipſum Julianum alloquitur Gregorius)* cum deorum tuorum matri contumeliam intuliſſet, atque ipſius aram diruiſſet [a], adductus quidem eſt ut oocens ac facinoroſus, iogreſſus eſt autem ut lauteatus: ac purpuram tuam & ſermones, ut inanes & futiles ingeoti riſu proſecutus, cum majori libertate ac fiducia exiit, non ſecus ac ſi quis a cœna & ſplendido epulo rediret. Alter lotis toto corpore ad intimas uſque partes laceratus, ac præ vulneribus exiguum quiddam ſpirans; tantum tamen ab eo abfuit, ut tormentis ſuccumberet, aut præſentium quicquam grave atque acerbum exiſtimatet, ut cum quamdam corporis partem a plagis intactam & inoffenſam vidiſſet, tortores etiam ipſos, tamquam contumelioſos accuſaret, ut qui totum ipſius corpus honore minime aſfeciſſent, verum aliquid non laceratum, nec ſanctitate affectum teliquiſſent: tibiam ſimul demonſtrans, ut quæ ſola ungulas effugit, eoſque, ut ne huic quoque parcerent inhortans.

a De eodem loqui videtur Ambroſius epiſt. 40. novæ edit. n. 17. ad Theodoſium Aug. ubi in uno cod. Regio appellatur Cæphilus. quamvis alii hunc Ambroſii locum intelligant de Æmiliano qui ob templum incenſum occiſus eſt ſupra pag. 507.

## IV. Acta S. BASILII Ancyrani presbyteri. *Ex Martio Bollandiano, ad Græcum ex cod. Vaticano collata.*

*Baſilius prædicationi perſeverantia.*

1. BASILIUS hic totus iotentus hominibus veritatem Chriſtianam edocendis, avertendiſque a via diaboli, & cuncta operatione ejus, non ceſſabat prædicans quod difficile tempus incumberet, & varii eſſent infernalis militiæ principes. Habere enim ſatanam miniſtros nonnullos iodutos veſtimentis ovium, qui intrinſecus ſint lupi rapaces; & ne ſecura poſſit vita duci, ad animarum venationem circumeaot, quorum finem cunctis manifeſtaturum eſſet tempus quod inſtabat. Igitur intrepide inquiebat: *Explano viam conſequendæ ejus, quæ in Deo & Chriſto Dei eſt ſalutis, & impiorum manifeſto errorem; ſi qui dimittentes viventem & manentem in ſæcula Deum, confugere ad idola cæca, ſurda & muta, hereditatem quærentes ſibi ex illis provenientem, flammam ignis inexſtinguibilem. Quapropter omnes qui Chriſti myſteria ſtudioſe amplexi, fidei noſtræ veneramur Ducem, & inviolatum volumus theſaurum hunc in animæ gazophylaciis incontaminatis cuſtodire, diabolicorum deceptorum illorum chorealem apparatum conculcemus pedibus, & fugiamus exſecrabiles nugas & irritamenta, freti auxiliatore Chriſto, æterno remuneratore noſtro.* Sic autem faciebat per dies ſingulos, circumiens univerſam civitatem, & unumquemque corroborans ad tenendam fidei perfectionem, & fugienda ſupplicia futurorum malorum. Fuerat autem Baſilius hic ſub Eudoxio [1] & Macario, & Eugenio, & pluribus aliis Conſtantinopoli ad Synodum collectis, prohibitus habere conventus ſacros, quia pietati inhærens, fidem accurate tenebat: ſed ab epiſcopis ducentis triginta in Palæſtina collectis juſſus eſt fidenter agere, ut qui magiſtros haberet viros ſanctos & Domini amatores, ipſe ex imperatorii palatii nobilioribus unus. Ergo rectam coram Deo vitam ducens, annuotiabat irreprehenſibilem fidei ſermonem, & multos reducebat ab errore. Ideoque temporibus iis, quibus anima Chriſtiana commovebatur, ſeditionis nomine delatus ad Imperatores fuerat, & veritatis cauſa a ſingu-

*Ab Arianis interdicitur.*

1 Eudoxius ab Arianis epiſcopus Germaniciæ factus, deinde Antiochenam ſedem, ac tandem Conſtantinopolitanam invaſit anno 360. Arianorum ſectæ anteſignanus.

ſingulis eorum examinatus, multos efficiebat fideles: quia ipſe apparebat conſtans in fide & traditione Patrum, atque ab orthodoxa confeſſione flecti neſcius.

2. Cum autem imperium obtinuiſſet Julianus, factus a Chriſtiana religione apoſtata, factus quoque eſt animarum ad perditionem ſubverſor. Exponens enim delira dogmata de ſacrificiorum cultu mutis ſurdiſque & inſenſatis deſerendo; ſtabilivit illa per annum integrum & menſes tres in partibus Galatiæ. quibus novam ejus deceptionem reverenter ſuſcipientibus, ſuper Ancyra

*Sub Juliano comprehenſus,* Deum benedicens Baſilius ſanctus: *O ſalvator*, inquit, *mundi Chriſte, lumen inextinctum, æternarum gazarum theſaure, ex voluntate Patris diſſipans tenebras, & ejuſdem ſpiritu cuncta conſtituens; reſpice oculo ſancto & tremendo tuo, & disjice nefandas ſuperſtitiones eorum qui ſe opponunt veritati tuæ; atque præpedi illos cum ipſorum concupiſcentiis, ut contrito imbelli conſilio ſuo, non impediant ani-*

*Chriſtus Deus.* *mam in te DEO per ſæcula vivente permanentem*. Baſilium vero audientes ii qui dæmonum cultum exſequebantur, magno adverſus eum furore concitati ſunt; & eorum unus, Macarius nomine, exſilivit atque adprehendit eum, dicens: Ecquid tu circumis commovens univerſos, & religionem deorum diſſolvens ab Imperatore laudabiliter conſtitutam? Cui Baſilius: *Confringat os tuum Deus, mancipium diaboli. Nec enim ego veſtram religionem deſtruo; ſed qui in cælis eſt ipſe inviſibili virtute eam deſtruet: & qui per ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum abolevit errorem idolorum; ille etiam nunc diſſipabit & diſperdet omne conſilium veſtrum; donec ad extremam redacti impotentiam, deficiatis, & hereditetis præparatam inobedientiæ veſtræ mortem*.

*Coram præſide ſiſtitur.* 3. Indignantes igitur adverſus eum impii, adduxerunt eum ad proconſulem [a] Saturninum, dicentes: Homo hic ſeditioſam facit civitatem noſtram, multoſque decipiens in errorem adducit. Nunc eo progreſſus eſt audaciæ, ut perverſa prædicans, & aras evertere & imperatorem præſumat blaſphemare. Dicit ei Saturninus: Quis es tu, qui ejuſmodi audeas? Reſpondit Baſilius: *Quod omnibus potius eſt, Chriſtianus ſum*. Ut quid ergo, reponit Saturninus, Chriſtianus cum ſis, non facis ea quæ Chriſtianum decent? *Recte mones, Proconſul*, ait ille. *Decet enim Chriſtiani hominis opera cunctis fieri manifeſta. Hoc igitur bene dixiſti*. Subſumſit Saturninus: Cur itaque rebellem facis civitatem noſtram, & Regem blaſphemas, ubique eum traducens, ut tranſgreſſorem ſanctum bonarum legum. At Baſilius: *Neque Imperatorem*, inquit, *blaſphemo, neque conditam ab eo religionem. Imperator Deus eſt qui in cælis habitat, quem digni illius cultores patres noſtri ubique adorant in puritate cordis. Ipſe in brevi poteſt a vobis perperam conſtitutam impietatem diſſolvere*. Non ergo, inquit Saturninus, vera tibi eſſe videtur religio, quam Imperator noſter conſtituit? *Quid poteſt*, refert Baſilius, *vera eſſe, o Præſes, quæ præ rabidis canibus carnes per ora ferens circumeundo manducat, & ante aras dæmonis latratum ciens, ſuas ipſis carnes circumponit, ſuum ſanguinem circum ipſas effundit. qui, inquam, talis poteſt ſana integraque haberi?* Saturninus e contra; Parce garrulæ nugacitati, & obaudi Imperatori. *Ego*, refert Baſilius, *cæleſti hactenus Imperatori obedivi, & ab ipſius fide numquam abducar*. Cui Saturninus: Quem tu mihi cæleſtem, cui obediveris, Imperatorem memoras? Illum, reſpondit Baſilius, *qui in cælis reſidet, & intuetur omnia. hic enim quem tu mihi laudas, terrenus eſt, mox caſurus in manus magni Regis, ut qui homo ſit*. Talia cum audiret Saturninus indignatus eſt, juſſitque Sanctum appenſum lacerari. *Torquetur.* Ipſe vero ſtatim ut ſublimis pependit, cœpit orare in hunc modum: *Gratias tibi ago, Domine Deus ſæculorum, qui dignum me feciſti per hæc tormenta viam vitæ advenire, per quam ambulans conſpicere poſ-*

a Dicitur Ἡγεμὼν in Actis quæ Græce habentur ex cod. mſ. Vaticano in fine tom. 3. Martii Bollandiani, quo nomine Græci quemlibet provinciæ rectorem deſignant.

*poſſim promiſſionum tuarum heredes*. Dum autem diſcerperetur, ait ad Baſilium Proconſul: Quid videtur, Baſili? num poteſt Imperator ſuis immorigeros juſſis condigno ſtatim multare ſupplicio? Age, vel nunc & ipſa malorum experientia doctus parere diſce. *Dixi*, inquit Baſilius, *o vecors & ſpei exſors Chriſtianæ, dixi me ei qui veraciter Rex eſt credidiſſe, neque poſſe a ſententia dimoveri.* Rurſum Saturninus, cum deficientes laſſitudine quæſtionarios ceſſare tantiſper imperaſſet a tortura, ait Baſilio: Crede nobis, atque ſacrifica. Cui ſanctus: *Numquam vanis iſtius modi numinibus ſacrificavi, neque eorum qui occidunt animas participavi * victimis*, Tunc juſſit Proconſul in carcerem abduci Sanctum. cui recedenti occurrit impurus quidam, Felix nomine, & dicit ei: Quid eſt, Baſili, quod ipſe te perditum eas. quin potius amicus deorum efficitor, ut imperatoriis promiſſis potiaris. nam ſi nolueris, punieris graviter, & quidem longe meritiſſimo jure. At Baſilius: *Apage*, inquit, *perverſe & immunde, veracium promiſſionum prorſus expers & indigne. quomodo enim in tenebris exſiſtens ad veritatem poſſes pertingere, & intueri ipſi tibi circumfuſam caliginem?* Atque his dictis ingreſſus in carcerem eſt.

* Græc. θυσιῶν.

4. Proconſul vero nuntiavit Juliano quæ circa Baſilium geſta eſſent. Ille vero his auditis, Elpidium[3] quemdam, perditionis magiſtrum, miſit una cum Pegaſio, & ipſo ex theſauris cæleſtibus ejecto. Qui cum perveniſſent Nicomediam, invenerunt iſthic Aſclepium Æſculapii ſacerdotem: eoque ſecum ſumto, tres pariter diabolicæ militiæ duces iter ſimul proſecuti, ſtatim atque Ancyram pervenere, quæſiverunt de ſancto Baſilio, quo res ejus loco eſſet: & dixerunt in carcere attineri, ubi non ceſſaret die ac nocte laudans & glorificans Deum. Die ergo proximo abivit ad carcerem Pegaſius, deſertæ turpiter veritatis reus, & ſalutans Beatum. Salve, inquit, Baſili. At hic: *Non eſt tibi ſalus prævaricator & proditor veritatis; tibi, inquam, qui olim e fonte Chriſti potabaris, nunc autem cloacarum impleris cœno; olim myſteriorum divinorum particeps, nunc menſæ dæmoniorum; olim magiſter veritatis, nunc dux perditionis; olim cum ſanctis feſta celebrans, nunc cum exercitu ſatanæ choreas ducens; olim errantes in tenebris manu ducens ad lucem, nunc ipſe caligine circumfuſus. Quomodo perditum iviſti ſpem tuam, & ſpoliatus es animæ tuæ theſauro? Quid facies cum viſitaverit te Dominus?* Hæc ubi dixit, oravit ad Dominum: *Tibi ſit gloria*, inquiens, *o DEUS qui cognoſceris a ſervis tuis, atque ad lucem ducis deſiderantes divinitatem tuam conſpicere; qui glorificas ſperantes in te, & confuſionem inducis ſuper oſores mandatorum tuorum; qui ſalutem iis, qui longe abs te receſſerant pollicitus, & glorificaris in cælis, & adoraris in terris. Digneris, o DEUS altiſſime, ab anima ſervi tui cuncta diaboli vincula revellere, ut poſſim effugere eos qui odere juſtitiam, & eorum qui mihi minantur vires ſuperare*. Pegaſius autem talia audiens, exivit de carcere contriſtatus. atque ad ſocios ſuos regreſſus, expoſuit eis quæcumque dixerat Baſilius. Ipſi autem ita commoti propterea quod mærentem viderent Pegaſium, acceſſerunt ad Proconſulem, eique retulerunt ſicut audiverant ex Pegaſio. Proconſul igitur cupiens gratificari Pegaſio, juſſit ut ſanctus adduceretur. qui ut ante tribunal ſtetit, ſignavit ſe, & Proconſulem affatus: *Facito*, inquit, *quidquid volueris*. Audiens autem Elpidius, quod ſic imperterrite loqueretur ei, ait ad Proconſulem: Inſanus factus eſt ſceleſtiſſimus. Nunc igitur ſiquidem tormentis ſibi ſuaderi ſiverit, lucratus fuerit animam ſuam; ſin minus, Imperatori reſervetur. Rurſum igitur iratus Proconſul appenſum juſſit fortiter per nervos extendi, donec, inquit, pœnam non ſufferens, perſuaſus fuerit ſacrificare.

Apoſtatæ regali

3 Hic eſt Elpidius Comes rerum privatarum ſeu præpoſitus domus regiæ, qui, teſte Theodorito lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 12. in gratiam Juliani paganiſmum amplexus eſt. Quam ignominioſe ſub Valente vitam finierit *Elpidius ſacrificator* appellatus, videſis apud Philoſtorg. lib. 7. num. 10. Alius autem eſt *Elpidius* præfectus prætorii, quem uti martyrem memorant die 16. Novembris. De quo vide Godefridum Hermant. lib. 4. Vitæ Baſilii M. cap. 44.

re. Cui Baſilius: *Age, impie, quidquid volueris, habens tecum adverſariæ poteſtatis duces. Nihil enim in me proficies, neque tu, neque conſiliarii tui, quoniam habeo Chriſtum adjuvantem me.* Tunc ait Saturninus: Accipite ferramenta gravia, eaque illius collo & manibus circumponite, ut ſic tradatur Imperatori. nunc vero in cuſtodiam abeat.

5. Poſt paucos autem dies contigit Imperatorem proficiſci in partes Orientis. qui cum veniſſet Ancyram, occurrerunt ei miniſtri ᵃ diaboli, habentes ſecum idolum Hecates: & ingreſſus in palatium convocavit deorum ſacerdotes, largituſque pecunias iis eſt. Sequenti vero die dum ſpectacula fierent, retulit ad Imperatorem Elpidius de Baſilio. *Julianus profectatur.* Poſtquam ergo ſurrexiſſet e theatro, juſſit ad palatium adduci Sanctum. qui venit facie mirabiliter venuſta ac ſplendida. Et ait ad eum Julianus: Quod tibi nomen eſt? Cui Baſilius: *Quis ſim, ex ordine tibi pandam. Primum quidem* *Chriſtus æternus* *Chriſtianus appellor, Chriſti autem nomen æternum eſt, & humanas cogitationes ſupergreditur. Deinde vero* Basilius *ab omnibus nuncupor. Siautem Chriſti nomen intemeratum ſervavero, recipiam ab eo in die judicii immortalitatis mercedem.* Julianus inquit: Noli errare, Baſili. nec enim ignarus ſum myſteriorum veſtrorum. Ei credis qui mortem ſuſtinuit ſub præſide Pilato. *Minime*, repoſuit Baſilius, *non erro, Imperator. Tu quidem factus apoſtata abdicaſti regnum cæleſte: at ego Chriſto meo credo, quem tibi imperium conferentem ejuraſti, quod hic quoque brevi eſt ablaturus a te, ut* *Chriſtus Deus.* *cognoſcas qualem* DEUM *offenderis.* Ad *Julianus hiſtor fuerat.* quæ Julianus: Inſanis, dementiſſime. non fiet ut tu vis. Reſpondit Baſilius: *Neque retributionem ejus recordaris, neque reveritus es altare, quo ſalvatus fuiſti; neque cuſtodiſti legem, quam tuo ſæpius ore prædicaſti. Quapropter neque ipſe magnus Imperator Chriſtus recordabitur tui; ſed hoc temporale imperium confeſtim auferet a te, & corpus tuum ſepultura privabitur, cum animam inter maximos dolores exhalaris.* Tum vero Julianus: Ego quidem, impie, te demittere volebam: ſed quoniam iterata ſæpius inverecundia uſus, & conſilia mea reſpuis, & contumeliis etiam multis me afficis; præcipit majeſtas mea, ut e corpore tuo quotidie ſeptem exſcindantur lora. Et mandavit Frumentino ᵇ Comiti Scutariorum, ut cutem ejus diſſcinderet. Diſſciſſus autem in hunc modum Sanctus, cum immanem illam torturam fortiter ſuſtinuiſſet: *Nunc enim vero*, inquit, *optarem accedere ad Imperatorem, & eum alloqui.* Quibus verbis exhilaratus Comes, ratuſque velle ſacrificare, ingreſſus ad Imperatorem eſt, eique ſignificans dixit: Domine imperator, Baſilius non ferens tormentum ſibi illatum, comperare cupit coram majeſtate tua. Abiit ergo ad Æſculapii fanum Julianus, & illuc adduci ſanctum imperavit. Ut autem eodem acceſſit Baſilius, inquit ad Julianum: *Ubi ſunt ſacerdotes & vates tui, qui tibi ſolent adhærere, Imperator? numquid indicaverunt tibi, cujus rei gratia ad te acceſſerim.* Arbitror utique, reſpondit Julianus, quod prudens cum ſis, teipſum recognoveris, & velis conjungi nobis, de cetero deos agniturus. Cui Baſilius: *Immo ut ſcias, Imperator, quod nulli ſint quos nominas deos. Idola enim ſunt ſurda & cæca, quæ credentes in ſe ad infernum ducunt.* Eoque dicto accepit unum e diſſciſſis corporis ſui loris, illudque Juliano in faciem jecit dicens: *Accipe, Juliane, quando hoc cibo delectaris: mihi autem vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum: adjutorium meum ipſe eſt, in quem credo & propter quem patior.* Quod ut fuit inter Chriſtianos vulgatum, beatum eſſe dixerunt Sanctum pro tam illuſtri confeſſione.

6. Confuſus autem Comes feſtinavit egre-

ᵃ Græc. ἱερεῖς τῶν Εἰδώλων. De hoc ſacerdotum appellatione plura obſervarunt viri eruditi. Placet Boll. conjectura iſtos ſic dici quia revera non ſunt ſacerdotes μὴ ἱερεῖς.

ᵇ Infra σπεκουλάτωρ. Hic autem σπεκουλάτορι Κόμητι κουραγίου δερματομεῖν αὐτόν. Unde conjiciunt poſſe hic deſignari præfectum carnificum, quod ex *cura* græcum id nomen effictum fuerit. Sed Frumentinum judiciariam poteſtatem habuiſſe conſtat. Nec umquam adeo viluiſſe arbitror *Comitis* nomen, de quo videſis Gloſſar. Cangianum. Porro idem Cangius hic legit Κόμητα Κονταρίων, id eſt, Præpoſitum militum qui contis utebantur.

## De eodem S. BASILIO. *Ex Sozomeno Hiſt. eccleſ. lib. 5. cap. 11.*

EOdem tempore martyrio vitam finiiſſe dicuntur Baſilius, Ancyranæ eccleſiæ presbyter, & Eupſychius Cæſarienſis Cappadox, nobili genere ortus, qui recens uxorem duxerat, & adhuc quaſi ſponſus erat. Et Eupſychius [a] quidem, quantum conjectura aſſequor, propter templum Genii publici interfectus eſt, quo tunc temporis deſtructo, univerſi Cæſarienſes, ſicut antea retulimus *, in Principis offenſionem venerunt. Qui vero templum illud ſuis manibus ſuperverterant, pœnas dedere: alii morte, alii exſilio multati. Baſilius vero, Chriſtianæ fidei defenſor acerrimus, quamdiu quidem Conſtantius imperium obtinuit, fortiſſime reſtitit Arianis: atque ob hanc cauſam, Eudoxiani ne plebem colligeret, ei interdixerunt. Ubi vero Julianus ſolus imperio potitus eſt, regionem circumiens Baſilius, Chriſtianos palam ac publice hortabatur, ut doctrinæ ſuæ tenaciter adhærerent, nec gentilium ſacrificiis ac libationibus ſeſe pollucrent: neve honores ipſis ab Imperatore delatos magni facerent, quos momentaneos eſſe oſtendebat, ſed perpetuo exitio compenſandos. His rebus intentus, atque ideirco ſuſpectus & inviſus gentilibus, eum aliquando eos publice ſacrificantes vidiſſet, conſtitit: & graviter ingemiſcens, Deum precatus eſt, ne quis Chriſtianorum ejuſmodi errore caperetur. Hanc ob cauſam comprehenſus, Præſidi provinciæ offertur: multaque in toto certamine perpeſſus tormenta, forti animo martyrium conſummavit.

Eupſychius martyr.

* Lib. 5. cap. 4.

a Eupſychii martyris meminit Greg. Naz. in epiſt. 356. 397. & 418. In epiſt. autem 193. Ponticæ diœceſis Epiſcopos invitat ad Eupſychii, Damæ ceterorumque eorumdem ſociorum martyrum celebritatem. Colitur die 9. Aprilis, de quo plura videſis in notis Baronii ad hanc diem. Laudatur etiam Philoromus presbyter in Hiſtoria Lauſiaca Palladii cap. 117. qui Chriſti nomen ſub Juliano apoſtata confeſſus eſt.

## V. De ſancto THEODORO Confeſſore. *Ex Rufino lib. 10. Hiſtor. eccleſ. cap. 35.*

DEdit & aliud Julianus vecordiæ ſuæ ac levitatis indicium. Nam cum Daphnis in ſuburbano Antiochiæ juxta fontem Caſtalium litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat reſponſa ſuſciperet, cauſaſque ſilentii percontaretur a ſacerdotibus dæmonis, aiunt Babylæ martyris ſepulcrum prope aſſiſtere, & ideo reſponſa non reddi. Tunc ille Galilæos venire (hoc enim nomine noſtros appellare ſolitus erat) & auferre Martyris ſepulcrum jubet. Igitur Eccleſia univerſa conveniens, matres & viri, juvenes, virgineſque immenſa exultatione ſuccincti trahebant longo agmine arcam Martyris pſallentes ſummis clamoribus, & cum exultatione dicentes: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui confidunt in ſimulacris ſuis.* Hæc in auribus prophani principis per ſex millia paſſuum tanta exultatione pſallebat omnis Eccleſia, ut cælum clamoribus reſultaret. Unde & ille in tantam iracundiæ rabiem deductus eſt, ut altera die comprehendi Chriſtianos paſſim, & trudi juberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affligi. Quod Saluſtius ejus præfectus non probans, licet eſſet gentilis, tamen juſſus exſequitur, & apprehenſum quemdam adoleſcentem qui primus occurrit, THEODORUM nomine, a prima luce uſque ad horam undecimam, tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus torſit, ut nulla ætas ſimile factum meminerit. Cum tamen ille in equuleo ſublimis, & hinc inde lateribus inſtante tortore, nihil aliud fecerit, niſi vultu ſecuro & læto pſalmum quem pridie omnis Eccleſia cecinerat, iterare. Cumque ſe omni expenſa crudelitate Saluſtius nihil egiſſe perſpiceret; recepto in carcere juvene abiiſſe fertur ad Imperatorem, & quid egerit nuntiaſſe, ac monuiſſe, ne tale aliquid tentare vellet de cetero. alioquin & illis gloriam, & ſibi ignominiam quæreret. Hunc Theodorum ipſi nos poſtmodum apud Antiochiam vidimus, & cum requireremus ab eo ſi ſenſum doloris habuiſſet, ex integro dice-

bat, *dolores ſe quidem parum ſenſiſſe, adſtitiſſe autem quemdam juvenem, qui ſubdenti ſibi linteo condidiſſimo & ſudores extergeret, & aquam frigidam frequenter infunderet: & ita ſe eſſe delectatum, ut tunc mœſtior factus ſit, quando depoui de equuleo juſſus eſt*. Comminatus igitur Imperator poſt victoriam Perſicam melius ſe Chriſtianos debellaturum, profectus quidem eſt, ſed nullus reditus. (*Eamdem hiſtoriam narrant Auguſtinus lib.* 18. *de civitate Dei cap.*52. *Socrates, qui hunc Rufini locum laudat, lib.* 3. *Hiſt. eccleſ. cap.* 18. & 19. *Sozomen. lib.* 5. *cap.* 19. & 20. *Theodoritus lib.* 3. *Hiſt. eccleſ. cap.* 10. & 11. & *alii paſſim auctores ex iſtis, Simili religionis fervore Publia cum cœtu Virginum Pſalmos contra idolorum vanitatem, Juliano pertranſeunte, canebat, ob id fruſtra ſuppliciis Imperatore jubente affecta, apud eumdem Theodoritum lib. laudato cap.*19. *De hac autem ſancti Babylæ translatione plura habet Johannes Chryſoſtomus in oratione contra Gentiles tomo* 1. *vide Philoſtorg. lib.* 7. *num.* 8.)

## VI. Paſſio S. THEODORITI Presbyteri. *Ex* 3. *codd. mſſ.* & *tom.* 4. *Analect. Mabillon.*

1\. TEmpore bonæ memoriæ Conſtantii[1] Imperatoris, Julianus cum eſſet adoleſcens, & ejus odio viveret, confugiens ad eccleſiam Antiochenſem[2] Lectoris fungebatur officio. Recepto vero de corpore Conſtantio, Julianus tranſgreſſus eſt fidem, & prævaricator effectus, idola colens imperii regnum ſuſcepit. Sicque omnes Chriſtianos non vi, nec minis ſed præmia & dignitates promittens perſuadebat ad ſacrilegam legem[3]. Cumque avunculus ejus Julianus, & ipſe devians immolaſſet, accepto jure gladii, Comes factus eſt Orientis. qui ſtatim reſtituit idola. Audiens vero eccleſiam Antiochenſem multitudinem auri & argenti habere, quædam opponens clericis, ipſoſque effugans, clauſit eccleſiam Dei:[4] qui vero diſperſi erant, unuſquiſque ubi poterat Deo ſerviebat. Sanctus vero THEODORITUS, ſupra memoratæ eccleſiæ presbyter, non diſcedens de civitate, ſed congregans ſibi quoſdam fratres, ſine ceſſatione collectam faciens, acceptabiles Deo fundebat orationes. Audiens vero Julianus hunc facere collectam, volens placere Imperatori, ſedens in ſecretario, eum ſibi juſſit exhiberi[5]. Introducto igitur Theodorito, ligatis de poſt manibus, Julianus dixit: Tu es Theodoritus, qui tempore Conſtantii imperatoris prohibebas deos coli, & aras & templa deſtruebas, & eccleſias ædificabas, & ſepulcra mortuorum? Theodoritus dixit: *Ego, in quantum potui, eccleſias & baſilicas Martyrum ædificavi: idola vero & aras dæmoniorum deſtruxi, ut animas errantium liberarem*. Julianus dixit: Da ergo diis honorem, quia te iſta feciſſe conſeſſus es. Theodoritus reſpondit: *Tempore Conſtantii imperatoris me iſta feciſſe cognoſcas, nec ab eo umquam fuiſſe aliquando prohibitum. De te nunc miror prævaricatore, ſubito dæmoniorum vindicem apparuiſſe*. Julianus dixit: Cædatur in plantis, quoniam idola deos negat eſſe. Theodoritus reſpondit: *Peccas, Juliane, tranſgreſſus fidem, & acquiris tibi perpetuam mortem*. Julianus dixit: Cædatur & in faciem palmis inſipiens, ut non blaſphemet[6]. Theodoritus reſpondit: *Noli errare, & me vera dicentem injuriis agere*[7]: Julianus dixit: Nunc vapulans indignaris? Subſequentur vero te tormenta quæ

Theodoritus coram Juliano ſiſtitur.

non

[1] Hic & in ſequentibus *Conſtantini* nomen, pro *Conſtantii* irrepſit, quod & in aliis locis ex mſ. Colb. reſtituimus.

[2] Legendum *Nicomedienſem*, ex Socrate lib. 3. cap. 1. Idem ufficium evenit apud Macellum villam publicam ad Argeum montem prope Cæſaream Cappadociæ, ex Greg. Naz. Oratione 3. in Julian. & Sozomen. lib. 5. cap. 2.

[3] Conch. *ſcellam*.

[4] Id contigit ante Daphnæs incendium. Quæ enim ſequuntur, intra unius diei ſpatium vix fieri potuerant. Et tamen templum Daphnes die 22. Octobris conflagravit, ſtatimque Julianus Imp. majorem eccleſiam claudi juſſit, ex Ammiano Marcellino lib. 22. c. 13. Theodoritus autem die 23. ejuſdem menſis, ut infra dicemus, paſſus videtur. Deinde eccleſia, quam poſt incendium Imperator claudi juſſit, major erat eccleſia, quam occupabant Ariani teſte Theodorito lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap 12. de qua tamen in his Actis non agitur, cum infra num. 4. Imperator ipſe aſſerat *eccleſias claudi* ſe non juſſiſſe. quod ſane de majori Arianorum eccleſia dicere non potuiſſet. Julianus itaque Comes Orientis eccleſias omnes urbis claudi juſſit: & tunc tamen Theodoritus *Collectas faciebat*, &c. Deinde Julianus Imperator Arianis permiſit eccleſiam aperiri, quam [illegible], ut refert Hieronymus in Chronico poſt Daphnes incendium recludi imperavit.

[5] Conch. *præfectus*.

[6] Noail. add. *deos*.

[7] Conch. *agitare*.

non ſperas, ſi non ſacrificaveris. Theodoritus reſpondit: *Et paullo ante dixi tibi, & nunc dico: Noli peccare dicendo deos qui ſunt opera manuum bominum: ſed depone banc temporalem ſuperbiam, & recordare quid amiſeris*. Julianus dixit: Nolo mihi verba compoſita & emeditata[8] loquaris, qoibus miſeris hominibus perſuades. Theodoritus reſpondit: *Quando Deum colebas, confitebaris veritatem, & mendacinm abominabaris: nunc vero elatus ſuperbia, idola deos dicis, & veritatem mendacinm putas eſſe*. Julianos dixit: Diſertaris[9] ſacrilege, tamquam ab Atbenis nuper adveneris. Theodoritus reſpondit: *Ego neque ab Atbenis, neque ab oratore, ſed divina Scriptura irrigatus a Spiritu ſancto*[10] *tuis reſpondebo interrogationibus, optans te iterum ad meliora reverti.*

Eculeo torquetur. 2. Iratus Julianus juſſit eum in contis fortius tendi. Cumque fuoibus quibuſdam, & trocleis fuiſſet extenſus, in tantum tendebantur oervi ejus, ut octo eſſe pedum videretur ſanctos Dei Martyr. Juliaons dixit: Seotis tormeota, Theodorite? Recede ergo a mortoi[11] doctrina, & ſacrifica, & vive. Thedoritus vero ingenti voce & hilari vultu reſpoodit: *Oblitus es quia dixi tibi: Opera manuum bominum ne dixeris deos; ſed recognoſce Deum, qui fecit cælum & terram, & Jeſum Chriſtum filium ejus, cujus pretioſo ſanguine fueras liberatus.* Julianus dixit[12]: Crucifixum, mortuum & ſepoltum, ipſum dicis CREATOREM muodi? Theodoritus reſpoodit: *Crucifixum, mortuum & ſepultum, pro noſtra ſalute ipſum prædico reſurrexiſſe a mor-*
Chriſtus Creator, Verbum & Sapientia Patris. *tuis, per quem facta ſunt omnia, qui eſt Verbum & Sapientia Patris, quem tu quando ſapiebas, recte cognoſcens adorabas, ſi tamen aliquando ſapere potuiſti*[13]. Juliauus dixit: Vel nunc time deos, & fac quæ ab Imperatore ſuot juſſa, quia ſcriptum eſt tibi: *Cor Regis in manu Dei*. Theodoritus reſpoodit: *Cor Regis cognoſcentis Deum ſcriptum eſt eſſe in manu Dei, non cor tyranni adorantis idola*. Julianus dixit: Stulte, tyraonum vocas Imperatorem? Theodoritus reſpoodit: *Si talia jubet, & talis eſt ut dicis; non ſolum tyrannus dicendus eſt, ſed miſerrimus omnium bominum.*

3. Repletus ira Julianus juſſit eum Iterum torquetur.
torqueri. Cumque diu torqueretur, & nimius ſanguis de ejus flueret lateribus, vultus ejus ridebat. Julianus dixit: vel nonc cognoſcens deos ſacrifica. Theodoritus reſpondit: *Ego non cognoſco deos manufactos, niſi unum Deum, qui fecit cælum & terram. Tu vero qui ſperas in eos, eorum particeps inveniaris.* Julianus dixit: Necdum, ut video, ſentis tormenta? Theodoritus reſpondit: *Non ſentio, quia Dominus mecum eſt*. Julianus rurſus juſſit eum vexari, dixitque ad eum: Aodivi te eſſe fiſci debitorem, & ideo mori deſideras, ne reddas quot debes. Sacrifica ergo, & ooli vereri; ego ſuggeram Imperatori, & omoia tibi donabuntur. Theodoritus reſpoodit: *Argentum & aurum veſtrum vobiſcum ſit in perditionem. Ego nullius ſum debitor niſi ſoli Deo, cui puram exbibens conſcientiam, oro ut promiſſionibus ſuis me copulare dignetur*. Juliaous dixit: Convertere ab ſtultitia; & lucrare animam tuam. Theodoritus reſpoodit: *Tu magis convertere ad Deum vivum a quo receſſiſti, ut ſalves animam tuam, quam perdidiſti*. Iterum joſſit eum vexari, dixitque ad eom: Infatuaſti cor tuum obediendo[14] magis mortuo Crucifixo, quam Regi. Theodoritus reſpondit: *Infeliciſſime, & te, & tyrannum tuum Crucifixus quem dicis, in die judicii, ut ipſe optime noſti, babet mittere in gebennam.* Julianus dixit: Interim ego igni Aduritur lampadibus.
te tradam, poſtea vero quid fuerit? Sic juſſit duas lampadas ardentes ejus apponi lateribus. Appoſitis vero lampadibus, elevans oculos ſuos ad cælum dixit: *Domine Deus omnipotens, qui fecisti cælum & terram, & omnia quæ* Chriſtus Deus omnipotens, Creator omnium.
*in eis ſunt, Salvator mundi, repromiſſam*

8 Noall. emendicata. 9 Id. diſertaris.
10 Sic Conch. At edit. divina Scriptura irrigatus ſpiritu. Noall. inſtigatus.
11 Noall. ab hac doctrina, & ſacrifica ut vivas.
12 Hæc interrogatio errore, ut videtur, ſcriptorum in cod. Conch. & in edito deerat.
13 Conch. voluiſti.
14 al. obediens.

*ſam ſpem famulo tuo, qui propter nomen tuum hæc patitur, dare dignare; & iniquis oſtende tuam virtutem, ut cognoſcant omnes quoniam gratiam timentibus te præſtat, & tormenta denegantibus te: ut glorificetur nomen tuum, quod eſt benedictum in ſæcula*. Et ſubito ceciderunt carnifices in facies ſuas cum lampadibus. Turbatus eſt vero Julianus cum adſtantibus militibus; & juſſit carnifices elevari, dixitque ad eos: Applicate iterum lampadas ejus lateribus. At illi reſponderunt: Aliis hoc jubeat nobilitas tua, nos vero hoc facere non poſſumus, quia vidimus quatuor Angelos in veſte candida[25] adſtantes & loquentes cum eo; & ideo in faciem noſtram cecidimus. Julianus vero iratus, juſſit eos in pelagus mitti. Et cum ducerentur, Theodoritus dixit: *Præcedite fratres, ego vero ſuperans inimicum ſequar vos ad Dominum, qui mihi palmam victoriæ date dignatus eſt*. Julianus dixit: Quis eſt inimicus? vel quis tibi dabit victoriam? Theodoritus dixit: *Inimicus eſt diabolus, qui per vos operatur: victoria vero palmam dat Dominus Jeſus Chriſtus Salvator mundi*. Julianus dixit: Miſerrime hominum, quem nos omnes ante trecentos plus minus annos ex muliere natum novimus, tu CREATOREM & remuneratorem dicis eſſe? Theodoritus reſpondit: *Quamvis indignus ſis ad audiendum verbum Dei, propter adſtantes tamen ſervos Dei, ne me putent eſſe ſuperatum, audi quod amiſiſti. Deus qui fecit omnia per Verbum ſuum, miſertus eſt generi humano, quos tranſgreſſos a fide, idolis videbat ſervire, mittens Verbum ſuum, per Virginis uterum carnem ſuſcepit humanam, quia divinitas videri non poterat: & ſic ſponte paſſus, ſalutem quam amiſiſti donare nobis dignatus eſt*. Julianus dixit: Perſeverantem te video in argumentis verborum tuorum. Audi me, & ſacrifica, ne gladio te percuti jubeam, quia tormenta contemnis. Theodoritus reſpondit: *Ego renuntiavi diabolo patri tuo. Oro autem ut curſum conſummem[26] in conſpectu Domini; nec inveniam gratiam ante tyrannum*. Julianus dixit: Quantavis dic; ego vero te non interficiam. Theodoritus reſpondit: *Tu quidem, Juliane, malis cruciatibus in lecto tuo morieris. nam tyrannis tuus qui ſperat in paganos victoriam[27] facere, non poterit vincere; ſed ita occidetur, ut ne quis cognoſcat a quo fuerit interfectus *, & nec in terram Romanorum revertetur*.

Miraculum.

Chriſtus, Dei Verbum, cujus divinitas videri non poterat, ſuſcepit carnem humanam.

* Vide Greg. Naz. Orat. 4. in Julian.

4. Timens vero Julianus ne alia graviora diceret, data ſententia, eum gladio percuti præcepit. Theodoritus dixit: *Deo meo gratias ago, qui mihi tolerantiæ finem dare dignatus eſt*. Cumque fuiſſet percuſſus, & ſe Julianus recepiſſet[18], inquietam habuit noctem. Alia vero die procedens ad palatium, & adorans ſecundum morem[19] Imperatorem, dixit: Quantus modus auri & argenti inventus in eccleſia, illatuſque tuis theſauris fuerit, oſtenſis ratiociniis pervideat tua clementia. Nam & hoc cognoſce, quod iniquiſſimum Theodoritum presbyterum, quem propter miniſterium eccleſiæ inquirebas, comprehenſum adhibitis tormentis gladio percuti juſſi. Audiens vero hæc Julianus imperator, contra ſuum videlicet propoſitum eſſe factum, exclamavit dicens: Quod mihi erat contrarium, hoc egiſti. Ego enim multis argumentis legem Galilæorum[20] conabar deſtruere, & neque vi facta[21] aliquem eorum interficere juſſi. Tu vero male feciſti. dediſti enim occaſionem Galilæis, ut multa adverſum me conſcribant, ſicut de præceſſoribus meis fecerunt, qui interfectos maleficos, Martyres vocant. Vide ergo neminem eorum occidas, & aliis manda ne faciant. Videns autem Imperator, quia confuſus & velut mortuus factus eſt Julianus, volens eum animare dixit ei: Nunc euntes ſacrificemus diis, ut adſperſus ſacri-

Gladio punitur.

Julianus cum doloribus ponitur.

25 In cod. Noail. deeſt *in veſte candida*. neque etiam hæc verba in cod. Colbertino interpolato habentur. Porro hoc miraculum cum totius Paſſionis compendio refert Ado die 22. Octobris.

26 Conch. *curſum meum conſummans in conſpectu Domini, ne ante tyrannum gratiam tuda invenire non poſſe*.

27 Noail. *ſperat paganam* ( forte, *plenam* ) *victoriam*.

18 Conch. edd. *in prætorio*.

19 Ed. *adorans ſecundo Imp.* Conch. *adorans Imp.*

20 Edit. *Galilæ*.

21 Edit. pro *vi* habet; *ſui*. Conch. *neque propter ſua facta aliquem ... interficerem*.

ſacrificiis ſanus efficiaris. Euntibus vero cis, cor Juliani triſtitia erat repletum. Offerentibus vero ſacerdotibus idolorum volatilia, & alia multa extrahentes de igne obtulerunt Juliano imperatori: & cum manducaſſet dedit avunculo ſuo Juliano. Ille autem verecundia faciente vel timore, parum guſtavit, & receſſit in prætorio ſuo, pœnitens in malis quæ geſſerat, nec ſe gratiam apud Imperatorem inveniſſe cognovit, nihilque accipere voluit. Veſpere autem facto comprehendit cum dolor ventris, & acriter torquebatur. Nam ſacrificium quod acceperat, particulatim diſrumpebat ejus fecatum [22], & ejiciebat per os foras: ille vero maſticans parum projiciebat, parum vero deglutiebat. Et cum jam ſufferre non poſſet, mittens rogabat Imperatorem ut eccleſias aperire juberet. Remandans vero Imperator. Ego nec clauſi [23], [24] nec aperire præcipio. Iterum mandavit ad eum: Propter te, inquit, Imperator, iſta patior, & male conſumor. Iterum remandans ei Imperator dixit: incredulus, inquit, fuiſti diis; ob hoc iſta pateris tormenta. Multis autem diebus inſelix quidem Julianus diverſas accipiens eſcas, ſuo tantum paſtus eſt fecato [25], ſecundum prophetiam beatiſſimi martyris, totus a vermibus comeſtus mortuus eſt [26]. Audiens vero Julianus imperator dixit: Quia non fuit fidelis diis, ideo iſta perpeſſus eſt.

5. Nam poſt paucum tempus Julianus profectus ad bellum adverſus Perſas, non valuit ſuperare eos. Et cum omnia ſe obtinuiſſe putaſſet, ſubito ei irruit multitudo exercitus angelorum. Et timore perterritus, ſuum exercitum armari præcepit; neſciens inſelix quod cæleſtis militia apparuerat ei. Et ſubito veniens ſagitta de aere percuſſit eum in mamilla [27]. Cumque ſanguis effluerct, aſpiciens putavit ſe Dominum Jeſum videre, implens manum ſuam de ſanguine, jactavit in aera, dicens: Uſque in agonem, Galilæe, me perſequeris? Etiam hic te negabo. Satia te [28] de cetero, Chriſte, quia ſuperaſti me. Et ſic veniens in quamdam civitatem, crudeliter mortuus eſt. Et tota prophetia beati martyris Theodoriti in illo impleta eſt. Nos qui Antiochiæ in palatio eramus, & cum ipſo in Perſida fuimus, licet peccatores ſervi Dei, hæc quæ geſta ſunt, circa famulum Dei Theodoritum decima Kalendas Aprilis [29] vera narratione conſcripſimus: ut ſe gentes noſtri memores eſſe dignentur, & ejus edocti exemplis, paſſioniſque particeps inveniamini in laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.

22 Sic Noail. id eſt excrementa, ut refert Theodoritus lib. 3. Hiſt. eccleſ. cap. 12. At Conch. & Edit. *ſicatum*, quo nomine Mabillonius jecur intelligit. Viri eruditi conjecturæ favet cod. Colb. interpolatus, ubi avis jecoris in ſacrificium uſti particula in os Juliani dicitur inſiliiſſe, unde ipſiuſmet jecur inflatum eſt, quod deinde continuo mandebat & remandebat.

23 Edit. & Noail. *claudi*.

24 Eccleſiam majorem Arianorum ipſemet Imperator claudi juſſerat, ut diximus. quare hic aliæ eccleſiæ deſignantur.

25 al. *ſicato*.

26 Juliani Comitis & aliorum apoſtatarum funeſtos exitus narrant auctores paſſim hic laudati. Vide Philoſtorg. lib. 7. n. 10.

27 Conch. *mamilla*. 28 Noail. *ſatietate*

29 Sic Edit. & Noail. At Conch. nullam diem exprimit, ubi ſic deſinunt Acta, *Theodoritum vero narratione conſcripſimus, in laude, &c.* Porro variis diebus hic S. Martyr recolitur, ut videre eſt paſſim apud Bollandianos, potiſſimum tamen die 23. Octobris, qua die anno 362. paſſum eſſe veri ſimile eſt. Nam Julianus Comes nonniſi poſt Daphnes templi incendium, quod 22. Octobris contigit, in morbum incidit. Porro S. Theodoritus a Sozomeno & aliis nonnullis *Theodorus* appellatur. Alii inter quos Florus, *Theodoricum* appellant. quod nomen Sauſſaius in Martyrologio Gallicano die 23 Octob. & Sammarthani in Epiſcopis Uceticenſibus, cujus eccleſiæ hic Martyr eſt patronus, retinuerunt. *Theodoritus* recenſetur inter alios Martyres in Litaniis ſub Carolo M. tom. 2. Analect. Mabillon. qui etiam ſic dicitur in vita S. Ferreoli epiſc. Uceticenſis. Vide Tillemontii notas in perſec. Juliani tom. 7. Hiſt. Eccleſ. pag. 715.

## VII. De ſanctis BONOSO & MAXIMILIANO.

1. ETſi in Actis ſanctorum Bonoſi & Maximiliani aliquot loca ex ſcriptorum forte errore vitiata occurrant, digna tamen nobis viſa ſunt quæ inter ſincera antiquitatis monumenta reponantur. Si enim miracula excipias, quæ in his paullo frequentiora quam in aliis vulgo habentur, nihil in eis eſt quod antiquitatem non redoleat, nihil quod probatiſſimis & Juliano coæqualibus auctoribus conſonum non ſit: quamvis multa & maxime ſingularia in eis narrentur, quæ ſane in Actis confictis nuſquam reperies. Talia ſunt, quæ de Secundo præfecto refert, de Hormiſda Principe Perſa, de Conſtantini Magni baptiſmo, de Meletio epiſcopo, de Juliani Comitis uxore & morte, & alia ejuſmodi, quæ numquam, ſaltem ſine errore, a confictoribus referri ſolent. Nec etiam contra hæc Acta objicere juvat, Julianum a Chriſtianorum cædibus abſtinuiſſe. Hi enim non ſolum Chriſtiani erant, ſed etiam milites, quod ferre Julia-

Julianus non poterat. Sed præterea Labari ſignum contra ſpeciale Imperatoris mandatum mutare noluerunt, immo & alios etiam avertebant ne Juliani juſſa exſequerentur. quæ omnia rebellionis crimen eſſe reputabant. His adde, quod non ab Imperatore ſed ab ejus avunculo damnati ſunt, qui Chriſtianos uſque ad necem, quantum in ſe erat, perſequebatur, teſte Sozomeno lib 5. cap. 7.

2. Horum Martyrum memoriam Martyrologia Uſuardi, Galeſinii, & Baronii celebrant die 21. Auguſti, ubi Maximilianus dicitur *Maximianus*, eorumque Acta laudantur: quæ huc uſque incognita, nunc primum proferimus ex cod. mſ. monaſterii noſtri beatæ Mariæ Silvæ-majoris in diœceſi Burdigalenſi. Alius dies in Actorum titulo præfertur, ſcilicet XII. *Kal. Octobris.* Sed neuter videtur pro vero eorum mortis die aſſignari poſſe; ſiquidem Julianus Comes jam morbum incurrerat cum fuerunt interrogati. At morbo iſto, ut ad Acta ſancti Theodoriti vidimus, nonniſi poſt diem 22. Octobris laboravit, & initio anni ſequentis, ſcilicet 363. ut refert Ammianus Marcellinus, exſtinctus eſt. Quare ſatius eſſet iſtorum Martyrum mortem ad menſem Decembrem revocare. Hunc autem diem, ſicut nec quæ in his Actis omiſſa paſſim videntur, nonniſi ex aliquo cod. mſ. valemus ſupplere. Porro fere mihi excidit lectorem monere, in Martyrologio Hiſpanico, die 21. Auguſti tres Bonoſos, totidemque Maximilianos celebrari, quos in variis Hiſpaniæ urbibus paſſos volunt.

## Paſſio ſanctorum BONOSI & MAXIMILIANI militum, de numero Herculianorum [a] ſeniorum ſub Juliano Imperatore, & Juliano Comite ejus, ſub die XII. Kalendas Octobris.

*Ex cod. mſ. monaſterii B. Mariæ Silvæ-majoris.*

*Alio etiam juſſum.*

1. JUlianus Comes dixit ad Bonoſum & Maximilianum: Dominus Imperator noſter juſſit, ut ſignum quod habetis in labaro [b], mutare debeatis. Bonoſus & Maximilianus dixerunt: *Nos ſignum quod habemus, mutare nullo modo poſſumus*. Julianus Comes dixit: Dominus Imperator juſſit ut deos colatis, quos ipſe, & ego colimus. Bonoſus dixit: *Nos deos colere non poſſumus qui ab hominibus facti ſunt*. Julianus Comes dixit: Implete nunc juſſionem ſacram, priuſquam videatis carnes veſtras affligi tormentis. Bonoſus & Maximilianus dixerunt: *Parati ſumus pro nomine Chriſti martyrium ſuſtinere.* Julianus Comes dixit: Siſtatur Bonoſus. Cumque ſiſteretur, Julianus Comes ait ad Bonoſum: Adora deos, quos Imperator, & nos colimus. Bonoſus dixit: *Nos legem, quam a parentibus noſtris accepimus, & ipſam & tenemus & colimus: iſtos autem deos neſcimus.* Julianus Comes dixit: Juſte accepi poteſtatem [c] ut torqueam vos, & flammis exuram. Bonoſus dixit: *Terrorem tuum non timemus.* Julianus dixit: Aptate illum ad plumbatas. *Bonoſus plumbatis cæditur.* Cumque plumbatis tunderetur, & pluſquam trecentas ei impoſuiſſet, Julianus dixit ad Bonoſum: Parce ſuppliciis tuis, & fac quæ tibi jubentur. Bonoſus itaque ſubridens ſub plumbatis, nihil reſpondit. Julianus dixit: Quid dicis, Bonoſe? Bonoſus reſpondit: *Nos Deum vivum colimus, & ipſi ſoli ſervimus; deos autem qui ſint neſcimus.* Julianus dixit: Siſtatur Maximilianus. Cumque ſiſteretur, Julianus dixit: Colite deos, quos & nos colimus; & mutate ſignum de labaro quod habetis. Maximilianus reſpondit dicens ad Julianum: *Prius audiant te iſti dii tui, & loquantur tibi: cumque locuti fuerint tecum, ſic eos & nos poterimus adorare. Sed quomodo coluntur & adorantur a vobis dii veſtri, nullum verbum nec ſenſum habentes? Noſter autem Deus magnam virtutem habet, in quo ſperamus, & feſtinamus ad* marty-

a Herculianos & Jovianos milites laudat Ammianus Marcellinus lib. 22. & 25. De his vide Baluzium tom. 2. Miſcellaneorum pag. 462. Obſervat Toinardus in notis ad Lactantii libell. de mort. perſecut. *cohortes Jovianorum & Herculianorum* uſque ad Valentiniani III. tempora perſeveraſſe.

b Labarum a Juliano mutatum fuiſſe conſentiunt omnes. At id ab imperii exordio Julianum præſtitiſſe certum videtur; & quidem unicum labarum fuiſſe innuunt Gregorius Naz. Oratione 3. contra Julianum, & Sozomenus lib. 5. cap. 17. At licet non tam certum labarum mutatum fuiſſe ex ipſomet Gregorio probari poſſet, Τολμᾷ, inquit, [illegible] &c. veri ſimilius tamen eſt Julianum mutaſſe labarum exercitus, qui cum ipſo tunc erat, non vero ceterorum, qui ad eum bellum adverſus Perſas parantem acceſſerunt. Unicuique autem exercitui ſuum labarum fuiſſe diſerte aſſerit Euſebius lib. 4 de Vita Conſtantini cap. 21. Unum quidem præcipuum, *alia vero*, ut ipſe ait, *ad ejus ſimilitudinem expreſſa*. Tale itaque cohortis ſuæ ſignum ſervare volebant ſancti Milites, quod eis martyrium accerſivit. Labarum, in quo Chriſti crux & monogramma eminebant, egregie deſcribunt Euſebius & Greg. Naz. locis laudatis, aliique paſſim auctores.

c Speciali forte mandato, quod Imperator alias a cædibus abſtineri voluerit.

*martyrium, ubi etiam ſpem noſtram habere confidimus. Scis enim* [4] *& ipſe, nec ignoras quia nobis mandatur, ne idola ſurda & muta adoremus.*

2. Juliaous dixit: Aptentur Booofus & Maximiliaous ad equuleum. Cumque aptati fuiſſent, Julianus dixit: Siſte illos. Cumque ſiſterentur, Julianus dixit: Videtis vos ſævis applieari tormentis. Implete nunc juſſionem facram, & nolite univerſos contubernales veſtros veſtra prava exhortatiooe avertere; ſed, ſicot decet, faeite quæ juſſa ſunt; & mutate ſignum quod habetis de labaro veſtro, & accipite ſigoum deorum immortalium. Bonoſus & Maximilianus dixerunt: *Non facimus quæ jubes fieri contra Deum. Nos Deum vivum, invisibilem & immortalem babemus, in quo ſperamus.* Julianus dixit: Tunde illos. Cumque tertio. plumbatis tundereotur, nee ſentireot [5], Julianos dixit: Si uſqoe adeo veſtra oon potuit flecti peitinaeia, habeo adhuc quod ſupplieiis veſtris addam. Afferte mihi pieem, quæ ferventiſſimo igne ſuccenſa, piſeinæque fornacis ſit infuſa, ibique eos merſos pœna ignis conſumat. Ubi eſt ille Deus eorum, in quo pernicioſa ſpe credere dicunt? Videamus ſi poterit eos liberare. Cumque ibi mergerentur, nec timerent, ſed hilares ad glorioſum martyrium properarent; ſubito velut rore [6] adſperſi ſont, & flamma mollita eſt, & picis frigida facta eſt, & totum quod in eorum pœnam diaboli crudeles carnifices aptaveraot, exſtioctum eſt, ita ut oe ullum quidem dolorem membris ſeotirent. Sed ne quid forte taotæ coofeſſionis teſtimonium, io tantum eorum corpora ſupplicia ooo ſeotirent; quædam tormentorom notæ relictæ ſuot, quæ veritati perhiberent teſtimonium. Sed cum ſecuri & intrepidi io eo ſupplicio orationis perſolvereot vota, nihilque de tormeotis perterriti *, dolores fuiſſent perpeſſi, Judæi & Gentiles, qui ad eorum venerant irridendum exitium, clamare cœperunt; Iſti magi & malefiei. Sic Chriſtus eorum malefieia faeiebat. Et cum hæc Seeundo Præfecto nontiata fuiſſent, ſtupefactus cum admiratiooe cucurrit videre quod factum eſſet. Et eum vidiſſet ait: Da mihi ſacerdotes deorom [7], & faciam eis ſimiliter, & videamus ſi poſſint ſalvari ſicut iſti. Et applicati ſaeerdotes idolorom turificati ſunt, & feceruot ſecundum conſuetudinem ſuam, ut ſolebant in ſaeriſieiis ſuis. Et cum feeiſſeot omnia ſeeundum ritum ſuum illi ſacerdotes miſſi ſunt in flammam piceam; ibique caroes eorom remanſerunt.

Sic & Maximilianus. Miraculum. * A præteritis.

3. Conſumtis his, confuſus eſt Julianus Comes; & denuo in eareerem juſſit ioeludi Booofum & Maximiliaoum, uſque dum reſideret Præfectus, & audiret eos. Septem vero diebus eareere clauſo, univerſis qui in Chriſtum credebant vincula ceciderunt. Tune autem Comes ſignacolo ſuo ſignabat panem [8], & mittebat eis in eareerem, ut vel ſic per paoem ſedueerentur. Die autem quo audiri habebant Bonoſus & Maximilianus, dixerunt ad Julianum: *Ecce panes, quos miſiſti, non manducavimus. Ipſe enim nos ſaturavit in quem credimus* [9], *& ideo veſtros terrores non timemus. Deus autem noſter Jeſus Chriſtus tormenta noſtra a vobis exquirere dignabitur.* Tunc autem iratus Seeundus Præfectus dixit ad Julianum: Audiamus illos hodie. Cumqne reſediſſent, & audirent eos, nihilque apud illos nequitia eorum valeret, Julianus dixit: Afferte mihi calcinam vivam, & ibi eos ioeludam, & ſuper eos exſtinguatur calcioa; & ubi erit Deos eorum videamus, ſi eos poterit liberare. Et miſſis illis in calcinam vivam, cœperuot deſuper exſtioguere eam. Et exclamaverunt voce magna, dicentes: *Benedictus es, Domine Deus patrum noſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob,* qui

Jeſus Chriſtus Deus noſter.

4 Julianus enim Comes fuerat Chriſtianus.

5 Quod fere omnibus Martyribus contigit, vel miraculo, vel præ hilaritate ad pœnam non attendentibus.

6 Meminit Gregorius Naz. Oratione 4. in Julianum deorum Martyrum, qui ſub hoc Imperatore *in flammis rore perfuſi ſunt, & bellum per fidem vicerunt, & cum forti matre & fortiori ſacerdote alacri animo ſeſe periculis objecerunt.*

7 Rara ſunt ejuſmodi exempla.

8 Aliquo ſigillo, quod procul dubio idoli ſpeciem in pane efformabat.

9 Per Chriſtianos ſcilicet, qui clam eis panem, et cibum ſubminiſtrabant.

*qui dignatus es liberare nos de manibus inimicorum nostrorum, & laudabilis & glorioſus in ſaecula*. Cumque exſtincta fuiſſet caleina, & nihil eis omnino nocuiſſet; iratus Julianus rurſus eos inclusit in carcerem, & juſſit ſignari carcerem, & claves in palatio datæ ſunt. Duodecimo autem die cum aperuiſſent carcerem, & inveniſſent eos habentes tamquam candelas nimio fulgore lucentes, quæ exſtingui non poſſent; tunc quaſi eſurientibus panes ſacrificiorum edendos obtulerunt, ut vel ſic fame coacti pollnerentur a ſacrificiis eorum. Sed illi qui Domini noſtri Jeſu Chriſti ſancto Spiritu alebantur, impolluti atque incontaminati a ſacrificiis eorum perſeveraverunt. Sed tum Hormiſda[10] Comes, qui credidit, & ipſe veniens ad carcerem ſua præſentia juſſit clauſtra pateſieri. Et cum aperuiſſent carcerem, & univerſos ſalvos vidiſſet & hilares, & Deo & Chriſto gratias agentes, ait ad illos Hormiſda Comes: Rogate Dominum pro me peccatore, ut ſalvus ſiam.

Juliani minas spernunt.

4. Hæc omnia cum audiret Julianus, ſæviebat, quod victus eſſet potentia Domini, & per ejus ſervulos videbat ſe contemni. Sed dum hæc intra ſe iratus cogitat, ingemuit & ait: Offerantur mihi, inquit, in Balneo-veteri, & ibidem eos audiam. Cumque offerrentur Bonoſus & Maximilianus, Julianus Comes dixit ad Bonoſum: Quam virtutem Dei tui oſtendis, ut Chriſtianus de manibus meis recedas? Bonoſus dixit: *Potens eſt Deus noſter in quem credimus, ut martyrium, ad quod nos feſtinamus, in nos perficiat, ut Chriſtiani de tuis manibus recedamus*. Julianus Comes dixit: Ad beſtias pugnaturi eſtis. Bonoſus dixit: *Poteſt Deus Chriſtianorum adeſſe ad liberandum nos; & coronam quam nobis ſperamus, ab eo ſuſcipiemus. Nos autem nec beſtias timemus, nec ea quæ nobis promittis veremur: ſed habemus Deum Patrem & Jeſum Chriſtum filium ejus, & Spiritum ſanctum, per quem hæc omnia ſuperamus*. II. Trinitas. Julianus Comes dixit: Iterum mittam vos in fornacem ignis ardentis, & tunc complebitis juſſionem ſacram. Hæc cum audiſſent omnes qui fuerant electi[11], ejus imperio reſtiterunt, & unanimes dixerunt: Videntes certamen fratrum noſtrorum, qui ad martyrium parati ſunt, & nos ad hoc properamus, ut adoremus Deum unum, qui omnes virtutes ſuas per ſervos ſuos fratres noſtros Bonoſum & Maximilianum oſtendit. Ad hæc Secundus[12] præſes dixit: Ego non poſſum tormentis eos interrogare. Tu ſcis, Juliane, quando videas de ore tuo vermes exire. Et converſus ad Bonoſum dixit: Per Deum te adjuro, domine ſancte Bonoſe, ut in mentem me habeas in orationibus tuis.

Jovianus & Herculianus.

5. Tunc Julianus Comes dixit ad JOVIANUM & HERCULIANUM: Mutate ſignum quod habetis in labaro, & accipite ſignum deorum; & quid defenditis ſignum Chriſtianorum. Ad hæc Jovianus & Herculianus dixerunt: *Nos Chriſtiani ſumus ſub patre noſtro Conſtantino accipiente Teſtamentum in Aquilona[13] juxta Nicomediam, quando & ad finem mortis ſuæ jam properabat, ad juramentum nos conſtrinxit omnibus mandatis ſuis, ne quid contra purpuram filiorum ipſius, vel contra Eccleſiam faceremus*. Tunc Julianus iratus, univerſos qui in carcere erant recluſi, una cum Bonoſo & Maximiliano ſententia ſua gladio addixit, atque eo magis hilares & glorioſi proceſſerunt. MELETIUS[14] epiſcopus cum fratribus ſuis & coepiſcopis lætantes eos ad campum uſque proſecuti ſunt, quæ univerſa tunc civitas lætata eſt, quæ ſibi Martyres

Cum ceteris interficiuntur.

10 Saporis Perſarum regis frater, qui annis fere 40. in Conſtantini & Conſtantii aula vixit.

11 Sic in Actis Apoſt. cap. 13. *Crediderunt quotquot erant praeordinati*.

12 De eo Greg. Naz. Orat. 3. hæc ait. *Etſi religione gentilis, moribus tamen gentili ſublimior erat, ac praeclariſſimis quibuſque & laudatiſſimis, tam veteris, quam noſtræ memoriæ comparandus . . . . ad Imperatorem fidenter ac libere dixiſſe memoratur: Non nos pudet uſque adeo Chriſtianis omnibus inferiores eſſe, &c.* Is eſt Secundus Saluſtius, qui ſupra pag. 513. etſi gentilis, Chriſtianos torqueri improbabat. Porro Secundum Præfectum a Saluſtio conſule diverſum eſſe ait Valeſius ad lib. 6. Sozomeni cap. 3.

13 Alias *Achyron* villa publica, ubi baptizatus & defunctus eſt Conſtantinus. De hac re vide Euſeb. lib. 4. de vita Conſt. M. c. 61. & de militum juramento eodem lib. cap 63.

14 Magnus Meletius factus Antiochiæ epiſcopus anno 361. de quo vide plura apud V. C. Godefridum Hermantum Vita S. Athanaſii lib. 9. c. 15. Porro ex hoc loco conſtat, hos Martyres Catholicæ communionis fuiſſe. Quin & in ea Conſtantinum M. proximum morti baptiſmum, quem hic auctor *teſtamentum* appellat, ſuſcepiſſe. Idem certis argumentis probant viri eruditi Papebrochius ad diem 21. Maii Bollandiani, & Antonius Pagi ad annum 324.

tyres provenire gaudebat. Tameo * Boноſus & Maximilianus poſt martyrium magnum gladio percuſſi ſuot. Poſt triduum vero ſine ceſſatiooe Juliaoo de ore cœperuot vermes exire. Tuoc Julianus uxori ſuæ dicebat: Vade miſera ad eccleſiam, & pete pro me oe vidua ſedeas, & illis Cbriſtianis dic ut pro me petant, ut recedat putor iſte iotolerabilis de ore meo. Cui reſpondit uxor ſua, & dixit: Numquid non dicebam tibi, Recede a Dei ſervis [15], & nolebas me audire? Et modo te vides vexari magnis tormeotis. Et reſpondit Julianus uxori ſuæ: Curre, miſera, celerius ad eccleſiam, ne vidua ſedeas. Et reſpondit illi uxor ſua: Ego ab illo die vidua ſum, ex quo videbam te Chriſtianos perſequi. Meritis ergo tuis cum vermibus morieris. Non ſuio auſa pro te orare, ne aliqua preſſura ſuper ioe veniat, & ira Dei fulmioet me. Ad hæc tacuit Julianus, & ingemuit. Iterum exclamavit: Deus Cbriſtianorum miſerere mei, quia oblita eſt miſericordiæ tuæ, & non me audit uxor mea. Deus vivorum adjuva me, & celerius reeipe ſpiritum meum. & ſie ſecundum meritum ſuum vermibus ſcateos exſpiravit. Sancti vero martyres Boнoſus & Maximiliaous requieſeunt io pace, & gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto io ſæcula ſæculorum, Amen.

* *ſ. tandem.*

*Juliani Comitis mors.*

*SS. Trinitas.*

15 Theodoritus lib. 3. cap. 13. *Juliani conjux, fide ac religione inſignis femina, maritum his verbis allocuta dicitur: Chriſtum Servatorem laudare debes, mi vir, qui ejuſmodi caſtigatione ſuam tibi potentiam declaraverit, &c.* Julianum ſui morbi cauſam intellexiſſe aſſerit idem auctor, ceterique coæquales.

## VIII. De SS. JUVENTINO & MAXIMINO.

### *Ex Theodoriti Hiſt. eccleſ. lib. 3. cap. 15.*

*Juliani malitia.*

JUliaous vero liberius, ſeu potius majore cum impudentia pietatem oppugnabat; ſpeeieto quidem clementiæ præſerens, ſed revera laqueos tendeos & retia, quæ deceptos homines io impietatis exitium trahereot. Nam primum quidem fontes, tum qui io urbe, tum qui in ſuburbano Daphneoſi erant, abominandis ſacrificiis inquioavit; ut quieumque aquam guſtaſſent, eommunіooe ſeeleris inficerentur. Deinde cuncta quæ in foro venalia erant, ſimiliter contaminavit. Panes enim & carnes, olera item ac poma, cuncta denique cibaria luſtrali aqua adſpergebaotur. Quæ cum viderent Cbriſtiani, gemebant ipſi quidem ae lameotabaotur, talia abominantes. Edebant tamen obtemperaotes legi Apoſtolieæ ita dieenti: Omoe quod in macello veoumdatur comedite, nibil interrogantes propter eonſeientiam. Forte duo quidam bonoratioris militiæ gradu præditi, (eraot eoim ſcutarii, & ſtipatores Imperatoris) quodam io eonvivio abominanda bæc ſeelera aliquanto vehemeotius deploraverant, & poerorum qui olim Babylooe ioelarueruot, verba admiratione digna uſurpaverant. *Tradidiſti enim*, ajebaot, *nos regi iniquo apoſtatæ ſuper omnes gentes orbis terrarum*. Hæc quidam ex eonvivis Imperatori indicavit. Ille cum optimos viros ſtatim ad ſe adduci juſſiſſet, interrogavit quid ab ipſis dictum eſſet. Illi ex interrogatione Principis, oceaſione liberius loquendi arrepta, egregio quodam zelo ioeitati hæc dixeruot: *Nos in vera pietate educati, o Imperator, & præſtantiſſimis legibus obtemperantes, quas ſcilicet Conſtantinus ejuſque filii tulerunt, lugemus nunc, abominatione cuncta abs te repleri cernentes, & ſceleſtis ſacrificiis cibos potumque contaminari. Hæc nos & domi deflevimus, & nunc apud te lamentamur: boc enim unum in tuo imperio moleſte ferimus.* His auditis, mitiſſimus ille & ſapieotiſſimus, ſie enim a ſui ſimilibus appellabatur, elemeotiæ larva depoſita impietatis vultum detexit. Et gravibos illos atque acerbis tormentis exeruciatos bac vita privavit, immo, ut verius dieam, inſelieitate illius temporis liberavit, & victoriæ coronas eis cooeiliavit. Cauſam vero ſupplicii prætexuit, oon pietatem pro qoa interfecti ſunt, ſed linguæ pertulantiam. Ideo enim punitos eſſe dixit, quod Imperatorem contumelia affeeiſſeot; atque bæc ita divulgari præcepit, eum oomen atque honorem martyrii

*Martyrum fortitudo.*

tyrii veritatis athletis invideret. Horum alter Juventinus, alter vero Maximinus vocabatur, quos Antiochenſium civitas tamquam veritatis propugnatores honore proſequens, in ſplendido monumento depoſuit, & ad hunc uſque diem annua feſtivitate [1] veneratur.

2. Alii præterea honoribus & dignitate conſpicui, cum ſimili uſi eſſent libertate, ſimiles quoque coronas adepti ſunt. Nam & Valentinianus, is qui paullo poſtea imperavit, tunc Tribunus [2], Panciarios ad Palatii cuſtodiam conſtitutos regens, zelum quem pro pietate habebat, neutiquam diſſimulavit. Forte amens ille in templum Genii publici exultans intrabat. Utrimque ad Januas adſtabant æditui, qui luſtralis aquæ adſperſione ingreſſuros purgarent, ut quidem ipſi exiſtimabant. Tunc Valentinianus, qui ante Imperatorem incedebat, guttam aquæ chlamydi ſua adſperſam conſpicatus, æditum pugno percuſſit, inquinatum ſe dicens, non autem purgatum: atque ob hanc cauſam utrumque regnum meruit adipiſci. Quo conſpecto, ſceleratiſſimus Imperator eum in caſtellum quoddam ſitum in ſolitudine relegavit, præcipiens ut illic degeret. Verum hic quidem elapſo anno & menſibus paucis, pro confeſſionis ſuæ mercede imperium accepit.

[1] Jam tempore ſancti Johannis Chryſoſtomi ſollemnis erat Antiochiæ horum Martyrum feſtivitas, in qua homiliam habuit ad populum Antiochenum 40. tomi 2. ubi fuſius exponit ea quæ hic Theodoritus brevius narrat. Ex hac etiam homilia diſcimus hujus feſtivitatis tempus. Sic enim incipit; *Heri beatus Babylas cum tribus pueris nos congregabat, hodie vero par ſanctorum Militum. Heri quadriga Martyrum, hodie biga &c.* Feſtum ſancti Babylæ Græci celebrant die 4. Septembris; Latini vero die 24 Januarii, etiam in veteri Kalendario Burgundico, ubi *Babillus* dicitur. Tres pueros *Urbanum, Priſcidanum & Epolonum* dictos fuiſſe ait Gregor. Turon. lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 31.

[2] Apud Philoſtorgium lib. 7. num. 7. *Comes eorum qui Cornuti dicuntur*, atque Thebas relegatus fuiſſe memoratur. Vide & Sozomenum lib. 6. c. 6. qui eumdem Valentinianum legionis Jovianorum Tribunum fuiſſe refert, & partem veſtis quam gutta contigerat abſcidiſſe, ob idque paullo poſt Melitinam in Armenia relegatum fuiſſe. Monachus etiam ad militiam coactus fuiſſe colligitur ex Rufino lib. 2. vitæ patr. cap. 7. ubi de *Apollonio* conf. agit, quem Palladius in Lauſiaca cap. 52. *Apollonem* appellat.

## ADMONITIO

### In Martyrium ſancti Sabæ, ubi de plurimis aliis Martyribus Gotthis.

Gothi quando Christiani.

1. CHriſtianæ religionis initia apud Gotthos obſcura eſſe probant variæ auctorum inter ſe diſſidentium ſententiæ, quorum alii aliis temporibus ea conſignarunt. Verum etſi de ejuſmodi rebus, quæ a noſtro propoſito alienæ videntur, fuſius differere animus non ſit, iis tamen aſſentire non poſſumus, qui vel Gotthorum converſionem differunt uſque ad Conſtantioi Magni ſucceſſorum tempora, aut hanc gentem ex idolorum cultu ſtatim ad Arianorum partes tranſiiſſe affirmare non verentur. Id enim utrumque vel ex eo ſolo falſi convinci poteſt, quod Theophilus Gotthorum Epiſcopus, inter alios magnæ Nicænæ Synodi catholicos Patres ſederit & ſubſcripſerit: quod non ſolum ex vulgatis hujus Synodi ſubſcriptionibus editis probatur, ſed ex ipſo etiam Socrate, qui idipſum Hiſtoriæ eccleſ. lib. 2. cap. 41. diſertis verbis affirmat. Quin & idem agnoviſſe Euſebium cenſet Valeſius. quod nempe hic auctor lib. 3. de vita Conſtantini Magni cap. 7. de epiſcopis qui Nicæno Concilio adfuerant agens, *ne vel Scytham ab hoc choro abfuiſſe* dixit. *Scytham* quippe, ut obſervat Valeſius, *Gotthum* appellat. Et re quidem vera ſic ab antiquis Gotthos plerumque vocitatos fuiſſe, nemo vel parum in hiſtoriis verſatus inficiabitur. Ceterum cum nomine *provinciæ Gotthiæ*, *Theophilus Gotthiæ metropolis epiſcopus* ſubſcripſerit; alios etiam apud eam gentem epiſcopos fuiſſe inferendum eſt. quod ex beati Cyrilli Jeroſolymorum antiſtitis, qui ante ſæculi 4. medium ſcripſit *, teſtimonio confirmari poteſt. Hic enim inter alias gentes, quæ ſuo tempore *epiſcopos, ſacerdotes, diaconos, monachos, virgines & reliquos laicos* apud ſe habebant, *Gotthos & Sauromatas* Catecheſi 16. recenſet, eum jam antea, Catecheſi ſcilicet 10. teſtatus fuiſſet, ex *Perſis & Gotthis* nonnullos pro Chriſti fide mortem oppetiiſſe. Et quidem Philoſtorgius lib. 2. cap. 5. commemorat, ſub Conſtantini Magni imperio Getarum ſeu Gotthorum ingentem multitudinem, pietatis cauſa e patriis ſedibus ejectam fuiſſe, quos Imperator in Mœſia collocavit.

* Circ. ann. 347. Vide Catech. 6.

Perſecutio in Gothia.

2. Notiora ſunt quæ ſub ejuſdem ſæculi 4. finem adverſus Chriſtianos apud eam gentem geſta ſunt. Perſecutionis auctor fuit Athanaricus Gotthorum rex, qui Chriſtianam religionem, non ſolum avitæ ſuperſtitionis vindicandæ ſtudio inſectabatur, ſed etiam quod ægre ferret, ſuos Romanorum, quorum erat hoſtis infenſiſſimus, religionem ſectari. Quantum autem ea occaſione in Chriſtianos ſævierit, narrat Sozomenus lib. 6. Hiſtor. eccleſ. cap. 37. *Multi,*

*Plures ibi Martyres.*

tos, inquit, *eorum variis ſuppliciis affecit. Et alios quidem in judicium adductos, cum Chriſti fidem libere ac fortiter profeſſi eſſent, alios ne loquendi facultate eis conceſſa, e medio ſuſtulit. Fertur enim eos, quibus id mandatum fuerat ab Athanarico, ſtatuam quandam in carpento collocatam per ſingula tabernacula eorum, quos Chriſtum colere proditum fuerat, circumduxiſſe; utque eam ſupplices adorarent, eique ſacrificarent, juſſiſſe. Qui cum id facere detrectarent, illos tabernacula una cum ipſis hominibus incendiſſe. Sed & aliud quiddam longe atrocius eo tempore accidiſſe accepi. Nam præ violentia eorum, qui ſacrificare invitos cogebant, deſpondentes animum, tam viri, quam mulieres, quarum aliæ pueros ſecum ducebant, aliæ recens natos infantes uberibus ſuis admotos nutriebant, ad tabernaculum eccleſiæ, quæ illic erat, confugerunt: cui cum ignem ſubjeciſſent gentiles, cuncti qui intus erant, incendio conſumti ſunt.* Paullo antea ſcripſerat idem auctor, multos etiam eorum qui Phritigerni, alteri Gotthorum regi, parebant, *propter Chriſti confeſſionem* necatos fuiſſe.

*Catholicos fuiſſe conſtat.*

3. Eoſdem Martytes laudat Socrates lib. 4. Hiſtoriæ eccleſ. cap. 33. ſed quos *Arianos* fuiſſe, neſcio quo pacto exiſtimavit, quamvis ipſos vere *Martyres* fuiſſe cenſeat, quod *Chriſtianam religionem ſimplici animo amplexi, pro fide Chriſti vitam hujus ſæculi contempſerint.* Verum longe aliter de iſtis ſanctis Martyribus ſentiendum eſt, quos in Eccleſiæ catholicæ ſinu glorioſum martyrium conſummaſſe, præter epiſtolam totius eccleſiæ Gotthicæ de martyrio ſancti Sabæ inferius exhibendam, teſtes habemus omni exceptione majores Baſilium Magnum, Ambroſium, Auguſtinum, alioſque indubitatæ fidei auctores. Et primum quidem Baſilius epiſt. 338. Gotthorum fidem laudat, Aſcholium Theſſalonicenſem epiſcopum inter Catholicos celeberrimum, eorum ἀλείπτην (ſic qui athletas ad certamen inungebant dicebantur) appellat, quod eos ad martyrium fortiter ſubeundum excitaret. Ac tandem ipſi congratulatur, quod eo tempore, quo Ariani apud Romanos Eccleſiam devaſtabant, fides apud barbaros ejus opera floreſceret. Loca hujus epiſtolæ inſigniora infra proferemus, ubi de ſancti Sabæ translatione. Nunc itaque audiamus Auguſtinum, qui poſt aliqua præmiſſa de Valentis imperatoris Ariani, aliorumque Principum adverſus Eccleſiam perſecutionibus, hæc ſubjungit lib. 18. de Civitate Dei cap. 52. *Niſi forte non eſt perſecutio computanda, quando Rex Gotthorum in ipſa Gotthia perſecutus eſt Chriſtianos crudelitate mirabili, cum ibi non eſſent niſi* CATHOLICI, *quorum plurimi martyrio coronati ſunt, ſicut a quibuſdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & ſe iſta vidiſſe incunctanter recordabantur, audivimus.* Ambroſius vero, qui beati Aſcholii laudes potiſſimum in epiſtol. 15. & 16. proſequitur, in Expoſitione Evangelii ſecundum Lucam lib. 2. num. 37. ait Gotthis Chriſtum imperaſſe, eoſque edidiſſe *Chriſti Martyres*. Deinde vero ſubjungit ideo fortaſſis a Gotthis Romanos devictos fuiſſe, *quoniam quem illi oblatione ſanguinis fatebantur, hunc Ariani*, Romani ſcilicet, *quæſtionem generis inferebant*. Certe apud Theodoritum ſub finem libri 4. Hiſt. eccleſ. Trajanus, aliique militiæ principes, Gotthorum in Romanos victorias Valentis impietati, qui Orthodoxos ubique vexabat, tribuunt. Incaute itaque Socrates, anteriora tempora per ſuam ætatem metiens, Gotthos eo tempore Arianos fuiſſe ſcripſit, quo adverſus Chriſtianos Athanaricus ſæviebat: quod ſub extremis Valentis imperii annis contigit, ad ipſa Chriſtianæ fidei apud Gotthos initia referendo. Certe Gotthos Chriſtianos ex Eccleſiæ catholicæ communione ad Arianiſmum tranſiiſſe conſentiunt omnes antiqui ſcriptores, hancque mutationem Ulfilæ, celebri apud eam gentem epiſcopo, ut plurimum adſcribunt: qui cum aliquamdiu majorum ſuorum ſinceræ fidei adhæſiſſet, tandem in Arianorum partes Eudoxii, ſeu potius Euzoii verbis & muneribus illectus tranſiit, totamque gentem Gotthorum, qui, ut ait Theodoritus, *Filium creaturam dici* ſuſtinuerunt: immo cum a majorum ſuorum doctrina ſe diſcedere nullatenus poſſe conſtanter profiterentur, perſuaſum eis eſt, nullam eſſe inter Catholicos & Arianos *dogmatum diſcrepantiam, ſed ex inani altercatione ortum fuiſſe diſcidium*. Quam vero ab Ariana hæreſi alieni fuerint Gotthi Chriſtiani, qui ſub Athanarici perſecutione martyrium pertulerunt, patet ex Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi Chronico. Hic enim Æra 407. narrat, Athanaricum e Chriſtianis Gotthis *plurimos, qui idolis immolare renuerunt, martyres feciſſe; reliquos autem multis perſecutionibus afflictos, dum præ multitudine horreret interficere, dedit licentiam, immo magis coegit de regno ſuo exire, atque in Romanorum migrare provinciam.* Æra autem 415. modum deſcribit, quo eadem Gotthorum gens in Arianam hæreſim delapſa eſt. Sed tandem æra 416. poſt relatam Valentis imperatoris mortem, quem Gotthi vivum in tugurio quodam incenderunt, ſic de Gotthis jam Arianis & victoribus narrationem proſequitur. *Invenerunt autem eo prælio Gotthi confeſſores priores Gotthos, quos dudum propter fidem a terra ſua expulerunt, & voluerunt eos ſibi ad prædæ ſocietatem conjungere. Qui cum*

*Gotthi in Arianiſmum lapſi.*

non

*non adquieviſſent, aliquantis interfectis, alii montuoſa loca tenentes, & refugia ſibi qualincumque conſtruentes, non ſolum perſeverarunt* CHRISTIANI CATHOLICI, *ſed etiam in concordia Romanorum, a quibus dudum excepti fuerunt, permanſerunt*. His denique Patribus adjungi poſſet ſanctus Hieronymus, qui in Chronico Athanarici perſecutionem inter alias, quæ adverſus Eccleſiam concitatæ ſunt, enumerat; & Oroſius, qui lib. 7. cap. 19. eos qui in eadem perſecutione interempti ſunt, *Martyres* appellat. Alios item eccleſiaſticos ſcriptores laudari in promptu eſſet, ni vererer plura jam, quam par eſſet, hac de re attuliſſe, quamquam ad illuſtrandam Gotthorum Martyrum ſinceram fidem opportuna, ne dicam neceſſaria. Jam vero ad ipſos Martyres recurrat oratio.

*Mart. Gotthorum nomina.*

4. Ex tot Martyribus, quos ſub hac perſecutione coronatos fuiſſe conſtat, pauci admodum ſunt, quorum Acta, aut ſaltem nomina ad nos uſque pervenerint, Bathuſium & Vercam presbyteros cum Arpila ſolitario, aliiſque tribus ſupra viginti Martyribus, celebrant Græci in Menæis die 26. Martii, qui ſub Jungherico rege in eccleſia quadam congregati, communi cum ipſa incendio cremati dicuntur, eo nimirum tempore, quo Valentinianus, Valens & Gratianus Romanis imperabant. Iſtorum Acta habentur die 26. Martii Bollandiani: at ex his qui ſub Athanarico paſſi ſunt, Nicetas ſolummodo & Sabas nobis innoteſcunt. Nicetas celebrior apud Græcos videtur fuiſſe, quippe quem inter Μεγαλομάρτυρας, non ſolum Menæa, in quibus die 15. Septembris recolitur, ſed etiam Nicephorus lib. 11. Hiſt. eccleſ. cap. 48. & Suidas recenſent. Sed ejus Acta nonniſi ex Metaphraſte habentur, quæ Latine a Surio edita ſunt die 15. Septembr. Sabæ vero, cujus memoria paullo minus celebris apud recentiores habetur, geſta ex certioribus monumentis ad nos pervenere. Supereſt quippe egregia epiſtola eccleſiæ Gotthicæ de ejus martyrio, quam infra ex verſione Franciſci Zini ad mſ. græcum bibliothecæ Vaticanæ collatam exhibituri ſumus ex Aprili Bollandiano, ubi hæc cum græce, tum latine edita eſt. Paſſus eſt autem ſanctus Sabas Modeſto & Arintheo conſulibus, id eſt anno 372. feria quinta poſt Paſcha, die 12. menſis Aprilis, quo die a Latinis & Græcis nonnullis memoratur. In Menæis tamen recentioribus ipſius feſtum ad diem 15. aut 18. ejuſdem menſis, neſcio qua de cauſa, translatum eſt, qua die ejus paſſionis epitome in Menologio Baſilii Imp. habetur apud Caniſ. tom. 3. antiq. lection.

*Sabæ Acta.*

*Corpus in Cappadociam translatum.*

5. Porro ſi ea quæ tum de ſancti Sabæ martyrio, tum de ejus corporis translatione in hac Gotthicæ eccleſiæ epiſtola referuntur, cum ſancti Baſilii epiſtolis 338. & 339. conferantur, facile quivis advertere poterit, unum & eumdem eſſe Martyrem, qui utrobique laudatur, cujus ſacrum corpus e Gotthia in Cappadociam translatum fuit. Quin & veri ſimile nobis videtur, ejuſdem ſancti Sabæ martyrii narrationem a celebri Aſcholio epiſcopo Theſſalonicenſium, qui tunc inter Gotthos verſabatur, conſcriptam fuiſſe, quam Gotthicæ eccleſiæ nomine ad Cappadociæ eccleſiam, cui tunc præerat Baſilius Magnus, tranſmiſit. Hæc ſane omnia ex prælaudatis Baſilii epiſtolis, quæ ipſi Aſcholio ſunt inſcriptæ, probari poſſunt. Sic ipſum laudat Baſilius epiſtola 339. & Martyris corpus a ſe ſuſceptum agnoſcit. *Apud gentes barbaras, in vicino poſitus, gentem quæ te produxit honoraſti; velut probus & honeſtus agricola fructuum tuorum primitias ad illos tranſmittendo, qui ſemina tibi ſuppeditaverunt ...... Veritatis iſtius teſtis eſt ille ipſe, qui nuper juſtitiæ corona redimitus eſt, quem gaviſi ſuſcepimus, Deumque ſimul venerati ſumus, qui per omnes denuo nationes curſum Evangelii adimplevit Chriſti ſui*. At in epiſtola præcedenti perſecutionis deſcriptionem ab Aſcholio ad ſe tranſmiſſam multis verbis extollit Baſilius, ex qua etiam patet Aſcholii narrationem cum Sabæ martyrio & Gotthici cleri epiſtola omnino concordare. Integram epiſtolam hic exhibere operæ pretium eſſet: ſed brevitatis cauſa, loca dumtaxat aliquot ſeligere ſufficiat. *Quidnam enim*, inquit, *non epiſtola continebat? num non erga Dominum dilectionem? nonne illud de Martyribus narratum miraculum, quod expreſſe adeo formam & effigiem naturæ tuæ referebat, ut res geſtas mihi ob oculos repræſentaret?... Itaque cum in manus hanc epiſtolam ſumerem, illamque legendo luſtrarem, aliquoties animadvertere potui ſpiritus in illa redundantem gratiam. Apud ſæcula me priora verſari arbitrabar, cum florerent adhuc eccleſiæ Dei, fide radicatæ, conjunctæ caritate, ita ut in unico corpore diverſa membra & multiplicia unitam redderent reſpirationem. Cum perſecutores & paſſi perſecutionem in aperta luce deſignari poſſent, populus bello impetitus magis adaugeretur, & ſanguis ille Martyrum eccleſias irrigaret, athletaſque veritatis multiplicatos produceret, parantibus ſe ad certamen ſecuturis, a præcedentium zelo excitatis ..... Redierunt corda noſtra ad priſcam aliquatenus beatitudinem, eo quod de remotis regionibus advenerunt nobis litteræ de amoris pulcritudine efflorescente. Teſtis nobis adeſt ab illis uſque barbaris, qui ultra Danubium regiones colunt, Fidei ibi in profeſſione poſitæ exaccurationem deprædicans*. Deinde vero ipſum Aſcholium laudat, quod

totus

totus in excitandis ad certamen fidelium animis incumberet. *Cum athletam*, inquit, id eſt Martyrem, *intueremur, prædicebamus felicem illius aliptum, qui & ipſe procul dubio coronam juſtitiæ de juſto Judice percepturus eſt olim, propterea quod quam plurimos ad certamen pietatis animaverit*. Er poſt aliquot de beato viro *Eutyche* Cappadoce dicta, quem Gotthos ad fidem adduxiſſe ferebant, ſic de Martyribus proſeqnitur. *Narratio tua tota eſt de athleticis certaminibus, de corporibus pietatis ergo decarminatis, barbarorum furoribus conculcatis ab hominibus impavidis, nec ullo terrore tremefaciendis; de variis tormentorum generibus, quibus uſi perſecutores, continuis depugnantium concertationibus, aqua, ligno, per quæ omnia Martyres conſummabantur*.

Anno Christi 372.

## EPISTOLA ECCLESIÆ GOTTHICÆ
### De martyrio ſancti SABÆ.

*Ex mſ. Græco Vaticano cum editis collata in Aprili Bollandiano*.

I. Eccleſia Dei, quæ eſt in Gotthia, Eccleſiæ Dei quæ eſt io Cappadocia, & omnibus Eccleſiæ catholicæ Chriſtianis, ubique gentium habitantibus, miſericordia, pax & caritas Dei Patris & Domini noſtri Jeſu Chriſti impleatur. Quod a beato Petro dictum
Act. 10. 35. eſt; Io omni gente, qui timet Deum & operatur juſtitiam, acceptus eſt ei; nunc etiam verum eſſe declaratur. Hoc
Saba ſanctitas. enim in beato SABA coofirmatum eſt, qui eſt Martyr Dei & Salvatoris oostri Jeſu Chriſti. Cum enim geoere Gotthus eſſet, & in Gotthia in medio generationis pravæ atque perverſæ vitam ageret, ita viros imitatus eſt ſanctos, & cum ipſis omoi genere virtutum Chriſtum coluit, ut in mundo tamquam ſtella fulgeret. Jam inde eoim ab ipſa infantia Domini noſtri Jeſu Chriſti religionem complexus, virtutem perfectam exiſtimavit, per Filii Dei cognitiooem evadere in virum perfectum. Quia autem diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ſtrenue adverſus hoſtem pugnans, & hujus vitæ malis ſuperior exiſtens, atque pacem cum omnibus habens, ad ſupernæ vocationis bravium pervenit. Memoriæ igitur gratia & ædificatioois piorum, poſtea quam ipſe in Domino conquievit, tacere & quieſcere nequaquam permittimur: ſed ad præclara ipſius facta conſcribenda impellimur. Fuit enim fide rectus, ad obediendum io omoi juſtitia promtus, mitis, religioſus, imperitus ſermone, non autem ſcientia; cum omnibus pacificus, pro veritate loquens, os idololatris obſtruens; non ſuperbus, ſed (quod humiles decet) ſubjectus; non petulans in loquendo, ſed quietus; ad omoe opus bonum propenſiſſimus: pſallens in eccleſia, ejuſque magnam curam gerens: pecuniam poſſeſſioneſque deſpiciens, niſi quatenus neceſſitas exigebat, ſobrius, & omoibus in rebus contineos: maxime autem a feminarum abhorrens conſuetudine; precationibus & jejunüs quotidie iocumbens, ab inani gloria alienus, omnes ad recte vivendum incitans, quæ ex virtute atque officio ſunt exſequens, fugienſque contraria: iotegram denique fidem, quæ per dilectionem operatur, obſervans, ac numquam deſineos in Domino cum libertate loqui. Neque enim ſemel, ſed ſæpe, antequam pro fide martyrio coronaretur, re ipſa ſe ipſum veræ pietatis acerrimum defenſorem oſtendit [1].

II. Cum enim Gotthiæ principes & Perſecutio in Gotthia.
magiſtratus cœpiſſent Chriſtianos homines inſectari, & cogere ut ederent idolis immolata; & gentiles quidam conſilium iniiſſent, ut Chriſtianis propinquis ſuis pro immolatis proponereot quæ immolata non eſſent, itaque propinquos ſuos ſervarent ac perſecutores deciperent; re cognita, beatus Sabas non ſolum ipſe comedere cibos veritos recuſavit, ſed in medium prodiens, proteſtatus eſt omnibus: *Si quis*, inquiens, *ex carnibus illis comederit, Chriſtianus*

*eſſe*

[1] Nihil hic de militia, quam tamen Sabam exercuiſſe dicunt recentiores Græci. Alius eſt Sabas Gotthus Dux militum, quem Romæ cum 70. aliis Martyribus paſſum ferunt ſub Aureliano Imperatore. De eo Bollandiani die 24. Aprilis, quem nonnulli cum noſtro Saba confudere.

*eſſe non poteſt*. atque ira cavit, ne omnes in diaboli laqueum inciderent. Hac de cauſa, qui fraudem hanc moliebantur, eum ex illo vico expulerunt; ſed poſtea revocarunt. Ceterum cum rurſus mota eſſet perſecutio [a], quidam ex ejuſdem vici gentilibus, victimas dæmonibus offerentes, jurejurando volebant affirmare, neminem in vico ſuo Chriſtianum hominem reperiri. Verum Sabas cum fiducia iterum in medium prodiens, & ad conſeſſum illorum accedens: *Nemo*, inquit, *pro me juret, ego enim Chriſtianus ſum*. Denique inſtante perſecutore, prædicti gentiles, celatis propinquis ſuis jurarunt, non eſſe in vico ſuo, niſi unum Chriſtianum. Quo audito, Princeps iniquitatis juſſit, unum illum (bic autem erat beatus Sabas) adduci. Et cum eſſet adductus, ex iis, qui circumſtabant, quæſivir, quid haberet in bonis. Illis autem reſpondentibus: Nibil amplius, quam id quod erat indutus; contemſit eum vir iniquus. Neque prodeſſe, qui ejuſmodi eſt, inquiens, nec obeſſe poteſt. Atque ita locutus, juſſit eum extrudi.

*Perſecutio iterum mota.*

*Sabas abſtrahitur.*

III. Poſtea cum ingens rurſum in Gotthia a peccatoribus perſecutio moveretur, & ſanctus Paſchæ dies appropinquaret, ad aliud oppidum voluit proficiſci, ut cum Gutthica presbytero ſanctum illum diem celebraret. Sed iter facienti apparuit vir procero corpore adſpectuque ſplendido venerabilis, & dixit: Revertere, et vade ad Sansalam presbyterum. Sabas autem reſpondit: *Abeſt*, inquiens, *Sanſalas*. Fugerat enim propter perſecutionem, & in Romania [b] commorabatur: ſed tunc propter diem Paſchæ domum redierat. quam ob rem Sabas, cum ejus reditum ignoraret, ita reſponderat, & ad Gutthicam presbyterum ire contendebat. Verum cum mandato illius magni viri a ſe conſpecti parere nollet, repente, cum ſerenum tunc eſſet, magna nivis copia terræ faciem ſic occupavit, ut iter intercluderetur, & Sabas progredi non poſſet. Intellexit igitur ſe Dei voluntate ab itinere probiberi jubentis ut ad Sanſalam presbyterum ſe conferret. Quare Deo gratias agens reverſus eſt; & eum gaudio Sanſalam conveniens, narravit ei & aliis compluribus id quod in via perſpexerat. Simul igitur Paſchæ diem celebrarunt. Tertia autem poſt celebrationem nocte, ex impiorum decreto, Atharidus, Rotheſti reguli * filius, cum magna impiorum latronum manu in pagum irruit: & domi ſuæ presbyterum dormientem offendens, eum vinciri juſſit ſimul eum Saba, quem e lectulo nudum ſuſtulerant: ac presbyterum quidem in curru collocarunt; Sabam autem nudum, ut erat genitus, per ſpinas, quas nuper ſuccenderant, pertraxerunt; comprimentes eum, & fuſtibus ac flagellis verberantes: adeo erant adverſus Dei ſervos immites ac ſævi. Sed hoſtium crudelitas viri juſti patientiam ac fidem exercuit. Cum enim dies advenifſet, in Domino glorians perſecutores ſuos allocutus eſt ad hunc modum: *Nonne me per loca aſpera & ſpinoſa nudum & ſine calceis pertraxiſtis? Cernite an pedes mei læſi ſint; & utrum in corpore meo appareant verberum ſigna, quæ mibi inflixiſtis*. Illi vero nullum in ejus carne videntes veſtigium exſtare crudelitatis ſuæ, ſublatum e curru axem ſuper humeros ejus impoſuerunt, & ad extremas axis partes manus ipſius extenderunt; pedes quoque ſimiliter ad alterum axem alligarunt; & denique ſuper axes ipſum projicientes, ut humi ſupinus jaceret, effecerunt: nec prius eum torquere deſtiterunt, quam maxima noctis pars præteriiſſet. Verum, miniſtris dormientibus, mulier acceſſit, & ſolvit eum. Nocte enim excitata fuerat, ut domeſticis cibum pararet. Ille vero ſolutus, eodem in loco manſit intrepidus cum muliere, & eam adjuvabat. Sed poſtea quam illuxit, re cognita, crudelis Atharidus

*Tertia perſecutio.*

* *Græc.* Ῥωθέστεως Βασιλίσκου.

*Sabas & Sanſalas apprehenſi.*

*Sabas dire torquetur.*

[a] Græcus textus. Πάλιν δὲ κινηθέντος διωγμοῦ, κατὰ τὸ ἔθος ὑπὸ τῶν Γοτθῶν. Quibus verbis videtur, ut obſervant Bollandiani, indicari annua perſecutio, circumeuntibus inquiſitoribus per vicos &c. Hinc perſpicuum eſt, quam recte concordent S. Sabæ Acta cum Hieronymi Chronico. Hic enim perſecutionis initium anno 370. conſignat, quæ prima eſt in Actis memorata. Tum anno ſequenti renovata eſt: in qua Sabas comprehenſus, poſtea dimiſſus eſt. In tertia tandem anno 372. martyrium conſummavit.

[b] *Plurimi*, inquit Oroſius lib. 7. cap. 19. *in Romanum ſolum non trepidi velut ad hoſtes, ſed certi quaſi ad fratres pro Chriſti confeſſione fugerunt*.

ridus manus ejus vinciri juſſit, eumque ad trabem domus ſuſpendi.

IV. Nec multo poſt venerunt quidam ab Atharido miſſi, & cibos idolis immolatos attulerunt, ſic Presbyterum & Sabam alloquentes: Hæc vobis magnus Atharidus mittit ut comedatis, & animas veſtras a morte liberetis. *Hæc nos*, reſpondit Presbyter, *non edimus. Neque enim nobis licet. Quam ob rem Atharidum cohortamini, ut nos potius jubeat crucifigi, aut alio genere mortis interfici.* Beatus autem Sabas: *Quis*, inquit, *hæc miſit?* Reſponderunt: Dominus Atharidus. *Unus*, inquit Sabas, *eſt Dominus Deus, qui in cælis eſt. Impuri & profani ſunt iſti perditionis cibi, quemadmodum & Atharidus ipſe, a quo miſſi ſunt.* Ita loquente Saba, unus e ſervis Atharidi ira inflammatus, in ſancti viri pectus pili ſui cuſpidem ſic intorſit, ut adſtantes omnes crederent, cum ſtatim ex ictus violentia interiturum. Verum ille pietatis ſtudio ſuperans plagæ dolorem: *Nunc*, inquit tortori, *arbitraris ictu me tuo ſuſtuliſſe? Sed ita habeto, me adeo non doluiſſe, ut mihi videaris lanæ floccum in me conjeciſſe.* Cujus rei perſpicuum illud indicium fuit, quod nec exclamavit, neque, ut in dolore fieri ſolet, ingemuit, neque ullum in ejus corpore plagæ veſtigium apparuit.

*Utrumque immolatitia reſpuit.*

V. Tunc, his omnibus cognitis, Atharidus eum juſſit interfici: & iniquitatis miniſtri, dimiſſo Sanſala presbytero, traxerunt Sabam ad fluvium, qui vocatur Muſæus [4], ut ibi eum ſuffocarent. At beatus vir, præcepti Dominici memor, & proximum diligens ſicut ſe ipſum: *Quid*, inquit, *peccavit presbyter, quia mecum non moritur?* Non eſt tuum, reſponderunt miniſtri, iſtud præcipere. Tunc ille in exultatione Spiritus ſancti exclamavit, ac dixit: *Benedictus es, Domine, & laudabile nomen Filii tui in ſæcula, Amen. Quoniam Atharidus quidem ſe ipſe morte damnavit atque interitu ſempiterno, me autem ad vitam mittit perpetuam. Sic enim tibi complacuit in ſervis tuis, Domine Deus noſter.* Et cum duceretur, numquam ceſſavit Deum collaudare; dignas non putans afflictiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ in ſanctis revelabitur. Cum autem ad fluminis ripam ductus eſſet, miniſtri inter ſe: Cur non, inquiunt, dimittimus hominem hunc innocentem? Numquam enim Atharidus hoc reſciturus eſt. Sed beatus Sabas dixit ad eos: *Quid nugamini, ac non potius facitis quod vobis eſt imperatum? Ego video id, quod vos non poteſtis intueri. Ecce ſtant e regione, qui me ſuſcepturi ſunt in gloria.* Tunc eum ad aquam perduxerunt, gratias agentem Deo, atque eum collaudantem (ſpiritus enim ejus ad finem uſque non deſtitit id facere) & in flumen projectum, eo ligno, quod collo ipſius alligaverant, in profundo ſuffocarunt: ita per lignum & aquam defunctus, in ſe verum ſalutis ſymbolum expreſſit. Erat autem annorum octo & triginta. Martyrio coronatus eſt quinta die ſabbati * poſt Paſcha, id eſt, pridie idus Aprilis, Valentiniano & Valente Imperatoribus, conſulatum gerentibus Modeſto & Arintheo.

*Sabas interfici jubetur.*

*In aquis præfocatur.*

** Id eſt, hebdomadæ.*

VI. Deinde extraxerunt illum homicidæ ex aqua, & inſepultum reliquerunt. Verum nec feræ, nec volucres ejus reliquias attigere, ſed a piis fratribus ſervatæ ſunt, eaſque clariſſimus Dux Scythiæ Junius Soranus [5], Deum colens, miſſis viris fide dignis, e loco barbaro in Romaniam tranſtulit: & gratificari volens patriæ ſuæ, pretioſum munus, fructum fide glorioſum, miſit in Cappadociam ad veſtram religionem, ex voluntate presbyterorum, ſic ordinante Domino, qui gratiam ſuam largitur ſuſtinentibus & timentibus ipſum. Quam ob

4 Is eſt Walachiæ fluvius, ut cenſet Papebrochius, qui hodieque ab incolis *Muſeus* dicitur, non longe a *Turito* ſeu *Targoviſto*, primaria Waivodæ, ſic regionis principem appellant, ſede. Hic fluvius *Rebnick* opidum alluit, fretoque intermiſtus nomen amittit, priuſquam Danubio jungatur.

5 Zinus habet, *Soſoranus*, Græca autem editio, Οὔνιος Σωρανός. Is eſt ad quem S. Baſilius ſcribit epiſtolam 240. quam ſic concludit: *Recte autem feceris, ſi & Martyrum reliquias ad patriam tuam mittendas cures, ſi modo id quod ad me perſcripſiſti, illa qua viget in illis perſecutio etiamnum Martyres Domino conſtituit.* Eum vero laudat, quod libere profiteatur nomen Domini, *& eos reficiat atque foveat, qui ob nomen Domini patiuntur perſecutionem*. quod poteſt intelligi aut de Gotthis Chriſtianis, qui ad Romanos ob perſecutionem confugiebant, aut certe de orthodoxis Romanis, quos Valens Arianus adeo graviter inſectabatur. Egregium hac in re habebat ſocium Soſoranus Betranionem Tomorum, ſeu potius totius Scythiæ epiſcopum, de quo vide Theodorit. lib. 4. Hiſt. eccleſ. cap. 35. & alios paſſim auctores.

ob rem, qua die Martyr coronatus eſt, ſacrificantes, hoc reliquis fratribus nuntiate, ut in omni Catholica atque Apoſtolica Eccleſia exſultantes, collaudent Dominum, qui proprios ſervos ſuos elegit. Salutate omnes ſanctos. Salutant vos hi, qui nobiſcum perſecutionem patiuntur. Ei autem, qui poteſt nos omnes gratia & benignitate ſua in cæleſte regnum perducere, gloria, honor, imperium, majeſtas, cum unigenito Filio, & ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen. *SS. Trinitas.*

## *ADMONITIO*

### In Paſſionem ſancti BADEMI Abbatis & Martyris.

*Perſecutio in Perſide.*

1. DE perſecutione adverſus Eccleſiam in Perſide excitata jam fuſius egimus ad annum 345. ubi de ejus origine & progreſſu plura diximus. Nunc vero ex his ſancti Bademi Actis diſcimus, eam uſque ad extrema Saporis regis tempora perduraſſe, Siquidem tunc Chriſtiani & ſolem adorare cogebantur, & renuentium bona addicebantur fiſco. Quamvis enim, ex quo Azadas Saporis amicus interemptus fuerat, perſecutio generalis ad Presbyteros ſolummodo & Epiſcopos reſtricta fuiſſet; quandoque tamen pro regis beneplacito ad ceteros Chriſtianos extendebatur, ut hic de Nerſan patet, quem laicum fuiſſe extra dubium eſt. Quadraginta autem Martyres, qui in his Actis memorantur, eos eſſe conjicimus, quos vulgata Martyrologia Latina die 10. Martii *in Perſide* celebrant. Bademi autem paſſionis tempus ex hoc Actorum loco colligitur, quo Bademi diſcipuli annos quatuor, ſcilicet uſque ad Saporis mortem, tranſegiſſe dicuntur in carcere. cum enim Sapor anno 310. Rex ex matris utero factus, vitam & regnum per annos 70. uſque ad annum 380. pertraxerit, ob id Longævus appellatus; Bademi mortem ad annum 377. revocandam eſse colligendum eſt. Hæc autem Acta, quæ, ut ex eorum initio patet, ab auctore coæquali conſcripta ſunt, græce & latine edidit Godefridus Henſchenius tomo 1. Aprilis Bollandiani, unde hanc verſionem latinam deſcripſimus. Bademi feſtum Græcorum Menæa die 9. Aprilis recolunt, quamvis in Actis die præcedenti martyrium conſummaſſe dicatur.

*Bademi paſſionis tempus.*

*Martyres in Perſide.*

2. Porro de hac Saporis perſecutione locutus fuiſse videtur Chryſoſtomus in libro *quod Chriſtus eſt Deus*, ubi ait Chriſtianam religionem florere *non hic ſolum*, id eſt in imperio Romano; *ſed & apud Perſas etiamnum, dum ab illis oppugnatur, & inde multa eſſe Martyrum examina, &c.* Verum nec Saporis morte ſedata eſt in Perſide adverſus Chriſtianos perſecutio, quos etiam ſub Iſdigerde male habitos fuiſſe certum eſt. De hac Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei c. 52. *Quid modo in Perſide? Nonne ita in Chriſtianos ferbuit perſecutio, ſi tamen jam quievit, at fugientes nonnulli, uſque ad Romana opida pervenerint?* In cjuſmodi tranſfugis recipiendis, & adjuvandis Attici epiſcopi CP. caritas maxime enituit, ut refert Socrates lib. 7. Hiſt. eccl. c. 18. Hanc procellam ſub Iſdigerdis extremis annis contigiſſe refert Cyrillus in vita ſancti Euthymii, quam Marcellinus in Chronico conſulatui *Theodoſii IX. & Conſtantii III.* id eſt anno 420. conſignavit. De ea fuſius agit Theodoritus lib. 5. Hiſt. eccl. cap. 39. ubi eam commotam fuiſſe refert occaſione Abdæ epiſcopi, *qui immoderato zelo pulſus, Pyreum*, id eſt templum Igni Perſarum deo conſecratum, deſtruxerat, quod cum reſtaurare abnuiſſet Abdas, Iſdegerdes, occiſo Abda, everſiſque eccleſiis, *graviſſimos ac ſæviſſimos fluctus adverſus alumnos pietatis excitavit*, inquit Theodoritus, *ac triginta jam elapſis annis permanſit nihilo minus, a Magis tamquam quibuſdam ventis ac turbinibus ſuſcitata*. Iſdigerdis quippe filius, quem Theodoritus *Gororanem*, Socrates vero loco laudato, *Vararanem* appellat, patri ſuccedens perſecutionem auxit: cujus acerbitatem his verbis exponit idem Theodoritus. *Suppliciorum autem varias ſpecies & tormenta ab illis excogitata, quibus pios homines excruciarunt, haud facile eſt exponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt; aliorum capita a fronte excorſi ad barbam uſque cute nudarunt. Nonnullos ſectis per medium arundinibus operiebant.....deinde cum firmiſſimis vinculis a capite ad pedes uſque eos conſtrinxiſſent, ſingulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute ſimul tracta, acerbiſſimum dolorem afferrent. Foveas præterea fodientes, eaſque diligenter oblinientes, magnorum murium agminibus implebant, pietatiſque athletas eis in pabulum præbebant, manus illorum ac pedes vincientes, ne beſtias a ſe abigere poſſent. Mures itaque, urgente ipſos fame, carnes ſanctorum paullatim depaſcebantur, diuturnum & acerbum cruciatum eis inferentes. Alia præter ea multo graviora ſupplicia excogitarant..... Nec tamen Athletarum fortitudinem frangere potuerant. Ultro enim accurrebant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes*. Nonnulla poſtea de Hormiſda, Suene, & Benjamino diacono ſubjungit. BENJA-

MINI

MINI ſupplicium immane fuit. *Rex enim viginti arundines præacutas manuum pedumque que ejus unguibus infixit. Sed cum animadverteret hunc cruciatum ab illo pro ludicro haberi, aliam rurſus acutam arundinem genitali ejus membro infixit, eamque aſſidue retrahens & inſerens, inexplicabiles ei dolores inferebat. Poſt hunc cruciatum impius ille ac furioſus craſſum ſtipitem cum ramis undique cohærentibus per ejus ſedem adigi præcepit. Atque ita generoſus Athleta animam exhalavit.* Hæc Theodoritus de Martyribus in Perſide: quæ licet extra noſtri inſtituti metas videantur, referre tamen congruum duximus in ſpeciem Perſicæ perſecurioois, quod ſæculo quarro incepta, de ejus ſaltem ioitiis nobis agendum incumberer. Quæ vero ſubſequenribus remporibus in ea regiooe acta ſuot adverſus Chriſtianos, ex aliis auctoribus reperenda ſunt.

---

## PASSIO Sancti BADEMI Abbatis & Martyris.

### *Ex Aprili Bollandiano.*

I. QUo tempore quadraginta illi ſancti Martyres interfecti ſunt, comprehenſus fuit BADEMUS ſanctus archimandrita, una cum ſeptem quibuſdam ſuis diſcipulis, & regis Saporis juſſu in carcere concluſus. Bademus autem ille ortum ducebat ab urbe Bethlapat, ex familia admodum divite. Cum vero monachorum inſtitutionem ſequi cœpiſſet, omnia ſua pauperibus diſtribuit. Cumque monaſterium extra urbem ædificaſſet, illic reſidebat, ſtudens in omnibus Deo placere, & quæ divinæ voluntati grata ſunt, ea perficere. Erat enim vir ille gratiæ & veritatis plenus, & divinæ electionis vas. Hic igitur vir ſanctus, divina quadam & perfecta prudentia ductus, aſcendit in montem Domini, & habitavit in loco ſancto ejus, benedictionemque accepit a Deo ſalvatore ſuo, & aſpexit faciem Dei Jacob. Hic qui noſtris temporibus fermenti loco relictus fuit, ex perfecto illo ſanctorum Martyrum fermento, qui ab initio perfecti fuerunt; ejus autem ſancti viri cæde ac ſanguine noſtrorum temporum imbecillitas firmata eſt. Hic vere lapis fidelis, ſectus eſt a monte illorum, qui a principio fideles exſtiterunt: aptus enim fuit myſterii cauſa, ut nobis omnibus eſſet ſalutis via. Ita generoſum & conſtans propoſitum in martyrio ſubeundo præſtitit, ac talem animi ardorem in Deum oſtendit; ſicque ab omni ſorde, labe & macula purum ſe præbuit, ut prava facinora adverſus illum nihil loci habere poſſent. Rapina ipſa ſtatim procul ab eo fuit: cupiditates omnino exſtinctæ nihil contra illum poterant: mammonas ejus virtutem cognoſcens obſtupuit: aurum ſe ab eo abſcondit: divitiæ ſtatim ab eodem ſpretæ ſunt: arrogantia confeſtim apud illum fracta eſt: ſuperbia in ejus conſpectu ſubito humiliata; tumor & animi elatio, ut pulvis, in ejus oculis conculcata eſt. Paupertas vero ad ejus pedes omnino fixa & corroborata eſt: manſuetudo latera ipſius fuit amplexa: veritas in eo exorta, & juſtitia erecta: caritas illum amplexata, & pax oſculata, eoque gaviſa eſt: concordia in ipſius ovili poſita: omnibuſque juſtitiæ fructibus vir ille plenus fuit. Omnes hæ virtutes in eo viro habitabant, quoniam odor ſuavis ipſius animæ mirum in modum ſingulis virtutibus jucundus erat, & ex illius candore animi tamquam fructum quemdam libenter percipiebant.

*Bademus monachus.*

II. Cum igitur quatuor menſes in carcere confeciſſet, una cum ſeptem illis diſcipulis vinctus, afflictus, & aſſiduis flagellis verberatus; omnia promto animo perpeſſus, propter ſuam in Deum ſpem, veritatis fiduciam. Erat autem tempore illo quidam, nomine Nerſan, princeps urbis, quæ Aria dicebatur, in territorio Bedgerme. Hic Nerſan cum eſſet Chriſtianus, a Rege ipſo cogebatur ſolem adorare; ſed cum nollet contra Chriſti fidem facere, in vinculis detinebatur. Poſtea vero animo remiſſiore factus, & corde perculſus, martyriique formidine detentus, propter tormenta, quæ violenter in illum inferenda erant, non ita ut cœperat, ad extremum uſque perſeveravit: ſed mortalis, & brevis hujus mundi amore captus,

*Nerſan apoſtata.*

tormentorum anguſtiis ſuccubuit. Sicque miſer ille, cum utrumque appeteret, ab utroque excidit. Nam divinam vitam perdidit martyrium fugiens, & hujus mundi voluptatibus frui non potuit, terrenam gloriam appetens. Cum enim caduci & terreni Regis magis, quam æterni & cæleſtis Dei honorem amaret, ſe a Deo ipſo velle deficere profeſſus eſt, & omnibus quæ Rex vellet ſe obtemperare. Rex igitur ut audivit Nerſan eo animo eſſe, valde gaviſus eſt, & ſtatim de ſancto Bademo cogitavit, juſſitque illum vinculis exſolutum, in atrium palatii per obliquam januam duci. Bademo autem eo ingreſſo, ubi Nerſan vinctus detentus fuerat, Rex duobus quibuſdam principibus viris hæc dicit: Si Nerſan Bademum interficit, a vinculis ſolvatur, & accipiat ejus bona. Juſſerat enim Rex ipſe omnia ipſius bona in fiſcum conferri. Confeſtim igitur ſanctum Bademum in medium conſtituerunt. Ille autem miſer Nerſan, ut audivit quod a Rege dictum fuerat, cum caduca mundi bona appeteret, ſtricto enſe, ad Chriſti Martyrem interficiendum profectus eſt. Sed tremore quodam correptus, cum plagam in virum ſanctum infigere vellet, tamquam lapis ſtatim immotus permanſit. At Chriſti ſervus ad eum oculos erigens: *Uſque eo*, inquit, *o Nerſan, malitia tua progreſſa eſt, ut non ſolum tibi ſatis ſit, quod Deum tuum negaveris, ſed & ſervos ipſius interficere contendas? Væ tibi infelix! Quid facies in die illo, aut quo fugies a terribili judicio, cum ſteteris ante horrendum illud tribunal, magno & æterno Deo rationem redditurus? Ego quidem, o miſerrime, martyrio Chriſti mei promto animo conficiar: at nollem tamen tua manu confici, ſed ab alio quopiam mortem ſuſtinere voluiſſem*. Ille vero neque his ſermonibus erubeſcens, neque quod juſſus fuerat valens perficere, faciem ſuam ut lapidem firmavit, & cor ferreum ac durum habens, ſanctum virum ſæpius enſe illo percuſſit. Sed nec ſemel oportunam plagam infligere, neque eum interficere potuit, ejus enim manus valde tremebat. At beatus Bademus, cum ejuſmodi anguſtiis affligeretur, ſpiritum ſuum emiſit, enſis ictibus tot tantiſque confectus, ut omnes gentiles firmam ſancti Martyris patientiam admirarentur, quod velut columna quædam immobilis perſiſtens, violentos plagarum impetus exciperet, & corde ſtabilis maneret; homicidam vero illum propter imbecillitatem & lentitudinem irriderent, & exſecrarentur. Sed & hic Nerſan non multo poſtea mercedem recepit his dignam, quæ in Martyrem Chriſti commiſerat, multis & diverſis malis oppreſſus, & enſe male perditus.

*Bademum interficit.*

III. Sanctus autem Bademus martyrio conſummatus eſt menſe Aprili, die octavo, in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Ejus vero reliquias extra urbem ejectas ſuſtulerunt clam viri religioſi, & omnem diligentiam adhibentes, illas repoſuerunt. Ejus autem ſeptem diſcipuli in carcere concluſi quatuor annos manſerunt, & poſt mortem Saborii Regis, in pace dimiſſi ſunt, permiſſumque fuit, ut in ſua ipſorum fide permanerent, gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria eſt in ſæcula ſæculorum, amen.

## *ADMONITIO*

### In martyrium SS. SISINNII, &c.

*Martyres a fanaticis ethnicis.*

I. NOn adeo repreſſa fuit, Chriſtianorum Imperatorum auctoritate Gentilium adverſus Eccleſiam rabies, quin interdum data occaſione, per ſeditioſos tumultus nonnullos ex fidelibus interimerent. Hæc potiſſimum contingebant, ſi quando celebria idolorum fana Chriſtiani deſtruere aggrederentur, aut cum aliqui promovendæ Chriſtianæ religionis ſtudio accenſi, idolorum cultus vanitatem populis inculcare conarentur. Exprobrat Auguſtinus Coloniæ Suffectanæ ſenioribus ſexaginta homines innocentes apud eos interfectos fuiſſe ob idolum Herculis effractum. Hi ſub *Martyrum* titulo die 30. Aug. in Romano Martyrologio memorantur. Longe gravior fuit Alexandrinorum commotio anno 390. Cum enim Theophilus, ejus urbis antiſtes, a Theodoſio

*Martyres Suffectani.*

doſio imperatore obtinuiſſet Bacchi templum io eccleſiam transformari, atque ea occaſione paganorum myſteria ridicula detegereotur, quæ epiſcopns de iodustria publicabat: ea de re commoti gentiles, *conſpiratione*, ioquit Sozomenus lib. 7. cap. 15. *inter ſe facta ia Chriſtianos irruerunt, multiſque eorum occiſis & vulneratis, Serapium*, id eſt Serapidis templum, *occuparunt*; unde erumpentes, *muitos Chriſtianorum comprebenſos*, & tormeutis excruciatos ſacrificare cogebant. Si qui vero id facere detrectarent, eos aot in crucem agebant, aut fractis cruribus, aut alio mortis genere perimebant. Quam ſeditionem diutius perſeveraſſe poſt Rufinum ſcribit Sozomeous. In ea vero ionumerabiles Chriſtianos vulneratos aut occiſos fuiſſe affirmat Socrates lib. 5. cap. 16. His auditis, Imperator beatos qoidem eſſe pronuotiavit eos, qui interemti fuerant ex Chriſtianis, utpote martyrii gloria decoratos; ſed ſtatim ſancivit, ut omnia Gentilium templa Alexandriæ deſtruerentur. Horum Martyrum memoriam recolit Martyrologium Romanum die 17. Martii, quem ſane titulum, bis ſaltem qui ſacrificare renuentes, excruciati ac occiſi fuerunt, nemo denegabit. Alios ejuſmodi tumultus memorat ibidem Sozomenus, de quibus ſuſius agere oon vacat.

*Siſinnius, &c.* 2. At in Occidente celebris fuit Siſinnius cum ſociis duobus, qui a ſancto Vigilio Tridentino epiſcopo in quemdam diœceſis ſoæ pagum miſſi, ubi frequentiores erant gentiles, eum ibi conſtructa eccleſia aliquamdiu degiſſent, a furentibus gentilibus occiſi ſunt. Horum Martyrum Acta, ac duas de eodem argumento ſancti Vigilii epiſtolas profert vir eruditus Daniel Papebrochius ad diem 29. Maii Bollandiani. Ambas epiſtolas bic exhibere ſufficiet, quas laudaſſe videtur Gennadius in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 36. ubi ait Vigilium epiſcopom ſcripſiſſe *ad quemdam Simplicianum ia laudem Martyrum libellum, & Epiſtolam contineatem geſta ſai temporis apud barbaros Martyrum*. Simplicianus bic memoratus ipſe eſt, qui poſt ſanctum Ambroſinm eccleſiæ Mediolaocnſi præfuit; Johannem autem Cooſtantinopolitanum epiſcopum, cui altera epiſtola ioſcribitur, alium eſſe noo poſſe a ſancto Cbryſoſtomo, temporis ratio probat. Hos Martyres anno CCCXCVII. paſſos fuiſſe probant viri eruditi ex his ſancti Vigilii verbis: *Dies paſſioais IV. Kal. Jaaias, feria* 6. Hæc enim epocha cum alio anno concurrere oon valet. Hinc colligunt addititiam eſſe notam conſularem io Actis vulgatis eorumdem Martyrum appoſitam, ubi *Stilicone coaſule*, id eſt aono 400. illi Martyres paſſi dicuntur. Locum paſſionis altera ſancti Vigili epiſtola deſignat, *Anagniam* ſcilicet, ſeu Anauniam, viginri quinque ſtadiis ab urbe Tridento diſtantem, unde *martyres Anauntaſes* a nonnullis appellantur. Eos ſic vocat Auguſtinus in epiſtola 139. ad Marcellinum Comitem. ex qua epiſtola diſcimus eorumdem Martyrum interſectores fuiſſe quidem captos, ſed fidelium precibus ab Imperatore indulgentiam obtiouiſſe. Et quidem ipſis iniquum videbatur Martyrum mortem ulciſci. *Ne*, inquit Auguſtinus, *paſſiones ſervorum Dei, quæ debeat eſſe ia eccleſia glorioſæ, inimicorum ſanguine dehoneſtentur*. Hujus rei exemplum illuſtre habemus apud Sozomenum lib. 7. cap. 5. ubi Marcelli epiſcopi Apameenſis io Syria martyrium refertur. *Marcellus martyr.* Cum vero filii Marcelli morrem patris ulciſci cuperent, *provinciæ Synodus id probibuit, æqaum aon eſſe cenſeas eam ulciſci mortem, ob quam gratias Deo agere oporteret, tum ipſum mortunm, tum filios ejus atque amicos; quippe qui digam babitas eſſet, qui pro Deo moreretur*. Sed hæc extra metas: videſis epiſtolam laudatam ſancti Auguſtini. Aliquid ex horum Martyrum reliquiis Mediolanum translatom eſſe diſcimus ex vita ſancti Ambroſii per Paulinum ejus diſcipulum conſcripta, ubi narrar miraculum cæci, qoi ea occaſione *loculi tactu* viſum recuperavir. De iiſdem etiam quiddam accepit ſanctus Gaudentius Brixienſis antiſtes, ut teſtatur in bomilia de XL. Martyribus, ubi ooſtrorum Martyrum paſſionem bis paocis verbis perſtringit. *Recepimus*, inquit, *ſanctos cineres Siſinnii, Martyrii, Alexandri, quos nuper ia Ara-Agatbini uni venerandæ religionis cultui attentius inbærendo, gens interfecit ſacrilega, flammiſque adbibitis concremavit; ut bolocauſtum Deo fieret, qui Chriſtianos ſuos victimas dæmoniis miniſtrare iacrepatione juſtiſſima vetuiſſent*. De iiſdem agont Martyrologia die 29. Maii. Sed his omnibus ſubjungere viſum eſt aliquot verſus ex lib. 1. Fortunati cap. 2. obi non ſolum Siſinnii & ſociorum, ſed etiam paſſionis ſancti Vigilii meotio habetur, omnino conſ[illegible]nis hujus ſancti Martyris Actis, quæ ex cod. mſ. V. C. Ulrici Obrecbti Argentinenſis eruta habemus.

*Vitali domus iſta placet, qui vivus arcais*
*Defoſſus meruit perdere mortis iter.*
*En Vigili bic arx eſt, quem ruſtica turba peremit,*
*Unde mori voluit, mors magis ipſa fugit.*
*Incolit bæc pariter Maturius atque Siſennus,*
*Quos gėnus atque fides, & tenet una ſalus.*
*Sanctus Alexander, felixque Cecilia polleat,*
*Quos meritis omnes una corona manet.*

EPI-

Anno Chriſti 397.

## EPISTOLA
## S. VIGILII EPISCOPI TRIDENTINI
### Ad SIMPLICIANUM Epiſcopum Mediolanenſem, de martyrio SS. SISINNII, MARTYRII, & ALEXANDRI.

*Ex editis Surii, Bollandi, &c.*

I. DOmino ſancto ac venerabili Patri, bonis omnibus præferendo SIMPLICIANO, VIGILIUS Epiſcopus Tridentinæ eccleſiæ, ſalutem. Quamvis facta Martyrum mentione, non verbis merita, ſed verba meritis commendentur; potiuſque ſit conſtantiæ ſilentio præterire, quibus eſt probata virtus; tamen quia me ſuggerere cauſas, loca pugnaſque martyrii pietas impulit, admonuit debitum, coegit officium, trepidantem mærore linguam paginæ non negavi, quia nec abſcondi poterat lucerna ſub modio, nec vox pii ſanguinis reticeri. Poſt multos namque patientiæ gradus, & ſedulas pugnas, recens perfidiæ acceſſit iniquitas; quia miniſtri in eccleſiis, quæ nuper fundatæ fuerant, laceſſiti ſunt, ac martyrii titulos comparaverunt; parati ad omnia, libenter omnia ſuſtinentes, nulli dantes occaſionem, occaſione gloriæ gloriam meruerunt. Quorum vita, ut ſumma rerum faſtigia referam, propter ſcientiæ notitiam, fuit tam ſolicitudinis quam propoſiti ſingularis. nam omnes liberi nexu conjugii, Deo immaculatas animas, ut ſanctas hoſtias, præſtiterunt. Denique primus, vocabulo SISINNIUS, novam Chriſtiani nominis pacem intulit barbaræ nationi: quam per annorum feriem, quod in ſe fuit, jugiter cuſtodivit, nullum conſortium pollutæ hoſpitalitatis agnoſcens, velut Lot Sodomis, ſtupendo timore religionem ſervavit: ſed ovis tuta *, quamvis in luporum medio conſtituta, ovile quæſivit, quod, impenſis puſillæ fidei votis munificus, primus in illa regione fundavit: cujus miniſter, ſi mecum recenſere dignaris, per hoc velut ex debito eſſe promeruit, ſenex ut ævo, ita merito præceſſerit.

*Siſinnius ſenior.*

* *Ed.* tota.

*Martyrius Lector.*

II. Lector quoque MARTYRIUS, ejus adminiculo ſociatus, jam nominis pignore commendante, eum religioſæ profeſſionis exordia poſt militiam temporalem catechumenus induit. Nam projecto a ſe cingulo, rejectoque parentum vel fratrum carnalium cœtu, intelligens ſeſe veræ lucis auctore Deo gratiam conſecutum, inter Lectores officio ſociatus, divinæ laudis canticum auribus primus ſurdæ regionis intonuit, attentus operibus jugiter ſpiritalibus, laſſatus jejuniis continuis, lectionis ſuæ pædagogus, in lucrandis animabus anxius, quare brevi temporis impendio tantum fœnus ante præmiſit, ut illi corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in ſinum Abrabæ plena luce profectas, quas perfida ſuperſtitioſorum dierum obſervantia, alienato jure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille, ſubductus maternis uberibus lacte turgentibus, peregre enutritus, condecentem ſemper matri quærebat affectum, reſurrectionem exemplis prædicatam videntibus oculis dicaturus. Hæc ſunt pauca de multis.

III. ALEXANDER quoque, Martyrii conſanguinitate germanus, tertius Trinitatis hoſtiam complens, parem confeſſionis januam reſeravit. Nam patriam, Dei cauſa * peregrinus parenteſque deſeruit, comes in probationibus fidus, fide magnanimus, miſeratione propenſus. Et ſi teſtimonio meo utcumque creditur, non ſunt, niſi ipſi ſibi, altrinſecus præferendi: quos commendari non opus fuit, niſi forte quod decuit. At vero hactenus ſunt allevata faſtidia, ſi adhuc auribus libenter admittis. Nam fumoſa gentilitas contra vaporem fidei, zelo diaboli flamma furoris incaluit: exinde jam lentum fomitem ſerpens, quod opibus, ut dixi, fidei paupertate

*Alexander frater Martyrii.*

* *Ed.* deinde.

tate devota, primus id loci Diaconur eccleſiæ tabernaculum poſuiſſet. Acceſſit quoque juſtæ ad titulos cauſæ, quod condonari hoſtias diabolo de Chriſtiana domo, Diaconi fidell miniſterio prohiberet, & luſtri feralis vexillo præ- * al. meruit. ferri vexillum vetuit * paſſionis. Nam invitara ſub uno præmio manus, ad ſanguinem convolavit; ac matutinis boris, nimium antecedentis diei vulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehenſum, emerita quiete ſepelivit. Lector quoque haud umquam impiger, & ad miniſterium antelucanum ſerviebat, cui in ſacrificio Diaconus famulabatur; & medicinam vulneribus memoratus Martyrius exhibebat, quam opere quo deprebenſi ſunt, compleverunt. Siquidem ſecedens ad hortum Lector, qui eccleſiæ cohærebat, captus, vitæ ſuæ arborem a radice plantavit. Oſtiarius etiam paſſioni adjunctus eſt, in hoſpitio deprebenſus, animam ſuam ut non obtulit, ira non negavit. Verum omnes in unum collecti, per aliquot ſpatia tracti, Deo animas exſpirarunt. Et duorum quidem ductum eſt corpus exanime: tertio vero quo tenacior vita, ita fuit pœna ſenſibilior. nam vivus ſuas ſpectavit exſequias. Præparatur eſt de ſacris Eccleſiæ culminibus ſeu trabibus rogus: hæc flamma Martyres velavit. Reverenti autem voto, cogitamus nobiſcum, ut id loci baſilica conſtruatur, ubi primum fidei glorioſæ teſtimonium meruerunt. Nunc me immeritum, in utroque conſortem, paterno amore conſolare; & cum eodem ſanctos apud ipſos exorator accede, quatenus poſſim die illa fimbriam aut ſacerdotum aut Martyrum, jam omnibus ſepoſitis, peccator attingere. Salutamus ſpeciali ſervitio ſanctitatem tuam: quæſo, ut mœrorem meum Domino commendare digneris. *Item alia manu*. Denegare non potui, quod tuum in nobis erat, glorioſius fieret ſuſcipientis merito, non gratia largientis. Dies autem paſſionis ſanctorum, quarto Kalendas Junias, ſexta feria, luce naſcente,

## ALIA S. VIGILII EPISTOLA

### Ad S. JOHANNEM CHRYSOSTOMUM, de iiſdem Martyribus.

*Ex Bibliotheca Vaticana in Maio Bollandiano.*

*Incipit Epiſtola ſancti Vigilii de laudibus beatiſſimorum martyrum Siſinnii, Alexandri, & Martyrii. quorum reliquiæ per Jacobum virum illuſtrem ad Johannem epiſcopum urbis Conſtantinopolitanæ pervenerunt.*

I. AD ſanctas aures novus caritatis hoſpes non aliter applicaret, aut verecundiam primi motus non provocatus impelleret, vel imbueret ignotus alloquium; niſi provocaret & præmium. Ab homine itaque Apoſtolico, frater cariſſime, præſentis tenor atque Epiſtolæ incipiet plenitudo, ut facili confinio intelligas, quod Martyrum præconia ſub- Jacobus Comes. ſequantur. Jacobus etenim, deſideriorum cæleſtium vir fidelis, Comitivam reclinaturus in Chriſti comitibus dignitatem ſanctorum recentium & vapore fumantium reliquias poſtulavit. Reclinaturur dixi, quia deponi non poteſt, quæ apud Dominum dignitas cumulatur. Cui ego ſatis timidus, nec parum prudens cauſæ, mecum diſpenſatione luctatus, quominus diſtributor idoneus, pæne dum vereor denegavi: quod ſemper debere ut quis fœneretur, expendi feceram. Confiteor; multum multorum privatam timui privato timore jacturam niſi ad Jacobum reſpexiſſem, ſancto Johanni per quædam alimenta reverentiæ tradituro, ut delegato amore per religioſa vocabula Martyrum, deferretur, & iterum ſanguine jungeretur, non peregrina germanitas. Hanc quoque inter cetera opinionem fidei libenter accipiens, quæ bene in meo mærore ridebat, tantum diſtuli, non negavi. Diſtuli, ut iterum lentitudo mea aperte proderetur, qui ſequi meos comites minime meruiſſem. Confiteor, optavi: ſed non eſt in ſolo deſiderio corona

rona

rona juſtitiæ. Nunc autem ſi decens ordo gravis non erit auribus ſitientibus, a regionis ſitu, vel itineris inchoabo; ſumma rerum veſtigia ſine faſtidio ſecuturus, ut proclivius confluat inundatio meritorum, ſi ad originem fontis capaci amore pervenias.

Locus martyrii.

II. Poſitus namque (cui inquilinum eſt Anagnia vocabulum) locus viginti quinque ſtadiis a civitate diviſus, tam perfidia quam natura anguſtis faucibus intercluſus, uno pæne aditu relaxatus (iter trium martyrum dicas) qui reſupinus molli dorſo, vallo ex omni latere deſidente, caſtellis undique poſitis in coronam, vicinis ſibi perfidia conſpirantibus, ſpectaculi genus exhibet ſcena naturæ. Cauſa loco deerat: ſed fuit cauſa Chriſtus idonea, ut daret diaboli ludus pompam martyrio. Non ſit auribus audientis odioſa locorum relatio. Fuit enim ſibi ſemper male ſocius, concavus in montibus conſonus locus: ad quem cum Chriſti primum militia conſcendiſſet, tubis ſæpe excita truculenta Gentilitas, æmulo furore bellique clangoribus inflammatur. Verum unum genus pugnæ ſanctorum fuit perfectum, omnia ſuſtinere, laceſſitos cedere, patienter ferre, paſſuros privata manſuetudine furorem publicum refrenare, vincere detrectando: ſed prædeſtinata gloria maturi exitus titulis perurgebat, quos debitus ordo pepererat. Nam prætermiſſis ambagibus & longis anfractibus amputatis (ſolum non reticebo) quibus eſt virtus nutrita Martyrum damnum laudis ablaturo compendio. Cum adhuc eſſet in ſupradicta regione nomen Domini peregrinum, neque ullum ſignum eſſet quod (fidei) ſignaculum demonſtraret, fuerunt hi tunc numero, nunc merito ſingulares advenæ, tam religione quam gente, a quibus non immerito Deus prædicaretur ignotus, longi temporis quieta converſatione compoſiti, dum nulla fidei utilitas titillaret. Verum nunc, ſi cauſa in Dominum ſurgentis odii requiratur, (violatæ) pacis titulus fuit; quia unus ex his, nomine Siſinnius, utroque grandævior, in quo eſſet vel ſola venerabilis ſenectus, eccleſiam propriis ſumtibus elevavit, fide ditior quam facultate, locuples ſpiritu, pauper cenſu, tradidit ovile paſtori. Factus eſt cujus erat conditor, excubator: ſed fuit lupis ovile contrarium. Invidit ruina diaboli culmen erectum. Hæc fuit ſors prima martyrii ut oves dum agnum perſequuntur, occiderent. Addita eſt velut hoſtia, illa Deo juſtior cauſa, quod cum luſtrale malum circa fines agrorum cuperent ducere ſcena ferali, ac ſata naſcentia tam protererent quam fœdarent, Chriſti quoque germina calcaturi, luctuoſis ornatibus coronati, ululato carmine diaboli, diverſarum pecorum pompis erectis in Domini ædem vexillis, nuper de ſua gente converſum, victimas dare cogebant operibus tenebrarum. Quod cum Domini miniſtri ſine ſuo reatu fieri vix viderent, quia adſiſtentes ipſi quoque operibus videbantur communicare confuſis: oppignerata ſunt illa die ſanctorum corpora cædi funeſtæ, dilata tamen palma victoriæ.

III. Hic conferre, frater, paullulum volo tecum titulos rerum, ne cui pedeſtre videatur martyrium eſſe humilitate ſuſceptum: quia vile putatur bonum omne quod præſens eſt; cum novum ſit atque mirandum, ſine invidia temporis ſuſcitatum, & ita completum, ut nec ante quid præceſſerit, nec ſequatur; ſed ſit ſingulare, quod ſolum data conſummatione concluſum. Ovem qui a prædone cuſtodit, puto, non mercenarius, ſed Chriſti oſtenditur eſſe diſcipulus; & qui fugit conductitius, qui non deſerit, paſtor. Qui ponit animam, vivit; qui ſervat, amittit. Nam quid aliud egit Magiſter & Dominus, niſi ut non derelinqueret deſertores; aut Agnus, niſi ut agnam defenderet, ut pro ovibus pia victima conſummaretur? Sed ingreſſurus paſſionum portam, poſt editam multiplicem cauſam, peregrinam laudem non contraham, neque furabor: quia nec aliena velle, martyrum eſt; nec fallere, ſacerdotum; niſi quia impoſſibilem me, ut inſequendo iſta confiteor referendo; & in hoc minime, quia minora dictu-

ſturis. Poſt vexillum namque diabolicorum luſtrorum, quod, ut retulimus, erat indicium gloriæ mox futuræ; una nocte dilatam aſcenditur ad coronam. Nam matutinis horis auroræ repente cæli umbra cedente, manus inopinata, ſed conſpirata colligitur, præuſtis armata ſudibus atque ſecuribus, & quod rimantibus diaboli ira telum feciſſet; ibique Levitis aliquantis in eccleſia deprehenſis, hymnum cantantibus matutinum, fit vaſta depopulatio, ſæva direptio: profanantur omnia tam ſecreta quam divina myſteria; fit poſtremo præda religio. Ne quis hoc vulgare putet fuiſſe certamen, cum aut inſenſibilia idola a ſenſibilibus diruuntur aut ſaxorum moles cum ſuis molitoribus commoventur, ut de cultore & de colendo incertum habeas, quem judices duriorem. Petra Chriſtus in omnibus vexabatur, angularis lapis deprobabatur a gentibus, probandus iterum; mundo ſanguine ædificaturus ruinam ſurgentem. Habebat inter iſta fides ſpectaculum ſuum. Siſinnii tunc diaconi corpus lectulo tenebatur, confoſſum ac ſaucium priſtinis quoque vulneribus, cum aut ovem ad hoſtiam revocare, aut hoſtia fieri juberetur, niſi feralibus hoſtiis conſenſiſſet, tuba percuſſus qua canticum diaboli perſonabant, non immerito qui ſonum fidei primus intulerat: ſecuribus cæſus, qui ſecurem ab infœcunda gentilitatis arbore defendebat. Ac ne longius protraham confirmata; emerita, ut diximus, lectuli deprehenditur quiete; confeſſus, credo, ut privato myſterio ad crucem citius perveniret, paralyticum populum ſoluturus.

IV. Per lignum funibus alligatur lector quoque Martyrius, Confeſſor conſimiliter & aſſertor nominis ſui; qui canticum novum, tunc primus, & nunc ſolus in terra aliena cecinerat; inter ſtrepentes & horridos jubilos paſtorales, jam tunc dulcis eloquii redditis Deo laudibus, ut ſuperius memoravi; ac diacono Siſinnio medicinam vel fomenta contulerat, ſanaturus dolores, quamvis vulnera ſuſcepturus; revocans eximiis hauſtibus animam ſugientem, non corpori, ſed paſſioni. Verum ſanctus, jam martyrii ad Chriſtum itinere deſtinato, aquæ potum, quia vinum paſſionis venerat, refutabat, quod vitæ verioris florentis miſcuerat calice propinato. In hac itaque cura deprehenſus, qui ſemper de animarum ſanctitate ſollicitus, non ſibi ſoli natus, aut ſoli ſibi certe victurus, in horti qui contiguus jungebatur ſecreta ſeceſſit, hoc eſt ab eccleſia non receſſit. Eſt enim, ſicut melius noſti, hortus eccleſia, ſepibus mandatorum plantata viventium. Non ingeſſit corpus, quod negare nolebat: nec temeritatis ſumpſit audaciam, confidentia pietatis. Sicut in Africanis regionibus dicitur, qui in ultroneum funus armantur, quod ſine timore faciunt, ambiunt præ rumore. Stetit autem Martyr futurus, captus, liber; intrepidus, confeſſus; agens gratias vulneratus; ſaucius corpore, mente ſecurus; cæſo capite, privato baptiſmate, lotus cruore. Nemo illum ſequi meruit qui fugere putabatur, unde vana ſimiliſque timori eſt ſeceſſiſſe religio: ſed comprehenſi juſta confeſſio demonſtravit, quod ille ſtetit tantum ut vinceret; ille ſeceſſit, ut & perſecutor in ejus gloria deperiret. De horto quo ſugerat Martyrius adducitur. Genus eſt hoc ſeceſſiſſe myſterii, ut purpureus flos locis vernantibus inquilinus, non immerita tingeretur roſa, novum præcedens Martyrem; aut inter albentes liliorum per baptiſmum comas rigatis omnibus recidiva morte plantatis voluntas vitæ tacita dictaretur. Transfixus etiam ſtipitibus ducebatur ad idolum: ſed ante victima eſſe promeruit, quam ad aram diaboli perveniret.

V. Tertia quoque, Alexandrum honoratura Domini corona completur. Familiariter invenit aditum, qui ad Chriſti januas excubabat; quo cuſtode velum templi tecta gentilium corda diruperant. A multitudine ſtudioſe quæſitus, quia zelo fidei ſatis omnibus notus, captus non tamen captivatur; timor non timuit. Illuſus ſæpe eſt Chriſti diſcipulus,

pulus, in hocque vivaciorem pœnam fecit major in tormentis martyrialibus labor: ac ſic compenſaturus dignitatem exceſſu paſſionis, ſorte promeruit, ut nihil in tribus eſſet inferius. Nam in ceteris furor tormenta non diſtulit, hunc lenta in Dominum pœna ſervavit; ſenſit ſe ſcire quod ſuſtinebat, ſpectator corporis ſui: & quamvis ſupradictum ex Diacono Martyrem illata vulnera diſtuliſſent, hunc ſibi exhibuerunt tormenta cuſtodem, Junctis namque ac nexis corporibus, ac per publicum tractis more canum, ſed non ad vomitum reverſuris, vivus inter illos Alexander innexis pedibus ducebatur per ſcopulos partem membrorum palpitantium dimiſſurus, donec ad loci, vitæ inquam, terminum duceretur. Itum eſt poſt hæc in religioſa faſtigia, hoc eſt, alta Dei templa; poſt corpora, ſtrata ſolo culmina, ſacratis facta pyra trabibus, in conſpectu Saturni, idoli veteris tempeſtate longæva. Præmiſſis in ignem geminis atque germanis ante corporibus, ſtetit ſaucius Alexander iterum confeſſurus; cui præmium vitæ præpoſitum eſt, ut vita careret; flammam præſentem ſi velit evadere, dicat ſe eorum tenebris conſenſiſſe. Verum illi, tranſverſa tuenti & impiorum munera reprobanti, contra lucem luxante oculos fuit; pœnam timor pœnæ prohibuit: calor fidei repulit flammam: gradus reverentiam ordo quoque tenuit paſſionis. Ultimus ſuſcipitur: ſed non inter fratres intimus coronatur. Impletum eſt, fratres, in tribus miniſtris, nunc vero in cæleſtis lætitiæ convivio, myſterium Trinitatis; cum & alii potuiſſent hoſtia viva pati ſorte conſimili, niſi cuncta trino perfecta numero cenſerentur: Fuimus enim inter hæc portio forte non minima: & horum cauſa ſumus a gentibus increpati; nec dereliquimus ſocios: ſed electionem habet gradus.

VI. Multa præterea diebus propinquantibus paſſionis, non tam demonſtrata ſunt quam veritate depicta, quæ in compendium dimittimus, ut per hæc pauca quæ geſta ſunt, plenius myſteria doceamus. Si tamen mecum patienter relegere relata dignaberis ab ipſis cunabulis regionis quidem, Siſinnius fuit Cappadox gente vel Græcus, apud vos olim ſanguinis primi; fide velox, ſpiritu magnanimus, laboris prodigus, ad omnia perſeverans, metam ſuam palma concludens non ſera, ſeptima repromiſſionis ſorte venturus, junctus ſemper copula caritatis, pace concordans, divinæ frena retinens diſciplinæ, jugalis tanti populi domitor, Chriſti index; poſtremo futuri gregis aut ſanguinis germani (ſicut uſus magiſter rerum loquitur) ducatum viæ tenens, periculi proculcator audax & auctor agnoſcitur; ut ſecure pone tenus agmina ſubſequantur. Ita in noſtro fidei indice matutino primatus fuit ſanguinis & ducatus: qui poſt demonſtratam viam duxit ad vitam, aut induxit ad gloriam, ſeductor ſalutis, cognitor veritatis, Propbeta teſtante, & index meus in matutino. Atque ut plus facta myſteria cumularent, & indici ſuo non deeſſet indicium; cum velut animal traherent ſancti Siſinnii corpus exanime, collo aerii teſtis tinnitum concavum ligaverunt; quod vulgus tintinnabulum vocant; inſultantes corpori, increpantes morti, exprobrantes non vindicem Chriſtum; & irridentes Domini diſcipulum, impleverunt ſalutare myſterium. Quid enim voluit ſibi ille tinnitus aut ſequacibus animalibus utilis ſonus, decori quoque congruus collo ſuſpenſus? niſi quod vox ructaret nomen Chriſti, rauca clamando ſurdis; & principem, ut gregis, ita gentis, in omnibus approbaret. Primus enim verbum religioſæ vocis increpuit, primus concavis vallibus perſonavit: adbuc prope brutis animalibus, aut certe pecoribus dux paſſus intacti, novi tinnitor auditus, florulentæ legis ruminator in Gentibus. Ordine propoſito, Martyrii ſibi quoque conſequens nomen, prophetiam quam tenebat implevit: expoſuit vocabuli parabolam, verus in omnibus revelator: adriſit quod vocabatur nomen, & meritis cumulavit: ſtatuit natale

voca-

vocabulum ut origine, ſic paſſione venturum. Quid pœnæ conſeia borti ſeereta diſſolvam? quod illo ſe primum contulit, ad quod iterum Martyr intravit, januam paradiſi, mundam voluptatem ac venerandas ſui veris delicias meditatus; animatum florem, male bærentem adhue ſpinæ ſæculi, locis virentibus plantaturus; a Virgine demonſtratus, cujus erat bortus. Quid me iterum ad myſteria facta revolvitis? Illa virgo prodidit, quæ ſuos tenere ſemper optavit: voluit dimittere quem reeepit: cultorem, quem probavit, elegit. Jam noti amoris affectu Deum quoque tenuit invitatum, dieente in Cantieis Salomone, Deſeendat frater meus in bortum ſuum. Deſeendit, & certe deſcendit: nam exire noluit quem dives voluntas adamavit quoque tempore paſſionis, ut rem notam noſtris temporibus exprimamus. In borto eum Judæis comprehendit Dominum Scariotes. Nemo de tali ſeceſſione diſeipuli cauſetur: ita Magiſter & Dominus invenitur. Putatus eſt bortulanus, rigator viventium, plantator animarum. Hortus eſt ergo non fugientis, ſed confugientis aſylum, intelligentibus borti facient meruiſſe paradiſum. Alexandro vero quod conſerre myſterium mortis potuit, qui totum vivus implevit; niſi quod ad gentis vitium nomen adriſit; ut Alexandria putaretur Anagnia, privatis religioſa portentis, numeroſa dæmonibus, biformis anubibus, idolis multiformis ſemi-bominibus, quod eſt legis irriſoribus; plena Iſidis amentia, Serapis ſuga; blanda poſtremo inquilinorum mater criminum, quin potius noverca; viperarum alumna progenie, per ſobolem venenatæ gentis, quæ neſeit concipi, niſi patris orbitate lætetur; neſeit ereſeere, niſi morte naſeatur; neſeit vivere, niſi neſeiverit matrem; ut in fidei converſione malæ ſobolis proles, conepta jactura Dei Patris, capite denegato nata, perſoſſa alvo matris Eccleſiæ parta, per ſanctorum mortem vitæ ſumat originem; ſed jam creſcit damno fœcundior, leto vivacior, lætior poſt mærorem. Nam planum eſt & plene perſpectum, quod eſt ſcripturis dictantibus reſeratum, cuncta uno peccato concuſſa, ut omnes miſericordiam mererentur. Hi ſunt centuplicati reditus paſſionis, quibus ſuos jam gens illa reatus abſolvit: captivitas liberos fecit, laxavit indulgentia vinculatos. Cælum tunc conſenſit in tenebras, lux inborruit paſſione, mentis ceredo perfidiæ cæcitate confuſa. Crede, frater, oculis fratris, umbra quædam nigræ nubis totam texit ſive eontexuit regionem, proxima terræ fulmina crepuerunt, dirus ſæpe fragor intonuit, coruſeans rutilus plus ignis emicuit; conſcium ſanguinis dieeres cælum. Non eſt ultra poſt umbram peregrinæ, ut ita dixerim, noctis manifeſtam celare ſub nebula veritatem. Dies quoque horrorem prodidit paſſionis, non tantum refugus, ſed privatus. Nam ſextæ feriæ lux alma proceſſerat, ſemper poſt Deum amica Martyribus: tenens reverenter partem adhue dominici corporis, per ſanctos alumnos famulis Dei præſtitit famulatum, æmulante tamen invidia religionis ſorte ventura. Sic ſe aſſerit Dominus operibus ſuis, ſic ſe ſocium præſtat in omnibus, ut æqualitate jungatur & tempore. Spectator, confiteor, fui inter iſta myſteria, & ad ſanctorum cineres excubator: qui particeps eſſe non merui, ſenſi ad quod pervenire non potui. Vidi, vix hodieque credulus mihi: excedunt facta reverentiam relata dictorum; unde Dei erit, frater, aſſerere quod elegit, & teſtanti teſtimonium perbibere. Suſcipe nunc, frater, trium munera puerorum, aut tres pueros de camino, anheli ignis adhuc propemodum ambulantes incendia; & niſi invidus flammæ furor ſemineces ſuſcepiſſet, biſtoriæ revixiſſet exemplum; ita omnia ſe pæne ſimili bonore pinxerunt. Vox, Ros, Numerus, Caminus. Vox fidem conſonam: Ros, pluviam; Caminus, pyram; Numerus Trinitatem.

*ADMONITIO*

## IN KALENDARIA SUBSEQUENTIA.

1. ACtis Martyrum ſubjungere viſum eſt Kalendaria duo vetuſtiſſima, quod in iis Martyres non pauci recenſeantur, quorum alii aliunde ignoti ſunt, alii non niſi ex Actis depravatis aut Martyrologiis recentioribus noti. Primum quod ecclesiæ Romanæ uſui fuit, debemus viro ſacræ antiquitatis ſtudioſiſſimo Ægidio Bucherio presbytero ſocietatis Jeſu. Liberii tempore, id eſt circa ſæculi quarti medium, concinnatum fuiſſe patet tum ex Pontificibus qui in eo memorantur, tum ex Catalogo omnium Romanorum pontificom ipſi ſubjuncto, qui in Liberio deſinit, ſine ulla ejus exitus mentione. Kalendarium iſtud partes in duas dividitur. prima Pontificum Romanorum nomina exhibet, a Lucio uſque ad Julium Liberii deceſſorem, demto Sixto, qui inter Martyres recenſetur, & Marcello, qui neſcio qua de cauſa nec inter Pontifices, nec inter Martyres locom habet. Hic tamen exſilium pertuliſſe dicitur in Epitaphio, quod inter Damaſi Papæ carmina editum eſt num. 26. Inter Martyres recenſentur etiam Fabianus, Calliſtus, & Pontianus. Liberius ipſe in epiſtola ad Conſtantium imp. per Luciſerum epiſcopum & alios legatos miſſa, quæ habetur in Fragmentis ſancti Hilarii, conteſtatur *ſe non paſſurum, ut aliquid addatur aut minuatur epiſcopatui urbis Romæ, fidem illam ſervans, quæ per ſucceſſionem tantorum epiſcoporum cucurrit*; *ex quibus*, inquit *plures martyres exſtiterunt*. Sanctum Clementem *beatum Martyrem* appellant Patres concilii Vaſenſis anno CCCCXLII.

2. Alterom Kalendariom, quod ab eruditiſſimo & colendiſſimo mihi magiſtro meo Johanne Mabillonio ex veteribus membranis pæne corroſis monaſterii Cluniacenſis erutum eſt, ſæculo ſequenti ſcriptum fuit. Id colligit vir eruditus quod in eo nullus ex his Martyribus, qui poſt Hunnerici regis perſecutionem peremti ſunt, recenſeatur, qoamvis eos qui initio Vandalorum perſecutionis vixerint, repræſentet. Septem in eo Carthaginenſes epiſcopi, præter ſanctum Cyprianum, memorantur. De quibos & aliis quæ in hoc monumento ſiogularia occurrunt, conſule eruditiſſimas Mabillonii obſervationes, quas huic Kalendario ſubjunxit Analectorum veterum tomo 3. pag. 398.

3. Animus erat huc proferre *Latercalam Polemii Silvii*, quem Bollandus in præfatione ad tomum primum Actorum ſanctorum pag XLIV. retulit. At quum nihil fere præter ſollemnitates profanas exhibeat, viſum eſt hic ſolummodo referre Martyrum nomina, & paucas alias ſacras feſtivitates, quæ in eo commemorantur. Sic vero habet: *VIII. Idus Januarii, Epiphaaia. quo die interpoſitis temporibus, & ſtella Magis Dominum nuntiabat, & aqaa viaum facta, vel ia amne Jordanis Salvator baptizatus eſt. XI Kalead. Februarias, natalis S. Vincentii martyris. VIII. Kal. Mart. Depoſitio S. Petri & Pauli. VIII. Kal. April. Chriſtus paſſus bodie. VI. Reſurrectio. Kal. Aug. Nat. Martyrum Machabæorum. IV. Idus, Natalis S. Laurentii Martyris. III. Hippolyti Martyris: VIII. Kal. Decembris, Natalis Domiai corporalis. VII Natalis S. Stephaai Martyris*. Hæc ibi. Tempus vero quo ſeriptus eſt iſte laterculus ſic deſignatur. *D. N. Theodoſias præſens Auguſtus, D. N. Placidus Valentiaiauus, ſub quibus Johauaes exſtinctus eſt; & a quibus cum DD. matre Placidia, uxore Eudoxia auguſtis, nunc imperium poſſidetur. quod Poſthumiano & Zenoae viris clariſſimis adaotavi*. id eſt anno 448. Habemus etiam præ manibus vetuſtiſſimum Kalendarium ſæculo VII. exeunte, aut certe ſequente ineunte ſcriptum, in aliquo Burgundiæ Gallicanæ monaſterio diœceſis Lingonenſis, uti probant aliquot martyres & confeſſores in eo recenſiti, qui vix in aliis regionibus cogniti fuerunt. At tanti viſum non eſt, ut hic proferatur. Majoris momenti videcur Indiculus Sanctorum Romæ quieſcentium, quorum *olea* ſi bene judico, ex lampadibus quæ ad eorum ſepulcra ardebant, aſſumta, Sanctus Gregorius ad Theodelindam Langobardorum Reginam tranſmiſit per Johannem quendam, qui videtur eſſe ipſe Johannes abbas ad eandem reginam miſſus ex lib. 3. epiſt. 4. Hunc vero indiculum ex ipſo aotographo in papyro Ægyptiaca exaratum deſcripſit Mediulani optimus Magiſter meus D. Johannes Mabillon, ot teſtatur in itinere Italico num. 28. quem adeo, licet etiam a V. Cl. Antonio Moratorio jam editus fuerit, Kalendariis vetuſtis adjungere viſum eſt, utpore qui aliquot ſanctorum Martyrum, alias vix notorum oomina repræſentat.

K A.

## KALENDARIUM ROMANUM.

*Depoſitio Epiſcoporum.*

VI. Kal. Januarias. Dionyſii io Calliſti.
III. Kal. Jan. Felicis in Calliſti.
Pridie Kal. Jan. Sylveſtri in Priſcillæ.
IV. Id. Jan. Miltiadis in Calliſti.
XVIII. Kal. Febr. Marcellini in Priſcillæ.
III. Non. Mart. Lucii in Calliſti.
X. Kal. Maii Caii in Calliſti.
IV. Non. Aug. Stephani in Calliſti.
VI. Kal. Octob. Euſebii in Calliſti.
Nonis Octob. Marci in Balbinæ.
VI. Id. Decemb. Eutichiani in Calliſti.
Prid. Id. April. Julii in via Aurelia milliario III. in Calliſti.

*Item depoſitio Martyrum.*

VIII. Kal. Jan. Natus Chriſtus in Bethleem Judæ.
XIII. Kal. Feb. Fabiani in Calliſti, & Sebaſtiani in Catacumbas.
XII. Kal. Feb. Agnetis in Nomentana.
VIII. Kal. Mart. Natale Petri de Cathedra.
Nonis Martii, Perpetuæ & Felicitatis Africæ.
XIV. Kal. Jun. Parthini & Caloceri in Calliſti Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ.
III. Kal. Jul. Petri in Catacumbas & Pauli Oſtienſe, Tuſco & Baſſo Coſſ. [1]
VI. Id.* Felicis & Philippi in Priſcillæ: & in Jordanorum, Martialis, Vitalis, Alexandri: & in Maximi, Silani (hunc Silanum martyrem Novati furati ſunt) & in Prætextati, Januarii. [2]

* Filii S. Felicitatis.

III. Kal. Aug. Abdon & Sennen in Pontiani, quod eſt ad Urſum pileatum.
VIII. Id. Aug. Syſti in Calliſti, & Prætextati [3], Agapiti & Feliciſſimi.
VII. Id. Aug. Secundi, Carpophori, Victorini & Severiani Albano & Oſtienſe.
VI. Balliſtaria [4] Cyriaci, Largi, Creſcentiani, Memmiæ, Julianæ, & Smaragdi.
IV. Id. Laurentii in Tiburtina.
Idib. Aug. Hippolyti in Tiburtina, & Pontiani in Calliſti.
XI. Kal. Sept. Timothei Oſtienſe.
V. Kal. Hermetis [5] in Baſſillæ, Salaria vetere.
Nonis Sept. Aconti in Porto, & Nonni, & Herculani & Taurini.
V. Id. Gorgonii in Labicana.
III. Id. Prothi & Hyacinthi [6] in Baſſillæ.
XVIII. Kal. Oct. Cypriani Africæ, Romæ celebratur in Calliſti.
X. Kal. Oct. Baſſillæ [7], Salaria vetere Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ.
Pridie Idus Octob. Calliſti in via Aurelia, milliario III.
V. Id. Novemb. Clementis, Semproniani, Claudi, Nicoſtrati in Comitatum.
III. Kal. Dec. Saturnini in Thraſonis.
Idibus Decemb. Ariſton in Pontum.

1 Id eſt anno 258. quo tunc facta eſt tranſlatio SS. Apoſtolorum eo ipſo die quo eorum feſtivitas agebatur. Vide R. P. Antonium Pagi ad hunc annum. Hæc tamen ipſa die in vetuſtiſſimo Kalendario Burgundico habetur *Paſſio ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli*. At in laterculo Sylvii ſupra exhibito, *Depoſitio S. Petri & Pauli* VIII. Kal Martii celebratur.

2 Greg. M lib. 4. Dialog. c.26. meminit eccleſiæ S. Januarii via Praeneſtina, & cap. 54. dicitur juxta portam S. Laurentii ſita.

3 Hoc nomine cœmeterium vulgata Martyrologia deſignari putant. In eo tamen quod S. Hieronymo tribuitur nomen eſt Martyris.

4 In Martyrologio quod S Hieronymo vulgo tribuitur, *Via Salutaria*, cum ut in aliis mſſ. *Via Salaria*. Antiquus eſt Romæ Cyriaci titulus, uti patet ex conc. Rom. ſub Symmacho, & ex epiſt. 92. lib. 9. S. Gregorii &c.

5 S. Greg lib. 7. epiſt. 6. Ind. 1. Venantio epiſc. Lunenſi ſcribit, qui monaſterium volebat conſecrare in honorem SS. Johannis & Pauli, & Hermetis & Sebeſtiani. Et eodem libro Ind. 1. ep. 12. loquitur de reliquiis SS. Hermetis, Hiacynthi & Maximi Martyrum Romæ exiſtentibus. De cœmeterio S. Hermetis via Salaria vide Inſcriptiones &c. apud Bolland. die 9. Junii tom. 3. pag. 286.

6 Alius eſt Hiacynthus de quo Greg M. lib. 7. ind. 2. epiſt. 12. Extant Damaſi carmina de SS Proto & Giacyntho.

7 Duas ejus nominis martyres diſtinguit ex veteribus Martyrologiis Papebrochius, unam quam celebrant cum Aurea & Nuſcia ſeu Nuſca die XI. Maii, via Salaria veteri: & alteram cum Criſpolo & Reſtituto, die XI. Junii. de utriſque multa colligit vir eruditus in Actis SS. Bolland.

## KALENDARIUM CARTHAGINENSE.

*Hic continentur dies natalitiorum Martyrum, & depoſitiones Epiſcoporum, quos eccleſiæ Carthagenis anniverſaria celebrant.*

XIII. Kalend. Maias martyris Mappalici.
III. Kal. Mai. martyris Pudentis.
II. Kal. Mai. martyris Claud.
III. Non. Mai. depoſitio Grati epiſcopi.
II. Non. Mai. Marini & Jacobi martyris.
Nonas Mai. depoſitio Genecli epiſcopi.
V. Idus Mai. ſancti Majuli:
III. Idus Mai. martyris Secundiani.
II. Idus Mai. ſanctæ Felicis, Cæcili & comitum.
XI. Kal. Junias ſanctorum Caſti & Æmili.
X. Kal. Jun. ſanctorum Luci & Montani.
VIII. Kal. Jun. ſancti Flaviani & Septimiæ.
II. Kal. Jun. ſanctorum Timidenſium.
III. Non. Jun. ſancti Perſeveranti martyris.
Nonas Jun. ſancti Syſti.
III. Idus Jun. ſancti Galloni.
XIII. Kal. Julias ſancti Gervaſi & Protaſi martyrum.
VIII. Kal. Jul. ſancti Johannis Baptiſtæ.

ſan-

## INDEX OLEORUM SACRORUM QUÆ GREGORIUS M. miſit ad THEODELINDAM Reginam.

*Notitia de olea ſanctorum Martyrum, qui Romæ in corpore requieſcunt,*

id eſt;

Sancti Petri Apoſtoli,
Sancti Pauli Apoſtoli,
Sancti Pancrati,
Sancti Arthemi,
Sanctæ Sophiæ cum tres filias ſuas,
Sanctæ Paulinæ,
Sanctæ Luci... æ [1],
Sancti Proceſſi,
Sancti Martiniani,
Sancti Criſanti,
Sanctæ Dariæ,
Sancti Mauri,
Sancti Jaſonis & alii Sancti multa millia,
Sancti Saturnini,
Sancti.....nionis (*videtur legendum fugientibus litteris* Tipininnis *aut* Tiginioois,)
Sancti Syſti,
Sancti Laurenti,
Sancti Yppoliti,
Sanctorum Johannis & Pauli,
Sanctæ Agnetis & aliorum multorum Martyrum.
Sancti Y....ion,
Sanctæ....eris, (*an* Sotheris?)
Sancti Spei,
Sanctæ Sapientiæ,
Sanctæ Fidis,
Sanctæ Caritatis,
Sanctæ Ceciliæ,
Sancti Trecicii,
Sancti Cornili & molta millia Sanctorum,
Sancti Johannis,
Sancti Liberalis,
- - - - - - - - - - - - - - - - -
Sanctus Blaſtro & multorum Sanctorum ſed & alii ſancti, id eſt CCLXII. io uoum locum, & alii CXXII.

Alii XLVI. quos omnes ſanctus Juſtinos presbyter collega ſancti Laurenti martyris ſepelivir.
Sanctæ Felicitatis cum ſeptem filios ſuos,
Sancti Boniſaci,
Sancti Hermetis,
Sancti Proti,
Sancti Jacynti,
Sancti Maximiliani,
Sanctus Criſpus,
Sanctus Herculanus,
Sanctus Bauſo,
Sancta Baſilla,
--- *Oleo de ſede ubi prius ſedit ſanctus Petrus,*
Sancti Vitalis,
Sancti Alexandri,
Sanctus Martialis,
Sanctus Macellus,
Sancti Silveſtri,
Sancti Felicis,
Sancti Philippi & aliorum multorum Sanctorum,
Sancti Sevaſtiani,
Sancti Eurycii,
Sancti Quirini,
Sancti Valeriani,
Sancti Tiburti,
Sancti Maximi,
Sancti Orbani,
Sancti Januari,
Sanctæ Petronillæ, filiæ Sancti Petri Apoſtoli,
Sancti Nerei,
Sancti Damaſi,
Sancti Marcelliani,
Sancti Acillei,
Sancti Marci.

† Quas olea ſancta temporibus domni Gregorii Papæ adduxit Johaones indignus & peccator domnæ Theodelindæ reginæ de Roma.

[1] Forte *Lucillæ* aut *Luciæ*, quæ Romæ celebres erant. *Lucia* vero Sicula erat, ſed Romæ nota, uti patet ex vetuſtioribus ſacramentariis, ſicut & in Galliis ſæculi VII. initio ex vita S. Ruſticulæ, & in Anglia VIII. ex Adheſelmi verſibus & Bedæ Martyrologio ſincero.

# *ADMONITIO*
# IN PASSIONEM SANCTORUM FIRMI & RUSTICI,

*Quæ Italico ſermone eidem Paſſioni præmittitur in Hiſtoria Critica Diplomatica* MARCHIONIS SCIPIONIS MAFFEI, *hic latinæ reddita, cum notis iiſdem.*

1. CUm Patres auctoreſque Bollandiſtæ, qui aſſiduam collectioni ſuæ operam navant, Acta ſanctorum Martyrum Firmi & Ruſtici diu multumque quæſierint, quæ ex aliquo non contemnendo manuſcripto prodirent, cumque ego ea multis ab hinc annis, ex duobus laudabilibus codicibus deſcripſerim, quorum alterum in libris meis enumero, alter in capitularibus Veronenſium canonicorum, mſ. ſervatur; eorum Patrum cupiditati ſatisfacere decrevi, ea hoc loco maxima cum fide & diligentia recenſendo. Hoc autem eo maxime ſpero acceptum iri; quod præter Acta quæ unice habentur in rariſſima Mombritii collectione, in noſtris membranis apparet, quaſi unico contextu, tranſlationis corporum eorumdem Sanctorum hiſtoria, quæ nondum publicam in lucem prodiit. Ii quos dixi codices, ex characteribus exque iis rebus quas continent, duodecimo plane ſæculo, aut ſuperiori, aut ſequenti exarati videntur.

2. Eorumdem corpus Actorum, legitimum ac vetus videtur eſſe, utque recenſeri a Bonino Mombritio meruit (qui primus omnium ex optimis primariiſque mſſ. & præcipue ex egregio Lateranenſi Legendario, quod Magrius in Hierolexico nominat, collectionem hujuſce generis peramplam confecit); ita & in purgatiſſima Ruinartii collectione locum merebatur ſuum, quæ complura alia ejus modi & formæ continet. Manifeſte perſpicitur, eum qui hæc eadem collegit, Acta Proconſularia præ manibus habuiſſe. Multis in locis ſatis patet, iis antiquorum monumentorum ineſſe fragmenta, ſi quis ſacra ac profana optime calleat monumenta. Suſpicari tamen quis poſſit addita quædam, & a poſterioribus ſcriptoribus vitiata: ac præcipue ubi miracula iterantur; quod etiam P. Ruinartius in Actis ſui S. Bonoſi ſuſpicabatur Haud fuit Romanorum conſuetudinis, ab Imperatore dici: *in regno meo*. Utique is paullo antea juraverat: *per ſalutem meam & ſtatum Reipublicæ Romanæ*. Loca quæ ex ſacris Scripturis citantur, ex aliqua antiqua verſione decerpta videntur, quæ a Vulgata differt. Annus hujuſce martyrii CCCV. credi poteſt; ut adverſus ea quæ contra dicebantur ſatis documento fuit liber de Mortibus Perſecutorum; cumque perſecutio in Oriente cœperit anno CCCIII. quæ, quamvis ad Maximianum datæ fuerint literæ, ut idem in Occidente perficeret, probabile eſt inibi eum nonniſi poſt celebrata Vicennalia deſævuiſſe, quæ uterque Imperator Romæ ſub finem ejuſdem anni celebravit.

3. Noſtris in codicibus ſacrorum corporum Hiſtoria Actis annectitur, quæ quidem auctoris diverſi diverſique temporis ex ſtilo ſatis agnoſcitur. Attamen eam Mombritius ſuis in mſſ. aut omiſit, aut minime vidit. Ea vero ſatis antiquum tempus oſtendit: quod ex nomine Avarum colligitur quod Hunnis imponitur; itemque ex nomine Capri quod Iſtriæ tribuitur, quodque Ravennas Geographus adhibet; poſtremo ex formula: *Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto*, quam habet in fine eadem hiſtoria, tum ex uſu coronas in publica lætitia ſumendi, quod Veronenſes feciſſe ſcriptor memorat, quo tempore Sanctorum corpora depoſita ſunt. Eadem corpora collocata, clauſaque fuere in marmoreo ſepulcro cujuſdam Baſilicæ ſubterraneo, quæ extra urbis mœnia ſita erat, ſed cuidam portæ urbis proxima. Eodem in loco viſuntur ac venerantur hodie quoque, cum maniſeſta appareant monumenta cujuſque ſæculi, quanta publica cura ac cuſtodia eadem fuerint exculta. Quare eo magis fabula exploditur dicentium eadem corpora rapta fuiſſe quandoque ac Bergomum delata. At hujuſmodi quæſtionem omittimus, integramque Octavio Alechio noſtro reſervamus, qui integrum de hac re ſe libellum ſcripſiſſe affirmat. At ubi in Hiſtoriæ calce modus depoſitionis enarratur, idem cum Rythmicis carminibus comparetur, de quibus ſuperius egimus.

PAS-

# P A S S I O
## SANCTORUM FIRMI & RUSTICI.
### V. IDUS AUG.

I. IN diebus illis, regnante impiiſſimo [1] Maximiano Imperatore, in civitate Mediolanenſi facta eſt perſecutio ingens Chriſtianorum: & erat vir quidam nomine Firmus, civis [2] Bergomatis: & hic erat nobili genere natus, notiſſimus Imperatori, ſubſtantia autem ejus erat copioſa valde. In orationibus & jejuniis vacans die noctuque Chriſtum deprecabatur, & diſtribuebat cotidie ſubſtantiam ſuam pauperibus, & hoſpicio ſuſcipiebat eos, qui perſecutionem patiebantur. Tunc nunciaverunt Imperatori dicentes: Piiſſime Imperator, Firmus Chriſtianus effectus eſt, & blaſphemat deos noſtros, & dicit eos dæmonia eſſe. Audiens hæc Imperator miſit [3] Quæſtorem ſuum cum militibus, ut comprehenderent eum. Cum autem perveniſſent ad locum qui miſſi fuerant, invenerunt eum ſedentem in viridiario ſuo; & legebat, ubi dicit Dominus in ſancto Evangelio: *Si quis dereliquerit domum, aut agros, aut uxorem, aut filios, vel parentes propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Tunc milites, qui venerant ad eum, audientes hæc eum legentem, intraverunt in viridiarium ejus, & tenuerunt eum & injuriantes eduxerunt foras, & vinculis alligatum ducebant ad Mediolanenſium civitatem. Cum autem abiſſet non longe a villula ſua, venit obviam ei quidam vir nomine Ruſticus, qui erat ex parentela ejus, & ipſe Chriſtianiſſimus, & cum vidiſſet vincula in manibus, & in collo ejus, cœpit flere dicens: *Libenti animo tecum morior*, & ſequebatur eos. Tunc milites dixerunt ad eum: Nunquid & tu in hac Magica perſeveras, quod ſic ploras poſt nos? Qui reſpondit: *Non ſicut dixiſtis in magica, ſed Chriſtianus ſum & ego, & paratus ſum in his vinculis alligari, & omnia pati propter eum, qui pro nobis paſſus eſt.* Quæſtor dixit: Et quis pro nobis paſſus eſt? Reſponderunt ambo, & dixerunt: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius Dei vivi, cui nos ſervimus.* Quæſtor dixit: Modo videbimus ſi Chriſtus veſter liberabit vos de manibus Imperatoris: & alligaverunt eos, & impoſuerunt ſarcinas ſuper eos; tunc dixit ſanctus Firmus: *Confirma hoc Deus, quod operaris in nobis*; & ibant ambo pſallentes & dicentes: *Deduc nos Domine in via tua, ut ambulemus in veritate tua*; & iterum: *Ecce quam bonum & quam jocundum habitare fratres in unum.* Alia vero die ingreſſi ſunt in urbem Mediolanenſium, & nunciaverunt Imperatori Maximiano quod adeſſent, & quomodo [4] obviaſſet eos Ruſticus, & qualiter Chriſtianum ſe profiteret dicens, dulce ſibi pro Chriſto mori, & quomodo eum vinctum perduxerunt. Tunc Maximianus Imperator juſſit eos in cuſtodiam mitti apud [5] Anolinum [6] Conſiliarium ſuum. Alia vero die præcepit ſibi tribunal in [7] Epitrimo Circi præparari, & juſſit ſanctum Firmum & Ruſticum in conſpectum ſuum adduci; qui cum adducti fuiſſent, interrogavit eos dicens: Quot deos habetis? Reſponderunt & dixerunt: *Nos plures deos non habemus, ſed eſt unus verus Deus, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt; huic nos Chriſtiani ſervimus.* Imperator dixit: Vere dico vobis, convertimini ad me, & ſacrificate deo Saturno, & Apollini, & liberi eritis a pœnis, & eritis nobiles ſicut & parentes veſtri; nam per deos & ſalutem meam, & ſtatum Reipublicæ Romanæ faciam vos ad experimentum omnibus hominibus devenire, ſi ſacrificare nolueritis. Sancti vero Martyres una voce reſponderunt: *Fac quod facturus es, quia ſcias nos non adorare ſimulacra manufacta, ſurda & muta ſine viſu, abſque ſenſu, & abſque greſſu, nec minas tuas pertimeſcimus, quia terrena ſunt, ſicut & regnum tuum terrenum, & corruptibile, & perditum eſt; ſed habemus Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in cælis;*

Matt. 19. 29. *Et omnis qui &c.*

Pſal. 67. 29.

Pſal. 85. 11.

Pſal. 132. 1.

1 *Maximiano*: Mſſ. habent *Maximiano*, juxta errorem qui toties in ejuſmodi duobus nominibus irrepſit.

2 *Bergomatis*, legendum eſt *Bergomas*, ut Plinius docet.

3 *Quæſtorem* in mſſ. diphtongo caret. Legerem libentius *Quæſitorem*. Manilius.

*Quæſitor ſcelerum veniet, vindexque reorum.*

Prudentius:

*Inde furens Quæſitor ait, jam tortor ab uno*
*Deſine, ſi vana eſt quæſtio, morte agito.*

Attamen Quæſtores etiam dicti fuere, ut ex Varrone & Feſto apparet ſcelerum inquiſitores.

4 *Obviaſſet eos*: hac conſtructione verbi *obvio* Vulgata utitur. Quare ſubinde legimus, *profiteret*; ſed ſeris linguæ temporibus verba deponentia perſæpe active definunt.

5 *Anolinum*. Hujuſce Anolini, neque prænomen, neque gentilitium habetur. Ut antiquos eidem cognomines prætereamus, Annius Cornelius Anulinus Conſul fuit an. 295. Eique ſucceſſere Publius Cornelius Annulinus an. 306. tum Caius Ceionius Rufinus Anulinus an. 310. Anulinus Africæ Proconſul memoratur in Actis S. Saturnini, S. Felicis & S. Criſpinæ. Anulinus quidam fuit Romæ Præfectus Prætorio, cum Maxentius Maximiani filius imperium occupavit, ut ex Zoſimo apparet lib. 2. Miſſum facimus Anulinum cujus mentio Donatiſtarum temporibus, apud Euſebium, aliosque. Videſis Gothofredum, initio Chronologiæ cod. Theodoſiani.

6 *Conſiliarium*: Conſiliarii dignitas in Imperii notitia haud apparet, in qua Palatinæ meræ dignitates vix apparent. *Antoninus conſiliarius* in lapide quodam viſitur. *Procopius conſiliarius* ſcriptus eſt in papyro quam numero ſeptimo Artis noſtræ Criticæ Diplomaticæ recenſuimus.

7 *Epitrimo Circi*: lege in *Hippodromo*. Circus gloſſa eſt illius qui voce latina græcum vocabulum explicaverat.

*lis; ipſum timemus, ipſum adoramus, & noſmetipſos illi ſacrificium laudis offerimus.* Tunc iodignatus Imperator eo quod ſic ei reſpondiſſent juſſit ſunes afferri, & nudos eos extendi, & binos terniones [8] ſuper eos tranſire, & dicere eis: Sacrificate diis, quos Imperator adnrat. Cum autem eſſent in pœnis poſiti, una voce dixerunt: *Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui Domine libera nos; nequando dicant gentes, ubi eſt Deus eorum?* Comque fuiſſent cæſi, juſſit eos erigi, & dixit ad eos: Ecce dabo vobis quæcunque a me poſtulaveritis, & primi in regnn meo eritis: tantum eſt ut recedatis ab hac vana ſuperſtitione; & ſacrificate diis immortalibus, quos adoraverunt patres noſtri ab ioitio. Tunc beatiſſimi Martyres reſponderunt: *Nos præmia a vobis promiſſa non accipimus, ſed a Domino noſtro Jeſu Chriſto cotidie accipimus fortitudinem: nam ſi ſcires, o Imperator, quis eſſet Chriſtus, non tu ex tuo ore talia proferres, ſed crederes ei; nam dii, quibus credis, dæmonia ſunt, & omnes, qui ſacrificant illis, cum eis ibunt in ignem æternum.* Tunc indignatus Imperator juſſit eos in cuſtodiam recludi, & pedes eorum in cippo extendi. Anolinos vero qui profecturus erat de Mediolanenſium civitate in partes Venetiarum, miſit ad eos in carcerem dicens: O homines inſaniſſimi & crudeliſſimi, cnm ſitis oobiles excogitaſtis de vita veſtra? & non vultis ſacrificare diis? nam per deos, & per ſalutem Imperatoris, quia mnlta genera tormentorum vobis præparantur, quibus ſubjacebitis, ſi ſacrificare noloeritis. Tnnc beatiſſimi Martyres reſponderunt ad eos qui miſſi ſoerant ad carcerem dicentes: *Ite, dicite Anolino; tormenta, quæ nobis præparatis terrena ſunt; majora vobis præparantur a Domino noſtro Jeſu Chriſto in illa die juſti judicii Dei.* Tuoc indignatus Anolinus dixit Imperatori: Jube eos mihi tradi in poteſtatem, & ego ſaciam eos ſacrificare diis immortalibus. Tunc joſſit Imperator adduci eos de carcere, & dixit ad eos: Quid tractaſtis citca ſalutem veſtram? ſnrſitan cogitaſtis de vita veſtra? Beatiſſimi vero Martyres reſponderunt: *Salus & vita noſtra Chriſtus eſt, cujus ſpiritu nutrimur.* Tunc tradidit eos Anolino Conſiliario ſuo dicens: Niſi ſacrificaverint diis meis, diverſis pœnis eos interfice.

II. Profecturus igltur erat Anolinus de Mediolanenſium civitate in partes Venetiarum, & juſſit miniſtris ſuis, nt alligarent ſanctos Martyres Firmnm & Ruſticum, & perdocerent eos in Veronenſinm civitatem; & præcepit, ot neqoe panem, neqne aquam guſtarent; tertia vero die ingreſſi ſont in civitatem Veronam, & tradiderunt eos Militi [9] Cancario, qui erat [10] Vicarius civitatis Veronenſis, & dixerunt ei ſecundum præceptum Anolini, ut neque aquam daret eis, donec ipſe veniret. Cancarius vero ſuſcepit eos intra domum ſuam, & miſit eos in cellulam ſecretariam. Circa mediam vero noctem auditns eſt terræmotus, & voces pſallentium io cellula, & dicentiom: *Fac nobiſcum Domine ſignum in bonum, ut videant qui nos oderunt, & confundantur.* Pſal. 85. 16. Statim cucurrit Cancarius ad feneſtram, & vidit lumen magnom in cellnla, & menſam ante eos poſitam omnium diliciarum plenam; ab odore autem vel ſplendore factus eſt ſicut mortuus. Tunc acceſſit beatus Firmus, & tetigit eum dicens: *Surge, noli timere;* & ſtatim ſurrexit, & interrogavit eos, qoæ canſa eſſet eorum; at illl indicaverunt ei omnia, quæ oportebat eos pati pro Chriſto: tunc Cancarius Vicarius credidit cum tota domo ſua. Poſt vero dies ſex ingreſſus eſt Anolinus Veroneoſium civitatem, & juſſit ut præco clamaret, ut omnes adeſſent io craſtino ad ſpectaculom. Audiens hæc beatiſſimus ſacerdos Domini Proculus Epiſcopus, qui propter metum Paganorum cum paucis Chriſtianis non lnnge a muris civitatis in [11] Mnnaſterio ſuo latitabat, eo quod Anolinus adveniſſet, & quod Sanctos Domini cognoviſſet audiendos, eadem nocte in oratione pervigilans, deprecans Dominum, ut mereatur in conſortium Martyrum conjungi, & conſurgens mane, indicavit Chriſtianis, quod ad eivitatem vellet ambulare, ut videret ſanctos Martyres Chriſti

8 *Terniones:* de hiſce Ternionibus haud loquitur Gallonius *de cruciatibus Martyrum.* Primo intuitu videtur intelligendum eſſe de duobus ternis hominum qui Martyres noſtros calcarent. At quæ poſtea ſequuntur, *cum fuiſſent cæſi* docent intelligendum eſſe de verberibus, ac triplicibus vel flagellis, vel carnificibus. Acta antiqua, licet equitone a Cangio citantur, in quibus hæc dicuntur de Martyre quodam: *ſeptem ternionibus flagellorum cæſum.* Paullo poſt ſcriptum eſt: *pedes eorum in cippo extendi*, eadem verba in aliis Actis repetiuntur.

9 *Cancario:* valde ſuſpicor hunc non Cancarium, quæ gens nuſquam in Romanorum monumentis memoratur, ſed Caium Ancarium fuiſſe, quod nomen notum ſatis eſt, & non uno in lapide apparet. De Q. Ancario verba fecit Cicero, deque Caio Ancario Rufo locus quidam Priſciani. Mos antiquus abſque diſtinctione ſcribendi, ſæpe in cauſa fuit, cur male legerentur nomina, eo quod gentilitio prænomen jungerent, unica littera exaratum. Eodem pacto Aulus Gellius in Agellium migravit. Ita & Itlica verſio quæ recens prodiit Marci Apicii, eum in Mapicium tranſtulit. Non una in urbe memoria ſancti Maurelii celebratur, qui facile M. Aurelius reapſe fuit. Priſc. lib. 7.

10 *Vicarius:* hic Veronæ Vicarius erat omnino, id eſt Præſidis Præfectus: ejuſmodi eum officio functum id temporis, ex ſatis apparet quod militibus imperabat. Hinc conjici licet non ſemper, aut ubique Vicarii nomine Diœceſium Vicarios intelligendos, vel alia civilia officia, cum præcipue Vicarios ſuos etiam limitanei Duces habuerint.

11 *In Monaſterio:* id eſt in loco a multitudine ſejuncto & ſolitario. Cangius probe animadvertit ex S. Hieronymi, & Caſſiani auctoritate aliorumque jamdudum cellas Monaſteria nuncupata fuiſſe, & latebras in quibus unus tantum mortalium delituerat. Agnellus nomine eodem Oratoria appellat privata. Alibi conjecturam meam palam faciam de loco, & veſtigiis adhuc exiſtentibus Oratorii, vel latebræ de qua nunc ſermo eſt.

Chriſti. Cumque veniſſet ad domum Cancatii, ubi erant ſancti Firmus & Ruſticus, conjungens ſe eis ſanctus Proculus, gaudens oſculatus eſt eos, & dixit: *Bene huc advenistis fratres; confortamini in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſuſcipite me vobiſcum in hunc agonem; deſidero enim vobis fieri conſors, ut ſit nobis una voluntas, & unum certamen pro Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut mereamur in gloriam ejus intrare, & benedicere nomen ipſius;* & dixerunt pariter, *Amen.* Anolinus vero præcepit miniſtris ſuis, ut ei ſanctos Martyres repræſentarent: illi autem ſecundum juſſionem venerunt ad domum Cancatii, ubi erant ſancti Martyres, & invenerunt cum eis ſedentem beatum Proculum Epiſcopum, & dicunt ad eum: Quid ſibi vult hic ſenex cum iſtis, qui nunc[12] condemnandi ſunt? Beatiſſimus vero Proculus Epiſcopus reſpondit eis: *Non ſunt condemnandi, ſed a Domino noſtro Jeſu Chriſto coronandi ſunt; atque utinam & ego merear in eorum conſortium conjungi, quia & ego Chriſtianus ſum;* & porrigens eis manus ſuas rogavit eos, ut eum alligarent; illi vero ligaverunt eum. Sedente etiam Anolino pro tribunali, convenerat omnis multitudo populi ad ſpectaculum, & juſſit ſanctos Martyres in conſpectum ſuum adduci. Cum autem adducti fuiſſent, beatus Proculus vinctus retrorſum manibus præcedebat, & ſtetit ante Anolinum. Requirens itaque Anolinus miniſtros ſuos, quis eſſet, qui cum ſanctis Martyribus vinctus adductus fuiſſet; illi dixerunt omnia verba ejus[13], vel qualiter ſe ſponte ſua cum ſanctis Martyribus rogavit alligari. Tunc Anolinus dixit: Non intellegiſtis quia jam præ ſenectute delirat? & ſolventes eum Miniſtri injuriaverunt eum, ita ut palmas in faciem ejus darent, & ſic extra civitatem ejecerunt. Ille etiam triſtis regreſſus eſt, propterea quod a ſanctis Martyribus fuiſſet ſeparatus: & venit ad ſuos indicans eis, quæ facta fuerant. Anolinus vero ſedens pro tribunali dixit ad ſanctos Martyres: Sacrificate nunc diis immortalibus Jovi, Junoni, Saturno, & Apollini, quos omnes adorant, & quibus Imperator cervicem ſuam flectit. Beati vero Martyres reſponderunt: *Non ſacrificamus*
Psal. 134. 18. *dæmoniis quia ſcriptum eſt: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*

Tunc juſſit Anolinus, ſterni[14] teſtas in lapidibus, & ibidem volutari ſanctos Martyres: cum autem volutarentur, ſtatim fumus factus eſt ſicut nebula ſuper eos, ita ut viderentur teſtæ ab hominibus quaſi favillæ de fornace, & tremor adprehendit omnes, qui aderant ibi. Sancti vero Martyres Dei ſtabant inlæſi, & in nulla parte contaminati ſunt. Tunc expanderunt manus ſuas ad cælum, & dixerunt: *Gratias tibi agimus Domine Jeſu Chriſte fili Dei vivi, qui miſiſti Angelum tuum ſanctum, & eripuiſti nos de pœnis iſtis & plagis, quas exercuit in nos impiiſſimus Maximianus, & Anolinus miniſter diaboli, & unguento tuæ miſericordiæ unxiſti nos.* Tunc omnes cœperunt in ſtupore eſſe; alii vero qui advenerant dicebant: *Quia vere magnus eſt Dominus Chriſtianorum;* populus vero clamabat: Tolle[15] magos, tolle maleficos, ne filios noſtros ſeducant adverſum nos. Tunc juſſit Anolinus ignem copioſum accendi, & jactari eos in mediam flammam, dicens: Videbo ſi & hic magicæ veſtræ prævalebunt. Cumque fuiſſet factum, juſſit eos in mediam flammam mitti; ſancti vero Martyres Dei facto ſignaculo Chriſti, jactati ſunt in medium flammæ, & ſtatim diviſa eſt flamma in quatuor partes, exurens eos, qui eam accenderant; Sanctis vero Domini non eſt exuſtus nec capillus capitis. Tunc una voce dixerunt, *Benedictus Dominus Deus Iſ-* Luc. 1. 68.
*rael, quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.* Tunc omnis populus dixerunt ad Anolinum: Quid hoc feciſti, ut adduceres hos magos huc? civitas Veronenſis in perditione eſt nunc: tolle eos a nobis. Tunc juſſit Anolinus, ut ducerentur extra civitatem, & fuſtibus mactarentur, & ſic eorum abſciderentur capita; & ita fecerunt miniſtri, ſicut præcepit eis Anolinus. Decollati ſunt Martyres Domini Firmus & Ruſticus extra muros civitatis Veronenſis ſuper ripam fluminis Atheſis ſub Maximiano Imperatore, & Anolino Conſiliario ejus, ſub die V. Idus Auguſti. Tunc juſſit Anolinus, ut omnes[16] geſtæ Chriſtianorum adducerentur ante eum, & fecit eas comburi ante ſe dicens: *Quicumque legerit eas in errorem veniet, ſicut & illi fuerunt; & venerantur eorum ſepulcra magis quam templa deorum, qui ab initio ſunt:* & juſſit,

12 *Condemnandi*: in mſſ. noſtris *condempnandi*, ut inferius, *conſpexi & volutarentur*. E contra optime in iis, ut veteri conſuetudine ſcribitur, *adſerentes*, *adprehendit*, *inlæſi*.

13 *Vel* pro *&*, ut inferius *ſeu*.

14 *Teſtas*: fractæ teſtæ vel teſtarum putamina, in quibus volvi Martyres, vel rai adigebantur. Adamque in S. Vincentii Martyrio habetur: *fragmenta teſtarum exaſperata poſſim congeſta*. Colligimus taſtas noſtrorum Martyrum etiam ignitas fuiſſe. Ita & in S. Theodori Paſſione: *juſſit ſupra ignitas teſtulas volvi*.

15 *Tolle magos*. Hoc pacto adverſum S. Polycarpum Smyrnenſis populus clamabat. Itaque S. Bonoſi Actis habetur, exclamaſſe plebem: *illi magi & malefici*.

16 *Omnes geſta*. Hic pulcherrimum apparet documentum, quanto ſtudio Magiſtratus operam darent, ut Acta Martyrum diſpergerentur, quæ pari cura a fidelibus ſervabantur, quæque illi agnoſcebant, ad ſeſe corroborandos apprime valere. Prudentius fatetur, pauca ſe admodum de Emeterio Chelidonio enarrare poſſe.

*Chartulas blaſphemus olim nam ſatelles abſtulit.*

Ita & ſcriptor Martyrii S. Vincentii, principio ita loquitur: *deſcriptis paſſionis ipſius geſtis titulum invidit talentum*.

ſit, ut nemo ſepeliret corpora corum, niſi beſtiæ, aut canes devorarent ea. Tunc abiit Cancarius cum duobus cognatis beati Firmi, qui venerunt a Bergume, videre quid eſſet actum, ut vigilarent nocte, & cuſtodirent corpora eorum. Vigilantibus autem illis venerunt ſeptem viri, qui dixerunt, ſe eſſe negotiatores, adſerentes lectulum, & ſyndones candidisſimas, & involveruot corpora Sanctorum, & impoſuerunt ſuper lectum, & flentes dixerunt: *Væ populo habitanti in hac civitate a peccatis eorum*; & ibant Pſal 64. 5. pſallentes, & dicentes: *Beatoi quos elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabunt in tabernaculis tuis.* Tunc abierunt poſt eos Cancarius Vicarius, & duo cognati beati Firmi, & invenerunt navigium, & impoſuerunt ibi corpora Sanctorum, & abierunt, & ultra non comparuerunt eis. Tunc regreſſi ſunt in civitatem Veronenſem, & cognoverunt, quod vere unus & magnus eſt Dominus Chriſtianorum; crediderunt in Domino, & baptizati ſunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

POſt hæc igitur beati Martyres tranſvecti ſunt io Carthaginienſem Provinciam, in Urbem, quæ dicitur [37] Precones; ibique reconditi ab Angelis, ſicuti eis a Domino fuerat præparatum. Evoluto autem non modico tempore quidam vir gentilis erat in Provincia Hiſtria nomine Terentius in civitate [38] Capris; nobili quidem oriundus genere ac locuples valde; qui dum terrenis crebro negotiis inſiſteret, mercimoniis diverſis navi ſuper impoſitis, ſæpe maris per diſcrimina volitabat. Itaque dum hæc inter procellarum validos æſtus peragerer, quadam die filius ejus vocabulo Gaudentius cum patre io navi commorans, a dæmonio eſt arreptus; cumque diu vexatus a vi exagitantis dæmonii teneretur, cœpit per os pueri dæmon clamare dicens: *Niſi te Firmus & Ruſticus eripuerint a me, nullo modo relinqueris, ſed meo te jure dominioque tenebo*. Pater ergo hæc audiens, & neſciens ſuus quid filius referret, cœpit præ nimia mæſtitudine ubertim ſuper filium lacrimas fuodere, atque acriter ejulans dicere: *Heu heu fili mi, utinam in matris gremio fuiſſes defunctus, ut propinqui, & familiæ lugentes cum magna gloria te ſepelirent.* Denique puer cum non paucis vexaretur diebus, tandem pervenerunt ad inſulam, quæ dicitur Carthaginis, io civitatem Precones; erat autem in eodem loco plurima ſepulcrorum multitudo ſanctorum; ſed puer huc illucque per ſingula gradiens, minime curabatur. Cum vero placuit Deo propalare ſuorum laborem ſeu virtutem ſervorum, pervenit puer ad tumulum, ubi beatorum exuviæ Martyrum Firmi, & Ruſtici quieſcebant. Interea Gaudentius diu larvali arreptione vexatus, mox ut ſepulcrum tetigit Martyrum, a dæmonica eſt vexatione ſanatus, nihilque in eo diabolus poteſtatis alterius obtinere prævaluit. Terentius itaque pater ejus, licet cathecumenus, gaudio repletus glorificavit Dominum, gratias illi agens pro ſui adepta filii ſoſpitate: aperienſque ſanctorum Martyrum tumbam, duo reperit corpora aromatibus condita jacentia, & libellum [39] ad eorum capita poſitum, in quo erat titulus his verbis inſertus: *Firmus & Ruſticus decollati ſunt in urbe Veronenſi ſuper ripam fluminis Athesis, ſub Imperatore Maximiano, ejuſque Conſiliario Anolino, ubi eo tempore Proculus erat Epiſcopus*. Propterea Terentius cum Gaudentio filio data pretiorum multitudine, quam ſecum a patria pro adipiſcendis ſecularibus aſportaverant lucris, emerunt beatorum corpora Martyrum Firmi & Ruſtici, ut theſauros ſibi conderent in æternum. Quæ videlicet cum ingenti de ſepulcro ſublata gaudio involventes in ſyndone candida, impoſuerunt navi, ſicque in ſuam Domino ſuffragante incolumes patriam ſunt reverſi. Pervenientes igitur ad oppidum Capris, condiderunt corpora Sanctorum in Eccleſia ſemper Virginis Dei genitricis Mariæ; ibique longo in pace quievere tempore: donec ea cæleſtis denuo decrevit omnipotentia manifeſtari. Tunc Terentius una cum filio Gaudentio, totaque domo ſua crediderunt in Dominum Jeſum Chriſtum; & baptizati ſunt in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti. Evolutis autem plurimorum temporum cyclis, dum Chriſtianiſſimi Reges Deſiderius, & Adelchis in Italia principarentur, depopulata eſt gens Langobardorum Hiſtricos, & occupaverunt omnes eorum regiones ſimul & oppida. Quando autem beneplacitum eſt Domino io Sanctis ſuis, ut eorum gloria detegeretur, excitata eſt gens Avarorum ſuper Hiſtricos ſimul, & Græciam. Denique audientes populi Chriſtiani quod irruerent Gentiles ſuper Hiſtricos, exierunt obviam eis parati ad prælium. Conquieſcente igitur, pavore cor-

37 *Precones*: legerem libentius *Hipponem* vel *Hipponem*. Nam Proconeſum modica Propontidis inſula maxime ab Africa diſtat. At modus omnis emendandi de medio tollitur, cum inferius legamus, ejuſmodi urbem *in Inſula Carthagine fuiſſe*.

38 *In civitate Capris*: ſunt autentica documenta, quæ demonſtrent caput Iſtriæ, ſæculo undecimo Juſtinopolim appellatum. Anonymi Ravennatis, a quo in Proœmio oſtendimus Capri dictam fuiſſe, nomen habebimus, tum pleniorem ejus ſcripti germanam notitiam, a P. Lectore Beretti S. Benedicti Monacho, in corpore rerum Italicarum.

39 *Et libellum*. Uſus conficiendarum hoc pacto tabellarum ex Arringhio in Roma ejuſdem ſubterranea colligi poteſt.

correpta, gente Barbarorum, pervenerunt Chriſtiani ad oppidum Capris, dumque in eodem loco paululum morarentur, cognoverunt Sanctos Domini Firmum & Ruſticum in ejuſdem civitatis Eceleſia quieſcere. Accedentes ergo unanimiter ad locum, ubi Chriſti Martyres quieſcebant, & aperientes ſepulcrum, invenerunt Sanctorum corpora, ceu theſauros reconditos, compta, & redolentia, quaſi aromatum incomparabilium mira fragrantia. Inde quoque propter metum Paganorum elevantes Sanctorum Domini exuvias, perduxerunt uſque in oppidum Tregeſti. Eodem quippe rempore in Urbe Veroneoſium Anno Præſul gubernabat Eccleſiam Dei; comperienſque beatorum corpora ſanctorum Martyrum evidenter fuiſſe reperta, cum inexplicabili exiens gaudio, & exultatione, una cum Sacerdotibus, Clericis, univerſiſque populorum agminibus, pervenit feſtinanter ad locum, ubi Sancti Dei ſub nimia veneratione conditi habebaotur. Dedit igitur argeoti & auri pondus immenſum, emitque Sanctorum corpora Firmi & Ruſtici, pariterque Primi, Marci, Apollinaris & Lazari. Redeuntibus ergo ab urbe Tregeſti, erat quidam inter eos domeſticorum magnis longo tempore febribus anhelans, oullamque poterat conſequi a Medicis ſalutem. Extollens autem quidam de turba vocem, & exclamans ait: *Sancti Dei, ſi eſtis vere Firmus & Ruſticus, aut eſt in vobis aliqua virtus Dei, liberate hunc Dei famulum, qui maxima febrium valetudine vexatur, ut credamus, quia veri eſtis Chriſti diſcipuli.* Tanta denique ſupernæ virtutis gratia Sanctorum eſt merita comitata, ut hac voce emiſſa, is qui magnis angebatur febribus, continuo a cunctis ſanus ſecum gradientibus cerneretur. Multa ſiquidem & alia ſigna, dum in redeundo cœptum carperent iter, atque miracula Dominus per ſuos operatus eſt Sanctos; ita ut qui aliquo morbo detinerentur, accedentes ad Sanctorum feretrum, illico ſanitati eorum meritis redderentur. Pervenerunt itaque directis ad urbem Veronenſium greſſibus omnes populi, viri, ac mulieres, & parvuli, cum omni cœtu Sanctorum, agentes grarias Deo imperpetuum qui poſt annorum curricula plurimorum revocate dignatus eſt Sanctos ſuos, ubi prius coronas ſuſcepere martyrii. Enimvero memoratus Pontifex deportata cum laudibus Sanctorum corpora non longe foras muros civitatis in Baſilica, quæ a priſcis in eorum fuerat honore conſtructa temporibus, ſub omoi diligentia condidit, perſundens ea balſamo, ac thymiamate, nec non galbano boni odoris, & lucidiſſimo thure: poſuitque ea in arca ſaxea ſubterranea, cujus operimentum perornavit argento & auro, ſeu diverſis lapidibus pretioſis. Coronatur civitas tota, fit lætitia populis habitantibus in ea. Cucurrit autem opinio per diverſos, & quotquot credeotes ad eorum perveneruot tumulum, repente ſalvantur, quacumque fuerint ægritudiois incommoditate detenti. Quod patrare oullus ambigat ipſum Dominum, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Patre, & Spiritu ſancto in unitate vivit & regnat Deus per infinita ſæcula ſæculorum, Amen. Martyrizati ſunt autem ſancti Martyres Dei Firmus & Ruſticus in civitate Verona ſub Maximiano Imperatóre, & Anolioo Conſiliario ejus ſub die V. Idus Auguſtas. Regnante vero Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

# INDEX
## IN ACTA MARTYRUM.

*Paginæ Præfationis indicantur numeris Romanis; Martyres quorum Acta aut Paſſiones exhibentur, Italicis litteris notati ſunt.*


A.

Aron m. xix
Aaron Rex. 178
Abbir Germaoicianæ Epiſc. Succeſſus 207
Abdas ep. m. 501
Abdas ep. Perſa an Martyr? 530
*Abdiſchalaam* m. 500
Abdieſus ep m. 501
Abdicius m. *ibid.*
Abdon m. 542
Abea ſeu Abin oppidum. 132
Abitina urbs. 339
Ejus ep. Fundanus apoſtata. 339
Maximus, Saturninus, Victor. 339
Abramius ep. m. 502
Abſidæ gradatæ. 186
Abſtinentes ſeu Encratitæ. 303
Acacius *vide* Achatius.
Acacius ep. & m. 228
Acacius &c mm. 488
Acacius m. CP. xxiii
Acacius m. Sebaſtæ 459
Acaelus proconſ. 549
Acaunenſe Monaſterium a Sigiſmundo Rege innovatum. 238
*Acepſimas* ep. m. 500
Achæus Iudex. 232
*Achatius* ep. m. 128
Achillas ſeu Achilleus m. xvii. 543
Achyron, villa publica. 352.
Acilleus *vide* Achillas.
Aciſclus m 451
Acoemetæ Monachi Græc. LIV. 240
Acontos m. 541
Acroma quid? 167
Acta Chriſti Paſſionis. 374. 390
falſa conficta. LVII. 374
Acta Confeſſionis S. Cypriani eo vivente vulgata. 175. 183
Acta Martyrum qui ſervata? 52
a quibus collecta. VII. &c. ix
lecta publice. IV. 79
privata eorum lectio commendata. VI
*Acyllinus* m. 73
Adanæ ep. 497
Adauctus & Felix mm. 315
*Adauctus* m. 274
Adiabenorum regio in Parſide. 501
Admetus Rex. 70. 530
Adrianopolis ep. Eutropius, Lucius, an Philippus? 362
Adrianus *vide* Hadrianus.
*Adrianus* m. 292
Adrianus m. Maſſil. 256
Adventitius m. 240
Adventor m. xxiii
*Ædeſius* m. 282
Ædua ſeu Auguſtodunum urbs. 68
Æduæ epiſcopi privilegium. *ibid.*
Æduenſis ep. Simplicius. 69
Ægea an urbs Lyciæ. 533
Ægyptii epiſcopi complures mm. 276. 444
Ægypti præfecti Æmilian. 156. &c.
Aquila. 305
Culcianus. 434
Euſtratius. 352
Heraclas. 283
Lætus. 100
Proculus. 358
Sabinus. 152
Ælia dicta Jeroſolyma. 289
Ælius beneficiarius. 191
Æmilia m. 52
Æmilianus. 195
ejus viſio. 197
Æmilianus Ægypti præfectus. 156
poſtea tyrannus. 158
Æmilianus Conſul. 191
Æmilianus m. 507. 508. 510
Æmilius m. 175. 541
Æmonia urbs. 132
Æſchines orator. 435
Æſculapius. 530. 366
Ætherius ep. Lugd. 62
Ætbos mons. 520. 366. 487
Aëtius m. 459
Æva m. 542
Afa ſeu Apha quid? 84. 95
*Afra* m. 399
Africæ Proconſules
Anulinus. 313
Dion. 263
Galerius Maximus. 188
Minucius Timinianus 88
Paternus. 188
Saturninus. 74
Africæ procuratores
Fortunatus. 265
Hilarianus. 83. &c.
Africanus m. 430
Afri ſe ipſos occidunt. 237
Agapæ. 87. 97
*Agape* V. & m. 346. 412
Agapius m. 162. 542
*Agapius* m. 280. 183
*Agapius* alter m. 280
Agapitus ep. & m. 595. 198
Agas ep. m. 502
Agatha V. & m. xx. XLVIII. 430. 542
Agatho *vide* Agathus.
Agatho Conſ. 348
Agathocles. 371
Agathonica m. 26
an eum ea aliæ Martyres. *ibid.*
Agathopus. 7
Agathoſangelus. 132
Agathus ſeu Agatho m. 488
Agaunum. 240. 241
Agaunenſes ſeu Acaunenſes mm. 238
Agazangelus. 135
Agdelas ep. m. 502
Agelaus m. xxv. 542
Aggias m. 459
Agia mons. 366
Agila Rex. 418
Ἀγών quid? ex Joſepho. 4
Aglae Bonifacii m. Domina. 249. 494
*Agnes* V. & m. 190. 347. 394. 402. 430. 541. 542. 543
& alii multi Martyres. 543
Agreſſus ſeu Agreſtis S. Vincentii avus. 323
*Agricola* m. 408
Agricolanus ſeu Auriculanus. 265
Agricolaus præſes. 461
Agrigentum urbs. 314
Ahi ep. 497
Ajax ep Botolii. 509
Aithalas m. 502
Albanus m. xix. 235
Albina m. 52
Albinus præſes. 3
Alboinus Rex. 124
Alce. 31. 37. 42
Alcibiades ſeu Aſclepiades m. 51. 60
Aleiptes quid? 525
Aleppium. 417
*Alexandra* V. & m. 303
Alexander. 181
Alexand. Carbonarius ep. m. XLVIII
Alexander ep. CP. 443
Alexander Imp. an Chriſtianus? 156.
an ſub eo Martyres? XLV
*Alexander* & Epipodius mm. 62 & ſeqq.
Alexander m. 352
*Alexander* m. Ægyptius 280
Alexander m. Alex. 106
*Alexander* m. Ananenſis. 533. 534
Alexander m. Apameæ LXVI
Alexander m. Bergomi celebris. 240
*Alexander*, &c. mm. Cæſareæ. 218
*Alexander* m. Gazæ. 280
*Alexander* m. ep. Jeroſolymæ 112. & ſeqq.
Alexander m. Jeroſol. 125
*Alexander* m. Lugd. 31. 58
*Alexander* m. Maſſiliæ. 235. 260
*Alexander* m. Romæ. XVII. 22. 23 541. 543
ejus ſepulcrum a quo ornatum, violatum & reſtauratum XVII
in ejus honorem conditum Monaſterium. 22
Alexander m. Romæ. xxxv
Alexander m. Sebaſtæ. 459
Alexander præſes. 420
Alexandriæ, baptiſmus hæreticorum admiſſus. 155
Alexandriæ parochi. 148
Alexandriæ præfectus Auguſtalis. 352
Alexandriæ Presbyterorum privilegium. 152
Alexandrina cædes ſub Philippis. XLVI. 105
ſub Juliano. 506. 508
ſub Theodoſio. 533
Alexandrini ep. electio ſingular. 152
Alexandrini epiſc.
Athanaſius. 152
Demetrius. 100. &c.
Dionyſius. 152. &c
Eulogius. 577
Georgius. 508
Heraclas. 101. &c.
Julianus. 100
Maximus ſeu Maximinus. 216
Petrus, 276. &c.
Alexandrini tumultus ſub Gallieno. 158
Almachius Præfectus. 262


Alphæus

*Alphæus* m. 278
Altaria Deo ſoli erigenda, & ſacrificandum. 592
Alverius m. 240
Alumna m. 55
Alurina urbs. 339
Amachius præſes. 509
Amæ quid? 92
Aman. 523
Amaus-regis m. *vide* Sadoth.
Amantius acolythus. 203
Amantius ſeu Amatius m. 20
Amantius præſes. 437
Amarandus m. XII
Amaſes metropolis. 425. 490
Amaſeæ ep. Aſterius 429. 490
Baſilius m. 460
Ambienſis provinciæ. 132
Ambroſius. XLV
Ambroſius Martyrum corpora detegit 406. 408
Ambroſiana baſilica Florentiæ. 408
*Ammon* m. 106
Amon ſeu Amonius duplex m. 488
*Ammonariæ* duæ mm. 106
Ammonius Presb. m. 276
Amnas m. 51
Ampelius m. 342
*Ampelius* m. Abitin. 338. 339. 344
Amphilochius ep. 136
Amphinomi pietas erga parentes. 366
Amphryſus fluv. 70
Amrus Scriptor Neſtorianus. 497
Anagnia ſeu Anaunia. 533. 536
*Ananias* m. 500
Ananus Sum. Pont. Judæorum. 3
Anapiæ pietas erga parentes. 366
Anaragdus m. 459
Anas fluvius. 399
Anaſtaſia m. 346. 347
Anaſtaſius Fortunatus. 265
Anaſtaſius Fullo m. XV
Anaſtaſius Perſa m. VI
Anatolianus m. LI
Anaunenſes mm. 533
Anaxarchus Philoſophus. 226
Anazarbus orbs. 274. 380
Ancyra Galatiæ metropolis. 300
Andegavenſis eccleſia S. Mauricio dicata. 239
Andochius m. 69
Andreas Apoſt. m. 542
*Andreas* &c. m. 534
*Andronicus* m. 375. 378
Anes vicus. 288
Angelus Martt. confortans. 139. 327
Anicetus Papa. 25
Anno Archiep. monaſterium condidit in honor. S. Alexandri &c. 22
Anomœana impietas. 256
Anthedon urbs Palæſtinæ. 508
Antherus Papa. XLV
*Anthimus* ep. m. XXI. 270. 276. 443
Antinous Hadriani Imp. ſervus. 3
Antiochia Oſroenorum. 416
Antiochiæ epiſcopi
Aſclepiades. 214
Babylas m. 355
Cyrillus. 443
Domnus. *ibid.*
Eudoxius. 510
Evodius. 7
Euſtathius. 524
Fabius. 504. 555
Ignatius. 7. 13
Meletius. 445. 522
Paulus. 262
Serapion. 214
Timæus 443
Theophilus. XXXIII
Antiochus m. XXII
Antipas m. bovi æneo candenti incluſus. XXX
Antiſtites Rom. Imperii. XLII
Antolianus m. XX. LI
Antonia m. 55
Antonia V. & m. 595. 598
Antonina m. 352
Antonini Pii perſec. XXXIV. XXXV
Antoninus Caracalla Imp. 74
Antoninus m. XIX
*Antoninus* Presb. m. 287
Antoninus Verus Imp. quis? 57
Antonius magnus. 302
Alexandriæ Martyres inviſit, & ad Martyrium excitat. LVII
Anulinus Conſul. 263
Anulinus Proconſ. 313. 338. 395
Anulus Martyris reliquiæ. 308
Anuph Confeſſor. 428
Aonia regio Bœotiæ; Aonides Muſæ. 257
Apamea Bythiniæ. 137
Apamea Syriæ. *ibid.*
Apameæ ep. Marcellus m. 553
Aper Presb. Conf. 312
Apocalypſis a nonnullis olim rejecta. 160
Apudemus m. 413
Apollinaris ep. m. XXI
Apollinaris Hierap. Apolog. XXXVI
Apollinaris m. Remis. XX
Apollio m. *vide* Pollio.
Apollo. 70. 130. 298
*Apollonia* m. 104
Apollonius. 308
Apollonius ſeu Apollo Conf. 524
*Apollonius* &c. mm. 427
Apollonius & V. alii mm. 428
Apollonius m. Lugd. 55
*Apollonius* m. ſub Commodo. XVI. XXV. 71
an Senator? 72
Apologiæ pro Chriſtianis:
Apollinaris. XXXVI
Ariſtidis. XXXIV
Athenagoræ. XXXVIII
Juſtini m. 43
S. Luciani m. 276
Melitonis. XXXVIII. 25
Quadrati. XXXIV
Apophoretæ. 409
Apoſtata miſere perit. 535
Apoſtoli Martyres. LXIII. 25
Apoſtoli nomen datum primis Chriſti diſcipulis. 3
Apoſtolorum faſtum. 542
Apotactitæ. 303
Apparitio Chriſti. 260
Apparitio S. Felicis Nolæ. 215
Apparitio S. Potamiænæ m. 108
Appellæus menſis. 288
Appellatio ad Chriſtum de jud. 322
*Apphianus* m. 280. 282
Aprimæ ſeu Apriniæ pro Apamea civitate. 537
Aqua, pro baptiſmo. 90
Aquæ luſtralis apud gentil. 523. 524
Aquilæ interpretis patria. 493
Aquila Præfectus. XLI. 508
Aquila Presb. Alex. 153
Aquilina m. XXII
Aquilinus Conſul. 263
*Aquilinus* m. 71
Aquilinus Orientis præfectus. 537
Aquilona villa. 522
Aquilus. 375
Ara-Agathini. 533
Arabicus mons. 507
Aratus m. 428
Araxas urbs Lyciæ. 285
Arbelorum urbs. 503
Arcadius Imp. 430
*Arcadius* m. 465
Archelais vidua. 229
Archelaus ſpiculator. 235
Archidiaconus. 323
Area, cœmeterium. 190. 205
Aregius ep. 232
Arelas urbs. 473. 474
Arelatenſes epiſcopi
Cæſarius. 238
Hilarius. 238. 473
Trophimus. 208
Arenariæ quid? 590
*Ares* m. 288
Areſcius ſeu Ariſtæus m. 55
Araſtes *vide* Oreſtes.
Arethuſii ep. Marcus. 508. 514
Arethuſiorum cædes ſub Juliano. 506
Arianæ hæreſi non favit Dionyſius Alex. 555
Ariani, contra eos collatio. 524
Arianor. parens an Lucianus? 443
Arianus judex m. 428
Ariatheus conſul. 529
Ariſtomachus. 364
Ariſtides philoſophus. 126
Ariſtidis Apologia pro Chriſtian. XXXIV
Ariſto lapſus. 316
Ariſto m. 275
Ariſtobulus conſul. 233. 236
Ariſton m. 541
Armeniæ frigus ingens. 462
Armeniæ præſes Agricolaus 461
Armantarius. 427
Ἀρτωγὶς urbs. 288
Arpila m. 526
Arrius Antoninus perſecut. XXXII
Arſacius Conſ. 459
Arſenius ſeu Arſinus m. 106
Arſinoitica præfectura. 260
Artaxius m. 85
Artemios ſeu Artemeſius, ſeu Artemenſis, ſcriba. 348
Arthemus m. Romæ. 543
Arthemius m. 507
Arturius apiſa corpora SS. Juſti & Paſtoris detexit. 412
Arvernenſes epiſc. Namacius. 408
Stremonius. 508
Arula flumen. 244
Aſcalon urbs. 288. 507
Aſcalonæ cædes ſub Juliano. 507
Aſcetæ qui? 288
Aſcetica vita. 479
Aſcholius ep. 525. 526
Aſclas m. 428
Aſclepiades Conf. ep. 214
Aſclepiades judex. 315
Aſclepiades m. 118. 122. 126
Aſclepiades ſeu Alcibiades m. 55
Aſclepius Æſculapii ſacerdos. 512
Aſclepius deus. 362. 486
Aſclepius ep. Marcionita. 288
Aſia an urbs? 532
Aſiæ proconſules, Proclus Quintilianus. 517. 526 &c.

Ser-

Servilius Paulus. 25
Statius Quadratus. 32
an Optimus. 532. &c.
Aſiarcha quid? 30. 40. 42
Aſiaticorum calculus. 117
Aſiſia Liburniæ urbs. 532
Aſpaſius Paternus. 282
Aſpaſius Presb. Doctus. 85
Aſpaſius Vicarius, Paternus. 402
Aſſeſſor Præſidis. 365. 370
Aſtaſiani ſeu Aſtiſiniani centuriones. 265
Aſtarius ep. Amaſeæ. 489. 490
Aſtarius &c. mm. 233
Aſterius m. XXI
Aſterius Præfectus. 260
Aſtremonius ſeu Aſtrebundius m. LI
Aſturius ſeu Aſterius m. 231
Ater ſeu Aſter m. 206
Athanaceoſes Martyres. 52
Athanarici Gotthorum Regis perſecutio. 523. 524
Athanaſius Cornicularius. 379
Athanaſii ep. Alex. ordinatio legitima. 152
Athanaſius m. 459
Athanidus. 528
Athenagoræ Apologia. XXXVIII
Athenion. 375
Athenogenes m. XXI
Athletæ paradoxi. 271
Atinæ epiſc. Marcus m. 486
Salomon. 483
Atreos. 23
Attalus m. 51. 54. 57. 58
Atticus conſularis legatus. 6
Atticus ep. Synadæ. 514
Attici ep. CP. caritas erga Martt. 530
Auctemon vide Eudæmon.
Audactus Presb. Conf. 322
Audinæus menſis. 288
Augurius &c. mm. 190
Auguſta Vindelicorum. 399. 400
Auguſtalis lector. 592
Auguſtini ep. feſtum. 542
Auguſtinus accepit reliquias S. Sixti. LXVII
Auguſtodunum vide Ædua.
Avia urbs. 132
Avitus Lollianus. 478
Aulana urbs. 441
Aulona urbs. ibid.
Aureliani perſecutio. LI
Aurelianus Agricolaus. 265
Aurelius Agricolanus ſeu Agricolanus. ibid.
Aurelius beneficiarius. 192
Aurelius ep. 274. 542
Aurelius m. Afer. 175
Aurelius Victor utrum ſcripſerit de perſecutionibus. VII
Aureorum SS^rum. Baſilica. 239
Aureus m. 541
Auſa urbs. 140
Auſafæ ep. Lucius. 203
Auſonia m. 51
Autiſiodorenſis ep. Germanus. 184
Auxentius ep. 374
Auxentius m. 384
Azadanes m. 505
Azadas m. 500

B.

Babylan ſeu Babyllon. 192
Babylas ep. m. LIII. 115
ejus martyrii occaſio. LIII
cum eo tres pueri mm. 524
ejus translatio. 525
Bacchæ, mulieres. 301
Bacchius Juſtini avus. 47
Bacchus m. XXI
Baconius fluvius. 358
Baderinus abbas m. 530
Bajermi in Perſia. 497
Balbinæ cœmiterium 541
Balbina m. XXII
Balliſtaria quid? 541
Balneum Timiotinum. 49
Balneum vetus. 522
Baptiſmus, in eo albæ veſtes. 237
nomen mutatum. 445
dictus teſtamentum. 522
Baptiſmus hæreticorum. 155
Baptiſmus ſanguinis. 97 105. 248. 464. 506
Barachiſius & alii IX. mm. 496
Barbaſymes ep. & m. 501
Barchochabas. XXXIII. 48
Barcinona urbs. 397
Barlaam m. 446
Barthoſius m. 516
Barulas infans m. 317
Baſentis pons ſeu Baſantas. 358
Baſilica quid? 301
Baſilicæ in martyrum honorem ſtructæ. XX
Baſilides ep. lapſus. XLVIII
Baſilides m. 101. & ſeq.
Baſiliſcus ep. m. 444
Baſiliſcus &c. mm. 233
Baſiliſcus m. 427
Baſiliſſa V. 430
Baſiliſſa V. & m. 475
Baſilii Magni ſententia de Dionyſio Alex. 156
Baſilius ep. m. 460
Baſilius Presb. m. 507. 510
ejus Confeſſio illuſtris coram Juliano Ap. 513
mire fanatus. 514
Baſſa m. XXII
Baſſilla m. 541
Baſſilla alia m. 541. 543
Baſſillæ cœmitarium. 541
Baſſus. 375
Baſſus Conſul. 188. 191
Baſſus ep. m. XXI
Baſſus m. 175
Baſſus m. apud Valerianum Cimel XXII
Baſſus Præſes. 365
Baſtamon m. 488
Baſthamus m. ibid.
Baudilius m. XX
Bauſo m. 543
Beata, an Mariani mater. 199
Beel-phegor, Baal. 120
Bellerophon. 150
Benedimus m. 534
Beneficiarii. 191. &c.
Beneventi ep. Januarius m. 338
Benjamin m. 520. 521
Benignus ep. & m. 408
Benignus m. 68. 69. 402
Bercharius Theodoſiæ reliquias in Dervenſe monaſter. attulit. 284
Berecynthiæ idolum. 69
ſollemnitas. 70
Bernardus de reliquiis S. Ignatii aliquid habuit. 2
Bernice V. & m. 375. 414
Bertunanſe oppidum. 240
Berullus. 375
Berytus urbs. 285
Beſas m. 105. 106
Beſſamonius ſeu Belſamus m. 488
Beſſia m. 75
Beſtiæ miteſcunt coram mm. XXXII 271. vide Feræ.
Beſtiis olim expoſiti Martt. XXIX
Betblapat urbs. 506. 535
Bethleem gentilibus celebris. XXXIV
Bethuza regio. 506
Betranio ep. 519
Bezabde. 502
Biarchus miles. 242
Bibianus m. 459
Bibliotheca a S. Alexandro Jeroſolymis inſtituta. 114
Biblis vel Biblias m. 51. 55
Billonam urbs. 433
Bilus m. 394. 542
vide Julius &c.
Biothanatoi mm. 20. 21
Bituzaeum urbs. 315
vide Tubizaeum.
Blandina m. 51. 54. 56. 58
Blaſius ep. & m. 461
Blaſtro & multi alii Romæ. 543
Bochres ep. m. 501
Bolitani mm. 75
Bonifacius ep. m. VI
Bonifacius m. 248. 494
Bonifacius m. Romæ. 543
Bonifacius Presb. Africanus. 215
Bononiæ urbis patroni. 408
Bonoſus m. 519
Bonoſi tres mm. in Hiſp. 520
Boſeth urbs. 542
Boſwetha fluvius. 358
Botboli ep. Ajax. 509
Brabeuta. 95
Braccaræ ep. Fructuoſus. 191
Brandeum pro reliquiis. 424
Brixia urbs. 430
Brixienſis ep. an Caſſianus? 468
Buſiris Confeſſor. 510
Byrrum quid? 189
Chriſtianorum in eo oſculando reverentia. 190
Bythiniæ Proconſ. Atticus Antoninus. XXXIV
Plinius. ibid.
Sabinus. 142

C.

Cabilonenſe concilium. 63. 313
Cabilonenſis eccleſia S. Vincentio dicata. 313
Cæcilia m. Abitin. 339
Cæcilia V. & m. 410. 533. 543
Cæciliana m. 542
Cæcilianus ep. Carthag. 346
Cæcilianus m. 413
Cæcilianus m. Abitin. 339
Cæcilius.
Cæcilius Capella præſes. XXXVIII
Cæcilius & comites mm. 541
Cæcilius Presb. 180
Cæſaraug. ep. Valerianus. 145
Valerius. 323
Cæſareæ Capp. ep. Firmilianus. 161
Cæſarienſium in Cappadocia cædes ſub Juliano. 506. 515
Cæſareæ Palæſt. ep. Theoctiſtus. 114
Theotecnus. 231
Cæſares aliquando Auguſti aut Impp. dicti. 269
Cæſarius Conſul. 459
Cæſarius ep. Arelati. 238
Cæſarius m. XXII
Caius Alex. 153
Caius m. Apameæ. LXV

Caius

Caius m. Cæſaraugustæ. 424
Caius m. Sebaſtæ 459
Caius Papa 541
Calaguris urbs 412
Calcanea in ſacrificium adhibita 234
Calceus Martt. miraculis claret 67
Caldonius Vicarius S. Cypriani 181
Calliſtus Papa & m. XLV. 541
Calliſti cœmiterium XXXIV. 541
Calocerus m. 541
Calphurnianus præſes 397
Calviſianus conſularis 361
Camalaſia 292
Camillus 164
Campiductor 242
Cancellarius 420
Cancer, carcinoma 94
Candida 275
Candida veſtis ſenatoris 231
*Candidus* m. 248
Candidus m. Sebaſtæ 459
Canon SS librorum 111
Canopus ſuburbium Alexandr. 213
Canopus urbs 397
Canopica regna, Ægyptus *ibid.*
Cantiani mm. XXII
Cantianilla m. *ibid.*
Cantianus m. XXII. 132
Cantius m. XXII
Cantus alternus 8
Capitani mm. 542
Capitolinus præſes 507
Capitolium Auguſtæ 400
Toloſæ 108. 110
& alibi 110
Capitolius an martyr? 518
Cappa *vide* Byrrum.
Capraſius m. Agenni XX. LX
Capreolus ap. 542
Caracalla unde ſic dictus. 113
ſub eo Martt. XLIV
Carcer Caſtrenſis m. 83. 94
Carcerarii 205
Carceris pœna. XXIX. XLVII. 90. 91. 201
Carcerenus ſeu Carena vicus 123
Caritas fraterna 203. 208
Carnales metuunt mortem 525
Carpophorus m. 542
Carpus m. 26. 116
Carterienſes mm. 542
Carthaginenſes ap.
Aurelius 176. 542
Cæcilianus 346
S. Cyprianus 171. &c.
Gratus &c. 541
Lucianus 208
Menſurius 337
Optatus 85
Carthag. ap. primus Mart. Cyprianus 188
Carthaginenſe Kalendarium 542
Carus, utrum ſub eo viguerit perſecutio LIII
Caſæ-Dei (Monaſterii) origo. 409
Caſia Conſ. 348
Caſſander *ibid.*
Caſſianus condit. monaſt. S. Victoria 255
*Caſſianus* m. Abitin. 339
*Caſſianus* m. Imolæ 468
an Epiſcopus? *ibid.*
*Caſſianus* m. Tingi. 266. 412
Caſſius m. XX. LX
Caſtalia virgo, Caſtalius fons, Caſtalides Muſæ 217
Caſtitas mira Mart. XLIX
Caſtitatis exemplar. 336
Caſtor 130
Caſtrenſa munus, ludi, carcer &c. 83. *vide* Carcer.
Caſtrenſis militia 230
Caſtri-Galbæ ep. Lucius 203
Caſtus m. 275. 541
Catana urbs 314. 361. 366
Cataphronius 367
Cataphryges 123. 131
Cataractæ & Cataractarii 86. 96. 205
Catafta quid? 82. 93
Catechumenatum 96
Catechumenorum martyria 89
Cathari hæretici 134
Catharina V. & m. 277
Cathedra ferrea 56
Cathedra S. Jacobi ſervata 3
Cathedra Petri Natalis 548
Cathedra prima Romæ 268
Catholica Eccleſia 131
Catomia 146
Catulinus m. XXI. 542
Celerina m. 275
Celerinus m. *ibid.*
Celſus ep. 124
Celſus m. 408
Centro deus falſus 130
Centurio ordinarius 266
Centurionum inſigna, vitis 230
Centuriorum urbs 196
Caphio vicus 237
Cera eccleſiæ fores ſigillatæ 364
Ceræ impreſſa Acta 122. 474
Ceraunius ep. IX
Cerei ad exequias 290
Cerenius (Quirinus) ſub quo Chriſtus natus XXXV
Cerinthus 25
Chadouſt ep. m. 497
Chadouſt *vide* Sadoth.
Chæremon diac. 153. 157
*Chæremon* ap. & m. 507
Chalcedon metropolis 430
*Charitana* m. 49
Charitas m. Romæ 543
*Chariton* m. 49
Chelidonius m. III. 150. 412
ejus acta a gentilib. ſuppreſſa III
Chimæra mons 120
*Chionia* V. & m. 346. 421
Chlodoſvinda regina 124
Chriſteta V. & m. 323
Chriſtianiſmi magnitudo 16
Chriſtianus miro modo agnitus 198
Chriſtiani prioribus ſæculis a Judæis minime diſtincti XXVIII. XXXI. 307
— dicti Nazareni 330
— — Galilæi 307. 315. 318
eorum patria Hieruſalem cæleſtis 290. 445
iis nullum auxilium 184
eorum cognati omnes ſancti 445
— ſanguis ſemen eſt LXIV
— gloria pro Chriſto pati 142
eorum innocentia 76. 433
— puritas 400
— pudicitia 98
— modeſtia XLIII
— caritas tempore peſtis 158. &c. 583
— conſtantia 47. 82. 76
— officia 299
eorum erga Impp. religio 48
Chriſtiani Impp. diligunt & pro eis orant, & pro militibus & pro ſtatu orbis 48. 129. 157. 188 257
an iis jurare licet? 102. &c.
an lites movere? 453
an militare? 263. 265
ſpectacula & theatra debent vitare LXII. 173. 450
cur odio habiti & perſecutionibus afflicti? XLIII. LXII. & *ſeq.*
ſolo Chriſtianorum nominis titulo condemnari XXXVII
quaſi jure belli occiſi 274
aris incenſis tanquam victimæ impoſiti 508
in eos calumniæ. LXII. & *ſeq.*
impietatis rei dicti XXX. & *ſeq.*
quaſi carnes humanas ederent accuſati 83. & *paſſim.*
magia inſimulati 96
magicis artibus vinci nequeunt 142
Chriſtiana religio qualis? 65
per infantem aſſerta 318
aſſerta miraculis LXIV. LXV. 124
Chriſtianæ nobiles ſervilibus pœnis afflictæ 336
Chriſtina V. & m. 134
Chriſtophorus m. XXII
Chriſtophorus, S. Ignatius. 10. 18
CHRISTUS Deus 71. 149. 168. 174. 175. 212. 274. 358. 362. 440
— Deus aſſertur a Martyribus 17. 70. 122. 135. 145. 210. 212. 243. 305. 342. 362. 400. 401. 410. 425. 439. 511. 513. 514
Verbum Dei. 120. 122. 131. 350. 518
Verbum & Sapientia Patris 517
Chriſtus e Deo natus 235
Chriſti, Filii Dei, nativitas divina 425
Chriſtus ante incarnationem in ſinu Patris 489
Chriſtus Deus verus 24. 257. 318. 438 467
ſolus ac verus Deus 330
Deus verus ubique & immenſus 438
Deus unus 479
Chriſtus æternus 56. 65. 512
Rex æternus 265
Deus omnipotens 401. 517
Creator omnipotens 259
Creator & conditor omnium 235 307. 517
per Chriſtum omnia condita 481 487. 517
Chriſtus Dominus unus per quem omnia 470
Chriſtus Deus cæli & terræ 210. 314
Cælorum conditor 487
Opifex animarum 480
per Prophetas locutus 490
Chriſtus Deus noſter 11. 12. 13. 15. 16. 17. 21. 200. 259. 261. 263. 348. 363. 506. 521
Deus in pectore 8. 14
Deus in nobis *ibid.*
Deus ſpes noſtra 514
Chriſtus crucifixus Deus 126. 435
— a Chriſtianis colitur 126. 485
Chriſto vero Deo cultus præſtatus 76
— ſacrificatum 306. 362. 395

adoratur Deus 23
colitur Deus 23. 122. 126
Chriſtus Deus, propter eum Martyres patiuntur xxiv. LXV. 21. 358. 362. 377. 401. 425. 439
Chriſti Divinitas 48. 49. 65. 161. 174
— a Martyribus aſſerta LXV. 305. 435
Chriſti Divinitas & Humanitas aſſerta 65. 216. 230. 256. 259
Chriſti incarnat. 174. 273. 352. 518
— nativitas 540
— paſſionis Acta 374. 390
— — falſa conficta LVII. 374
Chriſti reſurrectio probatur 184
Chriſti apparitio 260
Chriſtus in Martyribus patitur 86. 96. 260. 261
Chriſtus Martyrum exemplar 27. 32
Chriſti virtus in Martyrib. 306
Chriſti gratia 274
— laudes 259
— variæ ſolemnitates 528
Chriſti ſignum 263
Chriſti imaginem ſervat Alexander Imp. 256
Chriſtus ſub ſpecie Paſtoris pictus 82. 92
Chriſti agnati Martyres 6
Chriſti & Dei Pontifex Cyprianus 183
Chriſti victima *Felix M.* 314
Chriſto omnes æquales 409 & 410
Chryſanthus m. xvii. 108. 347. 543
Chryſogonus m. xxii. 346
Chydion m. 419
Chyrdion m. 507
Chzepreg urbs 439
Cibalis ep. Euſebius 359
Cibus a Presb. benedictus 299
Ciliciæ metropolis Tarſus 376
Ciliciæ præſides Lyſias 233
Maximus 376
Ciliciarcha quid? 351
Cira urbs pro Cirta 195
Cirmicitor miles 242
Cirta urbs 195. 196
*Cirycus* puer cum Julitta matre m. 419
*Citrinus* aut Cattinus ſeu Cythius aut Cicius m. 74
Civitas nova urbs 232
Clariſſimi viri titulus 361
Clarus mons *vide* Arverni.
Claud. m 541
Claudia Matrona 169
Claudia Vaſtalis *ibid.*
*Claudia* V. & m. 303
Claudiopolis 376. 420
Claudius Commentarienſis 235
Claudius ſeu Claudianus conſul 74
*Claudius*, &c. mm. 233
Claudius m. 541
Claudius m. Sebaſtæ 459
Claviculari qui? 233
Clautus m. Abitin. 339
Clemens Alca 214
Clemens conſul m. XXXI
Clemens, &c. m. 541
Clemens m. 542
Clemens Papa m. XX
Clementianus m. 542
Cleopas. 6
Clericis interdictus locus ubi rei puniuntur 189
tutela interdicta 185
Clerici S. Cypriani, mm. 200
Cleronomus 34. 39
Cloacinæ deæ 258
Coadjutor primus epiſc. 112. & 113
quando licitus 113
Coche urbs 498
Cochlea 210
Coconatus *vide* Cucuphas.
Coitio legitima 270
Cœmeterium Felicitatis 22
Soteris 336
alia varia 541. & *ſeq.*
Cœmeteria 590
Chriſtianis interdicta 157. 188
Cœna libera 86. 97
Cohortalis militia 230
Cointa *vide* Quinta.
Cointus, ſeu Cognitus, aut Charinthus lapſus 28
Collatio adverſus Arianos 324
Collatio Carthagin. 337
Collecta quid? 340
Colloquia pro veritate indaganda 260
Colluthionis regio 258
Collutus, ſeu Colluctius m. 488
Colonia Thebeſtina 395
Columba apparet in morte S. Polycarpi 32. 37
Columbæ in ſpecie Eulaliæ ſpiritus exit 399
Columba m. XX
Comam an deponant virginitatem profeſſæ 345
Comanæ ap. *Baſiliſcus* m. 444
Comburendi homines modus 372
Comes ſcutariorum 513
Comitatum 541
Commeatus & Commeatales quid? 82. 95
Commemorationes Martt. 575
Commentarienſes qui? 233
Comminius m. 58
Commodus ſacrificia ſibi inſtituit 230
ſub eo Pax Eccleſiæ 82.
Communio Eccleſiæ Cathol. 192
Communio in Eccleſia duplex, publica & privata 154. 155
Communio ſub unica ſpecie 273
Comnianus Imp. 255
Comopolis urbs 509
Compedes 94
Complutum urbs 412
Conceſſus m. 429
Concilia: Alexandriæ 252
Antiochiæ 161
Cabilonanſe 63. 323
Carthaginenſe 274. 337
Chalcedonenſe 430
Cirtæ tempore perſecutionis 337
CP. ſub Theodoſio m. 230
CP. Arianorum 510
Iconii 255
In Palæſtina CCXXX. epiſc. 510
Synnadæ 253
Toletanum XXIV
Trullanum LXI
Conciones auditæ ſtando IV. 321
Concordia inter rectores eccleſiarum neceſſaria 205
Concordia m. 544
Concordia, oratorium CP. 230
Confector 41. 98
Confeſſio oratorium 301. 302
Confeſſores qui dicti 276
Quæſtionati & torti 248
Frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignati 182
Confeſſores duo ſub Juliano 510
Confeſſores alii ſub Juliano 506
Confeſſores in Ciliciæ Metallis 289
Cono in Cypro 228
Cononis & ejus filii acta 189
Conſecrandi manus Romæ conceſſum Polycarpo 23
Conſecratio ſanguinis Domini a Diaconis 270
Conſignatio ab Epiſcopo 438
Conſtantia urbs 509
Conſtantina Conſtantini M. filia 397. 402
Conſtantina urbs 193
Conſtantini Magni baptiſmus 522
pietas erga martyres 445
extruit eccleſiam in honorem S. Menæ m. LIII. LIV
Conſtantinop. ep.
Alexander 443
Atticus 230
S. Chryſoſtomus 442. 444
Eudoxius 510
Macedonius 148
Paulus m. *ibid.*
Conſtantius Chlorus 280
an ſub eo Martt. LIX
Conſtantius m. XVI
Conſulares dicti rectores Palæſt. 6
Conventus in feſto S. Ignatii 10
Converſio magorum 148
Convivio excipit carnifices S. Polycarpus 29. 34
S. Phocas 438
Coracio Millenariorum ſignifer & auctor 260
Cordubæ ep. Oſius 412
Cornelius m. Lugd. 51
Cornelius Papa m. 74. 155. 172. 176
ſeſe ſimul cum Clero & plebe martyrio offert XLIX
& multa millia martyrum 543
Cornelius Sylla 468
Cornicularii qui? 233
Cornuti milites 124
Coronatus notarius 466
Corpus Mart. mire ſervatum & abductum 307. 308. 328. 329. 334. 335
Corpus S. Vincentii cuſtoditur a corvo 328. 334
Corpora integra poſt combuſtionem 372
Corrector quis? 362
Corybantes 70
Coſmas m. XX. XXI
Coſſus 564
Credula m. 578
Crementius m. 414
Creſcens Cynicus 44. 46. &c.
*Creſcens* m. 22
Creſcentianus m. 542
*Criſpina* m. 354. 402. 542
Criſpina altera, ſeu *Criſpinus* m. 394
Criſpinianus m. XX
Criſpinus m. *ibid.*
Criſpinus m. apud Epiphanium Ticin. XXII
Criſpinus m. &c. 394
Criſpinus Præſes 406
Criſpulus m. 242
Criſpus m. Rom. 543
Crocus 12. 18
*Cronion* Eunus m. 203
Crucis feſtivitas 412

Crucis

Crucis in modum compoſitis brachiis, oratio. 192. 275
Crucis ſignum. 141. 252. 302. 304. 361. 365. 432. 452. 512.
Crucis ſigno fugati dæmones. LIV. 141
Crucis ſupplicium. 121. 146
Crura Confeſſor. enervata. 275. 284
Crurifragium. 146
Cryptæ S. Hippolyti deſcriptio. 148. 149
Cryſgonus m. 142
Cteſiphon urbs 497. 498. 504
ejus Epiſc. *vide* Seleucia.
Cubicularii Imperat. mm. 269. 270
Cucuphas m. 412
Culcianus præſes 434
Culei ſupplicium 282
Cultus alius Chriſto, alius Martyribus exhibitus. LVIII. 31. 37. 41
Cultus Gentilium 64. 65
Curator quis? 274
Cures Sabinorum urbs 168
Curionat 145
Cuſibur urbs 184. 188
Cuſtodia delicata 95. 186
Cuſtodia diligens 95
Cyclopes 120
Cynozuridos mons 366
*Cyprianus* ep. & m. L. LI. 191. &c. 197. 203. & *ſeqq.* 264. 411. 541. 542
an uxoratus? 180. 181
ejus feſtum 150
Diſcipuli mm. 174. 200
Viſiones frequentes 184
Cyprianus magus m. 172
Cyriacus m. 541
Cyriacus m. Ægyptius 488
*Cyrillus* diaconus m. 507
ejus occiſores divinitus puniti *ib.*
Cyrillus ep. 443
Cyrillus m. Sebaſtæ 459
*Cyrillus* puer m. Cæſareæ. 213
Cyrion m. 459
Cyrus Conf. 312
Cyrus m. 12
Cyrus ſeu Quirus, aut Quirinus ep. Carthagin.

D.

DAci a Trajano victi 2. 14
Daciani ſævitia. 322. & *ſeqq.* 412
*Dacianus* m. 339
Dæmones per magiam evocati 141
crucis ſigno fugati LIV. 141
a Chriſtianis ejecti LXV. 124. 325. 335
Dæmonium meridianum Diana 71
Dalee. 31. 41
Dalmatæ latrones 230
Dalmatica, Dalmaticatus 190
Damas & alii m. 515
Damaſus m. Romæ 143
Damianus m. 22. 221
Damnati ad beſtias, ad ludum venatorium 111
Damnati ad beſtias ſacerdotum veſtibus induti. 87. 97
Danais 2
*Daniel* m. 290
*Dantus* m. 339
Danubius 439
Daphne Penei filia 130
Daphne ſuburbium Antiochiæ 213. 478. 515
Dardaniæ latrones 130
Daria m. XVII. XXII. 108. 347. 484. 143
Daria S. Nicandri uxor 484
Dativus m. 178
*Dativus* Senator m. 339
Davidis poſteros Romani inquirunt 5. & 6
Dauſus ep. m. 502
Daza *vide* Maximinus
Decapolis 120
Decimario 242
Decimus locus prope Carthaginem 578
Decius, Caius dictus 128
Perſecutor XLVI. LIII. 152
Decurio civitatis 313
Dedicatio eccleſiæ 415
Defendens m. ex legione Thebeana 216
Defuncti honorandi 160
Defuncti, pro ipſis ſacrificium oratio LXV. 83. 94. 182
Dejicere quid? 90
Delatores legibus vetiti puniti 188. 72
Demetrius centurio 377
Demetrius ep. 100. 115
Demetrius Presb. 153
Deogratias 542
Deſiderius ep. Lingonen. m. III. 20
Deſiderius Viennenſis, m. XII
Deſius menſis 278
Deucalion 120
Deutarius puer, ſeu Eleutherius m. Maſſil.
*Deus* amator hominum, nulli male vult 387
Dei nomen 129
Diaconi Martyres in carcere viſitant 82. 91
an conſecrent ſanguinem domini? 170
ipſum diſtribuabant 174
Diaconi Romæ ſeptem; alibi plures 164
Diadema, limbus 94
Diana, dæmonium meridianum 71
Diaſtema quid? 83. 94
*Didymus* m. 351
Didymus alter m. 488
Dies in viſione pro anno 184. 304. 305
Digna m. 405
Dignatio, pro gratia 89
Dignitas unde repetita? 151
Dii gentium facinoroſi 238. 305
Diluvium Noe, Deucalionis &c. 120
Dinocrates 83
Diocles ſeu Diodorus 375
Diocletiani perſecutio LIII. 267 & *ſeqq.*
imperio cedit 280
Diogenes Cynicus 491
Dion proconſul 263
*Dionyſia* m. 106
Dionyſia V. & m. 134
Dionyſii II. mm. Ægyptii 488
Dionyſius Areopagita m. 161
*Dionyſius* ep. Alexand. m. 158
ejus epiſtolæ de Martt. Alexandrinis 104
Dionyſius ep. Pariſ. m. 108
*Dionyſius* m. 280
*Dionyſius* alter m. 280
Dionyſius m. an *Dionyſia* 134
Dionyſius Papa. 155. 545
Dioſcorus m. 488
Dioſcorus Presb. 153
*Dioſcorus* puer m. 106
Dioſpolis urbs 120
Dirce 2
Dir-El Hamar 497
Diſcincta veſtis 84. 197
Diſciplina eccleſiaſtica ex S. Cypriano 173
Diſcipuli primi Chriſti, dicti Apoſtoli 3
Divinus, magus 104
Dius menſis 279. 283
Dius Presb. m. 276
Doctores 85. 96. 160
Dodwelli ſententia de paucitate martyrum refellitur XII. & *ſeqq.*
Dominædius quid? 216
Dominica nova 335
Dominica ſolemnia celebrare 340
Dominico die vacandum ab operibus 244
Dominicum, ſine eo non eſt Chriſtianus 343
Dominicum deſignat S. myſteria 340
Dominicum, eccleſia 365
Domitiani perſecutio 2. 13
Domitianus comes 420
Domitianus m. XXII
Domitianus m. Seb. 459
Domitilla Conf. XXX. XXXI
Domitius m. XII. 507
Domna m. 55
*Domnina* m. 275. 414
an mater S. Pelagiæ? 414. 455
*Domnina* m. Ægeæ 235
*Domninus* m. 284
Domnus ep. 443
Domnus m. 459
*Donata* m. 74
*Donatianus* m. LIX. 245
*Donatianus* m. Afer 205
Donatilla m. 78. 396
Donativa, chariſmata 89
Donatiſtarum ſchiſma 293
Donatiſtæ Catholicos appellant traditores 318
falſo Cyprianum pro ſe laudant 572
Donatus beneficiarius 395
Donatus m. 175
Donatus &c. mm. 429
Donuina m. 235
Doroſtolum urbs 507
Doroſtorum urbs 482
Dorothea V. 277
*Dorotheus* m. 269. 270
Dotheus m. Maſſil.
Drepanum urbs 444
*Droſis* V. & m. 472
Druſus ſeu *Druſina* m. 475
Ducenarius 242
Dula *vide* Tatianus.
Dulcetius præſes 348
Dynamius Patricius 363
Dyrrachium 2
Dyſtrum menſis 268. &c.

E.

ECcleſia Martyrum mater XIII
miraculis ab hæreticis diſtincta LXV. 124
virgo, quouſque ſine hæreſi 6
Eccleſiæ Catholicæ communio 192
-pax & unitas 207
veritas ex copia Mart. probata LI. 204
theſaurus pauperes 165. 171

Eccleſia dicta Dominicum. 365
Ἐκκλησία, nomen ſolis datum ubi præerat epiſcopus 53
Eccleſia reconciliata LXV
Eccleſiaſtica diſciplina ex S. Cypriano 173
Eccleſiaſtica munia duo unicus exercet 279
Ecſtaſes puerorum 184
Edeſſa urbs 416
Edictum de deferendis propinquis Chriſtianis 417
Ἡγεμών, quilibet provinciæ rector 52. 305. 511
Egrates ſeu Etneſigrates 136
Elacianus *vide* Hilarianus.
Elaotus m. 339
Electiones epiſc. 151. 152
Eleuſina ſacra XXXIV
Eleuſippus ſeu Elaſippus m. XX
Eleutherius ep. & m. *ibid.*
Eleutherius &c. m. XXII
Eleutherius puer *vide* Deuterius.
Eleutherius Papa 51
Eleutheropolis 487. 441
*Elias* m. 288
*Elias* alter m. 290
Elias m. Sebaſtæ 459
Elias Presb. m. 293
Elpeniſa m. 51
Elpidius Præf. Prætorii, an m. 512
Elpidius ſacrificator *ibid.*
Emerita urbs 396. 397. 399
*Emeritus* m. 339
Lector 342
Emeſæ epiſc. Silvanus m. 276
Emerherius m. 111. 412
ejus acta a Gentilibus ſuppreſſa 311
Eneratis V. & m. 413. 414
Encratitæ ſeu Abſtinentes 303
*Ennathas* V. & m. 287
Enola S. Vincentii mater 323
Epheſi ep. Polycrates 25
Epidamnium 9. 18
*Epimachus* m. 106
Epiphania 364. 540. 542
*Epipodius* m. 62
Epiſcopi Afri mm. 171
Epiſcopi Camelaſiæ damnati 292
Epiſcopi duo in una eccleſ. 112
Epiſcopor. ſedes linteo tecta. 186
Epiſcopus primus coadjutor 112. 113
Epiſcopi translatio 112
Epiſtola Dionyſii Alex. de martt. Alexandrinis 103
Eccleſiæ Smyrnenſis de Martyrio S. Polycarpi 27. 32. 39
Eccleſ. Vienn. & Lugd. 52. 64
De Martyrio S. Pionii 116
Epolonos puer m. 520
Epolytus *vide* Hippolytus.
Equiſtraior 189
Equuleus 146
Eraclius m. 134
Eraclius alter m. 459
Eraſmus, m. XXII
Eronenſes mm. 542
Errores ſcriptis impugnandi 160
Eſaias *vide* Iſaias.
Eſther 323
Eſychius m. 483
*Eva* ſeu Eusa m. 338. 339
Evangelium collo Eupli appenſum, dum feritur 362
Evariſtus 32. 38
*Eubulus* m. 392
Euchaita urbs 422
Euchariſtia 12. 48. 82. 298. 399
Sacrificium, oblatio, ſacramentum 374
dicta unica ſpecies *ibid.*
ejus materies, realitas 173
qui ad eam admittendi *ibid.*
etiam a laicis apud ſe aſſervata 374
—& in manibus recepta *ibid.*
lapſis conceſſa 173
ante Martyrium 82. 92. 372
Eam ſupra pectus conſecrat S. Lucianus 444
—in diaconorum manibus Theodoritus *ibid.*
Eucherius ep. Lugd. 52
an duplex? 238
Eudæmon ep. apoſtata 125
Eudoxia Aug. de rebus geſtis Cypriani magi & ſoc. ſcripſit 172
Eudoxius CP. ep. 510
Euelpis 114
*Evelpiſtus* m. 49
Eugenia V. & m. XXI. XXII. 347. 430
Eugenius Arianus 510
Eugenius ep. 542
Eugenius ep. m. XX
*Eugenius* m. 21
Eugenius præſes 469
Eugenius presb. Antiochenſ. m. 507
Eugenius Principalis Curiæ Tiburtinæ 81
Eugenius tyrannus 270
Eugubium urbs 194
Eulaliæ feſtum 150. 542
Eulalia V. & m. Barcinonæ 396
*Eulalia* V. & m. Emeritæ. 396. 412. 430
Eulalius ſeu Euthalius 233
Eologius ep. 177
*Eulogius* &c. mm. 190
Eumenia *vide* Eunomia.
Eumeniæ ep. *Traſeas* m. 25
Eumorphius 328. 334
Eunoicus m. 459
*Eunomia* ſeu Eumenia m. 401
Eunuchi mm. 270
Eunuculus m. Maſſil. 256. 412
*Eunus* Cronion m. 105
Evodius ep. 7
Evotus ſeu Eventus m. 413
*Euphemia* V. & m. 489. 542
in ejus eccleſia Concilium Chalcedun. celebratum 430
Euphranor pictor. 431
*Euphraſia* V. & m. 383
Euphronius ep. 71
Euphroſine V. & m. XXIV
*Euplus* ſeu Euplius m. 360
Euprepia *vide* Eutropia.
Eupſychius m. 515
Eureius m. XXII
Euſebius diac. 153. 156
rum epiſc. 153. 154
Euſebius ep. m. 339
Euſebius m. 364
Euſebius m. apud Epiphanium Ticin. XXII
*Euſebius* m. Gazæ 508
Euſebius Papa 541
Euſebius ſcriptor unde Pamphilus dictus 289
collegit acta martyrum VII
Euſtratius judex 252
Eutiches m. 459
Euticius m. Romæ 543
Euticius Præfectus 282
Eutolmius 376
*Eutropia* ſeu Euprepia m. 401
Eutropia V. & m. 409
Eutropius ep. 363
Eutropius ep. m. XX
Eutropius m. 427
Eutyches Gotthos ad fidem adducit 517
Eutychia conf. 348
Eutychianus 123
Eutychianus Papa 545
Eutychius m. XVI
Eutychius m. Ferrenti XXII
Eutychius m. Sebaſtæ 459
Eutychius ſeu Euticius S. Vincentii pater 323
Exceptor militaris 267. 473
Exceptorum in ſcribendo velocitas 478
Exempla etiam ex novis ſcripturis ſumenda 208
Exorciſtæ catechumenos exorcizabant 279
Expalmare 353
Exilium nullum Chriſtianis 183. 184
Exſuperius ep. 211
*Exſuperius* m. 242
Exſuperius m. Lugdun. 52
Extacteus m. 22

F.

FAbianus Papa & m. XLVII. 115. 176. 545
Fabius Clemens m. XXXI
Fabius ſeu Fabianus ep. 102. 115
Fabius ſeu Fabianus Victor 263
Fallere perſecutores non licet 118
Fanatiſmi inſania 70
Faſtigium templi quid? 4
Fauſtinus Brixienſis m. XXIV
Fauſtinus & Fauſtina mm. 394
Fauſtinus m. XVI
Fauſtinus presb. 153
Fauſtus ſeu Fauſtinus m. 470
Fauſtus Alex. 153. 154
Fauſtus conſul. 365
Fauſtus diac. Alex. m. 154. 156
*Fauſtus* m. Abitin. 339
*Fauſtus* m. Cordubæ 411. 469
Fauſtus pater S. Symphoriani 68
Fauſtus presb. m. 276
Febris dea 238
Felicianus m. 542
Felicianus m. Lugdun. 52
*Felicianus* m. Maſſiliæ 255. 260
Feliciſſimus m. 162. 542
Feliciſſimus m. Afer. 175
Feliciſſimus ſchiſmaticus 181
*Felicitas* m. 27. 82. 197. 541
*Felicitas* & 7. filii mm. 21. 22. 543
Felicitatis cœmeterium 22
Felix, Chriſtianus 392
Felix, alius 375. 393
Felix, Bilus &c. mm. 542
Felix, Clementianus &c. mm. 542
Felix ep. Ambienſis 132
*Felix* ep. & m. LVIII. 312
Felix & Adanctus Romæ mm. 215
Felix &c. mm. Afri. 394
alius 412
Felix, Æva &c. mm. 542
Felix exercitus, Legio Thebæa 338
*Felix* filius S. Felicitat. m. 22. 23. 543
Felix, frater S. Regulæ, m. 240
Felix gentilis 512
Felix Lector m. 339
Felix m. 162

*Felix*

*Felix* m. Abitin. 338
quadruplex 339. 343. 344
Felix m. Æduæ 69
Felix m. Afer. 542
Felix m. in Africa 278
Felix m. Cæſaraug. 413
Felix m. Gerundæ 401. 411
Felix m. Maſſil. 216
Felix m. Mediolani 408
*Felix* Conf. Nolæ 214. 542
Felix m. Nolani frater 215. 218
Felix m. in Pincis 215
Felix m. Romæ XVII. 543
*Felix* m. Scillitanus 75
Felix m. Thimiſæ 215
Felix m. Uzal. XVI
Felix Papa m. 216. 541
Felix Vincentinus m. XXII
Felix, Victor &c. mm. 264. 542
Felices, Romæ & alibi plur. mm. 216
Feræ miteſcunt coram martt. 392
Ferramenta 92
Ferreolus & Ferrutio mm. 406
Ferreolus m 69
*Ferreolus* m. Viennæ 406
divinitus a carcere liberatus 407
Faſſa ſeu Fezza urbs 412
Feſtum Imperatoris 165
Faſta Terminalia 268
Feſtis a potationibus &c. abſtinendum LXVIII. 458
Feſtivitates ſanctor. in propriis Eccleſiis ab Epiſcopo, clero & populo hue convenientibus celebr. 494
Feſtucius beneficiarius 391
Feſtus Judææ præſes 3
Ficarienſes mm. 542
Fidentianus m. Africanus, forſan idem cum Fidentio 494. 495
Fidentius ep. m. 338. 494
Fides m. Romæ 543
Fides V. & m. LX
Fidiculæ 278
Fidus 375
Firmilianus ep. Cæſareæ Capp. 161
an auctor paſſionis S. Cyrilli? 213
Firmilianus præſes Palæſtinæ 285. 287. 290. 291
mors ejus turpis 292
Firminus ep. m. LIX
Firmium urbs 432
Firmus m. 571
Fiſcalis 203
Flagella *vide* Flagra.
Flagellorum ſeptem ſpecies 146
Flagellatio arenæ 97
Flagra XIX. 146
Flagris quomodo ad beſtias damnati cædebantur 87. 97
Flamines qui? 391
Flavia Domitilla Conf. XXIX. XXX. XXXI
Flavia urbs 47
*Flavianus* &c. mm. 201. *& ſeqq.*
Flavianus m 541
Flavianus præſes 278. 311
Flavius ſeu Flavianus m. 459
Florinus 24
Florus &c. mm. 140
Florus præſes LVIII. 338. 394
Focas *vide* Phocas.
Fortuna dea 479. 506
Fortunæ urbis ſacrificatum 367
Fortuna m. 575
Fortunatianus ſeu Fortunatius Lector 312
Fortunatianus ſeu Fortunatius S. Victoriæ frater 341. 345
Fortunatus m. Aquilegiæ XXII
Fortunatus præſes 261
Fortunio m. 175
Forum-Cornelii ſeu Syllæ, urbs 468
Forum Martis 83
Fora Romæ 146
Fotinus m. Lugdun. 51
Fotinus *vide* Potinus.
Fronto m. 413
Fronto pacis princeps 137
Fronto presbyter 300. 308
Fructuoſus ep. 391
*Fructuoſus* ep. & m. 190. 411
Fructus m. 175
Frumentarius 152
Frumentinus 513
Fua m. Abitin. 339
Fuga in perſecutione 182
Fulgentio attributus ſermo de S. Vincentio, eſt S. Auguſtini 322
Fundanus ep. apoſtata 339
Fuſcianus ſeu Fuſcanus locus Carthagine 206. 207
Fuſcianus m. LX
Fuſcus conſul. 188
Fuſtes 146

G.

Gadara urbs 279
Gaddiabes ep. m. 502
Gaianus perfidus 430
Gaius 32. 38. 42
Gaius S. Ignatii comes. 7
Gaius judex 400
Galatiæ præſes Theotecnus 297
Galba jubet 7000. Prætorianorum occidi 239
Galerius dux 437
Galerius Maximus Procoſ. 188
Galeriorum, Maximiani & Maximini crudeliſſima perſecutio LVI
Galilæi Chriſtiani dicti 307. 315. 318
Galliarum Præſides, judices &c.
Aſterius 260
Criſpinus 406
Dynamius 163
Eutychius 260
Heraclius 69
Galliculæ quid? 84. 95
Gallienus Imp. pacem Eccleſiæ reſtituit LI. 160
ejus laudes 160
Gallonus m. 541
Gallus Cæſar frater Juliani 232
Ejus perſecutio XLIX
Gamuite m. 51
Gatianus *vide* Gratianus.
Gaudentius an Guddentis m. 174
Gazæ ep. Silvanus m. 276. 293
Gazæorum cædes ſub Juliano 506. 507. 508
Gelaſius ſeu Gelaſinus m. 236
Gemellis ſeu Gemelli an m. 200
Gemellus 375
Geminianus m. 51
Geminius Fauſtinus 181
Geminus m. 55
Gemini pueri cum Matre mm. 198
Genellus m. ſub Juliano 507
Generoſus ſeu *Generoſa* m. 75. 77
*Geneſius* m. Arelat. 412. 472
Geneſius m. Arvern. 473
*Geneſius* mimus m. 236. 542
Genevæ ep. Iſaac. 241
Genii publici natale. 292
Gennadius m. XVI
Gentianus m. LX
Gentiani baſilica 73
Gentilis mira converſio 244
Gentiles Jeroſolymam adoraturi Deum veniebant 4
Gentilibus etiam benefaciendum LXV. 183
Genuinum natale 118
Georgius ep. 508
Georgius m. XXI. LIII. 269
Georgius m. Pinarioli celebris 240
Gereon cum 318. Martt. 240
ab Uſuardo cum S. Malloſo confunditur *ibid.*
Geria fluvius 408
Germaniciæ ep. Eudoxius 110
*Germanicus* m. 28. 33
Germanus Dionyſii Alex. accuſator. 152
Germanus ep. 67. 224
*Germanus* m. 287
Gervaſius ep. 409
Gervaſius m. 408. 541
Getæ Cæſaris Natalis 79. 83
conſul. 174
Getiſtiron 373
Getulius m. 21
Gildæ locus de S. Ignatio 7
Githæus m. 412
Githæus m. Maſſil. 216
*Givalius* ſeu Guiualius m. 339
Glabrio m. XXXI
Gladiatores ſublati 450
Glaucentius 308
Glaucus 110
Glycerius 302
Gnapheus, ſeu Symeon ep. m. 302
Gordianus m. 106
Gordianus cum tota familia mm. XVI
*Gordius* m. 448
*Gorgonius* m. 270. 545
ejus translatio ad Gorzienſe monaſterium
Gorgonius m. Romæ XVII
Gorgonius m. Sebaſte 459
Gororaues ſeu Vararanes Rex 530
Gorzia monaſterium, huc translatæ S. Gorgonii reliquiæ
Gothi in Arianiſmum lapſi 525
Gotthiæ ep. Theophilus 524
Ulfilas 525
Gotthi Scythæ dicti 524
Gotthi martyres plures 524. 525
Gradivus, Mars 168
Græcorum mos de Reliquiis levandis 414
Granus m. 439
Grata m. 58
Gratiæ Chriſti neceſſitas 174
Gratia Spiritus S. interna 22. 60
Gratianus ep. 108
Gratus conſul. 208. 209. &c.
Gratus ep. 541
Gratus m. &c. 394
Gregorius 434
Gregorius magnus tranſmittit ad Theodelindam olea ex lampadibus martyrum aſſumta; & per quem 140. 548
ad Auguſtinum reliquias S. Sixti LXVII
Gudennis, ſeu Gundenis V. & m. 174
Gumtramnus Rex. 63
Gundebaldus Rex. 524
Guthiea Presb. 528
Gymnaſiarcha 95
Gyrus Presb. Afr. 313

HA-

Digitized by Google

## H.

HAdrianus m. 412
Hadriani perſecutio xxxii. xxxiii. 20
Ejus ſævitia xxxiv
Hæreſis ejurata 40
Hæretici fugiendi 25
copia Martyrum devicti 204
eorum libri an legendi? 151
an habeant Martt. LXVI
Halys fluvius Aſiæ minoris 399
Hamus quid? 82. 92
Hapha quid? 84. 95
Hebrus fluvius 378
Hecatharius V. & m. 277
Hedditius m. 459
Hechomenius m. 488
Hegeſippi ætas, ſcriptu, cultus, 2.3
cum Joſepho conciliatur circa mortem S. Jacobi 3
Helenopolis privilegia 444
Helianus m. 459
Helius *vide* Elias.
Heliogabalus vult omnes religiones deſtruere XLV
Heliopolis civit. Libanienſ. 236. 507
Helpes m. 51
*Hera* ſeu Herais m. 100. 101
Heraclas ep. Alexandr. 101. 152. 155
Heracleæ ep. Philippus m. 364
*Heraclides* m. 101
Heraclidis Paradiſus 503
Heraclius Conſularis 69
Hercolianus m. 522
Herculanus m. 545. 543
Hercules 530. 366
Herculis urbs 107
Herculiani milites 280
*Herectina* ſeu Heredina m. 339
Herena m. 175
Herenæus *vide* Irenæus.
Herenus m. 575
Herennianus hypodiac. 203
Hermes m. 542. 543
ejus cœmeterium 541
*Hermes* m. Adrianopoli 364
Hermes m. in Africa 412
Hermes m. Maſſil. 216
Hermias 218
Herminianus Proconſul. LXIV
Herocles judex 283
Herodes Irenarcha 28. 29. 31. 34. 38. 39
Herodes Primus Antiochiæ 398
Herodis perſecutio 2
*Heron* m. 201
*Heron* alter m. 106
Heron item m. 488
Heſychius ep. m. 276
Heſychius m. 459
Heſychius alter m. 483
Hetariæ XXXIS
Hierapolis urbs 417
Hierapolitar. cædes ſub Juliano 506
Hierax ep. 158
*Hierax* m. 50
Hieremias *vide* Jeremias.
*Hilaria* m. 401
Hilarianus procurator 83. 87. 99
Hilario ſanctus monachus 509
*Hilarion*, ſeu Hilarianus infans m. 339. 346
Hilarius ep. 524
Hilarius ep. Arelati. 473
Hilarius ep. Toloſ. 522
Hilarius m. 489
Hilduinus 572
Hippeas m. 488
Hippolythus 130. 147
Hippolythus, comes S. Lauren. 169
Hippolythus ep. & m. 543
Hippolythus m. 385. 540. 541. 543
*Hippolythus* m. Portuenſis 143. & ſeq.
utrum fuerit Metropolitanus 144
Hippolythus miles &c. mm. 144
Hippolythus Presb. Conf. XLV
Hippolythus Presb. m. 144
Hippolythus ſcriptor 358
Hippon. ep. Auguſtinus 542
Theogenes m. 194
Hiſpan. præſid. Calphurnianus 397
Dacianus 383
Eugenius 469
Hiſtrio excommunicatus 573
Homeri patria 559
*Honorata* m. 339
Honorati 274
Honoratus m. 542
Honorius gladiatores ſuſtulit 450
Hormiſda comes, Perſa 582
Hormiſda conf. 530
Hormiſda ep. m. 501
Hotpreſius m. 488
Horus m. *ibid.*
Hoſtilia curia 146
Hyacinthus m. 541. 543
Hyacinthus quis? 130
Hyparchus quis? 125
Hyperbereris menſis 394
Hyrenæus *vide* Irenæus.

## I.

JA m. xxi
Jacinthus *vide* Hyacinthus.
Jacobus Apoſt. m. 5. 542
Jacobus comes 535
*Jacobus* ep. Jeroſ. m. 2. 3. 4
Jacobus ep. Niſibi 460. 496
Jacobus ep. Perſa m. 502
*Jacobus* &c. mm. 193
ipſorum viſiones a Petro Damiani deſcriptæ 194. 197
Jacobus Presb. 502
Jacobus Presb. m. *ibid.*
Jacobus Interciſus m. 497
Jader m. 178
Jamnia urbs 289
Jamnica m. 51
Janiculus 146
*Januaria* duplex m. Abitin. 339
Januarius catechumenus 203
Januarius ep. & m. 338
Januarius ep. m. Neapoli XXII
Januarius &c. mm. 264. 542
*Januarius* ſeu Januaria m. 75. 77
Januarius m. 548
*Januarius* m. Abitinæ 339
Januarius m. in Africa 412
*Januarius* m. Cordubæ 425. 470
Januarius m. Maſſil. 256
*Januarius* m. Romæ 22. 23. 541. 543
Januarius Presb. Conf. 312
Janus 168
Japetus deus 487
Jares fluvius 408
Jaſo & multa millia Martt. Romæ 543
Iconium 50. 420
Iconii ep. Amphilochius 156
Celſus 514
Theodorus 419
Iconii Synodus de baptiſmo 555
Ictus paſſionis 186. 198. 207
Idolorum origines 70
Jecur in ſacrificiis 397
Jejuniorum ſuperpoſitio 197
*Jeremias* m. 290
Ἱερονηγυρος 491
Jeroſolyma, unde dicta Ælia? 289
Jeroſolymæ epiſc.
Alexander m. 212
Jacobus 2. 3
Martyrius 375
Maximus 276
Mazabanes 155
Narciſſus 212
Symeon 5. 6
Jeroſolymæ obſidio Jacobi necem ſubſecuta 5
Jeroſolymorum loca viſitat S. Alexander 212
Ignatius Lojola, quantum ex lectione Actorum Martt. profecerit VI. VII
*Ignatius* ep. m. XVII. XXXVI. 7. 8. &c. 25
in Britannia celebris 7
Ignatius m. Afer 175
Illyrici præſes Dulcetius 348
Ilus Rex 130
Imago S. percuſſa ſanguinem fundit 488
Imaginem Chriſti Imp. Alexander ſervabat 156
Imola urbs 468
Imperatoris feſtum 265
Imperatorum feſta 322
Impp. tituli 269
Imperium quando primo diviſum in 2. partes 295
Impoſitio manuum adhibita in ep. Alex. conſecratione 152
Impoſitio manuum ægris a Laico, & eam ſecuta ſanatio 296
Incarnatio 174. 230
Inciſa-petra arx 64
Incognitus lapſus 33
Incumare quid? 263
Indiculus Romanorum Martt. 540
Indulgentia rei in Vicennalibus Impp. 279
Indulgentiæ libelli a Martyribus dati 154
*Infans* m. cum Romano 317
Infantes mm. 548
Infantibus communio ſub unica ſpecie 173
*Ingenuus* m. 206
Injuriæ, earum oblivio 182
memoria damnabilis 209 & ſeqq.
pro Chriſto honorant 458
Innocens, ſeu Innocentius m. 239
Innocentes mm 319. 548
Inſtrumenta varia ad torquendos Martyres XXVIII. 546
Integri qui dicti? 205
Interceſſio Sanctorum 75. 102. 169 & ſeqq. 307. *vide* Sancti.
Inventio SS. XL. Mart. 459
Joachim Rex. 271
Jobi elogium 180
Jocundus m. 85
*Johannes* Ægyptius m. 293
Johannes Apoſt. 8. 25
Theologus 457
Cerinthum fugit 85
Romæ paſſus xxx. 2
Johannes Baptiſta 2
Ejus feſtum 542. 545
Reliquiæ 507
Johannes Chryſoſtomus 448. 535
ejus mors 444
Johannes & Cyrus mm. 52

Johan-

Johannes m. 269
Johannes m. Romæ 543
Johannes m. Romæ cum Paulo xvii xx. 347. 507. 548
Johannes m. Sebaſtæ 459
Johannes duo ep. Perſæ mm. 501
Johannes Sardius ep. 208
Johannes Tyrannus 540
Jonas m. 596
Jonica vidua 329
Jonilla m. xx
Jordanorum cœmiterium 541
Joſeph m. Perſa 501
Joſephus cum Hegeſippo conciliatur de martyrio S. Jacobi 3
Joſſoranus ſeu Junius Soranus dux 529
Jovianus Imp. conſ. 506
Jovianus Lector m. xxii
Jovianus m. 522
Joviani milites 520
Jovinus 409
Iraca 497
Irais m. *vide* Herais.
Irenarcha quid? 28. 39. 238
*Irenæus* ep. Lugd. m. & ſoc. 24. 32. 38. 42. 51. 54. 61
utrum ejus acta ſincera ad nos uſque pervenerint 62
*Irenæus* ep. Sirmii m. 61. 356. 359
Irene m. CP. 347
*Irene* V. & m. 346. 415
Iſaac ep. 241
Iſaac ep. m. 501
Iſaias m. 290
Iſaias proph. m. 335
Iſaure urbs 420
Iſauriæ præſes Alexander 420
*Iſchyrion* m 207
Iſdegerdes Rex 530
*Iſidorus* m. 160
Iſidorus m. in Chio xx
Iſidorus Xenodochus 203
Judas frater Domini 6
Judas ſcriptor xLi
Judææ præſides, Albinus 3
Feſtus *ibid.*
Judæi, quodnam ſacrificium apud eos vetitum 400
ipſis imagines inviſæ 103
jurare per Cæſarem nolunt *ibid.*
apud eos ſeptem ſectæ 4
refutantur 224
Roma expulſi ſub Claudio xxviii
Chriſtianis infeſti xxviii xxxiii Lxix. 2. 498. 501
eorum clades pluſimæ ſub Tito xxv
Judæorũ nomine primitus & Chriſtiani deſignati. xxviii. xxxii. 307
Judex & plebs converſi ob miraculum 429
Jugis Pſalmodia in monaſteriis 238. 240
Julia m. 275
Julia m. Lugduni 51
Julia V. & m. 397
Julia ſeu Julitta V. & m. 303
Juliana m. xxxi. 548
Juliana Vidua 411
Juliana V. & m. 430
Julianus 190
Julianus apoſtata olim lector 232. 523. 516
templum quod Mamanti molitur ſtare non poteſt 232
ſalvatus ſub altari 513. 514
Juliani incantationes 548
ejus perſecutio 506. 523
mors 519
— prædicta 513. 518
Julianus comes Orient. 507. 516. 520
ejus uxor fidelis 523
ejus mors funeſta 518. 519. 523
Julianus ep. 100
*Julianus* m. 105
Julianus ſeu Julianus m. 459
Julianus m. Antinopoli 475
Julianus m. Arvernenſis 406
Julianus m. Bellovaci xx
Julianus m. Brivata 406. 408
*Julianus* m. Cappadox. 292
*Julianus* m. Cilix 471
Julianus m Legione xix
*Julianus* m. Romæ 21
Julianus &c. mm. 304. 475
*Julianus* &c. mm. Afri. 201
Julianus Presb. 290
*Julitta* m. 453
Fons ad ejus ſepulcrum 454
*Julitta* & *Cyricus* filius mm. 419
eorum cultus in Galliis perantiquus *ibid.*
*Julitta* ſeu Julia V. & m. 303
Julius ſeu Julia m. 413
Julius adoleſcens m. 482
Julius Africanus 20
*Julius* m. 482
Julius m. &c. 394
Julius m. Lugd. 51
Julius Papa 541
Julius Proclus Quintilianus Aliæ procoſ. *vide* Quintilianus,
Julius procoſ. 486
Jungbericus Rex 526
Junius Bubulcus cenſor 486
Junius Soranus ſeu Joſſoranus dux 529
Junius Tiberianus coſ. 263
Jupiter, ejus ſepulcrum 230
ſcelera 305
Juramentum militum juſſu Conſtantini m. 522
Juramentum per ſimulacra 58
per caput Imperatoris 103
per genios publicos aut Imperatorum Lxii
per ſalutem Imperatorum. 485
Juramenta ad SS. ſepulcra Lxvi. 218
Jurare an Chriſtianis licet Lxii. 28. 40. 102. 435
an Judæis 103
Juridicus 439
Juris ſtudium Beryti celebre 281
Jus prætorium 331
Juſta m. 51
Juſtina V. & m. 272. 430
Juſtina V. & m. Patavi 430
Juſtinianus Eccleſiam S. Pantaleonis reſtituit 230
*Juſtinus* m. 21
*Juſtinus* Philoſophus m. 45
ejus Acta vindicantur 45
Apologiæ confuſæ 43
ea de re a ſe ſcripta retractat Papebrochius 47
Apologia ejus ſecunda cui oblata xxxvi. 43
Juſtinus alter m. 49
Juſtinus comes S. Laurentii 169. 543
Juſtinus præſes 368
Juſtus m. 412
Juſtus ſeu Juſtinus adoleſcens m. Lix
*Juventinus* m. 523

K.

KAlendaria, multa de his xiv & ſeqq.
Kalendarium Burgundicum xx
Carthaginenſe 541
Romanum 541
Kalend. Greg. Thaumaturgi xLviii
Kalendarium Tertulli 175

L.

LAbarum 520
Labicana 541
Lacerna quid? 189
Lacrymas terra emittit 288
*Lactantius*, ſeu Lactantius m. 78
Lætus præfectus xLi. 100
Laicus manum imponit ægris, eoſque ſanat 296
Laici multi mm. in Numidia 198
Laicis an licet concionari coram epiſcopis 114
Lambeſæ ep. Puſillus 198
Lampſacum urbs 154
Laminæ ardentes 146
Lando ep. 239
Laniſta quis? 84
Laodiceæ ep. Euſebius 153. 154
Sagaris m. 35
Laomedon Rex 530
Lapidationes extra urbes 3
Lapſi 53. 57. 58. 60. 154
divinitus puniti Lxiv. 155
a Martyribus libellos indulgentiæ obtinebant 154
Larandis ep. Neon. 214
Lares Dii &c. 169
Largus m. 541
Latomiæ 146
Latriæ cultus Lxviii
Latronianus 361
Lavinium urbs 145
Launebodis 118
Laurentinus m. 175
Laurentius m. Numida 394
*Laurentius* m. Romæ 144. 162. 322. 541. 542. 543
Romæ Archidiaconus 162
ejus feſtum 163. 540
Laus perennis 238. 240
Lectio in carcere a Mart. 153
Lectionis S. aſſiduitas 350
Legati Cæſaris, alii conſulares alii prætorii 6
Præſides dicti 202
Legio, in ea quot milites? 241. 242
Legio Felix ſeu Thebæa 238
Fulminatrix xL
Mart. Arvernenſium Li
Marmaritanorum 424
Tironum *ibid.*
Trajana 265
Legio urbs Angliæ xix
Legio urbs Hiſpaniæ 265
Legio Provincia xLiv
Legionis præſes *ibid.*
Legitima coctio Lvi. 270
Legitima quæſtio 326
Legitima tormenta, majora 326. 470
Lemannus lacus 248
Lemnus ſeu Leninus aut Linus m. 119. 122
Lemovicenſis ep. Martialis 108
*Leo* m. 478
Leonis Allatii judicium de anima Samuelis evocata 124
Leocadia V. & m. xxxv
Leonicus m. 427

Leo-

*Leonides* &c. mm. xLI. 100
Leonilla Chriſtiana 69. m. xx
Leontius *vide* Leucius Brundus.
Leontius m. xIx. xxII
Leontius m. Sebaſtæ xxI. 419
Lepidus 525
Lethes fluvius 308
Leucius 203
*vide* Lucius.
Leucius ſeu Leontius Brunduſious m. xxII
Leucon conſiliarius 484
Leucothea 130
Lex. Leges adverſas Chriſtianos xxIV. xxV. xLI. LIV. 50. 72
Libanienſis civitas Heliopolis 236
Libellatici 254
Liberalis m. Romæ 543
*Liberianus* m. 50
Liberius Papa fidei a prædeceſſoribus acceptæ tenaciſſimus 540
Liberum arbitrium 222. 387
Libri ſancti adorati 75
ab igne miſe ſervati 339
eorum canon 115
Licinii perſecutio 458. 459
Lictor, loco apoſtatæ ſe ſubſtituens m. 464
Limbus quid? 94
Limbus puerorum, patrum 93. 94
Liminiaous m. LI
Lingonum ap. Deſiderius m. Ix
Reynaldus 232
Lingonum Patronus S. Mamas 232
Lingua præciſa loquitur Romanus m. rectius quam prius 316. 317
Lites an Chriſtiani moveant? *vide* Chriſtiani.
Liturgia ex Juſtino. 48
Loca S. ab Hadriano violata xxIII. viſitat S. Alexander xxxIV. 112
Logiſta quis? 274
Lollianus Procoſ. e 30. tyrannis 478
*Longinus* m. Maſſiliæ 255. 260
Lora 146
Lotharius Auguſtus Ix. 172
Lucania 324
recta a correctore 365
Lucanus acolythus 203
Lucas Evang. m. 542
Lucia mulier Lugd. 67
Lucia m. 542
Lucianus 203
Lucianus m. 542
Lucianus m. Bellovaci xx
*Lucianus* & alii mm. 240. 241
dicti ſancti notarii 241
Lucianus Presb. dein epiſc. Carthag. 208
*Lucianus* Presb. m. 276. 442
Lucianea verſio S. Scripturæ 443
Lucilla factioſa femina Lxvii
Lucilla m. 542
Luci..a an Lucilla aut Lucina m. 543
Lucitas m. xIx
Lucius curator 332
Lucius ep. Adrianop. 363
Lucius ap. Auſaſæ 203
Lucius ap. Caſtri-Halbæ *ibid.*
Lucius ep. Membreſæ Conf. 203
Lucius ep. Thebeſtæ *ibid.*
*Lucius* ſeu Leocus m. 200
*Lucius* m. Romæ xvII. xxxv. 44
Lucius &c. mm. 200
Lucius &c. mm. in Metallis 278
Lucius & Victuricus mm. 542
Lucius Papa 542
& m. 577
Lucius Presb. 153
Ludi Caſtrenſes 83
Ludi, munera dicti 126
Lugdunenſis Provincia a Legatis adminiſtrata 52
Lugdunenſes epiſc.
Ætherius 62
Eucherius 55. 237
Irenæus 51. 61
Patiens 473
Pothinus 51. 55
Lugdun. Martyres xxxvI. LxxxvII. 50. &c. 62
Lugdunenſis Mercatus 57
Luna verſa in ſanguinem 314
Lupercus m. 413
Lupicinus conſul. 409
Lupus ep. 124
Lupi Arabici, ſanguinis voraces, &c. 504
Lycaonia urbs 50
Lycaoniæ comes Domitianus 420
Lycia 120. 233
Ejus præſides, Lollianus 478
—— Lyſias 233
Lycopolis ep. Meletius 293
Lycus fluvius 399. 401
Lydia 120
Lyſias 375
Lyſias præſes 233
Lyſimachus m. 459

M.

*Macar* m. 206
Macarius Arianus 510
Macarius gentilis 515
Macarius m. 51
Macarius Presb. Antiochenſ. m. 507
Macchabæi mm. 219. 335
eorum feſtum 322. 540. 542
Macedon 136
Macedonia m. 118. 123
Macedonius ep. CP. 142
*Macedonius* m. 509
Macellum, villa 516
Maclovienſis eccleſia S. Vincentio dicata 353
Macra V. & m. Lx
*Macrid* tumulus S. Euphemiæ 430
Macrianus Magorum archiſynagogus L
Macrobius Candidus ſeu Candidianus 190
Macrobus m. 542
Mænades mulieres 301
Magia Chriſtianis impacta 96. 97
Magia dæmones evocari 541
Magi Perſæ ſacerdotes 498
Magorum & Sacerdotum invidia in Chriſtianos. Lxiii
Magiſtrianus m. 352
Magnelianus curator 313
*Major* m. 339
Majulus m. 541
Majuma urbs 509
ejus ep. Zeno *ibid.*
*Malchus* m. Cæſareæ 212
Malloſus m. xx
Malloſus m. in Bertunanſi oppido ſepultus 240
ab Uſuardo cum Gereone confunditus *ibid.*
Malus, vicus Galatiæ 299
*Mamas* m. 231
in Germania celebris 232
Mamas & Baſiliſcus m. 233
Mamertus ep. 405
Mamilia m. 51
Mamilianus m. 262
Mammarius &c. mm. 189. 304. 542
Mammas m. 232
ejus eccleſia prope Vspincum *ib.*
Mampes ſeu Mamas m. 232
Manatho V. & m. 287
Manes hæreticus LII
Manganæa regio 292
Manichæi Acta falſa Martt. fingunt 410
Mappalia locus 178
Mappalienſis via 190
Mappalicus m. 175. 541
*Marcella* m. 502
Marcella &c. mm. Romæ xvI
Marcellianus m. Romæ 543
Marcellina V. 150. 336
Marcellinus m. xvIII
Marcellinus Papa 541
Marcellinus puer m. 264
Marcelloſa m. 202
Marcellus Conf. 157
Marcellus cuſtos perſonarum converſus 438
Marcellus ep. m. 538
Marcellus m. xIx
Marcellus m. Cabilone 63
Marcellus m. Romæ xvII. 543
*Marcellus* m. Tingi 264
Marcellus Papa 540
Marcellus Presb. 225
Marcianus 375
Marcianus, ſeu Marcus 32. 38
Marcianus & Martyrius mm. 141
*Marcianus* & Nicandes mm. 482
*Marcianus* m. 140
Marcianus m. in Ægypto 275
Marcianus notarius 420
Marcianus præſes 478
Marcion hæreſiarcha 25
Marcius, ſeu Marcion 398
Marcus Aurelius Imp. dictus Antoninus Verus 37
filii Cæſares 43
Ejus edict. contra Chriſtianos 69
— Perſecutio xxIV. xxxV. xxxVI
Marcus ep. Arethuſienſis 508. 514
Marcus ep. Arinæ m. 486
Marcus Evang. 155
M. xxxII
ejus pallium 555
Marcus m. in Ægypto 275
Marcus m. Romæ 543
Marcus Papa 542
Marcus *vide* Marcianus.
Mareabdes chorep. m. 502
Mareas ep. m. 501
Mareotæ 153
Mareotica præfectura 157
*Margarita* m. 339
Maria, mater Mariani 299
Maria Ægyptiaca Ix
Maria Cleopæ filia 6
*Maria* ſanctimonialis m. 339
Mariamnes vicus 236
*Marianus*, ſeu Marinus m. 193. 545
*Marinus* miles m. xxv. 230
Marinus ſanctus 542
Maris monachus 444
Marius m. xxxIV
Marmaritanorum ragio 424
Maronis fons 308
Maronium vinum *ibid.*
Martia forum Romæ 23
Martha forum Smyrnæ 122

Martha m. xxii
Martialis 291
Martialis ep. 208
Martialis ep. lapſus XLVIII
Martialis m. Afer 375
Martialis m. Cæſaraug. 413
*Martialis* m. Cordubæ 411.470
*Martialis* m. Romæ 22. 23. 541.542
Martialis m. Scillitanus 75
Martianus conſularis 129
dein Pamphyliæ præfect. 131.132
Martinianus m. XVII. 543
Martinus ep. 124
falſum Martyrem detegit LXVII
*Martinus* m. 339
Martini domus Romæ 49
Martyr anonymus 45
Alius anonymus 269
Martyr *anonymus Græcus* XVII
Mart *apibus expoſitus* XLVIII. XLIX
alius miræ caſtitatis XLIX
Martyres *aliquot vix noti* 540
Martyres *triginta tres* XXIII
Martyres VII. *fratres* 21. 22
Martyres XXXIV. *cum S. Alexandro* Lugd. 63
Martyres V. *cum Apollonia* 429
Martyres *cum S. Benoſo* 522
Mart. XII. *cum S. Polycarpo* 31.37
Martyres *cum S. Stefano* 1
Martyres *a S. Theodoto inſtituti* 296. 298. 299
Mart. an 12. filii S. Marcelli 265
Martyres *ſub Barthocheba* 48
Martyres Cæſariano gladio occiſi *ſub Nerone* 2
Martyres *multi ſub eodem* XXVIII. XXIX. 2
Martyres *multi ſub Domitiano* XXIX. XXX. &c.
Martyres *ſub Trajano* XXIV. XXXI
Martyres *ſub Hadriano* XXXIII
Martyres *ſub Pio* XXXIV. XXXV
Martyres *innumerabiles ſub Marco* XXIV. XXXIX. 50
Martyres *ſub Severo* XXXV. XL
Martyres *ſub Caracalla* XLIV
Martyres an ſub Alexandro? XLV
Martyres *ſub Maximino?* *ibid.*
Martyres *ſub Decio* XLVI
Martyres *ſub Gallo* XLIX
Martyres *ſub Valeriano* L. LI
Martyres *ſub Aureliano* LI. LII
Martyres *ſub Caro* LIII
Martyres *ſub Diocletiano* &c. LV. & *ſeqq.*
Martyres *ſub Galerio* LIV. LVI
Martyres *ſub Herculio* LV
Martyres an *ſub Conſtantio in Gallia?* LIX
Mart. *ſub Maximino Daza* LVII
Martyres *plures ſub Maxentio & Maximino* 276. 277
Martyres *ſub Licinio* 459. 460
Martyres *ſub Juliano* 507
Martyres *duo ſub Juliano* 519
Martyres *ſub Plinio Secundo* XXV XXXIV. 51
Martyres *ſub Iſdegerde Rege* 497
Martyres *plures Adiabeni* in Perſide 501
Martyres *in Ægypto* 294
Martyres *innumerabiles in Ægypto* ſub Severo 200
Mart. *innumerab. in Ægypto* 277
Martyres *plures Ægyptii Epiſcopi* 276. 277. 444
Mart. *Ægyptii ſub Maximino* LVII
Martyres XXXVII. *Ægyptii* 488
Martyres *multi in Ægypto* 106. 153. 273. 278. 294
Martyres *multi in Africa* XLVII. 85. 174. 175. 176. 194. 207. 278
Martyres *quidam Africani* 495
utrum XX. Martyres ab Auguſtino memorati. *ibid.*
Martyres XXIV. forſan *Maſſilitani paſſi in Africa* 412
Martyres *multi Alexandriæ* XLI. 200. 204. 259. 273. 274. 532. 533
Martyres *Antiochiæ* 274. 275
Martyres LXX. *Apameæ* 340
Martyres *in Arabia* 274
Martyres *Arvernenſes* LI
Martyres XXV. *Auguſtani* 401
Martyres *in Belgica* LX
Martyres *in Burgundia* XXXVIII
Martyres *Byſantini* XXXVIII
Martyres *in Bythinia* XXXIII
Mart. XVIII. *Cæſaraugaſtæ* 411
Martyres *innumerabiles Cæſarauguſtæ* 412
Martyres *in Cappadocia* 274
Martyres L. item CCCXVIII. *Coloniæ* 239. 240
Martyres X. *Cretæ* XXI
Martyres *in Galatia* 298
Martyres *multi in Gallia* 256
Mart. *complures* ſub Juliano paſſi *in Gallia & alias* paſſim 507
Martyres XXVI. *Gothi* 526
Martyres *plures in Gothia* 525
— fuere Catholici 524
Martyres XX. *Hippone* XV. XVI. 338. 494
— utrum iі ipſi qui Tarſi in Cilicia paſſi fuere 494
Martyres *in Illyrico* 294
Martyres *Lugd. cum Pothino* 50
— multi fuere 63
— quo nomine occiſi XXXVII
Martyres *Lugd. cum S. Irenæo* 62
Martyres *in Libya* 294
Mart. XXIV *Maſſiliæ* paſſi 256. 412
utrum Victoria tempore 256
Martyres Maſſilitani ſeu Maxulitani 412
Martyres *multi in Mauritania* 271
Martyres *in Meſopotamia* 274
Mart. XXXIX. *in Metallis* 276
Martyres CXXX. *Ægyptii ad Metalla damnati* 286
— alii 288
Mart. in Metallis, *vide* Metalla.
Martyres *in montibus vagæ ſub* dio 310
Martyres *Neocæſareæ* XLVIII
Martyres *multi Nicomediæ* LV. 269. 270
Martyres *multi in Numidia* 198. 198. 199. 333
Martyres XXXIX. *Palæſtini* 294
Martyres *in Palæſtina* 271. 278
Martyres XL. *in Pannonia* 359
Martyres *in Perſide* 530
Martyres XL. *in Perſide* *ibid.*
Martyres C. *in Perſide* 500
Mart. CXXVIII. *in Perſide* 504
Mart. circiter CCL. *Perſæ* 502
Mart. XVI *millia in Perſide* 502
Mart. XXX. *millia in Perſide* 497
Mart. CLX. *millia in Perſide* *ibid.*
Martyres *innumerabiles in Perſide* 500. 501. 502
Martyres XII *Philadelph.* XXXIV
Martyres *Philippis* XXXI
Martyres *in Ponto* 275
Martyres *multi Remis* 409
Martyres *Romæ* 162
Martyres *Romæ ſub Decio* 176
Martyres LX. Romæ 545
Martyres LXX. Romæ 527
Martyres CL. Romæ XVI
Martyres DL. Romæ *ibid.*
Martyres CCLXII. Romæ in uno loco, & alii CXXII. cum S. Blaſtro, alii XLVI. a Juſtino ſepulti, aliorum multa millia cum S. Cornelio, item multa millia cum S. Jaſone; item cum ſancta Agoeia 543
Martyres *multi Romæ* 169
Martyres *innumeri Romæ* 145
Martyres *innumeri Romæ* Ignatii XVI
Martyres *Scillitani* 72. &c.
Martyres XL. *Sebaſtæ* 458
Martyres *Sebaſteni* 459
Martyres LXII. *Sirmii* 432
Martyres LX *Suffectani* 532
Martyres *in Syria* 294
Mart. *multi in Thebaide* 275. 272
Martyres *Tuburbitani* 396
Mart. *innumerabiles ubique* 294
Martyrum *populus in Africa* L
— Romæ 145
— Lugduni 52
Martyrum innumerabilis populus L
Martyr, Martyres:
Martyris titulus 323. 333. 347. 430. 541
Martyres qui ſic dicti? 176
Martyrum quatuor ſpecies apud Græcos 495
Martyres veri a falſis diſcreti LXVI. LXVII
Martyris dignitas 328
Martyris gloria, paſſio 88. 327
Martyrum paſſionum varia genera XXIX. XXXV. XLVI. & *ſeqq.* XLVII. LVI. LVII. 146
Martyrum mira patientia XLII. & *ſeqq.* 27. 32. 33
— Arcadii m. 467
Martyrum patientia quidam converſi LXV
— Ex his Juſtinus m. XXXIII 47
Martyres divinitus confortati LXIV
— eorum pœnæ per Angelos minutæ 315. 316. 139. 327. 323. 333. 369. 370
Martyr tormenta non ſentire 139. 291. 309. 316. 318. 321. 328. 329
— alia caro patitur in Martyribus 207
— in Martyribus patitur Chriſtus 86. 96. 260. 261
Martyres beſtiæ non audent attingere 12. 16. 271. 392
Martyr mire ſanatus 55. 383. 514
Martyrum mors, eorum victoria LXIV. 457. 477
— mors non ulciſcenda 533
Martyres coronati ſeu conſummati XLVII. 176
— deſignati XLII
— vindicati LXVI. LXVII
Martyrum corpora mire ſervata 292. 308. & *ſeqq.* 328. 334. 335
— coemta 254. 494
Martyres ſepulti cum Judæis 410

Martyrum multitudo afferitur XII. & ſeqq. XXII. XXIII
— teſſera Eccleſiæ XXIII
— probat Eccleſ. veritatem 204
Martyres plurimi concilio Nicæno interfuere 460
Martyrum prærogativæ LXV
Martyres teſtes Chriſti ibid.
— ejuſque Divinitatis. vide Chriſtus Deus & ſeqq.
— & SS. Trinitatis. vide SS. Trinitas.
Martyres aſſeſſores Chriſti LXV 107. 154
— cum ipſo judicaturi ibid.
Martyrum ore Chriſtus loquitur 438
Martyres libellos indulgentiæ dabant 154
Martyrum commemorationes 175
Martyrum geſta commemorare, utile 449
— depicta 431. 448
—— vide Picta.
Martyrum noſtratium commemoratio gratior 449
Martyrum feſta LXVI. 20. 29. 31. 37 322. 360. 427. 438. 448. 530
Martyrum cultus, orationes LXVI. LXVII. 192. 335. 427
— vide Cultus, Reliquiæ.
Martyrum cultus ab Epiſcopo ſtabiliendus LXVII
Martyres certi, etſi incerta acta, colendi ibid.
Martyres imitatione honorantur 477
Martyrum interceſſio 140. 170
— pro illorum injuria LXV. LXVI
Martyribus ſacrificium non offertur, nec eis eriguntur altaria LXVIII. 191
Martyrum tumulis altaria impoſita LXV
Martyres pro diis haberi putabant pagani 270
— ſicut & calumniabantur Manichæi LXVII
Martyrum Acta diligenter ſcripta 2. 179
— publice & privatim lecta IV. VI
— quomodo vitiata ibid.
—— ab hæreticis 420
Martyrum veterum Acta qui collegere VII. &c.
Martyrum acta falſa igni addicta LXI
Martyres & Martyria hæreticorum LXVI. LXVII
Μαρτύριον quid? 301
Martyrium baptiſmus LXIV. 89. 97. 444
— peccata delet LXIV. LXVI
— eſt pro purificatione LXIV
— ab odio impeditur 209
— eidem non ſeſe objiciendum LXVII. 28. 33
Martyrius ep. 375
*Martyrius* m. 533. 534
Martyrius &c. mm. 141
Martyrologia vetuſta XVIII
eorum autoritas LXI
Maruta ep. 497
Maſſa-Candida 175. 542
Maſſa-Candida ſeu Maſſa-Sancta mm. 418
Maſſaria m. 542
Maſſila urbs 412
Maſſilia 244. 255
Ejus Epiſc. an Victor? 255
Maſſilus m. in Africa 412
Maſſyles ibid.
Maſſylitani, ſeu Maaulitani mm. ibid.
Mater cum 2. pueris m. 398
Matris Chriſtianæ exemplar. 71. 199. 205. 319. 465
Materna m. 52
Matiſconenſis eccleſia S. Vincentio dicata. 323
*Matrona* duplex m. 339
*Matrona* V. & m. 303
*Maturus* m. 52. 54. 56
Matutinus hymnus 537
Mavilus m. XVII
Maupres quid? 502
Maures ep. m. 501
Mauricius m. XIX
*Mauricius* &c. mm. 237
Mauricius &c. mm. Apameæ 240
Mauricius m. Pinarioli celebris ibid.
Mauris m. XXII
Mauritania Tingitana 265
Maurus m. Antinoi 428
Maurus m. Romæ XVII. XXIII. 543
Maxentii tyrannis LVIII. 277
Maxilla m. 359
Maxima m. 78. 396
Maximiani Herculii mors 244. 255
perſecutio LV
Maximianus Galerius, præcipuus perſecutionis Dioclet. auctor LIV. 268
ejus crudelitas LVI
Maximianus m. XX
*Maximianus* ſeu Maximus m. 339. 344
*Maximilianus* m. 262
*Maximilianus* ſeu Maximianus m. 519. 520. 543
Maximiliani tres mm. Hiſp. 520
Maximinus ſeu Maximus ep. 216
Maximinus m. 523
Maximinus ſeu Maximianus m. 133
Maximini perſecutio & crudelitas XLV. XLVI
Maximini Dazæ tyrannis LVII. 277. 280
fit Cæſar. LVII
ſeipſum Auguſtum facit 275
ejus natale 283
perſecutio LVII
Maximini & Maximiani nomina confundunt Græci 103
Maximus ſeu Maximianus 361
Maximus acolythus 203
Maximus beneficiarius 391
Maximus Conf. 276
Maximus ſeu Maximianus ep. 219. 220. & ſeqq.
Maximus ep. Abitinæ 339
Maximus ep. Alex. 254
Maximus ep. Conf. 276
Maximus ſeu Maximianus m. 262. 263
*Maximus* m. in Aſia 132
Maximus m. Italicus utrum extiterit ibid.
Maximus m. Mediolani celebris 240
Maximus m. Romæ 543
Maximus Philoſophus 156
Maximus præſes 437. 484
Maximus præſes Ciliciæ 376
Maximus præſes Mœſiæ 482
Maximus Presb. 556
Maximi cœmiterium 545
Maxula urbs 418
Maxulitani mm. 541
Maxys tribunus 287
Mazabanes ep. 515
Medardus ep. 124
Medea 432
Medicones 299
Mediolani ep. Simplicianus 533
Meetis civitas 537
Μεγαλομάρτυρες 310. 491
Melaſippus m. XX
Meletius ep. 522
erga eum Antiochenorum affectus 442
Meletii ep. ſchiſma 293
Melicertes deus 530
Melitina regio 270
Melitinæ ep. *Acacius* m. 128
Melito ep. XXXVIII. 25
ejus apologia ibid.
Meliton. m. 459. 465
Membreſæ ep. Lucius 203
Memmia m. 541
Memoria quid ſit? 301
Memoria & Memoriales 343
Memphis urbs 107
Menander m. 488
Menander Presb. 232
Menas m. XXI. XXII
Menas m. Ægyptius LIII
Meneus m. XXI
Mennas m. XVII
Menſa ſacra 149
Menſa S. Cypriani 178
Menſurius ep. 337. 346
Merum ſeu Myrum urbs 109
Mercatus Lugdunenſis 57
*Mercuria* m. 106
Mercurius m. XXI
Merida urbs 397
Merita 31. 69. 198. 360. 366. 410
Meritoriam 323
Meſſana urbs 314
Metalla Ciliciæ 286
Palæſtinæ 282. 285. 286. 293
In Phœno 276. 284
Sigueoſe 578. 203
Thebaidis 287
Metallis Confeſſores damnati 276
XCVII. viri, &c. torti & ad metalla damnati 285
Methodius ep. m. XXI
*Metra* ſeu Metranus m. 104
Metrodorus miles 308
Metrodorus m. Marcioniſta 116. 127
Michallius m. 459
Μιαροί ſacerdotes idolorum. 553
Migdon ſeu Miggen m. XIX
Migdonius, ſive Mecedunius 192
Migdonius m. ſub Diocletiano.
Milas ſtationarius 295
Milites, eorum ætas 264
teſſeræ 263
a pœnis exemti 385
Milites beneficiarii 391
Herculiani & Joviani 320
Principes ſeu Principales 286
Milites Chriſtiani 264
eorum juramentum ſub Conſtantino magno 522
Militum Chriſtianorum a Juliano deceptorum egregium facinus 307
Milites L. mm. 239
Milites LXX. mm. 240
Militares qui? 274. 376
Militares dignitates 242
Militia an Chriſtianis permiſſa? 264. 565

Militia cohortalis & Caſtrenſis 230
 Provincialis 473
Militiæ tirones menſurati & ſignati 262
Millenarii 160. 174
Milles ap. m. 502
Milles & a. alii mm. 502
Miltiades Papa 541
Mimithemela ata 236
Minerva 403
Miniſteria eccleſiæ 365
Minucius Fundanus XXIII
Minucius Timinianus Procoſ. 83
Miracula in Actis Martyrum *paſſim* 288
Miracula ad ſepulcrum
 S. Hippolyti 549
 S. Mamantis 231
 in paſſione Theodoriti 528
  Bonoſi & Maxim. 528
 ad virginem in quam S. Leonis corpus dejectum 481
Miraculis Chriſtiana religio probatur LXV. 154
 His Eccleſia diſtinguitur ab hæreticorum ſectis *ibid.*
Miraculoſa lux 303. 307. 327 332. 438
Mirapicenſis eccleſia S. Mauricio dicata 239
Miſſicii qui? 376
Mitellæ Virginum 287
Mocius ep. m. 508
Mocius m. XXII
 in ejus Baſilica Synodus Epheſina primum promulgata *ibid.*
Modeſtia Chriſtianorum XLIII
Modeſtus conſul. 559
Modeſti m. acta 189
Mœſiæ Præſes, Maximus 482
Monachi no non quibus datum? 432
Monachi VII. Conſſ. 535
Monachi a Gregorio magno eccleſiæ addicti ad opus Dei faciendum 337
 Ordinati, ordinis tituli donantur 428
 tempore perſecutionum vexati *ibid.*
 ad militiam coacti 524
Monaſteria,
 S. Afræ 399
 Acauno ſeu Agaunenſe 238 240
 S. Agnetis Romæ 402
 Athanacenſe 52
 S. Bartholomæi Fæſulis 482
 Bellilocenſe 80
 S. Benigni Divione 69
 Caſæ Dei 409
 Cæſareæ in Cappadocia 459
 S. Cornelii Compendii 74
 Deruenſe 284
 Doverenſe 80
 S. Euphemiæ Brixiæ 430
 S. Germani a Pratis 63. 68. 323
 Gorzienſe
 S. Marcelli Cabilone 63
 S. Nicaſii Remis 409
 In Perſide 531
 S. Phocæ CP. 498
 Solemniacenſe 233. 237
 S. Symphoriani Auguſtoduni 67
 Trenorchienſe 63
 S. Victoris Maſſiliæ 253
 Virzionenſe 80
Monica S. Auguſtini mater 278
Montanus hæreſiarcha 123
*Montanus* &c. mm. 200
Montanus Presb. m. &c. 359
M ntes ignivomi 120
Mopſueſtiæ ep Auxentius 374
Moralem (Philoſophiam) primus Socrates docuit 126
Mori pro Deo optimum bonum 500
Mors Chriſti in exemplum data 27
Mors pro Chriſto poteſt deſiderari 15
 Mors ſpiritualibus optanda 505
 Mors ſanctorum in Vet. Teſt. luctuoſa, in novo læta 446
Mortem ſibi inferre qui liceat 414
Mortui ſancti vivis opitulantur 215 *vide* Sancti.
Mortuorum corpora lota 159
Moyſes m. Romæ XVIII. 176
Mucapos 365
Muguas in Numidia 594. 596
Mulier ignota cum ſuis geminis m. Cirthæ 191
Munera, id eſt ludi, &c. 83
 Munerum dies, id eſt ſpectaculum extraordinarium 482
 Munus caſtrenſe 83
Munera immaculata, Euchariſtia 198
Muſæ Caſtalides dictæ, & Aonides 257
Muſæus fluvius 519
Muſatum pœnæ 146
Myſteriarches, diaconus 167

N.

NAbor m. 408
 Namacius ep. *ibid.*
Namnetes ep. Similinus 245
Nemphanion m. XIX
Narbonæ ep. Paulus 208
Narciſſus ep. 212
Narciſſus ar. m. 405
Narſes duplex 375
*Narthalus*, ſeu Nazarius, ſeu Narzales m. 74 &c.
Natale Getæ Cæſaris 79. 83
 Genii publici 292
 . Maximini 283
Natale genuinum 218
Natale genuinum & Cæſareum Impp. 261
Natalia ſanctorum ordinata 68
Natalis Conſ. XLII
Natalis epiſcopi, id eſt dies conſecrationis 83
Natalis Martyrum 45
Natalis S. Agnetis duplex 402
 S. Hippolyti 140
 S. Ignatii 10. 19
 Petri de cathedra 141
 S. Polycarpi 35. 37 42
Nativitas Chriſti 140. 541
Navale Gazæorum 509
Nautarum patronus Phocas, hincque pia conſuetudo 493
Nazareni pro Chriſtianis 330
Nazareth metropolis 287
Nazarius m. XXI. 408
Neapolis Macedoniæ 2
Neapolis Syriæ urbs 47
Nemeſianus m. 578
Nemeſianus puer m. XXI
Nemeſianus &c. mm. 171
*Nemeſion* m. 106
Nemeſis dea 230
*Nemeſius* m. 21
Nemeſſianus m. 543
Neochorus quid? 219
Neon ep. 214
*Neon* &c. mm. 235
Neophyti non admittendi ad eccleſiaſticas dignitates 180
Nepos Millenariorum auctor 160
Neptuni ſervitus 130
Nereus m. XVII. XXII. 543
Neronis perſecutio XXVIII
Nerſan apoſtata 231. 232
Nervus quid? 11. 94
Nervi 146
*Neſtabes* m. 308
Neſtor Conſ. 509
Neſtoriani an habuerint Martyres 497
Neſtorianorum Patriarcharum ſucceſſio unde deducitur 496
*Nicander & Marcianus* mm. 283
Nicaſius ep. m. 409
Nicer urbs utrum in Syria 137
*Nicephorus* m. 208
Nicephorus m. Palæſt. 287
Nicetas 29. 31. 34. 37
Nicetas m. 526
Nicolaus m. 419
Nicomachus apoſtata 135
Nicomediæ ep. Anthimus 270
 Ibi cœpit magna perſecutio Diocletiana LIV
Nicoſtratus m. 545
*Nilus* ep m. 293
*Nilus Ægyptius* &c. mm. 276
 an Parænetium auctor 276
Nilus ſcriptor 295
Nilus ſeu Nilopolis urbs 107
 Ejus ep. Chæremon. *ibid.*
Nimpha V. & m. 137
Niſibi ep. Jacobus 460. 496
Nobiles a plebejis per umbones diſtincti 149
Nobiliſſimi dicti filii Imperatoris natu minores 27
Nolæ ep. Maximus ſeu Maximianus 219
 Paulinus 214
 Quintus 228
Nomentana 542
Nomina in baptiſmo mutata 289. 290. 441
 SS. fidelibus impoſita *ibid.*
Nonnus m. 242
Notaria ſeu notoria quid? 206
Notarii 528
Notariorum tribunus 420
Notitia de oleo mm. Romæ in corpore quieſcentium 142
Nova-dominica 132
Novatianus 145. 154
Novatus & Novatianus nomine confuſi 154
Novatus 145. 154
Noviomi ep. Medardus 124
Noxii qui? 97
Numa Rex 169
Numerarii qui? 287
Numeria 175
Numerianus perſecutor LIII
Numidiæ præſes Florus 394
 an Anulinus *ibid.*
Numidicus m. 575
Nundinarius m. 548
Nuptiarum convivia per totam noctem 152
Nuſcia ſeu Nuſca m. 542

O.

OBlatio, Euchariſtia 174
 Oblias S. Jacobus dictus 4
Obriacus m 488
Oceanus Felix 339
Octavius m. 240
Octavus ſeu Octavius Felix 339

Octavus m. xxii 542
October m. 51
Octodorum 242
Octodori ep. Theodorus 241
Oculi Conf. effoſſi 271
Odium impedit martyrium 209. & ſeq.
Odor ſuavis e corpore S. Polycarpi 32. 37
ex Mart. Lugd. 56
ex aliis Mart. 168
Oecomenus ſeu Oecomenus m. 488
Oeconius ep. Maurienenſis; ab eo S. Urſi tranſlatio facta 244
Oedembourg urbs 439
Oedipus 33
Oetes mons 366
Offerre ſeipſum, vetitum eſt 188
Officium & officiales 340
Officium habebant Rationales 272
Ogetiſtyroa villa 373
Olea ex lampadibus ad ſepulcra Martyrum ardentibus aſſumta & tranſmiſſa 540. 143
'Ομοούσιον 161
Oneſicrates 136
Oneſimus m. xxi
Ophlias quid? ex Joſepho an dicendum Oblias? 4 ibid.
Opitimus Procoſ. 136
Optatus ep. utrum Carthagin. 85
Optatus m. 413
Optimus Procoſ. 133. 135
Optio quid? 84. 95
Oracula muta 209
Oratio brachiis in Crucis formam expanſis 192. 272
Oratio ſollemnis 219
Orbanus vide Urbanus.
Ordericus unde Vitalis dictus 239
Ordinationum tempore 228
Oreſtes 170
Oreſtes m. xxi
Orgia 264
Oriens late ſumtus habebat ſuas provincias 137
Orientis dioeceſis, Patriarchatus Antioch. 208
Orientis eccleſiæ a Petro &c. inſtitutæ 427
Origenes LII. 200. 201. 114. 115
an lapſus? XLVIII
Originale peccatum 274
Orion m. 488
Oroma viſio 84. 95
Oroſius 375
Oſeæ, tres urbes 323
Oſcula ante martyrium. vide Pax.
'Ουσιομάρτυρος 491
Oſius epiſc. LIX. 422
'Οσιώτεροι & Φιλοθεώτεροι Gallienus Imp. dictus a Dionyſio Alex. 160
Oſtia urbs 246

P.

PAchumius ep. m. 276
Pacis princeps, vide Irenarcha.
Paeon m. 42
Pagani qui? 153
Pagas urbs 281
Pagra oppidum ibid.
Palæmon, vide Polemon.
Palæſtina 220
Ibi ædificiorum tecta plana 4
Palæſtinæ Martyres 278. & ſeqq.
Præſides, Achæus 230
— Firmilianus 285
— Flavianus 278. 313
— Urbanus 279. 280. 284
Rectores dicti Conſulares 6
Palatium Carthagine 264
Palemo urbs 336
Palinodia 295
Palladium Trojæ & Romæ 269
Palladius ſpiculator 376
Pallium archiepiſc. 402
Pallium S. Marci 351
Pallium Chriſtianorum 431
Pallor deus 258
Palyna oppidum 358
Pamphyliæ præfectus Martianus 131. 132
Pamphylius 375
Pamphylus Presb. m. 276. 284. 289
De ejus vita Euſeb. ſcripſit tres libros 289
Panciarii milites 524
Pancratius m. 337
Olea 543
Solemniacenſis Monaſterii patronus 337
Pancratius Taurominii ep. & m. 337
Pancratus 368
Pandareria xxxi
Panemus menſis 286
Panis ſanctus 119
Pannoniæ præſes Amantius 437
Maximus ibid.
Probus 337
Panſius m. 488
Pantænus Alexandr. 114
Pantaleon m. 74. 230
ejus eccleſia a Juſtiniano reſtituta 230
altera pariter ipſi dedicata in Palæſtina ibid.
Panteſemon m. xxi
Pantherus m. 488
Papa ſeu Papas 189
Papa pro Epiſcopo 85
Papæ nomen cui tributum 148
Presb. datum 304
Pont. Rom. reſervatum 248
Papas ep. m. 501
Paphnutius ep. Conf. 276. 460
Paphnutius m. 428
Papianus ſeu Papinianus 485
Papias m. xxi
Papias ſeu Papa m. 488
Papias ſeu Papius m. 488
Papulus m. 26
Papyrius m. 25. 26
Paradiſi viſio 85
Paratonium urbs 153
Paregorius m. 478
Parantalia ſacra 320
Parentes, in eos pietas 366
Pariſienſes epiſ. Ceraunius 2x
Dionyſius m. 208
S. Germanus 67
Parius lapis 367
Parmenon 375
Parochi 145. 160
Paros inſula 209
Parthenius m. 541
Parthi & Perſæ iidem 8
Paſchæ controverſia 25. 61. 62
Paſicrates m. 483
Paſſio lecta ex conſuetudinis debito 238
Paſſiones lectæ IV. VI. 522
Paſſionis Dominicæ dies 268. 278. 540
feſtivitas annua 499. 542
Paſtor m. 418
Paſtoris ſub ſpecie Chriſtus depictus 82
Patara urbs 281. 478
Patermuthius m. 393
Paternus Procoſ. 188
Patiens ep. 472
Patientiam dando Deus Martyribus auxiliatur 378
Patrum confeſſio 302
Patriarcharum confeſſio 301. 302. 303
Patricius ep. m. 486
Patroclus m. xviii
Paula vidua exilii locum Domitillæ inviſit xxxi
Paulina m. Romæ 543
Paulina V. 430
Paulinus 114
Paulinus Conſul. LII
Paulinus ep. 214. 472
Paulinus m. 134
Paulinus Reliquias S. Nazarii olim accepit xxi
Paulus, vide Petrus.
Pauli ſapientia 435
Paulus Alex. 193
Paulus ep. CP. m. 141
Paulus ep. Narbonæ 108
Paulus ep. Neocæſareæ m. 460
Paulus ep. Perſa m. 502
Paulus Eremita XLVIII
Paulus m. 175
Paulus m. Ægyptius 488
Paulus Jamniæ m. 289
Paulus m. Palæſt. 286
proximus ſupplicio pro omnibus orat. ibid.
Paulus m. Romæ XVII. XX. 347. 507
Paulus &c. mm. 107
Paulus, Petrus &c. mm. 134
Paulus Samoſatenus 161
Pavimenta teſſellata 423. 424
Pauperes theſaurus Eccleſiæ 165. 171
Paupertatis amor 139
Pauſis ſeu Parſis m. 280
Pax ante martyrium 88. 98. 207. 208
Pax lapſis data a Mart. 107
danda imminente perſecutione XLIX
Pearſonii ſententia de S. Pionio impugnatur 116. 137
Peccatum originale 274
Pectines 246
Pedibulum ſeu Pediculum quid? 293
Pedum quid? ibid.
Pegaſius ſeu Pagaſius 383
Pegaſius apoſtata 512
Pelagia m. CP. 455
Pelagia m. Tarſenſis ibid.
Pelagia V. & m. 414. 455
ſeipſam præcipitat 417
Pelagiani 274
Pelagius m. 133
Pelagii II. epiſt. ſuſpecta 213. 214
Peleus epiſc. m. 293
Peleus Ægyptius m. 276
Peluſius m. 339
Peneus fluvius 130
Peregrinus ep. m. xxii
Perrennis Præf. Romæ 72
Pergamus urbs 54
Perge metropolis 378
Peritius menſis 289
Perpetua m. II. 77. 80. 179. 197. 541
Ejus martyrii tempus 98. 99
Perpetuus ep. 68
Perſæ, an Idololatræ? 497
apud eos Chriſtianiſmi initium 496
Perſæ Martyres plures ibid. & ſeqq.

Epiſc.

Epiſc. Abdas, Acepſimas, Barbaſimes, &c. 501. 502
Johaões, Sadoth, Symeon. 496. 504
Perſecutio Herodis Hieroſolymis xxvii. xxviii. 1
Athanarici 524
Barchochebæ xxxiii. 48
Byſantii a Cæcilio Capella commota xxxviii
Claudii xxviii
Decii 105. &c.
Diocletiani 267
Domitiani xxix. 8. 13
Galli 177
Iſdigeſdis 530
Juliani 506
Licinii 459
Marci 87
Neronis Romæ 2
Saporis 496. 498. 530
Severi xl
Trajani 6
Valeriani 216
Vararanis 530
Veſpaſiani? xxix
Perſecutio Diocletiana; ejus univerſalitas lvii. lviii
& crudelitas lx. lxi
an ſævit in Africa, Hiſpania, Gallia lix
ubi ſævit? lvii. lviii. 294
Perſecutio in Gothia nonua 528
Perſecutiones a Judæis adverſus Apoſtolos & fideles excitatæ xxviii
Perſecutiones Impp. ſingillatim expenduntur xxvi. & ſeqq.
Perſephone 305
Perſeverans m. 545
Peſſinus urbs 510
Peſtis tempore Chriſtianorum caritas martyrio æquiparata 158. 159. 182
Petecus m. 488
Petrenſes mm. 542
Petronilla filia S. Petri m. 543
Petrus præcipuus Apoſtolorum 220. 221
Petri cathedra Romæ 541
Petri cathedræ adhærendum 146
Petri natale de cathedra 541
Petri Apoſtoli uxor m. xxi
Petri & Pauli martyrium ex S. Clemente &c. 2 2
eam iis ingens multitudo a
Romæ occiſi xxix. 2
ibi eorum ſepulcra ibid.
eorum depoſitio 322. 540. 541
olea 543
Feſtum & Tranſlatio 545
dies natalis incertus 46
Petrus & Paulus Eccleſias Orientis inſtituerunt 427
Petrus Alex. 152
*Petrus* Abſelamus m. 288. 445
*Petrus* Balſamus m. 288. 445
*Petrus* ep. Alex. m. 276. 444
cum eo alii Epiſc. mm. ibid.
Petrus ep. Sebaſtes 459
*Petrus* &c. mm. 134
*Petrus* m. Nicom. 270
Petrus m. Romæ xvii
Petrus Preſb. Alex. 216
*Phaine* V. & m. 303
Pharus inſula, hinc ſpeculæ Phari, & reges Pharaones 226
Pherbuthe V. & m. *vide* Tarbula
Phiala in viſione 197
Phialæ frequenter in viſionibus 202
Philadelphia urbs 27. 39
*Phileas* m. ep. Thmueos lxiii. 272. 274. 276. 434.
Ejus Epiſtola de Mart. 273 274
*Philemon* m. 428
Philemon Preſb. 151. 155
Philippa Conſ. 348
Philippenſes mm. 26
Philippus Apoſt. 25
Philippus Aſiarcha 30 35
*Philippus* ep. m. 363
Philippus, Hermetis m. filius 372
*Philippus* m. Romæ xvii. 22. 23. 541
cum multis aliis 543
Philippus Præf. CP. 541
Philippus Trajanus Pontifex 32. 38
Philippi Impp. an Chriſtiani? 156
Philippi nummi 165
Philo 7
Philoſtimon m. 459
Philomelium urbs 27. 39
Philominus m. 55
*Philoromus* m. 272. 434
Philoromus Preſb. & m. ſub Juliano 515
Philotheus &c. mm. 284
Phocas m. xxi
Phocas ep. m. 490. 491
*Phocas* hortulanus m. 490
nautarum patronus 493
Phœnice, urbs Tripolis xix
Phogor mons 120
Photio Preſb. 300
Photinus m. Apameæ 240
Photinus *vide* Pothinus.
Phritigernes Rex 525
Phrontiſterium 436
Phrygia 58
Ejus præſes Amachius 509
Phrygum ſecta 153
Martyres lxvi
Plato m. xx. lx
Picta Martyrum geſta 148. 423. 431. 448. 461. 468.
Pictavi ep. Hilarius 114
Pierius an Martyr? 106
Pincis locus Romæ an & Nolæ? 215
Pinutas, ſeu Pimithas, Pythus, aut Pitinius m. 488
Pionius 32. 38
*Pionius* m. 26. 116. & ſeqq.
Piorum locus 366
Piſo Trajanorum ep. 529
Pius Imp., ejus perſecutio xxxiv
ejus ſuperſtitio xxxv
Plato m. xxi
Platam Carthagine 264
Plautianus Conſul. 574. 237
Plebeji, laici 89
Plebs quid in electione Epiſc. 152
Ples in conventibus publicis ſeditioſe quandoque neceſſaria ſibi a magiſtratibus extorquebat 125
Pleſius m. 488
Plinii epiſt. de Chriſtianis xxxii
Plumbatæ 146
Plumbeum monile militum 263
*Plutarchus* &c. mm. xliv. 100
Pluvia mire impetrata a Chriſtianis militibus xxxix
Pœnitentiæ neceſſitas 173
vis 399
Polemii laterculus quo tempore ſcriptus 540
Polemon Neochorus 119
Polianus m. 578
Pollentius beneficiarius. 191
*Pollio* ſeu Pullio m. 359
Pollux 530
Polyænus m. 488
*Polycarpus* ep. m. 9. 15. 24. 27. &c. 40. 127
an primus inter Martyres publice cultus lxvi
Polychronius apoſtata 302. 303
Polycrates ep. 25
Polyeuctus m. xxii
Polyoctus m. xx
Pompeia m. 52
Pompeiana 264
Pompeianus 341
Pompeianus advocatus 263
Pompeianus primiſcrinius 138
Pompeiopolis urbs 374 376
Pompinianus 83
*Pomponia* m. 339
Pomponius 81
Pontianus m. 541
Pontianus Papa & m. xlv
*Ponticus* m. 55. 58
Pontificatus ſummus gentilium 309
Pontius Diaconus 271. 188
Pontius m. 188
Populus Chriſtianus cum conventiculo crematus 274
Populus Martyrum 55
Porphyrites in Thebaida 285
*Porphyrius* m. 391
Porta ſalutaris 486
Portus urbs 10. 18. 146
Ejus ep. Hippolythus m. 143
Poſthumiana m. 55
Potamia m. ibid.
Potamia m. Thagaræ 394. 142
*Potamiana* V. & m. 102
*Potamiæna* V. & m. 500. 505
Potamon m. 488
*Pothinus* ſeu Fotinus ep. Lugdun. m. 50. 51. 55
Præfectura Arſinoitica 160
Præfectus auguſtalis Alexand. 352
Præfectus Orientis multiplex pro diverſa Orientis interpretatione 137
Præfectus prætorii ſolus poteſt edicta ad Magiſtratus civitatum dare 287
— Præfecti prætorii agens vices 263. 267
Præfectus urbis 166
Præjectus ep. & m. ſcripſit paſſiones Martyrum Arvernenſ 13
Prægnantes non puniebantur 86 96
Præſes dictus Rex 206
Præſidis nomen cui tributum xlii 201. 202
Præſides nonnulli in Chriſtianos ſævientes divinitus puniti xxxviii. lxiv
Præſidum annua ſucceſſio 368
Prætextatus an m. 541
Prætextati cœmiterium 541
Prætoriani 7000 occiſi 839
Prætorias urbs an vicus? 375
Prætorium pro Palatio 91
Prancatus *vide* Pancratius.
Precis evangelicæ lex. 181
Prilidonius puer m. 524
*Prima* m. 339
Prima Carthagin. an m. xxi
Primæva an m. 339
Primicerius, dignitas 242
Primicerius lectorum 359
Primiſcrinius 138
Primiſius m. xvi
Primitivus m. Cæſaraug. 413
*Primitivus* m. Romæ 25
*Primolus* &c. m. 208

Primus m. 51
Primi milites 349
Principales ſeu Princip. milites 186
Priſca uxor Diocletiani 270
Priſcillæ cœmiterium 541
Priſcillianiſtæ 345
Priſcus Bacchius 46
Priſcus m. 459
*Priſcus* &c. mm. 212
Priſcus, judex 431
Privatus ep. m. LI. 406
Probus Imperator utrum novam perſecutionem excitaverit LIII
*Probus* ſeu Promus m. 288
*Probus* &c. mm. 375
Probus præſes 357. 359
Proceſſus m. XVII. 543
Proclus Quintilianus vide Quintilianus.
Proconſules præſides dicti 201, 202
Proconſulis defuncti vices agit procurator 83. 201
*Procopius* m. 278. 310
Procopius m. Dux exercitus 310
Proculus judex 352
Proculus m. XXII. 408
Procurator vices agit Proconſulis defuncti 83. 201
Præſes dictus 201. 202
Procuratores regebant minores provincias 201
Procurator Cæſaris, familiæ gladiatoriæ, ac ludi matutini 285
Procurator ſummarum 272
*Profdocæ* V. & m. 275. 415
Procaſius m. XVI. 408. 543
Proteus ſeu Protus m. 488
Protectus XLV
Πρωτομάρτυρος 491
Protus m. 542. 543
Provincias minores regit Procurator, non Proconſulares aut Prætorianas 201
Prudentius 143. 144
Tres Hippolythos non confudit 143. &c.
Pruſæ tres urbes 488
Pruſæ ep. Patricius m. 486
Pſalmodia jugis 238. 240
Πτερύγιον 4
*Ptolemæus* m. Alex. 106
*Ptolemæus* &c. mm. XXXVI. 43
Ptolemæus Philadelphius 226
Publiæ fortitudo 516
Publio ſeu Polybio 376
Publius adſeſſor 365
Publius ep. m. XXXIV
Publius m. 413
Publius ſeu Panſis m. 280
Publius Urbis Præf. 22
Pudens m. 88. 541
Pudens m. Alexand. 88
Pudens miles ibid.
Pudens optio 84
Pudens ſenator 88
Pudicitiæ ſervandæ cauſa martyres multæ 277
Pudor, an ob eum ſervandum liceat ſe occidere 414. 418
Puellæ, qua ætate liberæ 405
Pueri Mart. mira conſtantia 213
Pueri tres mm. cum Babyla 524
Pulpitum ubi mm. vexati 87
Pulpitum, themele dictum 236
Pulvis e Mart. ſepulcro 62. 424
Purgatorium LXXV. 83. 84. 93. 94
vide Defuncti.
*Puſice* cum filiis m. 500
Puſillus ep. 198
Puteoli urbs 9. 18
Pylades 170. 171
Pyra quid? 147
Pyrrha 320
Pythoniſſa 124

Q.

QUadraginta mm. Sebaſtæ 458
Quadratus Procoſ. 26. 32. 38. 42. 317
Quadratus m. 542
Quadrati Athen. Apologia pro Chriſtian. XXXIV
Quadrati an 2. Athenis ibid.
Quæſitor 146
Quæſtio 146. 175
Quæſtio, Interrog. in tormentis 361
Quæſtio legitima 326
Quæſtionarii qui? 143
Quæſtionarii confeſſores 146
Quarta m. 51
Quartilloſa m. 201
Ejus maritus & filius mm. ibid.
Quartus m. XVII
Quartus m. cum Sixto P. 162
Quatuor Coronati mm. XXII
Quincius vir honoratus 344
*Quinta* ſeu Cointa m. 104
Quintaſius m. 542
Quintianus Valeſianus 263
Quintilianus m. 413
Quintilianus Procoſ. 357. 126
Quintinus m. XII. LX
Quintus ep. 228
Quintus lapſus 28. 33
Quintus Lollius Urbicus 43
Quintus m. Abitinæ 339. 344
Quintus m. Afric. 85
Quintus m. apud Epiphanium Ticin. XXIX
Quiricus puer m. 419
Quirinus vide Cyrus.
*Quirinus* ep. m. 437
Molæ alligatus diu ſupernatat. 439. 440
Quirinus m. Romæ 543
Quirion m. 459
Quirites ſeu Romani 168
Quirus vide Cyrus.
Quodvultdeus ep. 542

R.

RAdegundis regina 232
Rationalis an jud. fuerit 272
Rationales varii 272. 274
Rectores provinciarum Chriſtianos & ethnicos judicabant 9
quilibet dicti præſides 202
Rechab & Rechabim 5
Recumbus m. 488
Regina m. 69
*Regiola* ſeu Regula m. 338. 339. 542
Regionantes 201
Regula m. de legione Thebæana 240
Rei inſigniores Romam miſſi ad ludum publicum 9
Religio Chriſti qui differt ab aliis 65
Reliquiæ SS. LXV. LXVI
eorum cultus ſolemnis ibid.
populorum reverentia ibid.
10. 31. 37. 67. 88. 111. 148. 163. 186. 187. 193. 300. 328. 333. 335. 385. 386. 391. 392. 419. 422. 423. 430. 459. 472. 456. 477. 493. 508. 529. 535
ſub altari 193. 329. 335. 399. 411. 414
an, & ubi tanguntur 424
caute tractandæ 163. 374
Remenſes Epiſc. Gervaſius 409
Lando 239
Nicaſius m. 409
Remigius 524
Sonnatius 239
Remigius ep. 124
Renuntiantes 303
*Renus* m. 201
*Reſpicius* m. 236
Ejus &c. acta ibid.
*Reſtituta* m. 339
Reſtitutus Conf. 542
Reſtitutus m. 542
Reſtitutus presb. Calamenſis 542
Reſurrectio Chriſti 4. 124
Reſurrectionis Dominicæ dies 284. ſeq. 540
Reſurrectio mortuorum 59. 127. 435
Retibus indutæ Mart. beſtiis objectæ 58. 87
Revelationes 28
vide Viſio.
*Revocatus* m. 82
Rex. Regis nomen datum Præſidi 206
Reynaldus ep. 232
Rhætiæ judex Gaius 400
Rhea Dea 305
Rhenus fluvius 244
Rhodana, ſeu Rodone m. 51
Rhodanus fluvius 59. 242. 407
Rhoteſtus regulus 328
Rodulphus Archiep. S. Perpetuæ & Soc. reliquias olim obtinuit 80
Rogata m. 58
Rogatianus 198
Rogatianus m. Carthag. 175
*Rogatianus* m. Namnete LIX. 245
*Rogatiani* tres m. Abitinæ 339
Rogatus m. 542
*Rogati* duo m. Abitinæ 332
Romæ prima cathedra 168
Ejus doctrina tenenda 246
Romæ an olim Epiſcopi aut Presbyteri prædicabant 150
Romæ parochi 346
Romæ Præfecti Almachius 262
Dion 263
Perennis 72
Plautianus 237
Publius 22
Ruſticus 45
Urbicus 43
Romana Eccleſia dives 165
unitatis origo 173
ejus mos de SS. Reliquiis ſervandis 424
erga Sanctos ibi quieſcentes reverentia 540
Romana lingua 54
Romani dicti Quirites 168
Romanorum genus 545
Romanorum civium privilegium 9
Romani Pontifices,
Anicetus 25
Antherus XLV
Calliſtus m. XLV. 541. &c.
Cornelius m. 74. 121
Dionyſius 155
Eleutherius 51
Fabianus m. 115. 176. &c.
Felix m. 216
Lucius m. 177
Lucius &c. ad Julium in Kalendario Romano Bucherii 540
S. Petrus 1
Pontianus m. XLV
Sixtus m. 163. 177

Soter

Soter 51
Stephanus 177
Teleſphorus m. 22
Victor 25
ex his multi m. 540
ſectæ fidei per ſucceſſiones addictiſſimi 540
Romanum Kalendarium 542
Romanus tenor in Gallia receptus. V
*Romanus* m. XXI. 279. 314
an duo 315
miraculoſum ejus martyrium 316. 317
Romanus m. Ægyptius 488
Romanus Conf. 507
Romas ep. m. 501
*Romulus* m. 280
Roſtra 146. 183
Rotæ 246
Rubrenſes mm. 542
Ructus quid? 186
Ruffina m. 347
Rufinus m. XVI
Rufinus orator 126
Rufus m. XXXI. 26
Rulo urbs 374
Ruſticula Abbatiſſa in honorem S. Pontii altare dedicari curat 188
Ruſticus catechumenus 88
Ruſticus Urbis Præf. 45
Rutilius m. XVII

S.

Sabaria urbs 439
Sabas Dux militum m. 327
*Sabas* Gothus m. 39. 524
Sabaſtus ſpiculator 376
Sabbatum magnum 26. 34. 38. 39
Sabbatum majus 29. 32. 118
Sabelliani 155
Sabina m. 118
dicta Theodota 322
Sabina V. & m. 283
Sabinus ep. m. 501
Sabinus ſeu Savinus m. XXII
Sabinus Præfectus 352. 158
Sabinus Procoſ. 142
Sabini dicti Quirites 268
Sacerdon m. 459
Sacerdotum nobilitas præfecturis & conſulatibus præferenda 336
Sacerdotum idolorum poteſtas 392
dicti magiſtratus 196
Sacra dona, ſeu munera 298
Sacramentum, Euchariſtia 174
Sacramenta, de iis Cyprianus 173. 174
Sacramentorum ſitus ex Juſtino m. 48
Sacrificium Euchariſtia 174
Sacrificium pro defunctis 173. 185
non offertur Martyrib. LXVIII. 191
Sacrificia Impp. inſtituta 230
*Sadoth*, ſeu Chahdouſt (amans regis) ep. & m. &c. 497. 504
Saducæi 4
Sæcula pro ætas 230
Sagaris ep. m. XXXIX. 25
Saguntus urbs 413
Sal in ſacrificiis 376. 398
Salaria vetus 540
Salee urbs 498. 504
Salia Conſul 144
Salodorum urbs 244
Salomon epiſc. 483
Salſa m. 202
Salvius ſeu Silvius ep. 248
Salvius m. XXI. 542
Salus dea 486
Saluſtius Conſul. 322
Saluſtius Præfectus 515. 522
Saluſtius Præſes 385
Salutaria 389
Salutaris porta 486
Samaria regio 47
Samaritæ 286
Samuel an a Pythoniſſa ſuſcitatus 124. 125
*Samuel* m. 290
Sanæ m. XIX
Sanavivaria porta 81. 88. 95
Sancta Sanctorum quæ ingreſſus Jacobus 4
Sanctimonialis 339
*Sanctus* m. 51. 54. 56
Sancti honorandi 512
de noſtra ſalute ſolliciti L
pro vivis orant 102. 133. 284. 307. 321. 475
Sanctorum ſuffragia 209
Invocatio 170. 335. 404. 414. 424. 427. 461. 469
Sanctorum feſta 209
Sanſala Conf. 528
Sapientia m. Romæ 543
Sapor Rex 496. & ſeqq. 530. 538
Sapores ep. m. 501
Sapricius apoſtata 209 & ſeqq.
Saraceni 507
Sardenſes ep. Johannes Melito 208. 25
Sarmatius ſeu Sarmata m. 488
Sarmenſitii, Chriſtiani XLI. 41
Sartago 146
Satelles quidam cum Jacobo m. XXI
*Saturnina* m. 339
Saturninus ep. 338
*Saturninus* ep. & m. XLVIII. 107
*Saturninus* &c. mm. LVIII. 337
*Saturninus* junior m. 339. 344
Saturninus m. Ægyptius 488
*Saturninus* m. Afric. 81. 85
Saturninus m. Antinoi 429
Saturninus m. Carthag. 575
Saturninus m. Romæ XVII. 108. 542. 543
Saturninus m. in Sardinia XXII
Saturninus m. apud Epiphanium Ticin. XXII
Saturnini IV. mm. Cæſaraug. 413
Saturninus Procoſ. 74
Saturninus Procoſ. Galatiæ 512
Saturnus deus 487
Saturnus vicus 189
Saturus m. 466
*Saturus* ſeu Satyrus m. 82
Sauciolum atrium 189
Savinus *vide* Sabinus.
Savus fluvius 358
Saxia ſeu Saxonia, Romæ regio 137
hujus occaſione error gravis *ibid.*
Scabrieg urbs 439
Scammata quid? 476
Scarabantia urbs 439
Schiſma, tam ab eo quam ab Idololatria cavendum 154. 155
Schiſma primum in E. Rom. 154
Scholaces quid? 592
Schyrion m. 507
Scillica urbs quæ? 73
Scillitani mm. 73. &c. 542
Scorpiones 146
Scripturæ S. Chriſtianorum 75. 77
Conventus ad eas audiendas 285
lectæ lingua ignota in Eccleſ. 311
Earum lectio aſſidua 350
— ſtudium 289. 599
— Lucianea verſio 443
adverſus eas perſec. 318. 323. 366
Scripturæ S. ab igne ſervantur 339
Scythæ nomen datum Gothis 524
Scythæ a Trajano victi 8. 54
Scytharum bellum 423. 427
Scythopolis urbs 287
Sebaſte urbs Palæſtinæ 507
Sebaſtes in Armenia ep.
Blaſius m. 461
Petrus 459
Sebaſteni mm. 459
Sebaſtianus m. 245. 541. 542. 543
adverſus peſtem vetus & celebre patrocinium 245
Sebaſtianus m. Foſſani in Liguria celebris 240
Secunda m. 78. 396
*Secunda* m. e Scillitanis 74
*Secundæ* duæ mm. Abitinæ 339
Secundianus m. 541
Secundilla m. 412
Secundinus ep. & m. 195
*Secundulus* m. 82. 86
Secundus ep. 338
Secundus m. 548
Secundus mimus 336
Secundus Saluſtius Præfectus 522
Secutiolum ſeu Salcutium atrium 189
Sedunum *vide* Octodorum.
Seleucia 9. 497. 498
Ejus Epiſc. Abi 497
Sadoth 497. 504
Symeones 496
*Seleucus* m. 292
Semiaxii, Chriſtiani XLI. 42
Sempori ſuburbanum 269
Sempronianus m. 541
Senator Dativus m. 339
Senator militum 242
Senatoris veſtis candida 238
Senecio Conſul. 10. 19
Sennen m. 541
Sententiæ ferendæ ritus 235
Romana lingua ſcripta 57. 327
ex tabella recitata 75. 327
Sententia mortis ægre lata 189
Septimia m. 300
Septimia altera m. 542
Septiminus ſeu Septimius Lector 312
Septimum ſuburbium CP. 213
Sepulcra Chriſtianor. violata XLI
Sepulcra SS. caute tractanda 163
ibi facta juramenta LXVI. 215
miraculis ſcatent 231. 232. 255. 329. 363. 408. 476
Sepultura Martt. negata 59. 288
Sepulturæ in Eccleſiis LII. 215. 459. 472
Serapion ep. 114
*Serapion* m. 105
Serapion m. Ægyptius 488
Serapium 533
Serenianus præſes XLV
*Serenus* ſeu Sinerius vel Sinerus m. 432
*Serenus* m. 203
*Serenus* alter m. *ibid.*
Serenii Graniani relatio XXXIII
Sergius m. XX
ejus eccleſiæ XX. XXI
Sermo Dei cibus & lux 197
Sermonis Dei in Cypriano cupido 186
Servilianus m. XVI
Servilius Paulus XXXIX. 23
Servire Chriſto maxima dignit. 420
Severianus m. 459
Severianus m. Romæ 548


Seve-

Severinus m. 51
Severus Cæſar 280
Severi Imp. perſecutio XL
crudelitas XLII. XLIII
*Severus* m. 364
Severus præſes 441
Severus Servus 72
Sexta hora orationis 300
Sextus, locus Carthag. 189
Siabon oppidum 358
Sibaris fluvius 439
Sichem *vide* Flavia.
Siciliæ corrector, Calviſianus, Latronianus 361
Sida metropolis 378
Sidon urbs 276
Sigillaria feſta 10
Sigiſmundus Rex 238. 240
Signaculum Domini 105
Signum crucis 142. 302. 381. 365
432. 515
*Silanus* ſeu Silvanus m. 22. 23. 541
*Silvanus* ep. m. 284
*Silvanus* ep. Emiſen. &c. mm. 276
*Silvanus* Gazæ ep. &c. m. 276. 293
Silveſter Papa 542
Silvius ep. 245
Silvius ep. Toloſ. 211
Silvius m. 52
Similinus ep. 245
Simplicianus ep. 533
Simplicius ep. 69
Simplicius judex 249
Simplicius m. XXVI
Simplicius alter m. *ibid.*
Simpuvium Numæ 169
Simulacra idolorum lavata 303
Sindonia 489
Singidunum urbs 359
Singularitas vitanda 60
Sirmii ep. Irenæus m. 356
Siſcia 380. 417
Ejus ep. Quirinus m. *ibid.*
*Siſinnius* m. 532
Siſinnius m. Romæ 108
Siſinnius m. Sebaſtæ 459
Sixtus Papa & m. LI. 185. 164. 170
177. 185. 541. 542. 543
Smaragdus m. 459
Smaragdus m. Romæ 541
Smyrnæ urbis elogia 219
Epiſcopi 40
— Eudæmon ſeu Auctemon apoſtata 125
— Polycarpus 24. &c.
Smyrnenſis Eccleſ. epiſt. de S. Polycarpo 24. 27. 38
Socrates 326. 435
Socrates ſcriptor. 32. 38
Soleæ quid? 393
Solodorum urbs 544
Solon Fiſcalis 203
Solutor m. XXII. 240
Sonnatius ep. 239
Sophia m. cum tribus filiabus 143
Sophroniæ fortitudo 277
Sopton urbs 439
Soſander m. 303
Soſius m. 338
Soſſius m. 543
Soter Papa 53
Chriſtianis in Metallis ſubvenit XXXIII
An aheo cœmiterium Soteris 336
*Soter* V. & m. Romæ XVII. 336. 337
430
Soter V. & m. in Oriente 337
Soter ſeu Sura V. & m. in Hollandia 337
ejuſdem translatio Sueſſion. *ibid.*
Spectacula Chriſtianis viſanda 177
Spectacula antiquorum quam cruenta? XXV
Speoſippus vel Speuſippus a Targemiois m. 52. XX
*Speratus* &c. mm. 73. 74
Spes m. Romæ 543
Spiritus S. gratia & conſilium 22. 60
ejus operationes 60
Spoliarium quid? 88. 98
Spurinæ caſtitas mira 336
Stamas m. 51
Statio quid? 192
Statio ad eccleſias proprias Martyrum in eorum natali 494
Stationarii milites 195. 349
Statius Quadratus 26. 32. 38. 42
Stator quis? 189
Stephanus Junior m. 422
Stephanus primus Martyr 2. 163.
170. 542
ejus feſtum 322. 340
cum eo *alii* Martyres 2
Stephanus Papa 277. 541
Stephani Grandimontenſis erga Martyres religio VI
Sterculus deus 168
Stercutii dii 258
Sternere nomen militis 364
Strabonis patria 491
*Stracteus* ſeu Siſcteus m. 25
Στρανγγαὶ 274
Stratores qui? 189
Stremonius ep. 208
Subcentrin 593
Subſellium, βάθρον, ubi rei interrogati 307
Sububeres, infantes ad ubera 90
Subulæ candentes 146
Suburbia ab urbe diſſita 158. 213
Suburbiux mm. 78
Suburra locus Romæ 546
Succeſſus ep. 207
Succeſſus ep. m. *ibid.*
Succeſſus m. Afer. *ibid.*
Succeſſus m. Cæſaraug. 413
Succutra ſive Succuſa 546
Suanes Perſa Conf. 330
Suffectani mm. 132
Suffocata an comedere liceat? 51
Suis jecur in ſacrificium 176
Superpoſitio jejunii 197
Sura *vide* Soter.
Sura vel Syria Conſul. 10. 19
Suſanna 123
Sylveſter m. Romæ 543
Symbola dominica morti proximus ſumit S. Chryſoſtomus 444
*Symeon* Cleopæ filius epiſc. Jeroſol. m. XXXII. 5. 6. 11
*Symeon* ep. Perſa m. 496
*Symphorianus* m. 67. 68
— *Symphoroſa* &c. mm. 20
Syllus m. 545
Synnada urbs 114
ibi Synodus de Baptiſmo 155
Ejus ep. Atticus 324
Synupes elogium 491
Ep. Phocas m. 490
Syriarcha quid? 392
Syrix legatus Conſulat. Atticus 6
Syrus m. Genuæ XXXI
Syri unde annos deſignabant? 6

T.

TAbella, ex ea ſententia recitata 75. 362
Tabura urbs 312
Tabularii qui? 287
Tapoſiris oppidum 152
Tarachus 376
*Tarachus* &c. mm. 373
*Tarbula* ſeu Pherbuthe V. cum ſorore & ancilla m. 500. 501 502
Tarpeius mons, & Tarpeia ſacra 331
Tarquillacha m. 202
Tarraco urbs 190
Ejus ep. Fructuoſus m. 190. 412
Tarſicius m. XVII
Tarſus urbs 249. 251. 376. 420
Tartarus quid? 487
Tatianus cognomento Dula m. 375
ejus acta utrum vitiata *ibid.*
Tatianus 44. 46
*Tatianus* m. 509
Tatius Quadratus 517
Taurinenſes Martyres 240
Taurinus m. 541
Tauromimum urbs 314
Tazelita ſeu Talezita m. 340
Tecuſa V. & m. 300
Talemschus m. 410
Teleſphorus Papa & m. XVII 2X
Temonatius quid? 263
Templi deſcriptio S. Hippolyti 150
S. Euphemiæ 430
Terentianus Ciliciarcha 391
Terentius 126
Terentius m. 432
Tergemini mm. IX. XII
Terminalia feſta 266
Terræ motus &c. in Apphiani martyrio 282
Teſſera decima feſtum 10
Tertius Diaconus 81
Tertulla V. & m. 398
Tertullenſes mm. 541
Tertullianus ſcribit Petrum & Paulum Romæ occiſos fuiſſe a
an auctor actorum SS. Perpetuæ & Felicitatis? 79
ejus liber ad Scapulam quando ſcriptus? 99
Tertullus notat dies quibus Martyres Afri obiere. 175
Teſſellata pavimenta 423. 424
Teſſera & Teſſerarii 186
Teſtæ 380
Teſtarum fragmenta 327. 332
Teſtulæ ignitæ 307
Thagara duplex urbs 394
Thagura urbs Numidiæ *ibid.*
Thaleleus m. XXI. XXII
Thaſcius *vide* Cyprianus.
Thea V. & m. XXII. 286
Theatra Chriſtianis vitanda 173
Thebæi mm. 256
Thebaidis Præſes Culcianus 434
Thebeſte in Africa 262
Ejus Epiſc. Lucius 203
Thebeſte in Numidia 282. 394
*Thecla* m. 280 283
Thecla Protomartyr. XX5. 280. 347
358. 402. 430
*Thelica* m. 339
Themele quid? 236
Theocharides 301
Theoctiſtus ep. 114
Theoctiſtus m. 172
Theodelindæ Reginæ erga Sanctorum reliquias reverentia 540
Theodericus Rex 396
*Theodora* V. & m. 355
Theodoricus m. 119
Theodoritus ep. Euchariſtiam conficit in diaconorum manibus 444
*Theodoritus* ſ. Theodorus m. 308 316

Theoduropolis 432
Theodorus 114
Theodorus Coriſrius hæreticus xxxviii
Theodorus Conf. 515
Theodorus ep. 241. 244
Theodorus ep. Iconii 419
Theodorus ep. m. 276
Theodorus &c. mm. 471
Theodorus m. 508
*vide* Theodoritus.
Theodorus m. Heracleæ 422. 437
*Theodorus* Tiro m. 422
*Theodoſia* V. & m. 284
ipſius corpus in Deruenſe monaſterium a S. Berchario allatum 284
Theodora m. 122
Theodota cum 3. filiis m. 347
*Theodotus* m. 293. & *ſeqq.*
Theodotus junior 301
Theodulus inſana m. 317
*Theodulus* m. Myri 509
Theodulus m Sebaſtæ 459
*Theodulus* ſenex m. 291
Theogenes ep. & m. 194
Theonas, Thenas, ſeu Teonius m. 488
*Theonilla* m. 235
Θεομάχοι Impp. ethnici 557
Theophilus 125
Theophilus ep. Antioch. xxxix
Theophilus ep. Getthiæ 524
*Theophilus* m. 106
Theophilus m. Sebaſtæ 459
Theophorus Ignatius 8. 10. 12. 13
Theotecnus perſecutor LVII
Theotecnus ep. 231
Theotecnos præſes 297. 301. &c.
Theotimus m. 284
Theotycus & 3. alil mm. 429
Thereſia V. ex lectione Actorum mart. profecit vs
Θεομάχοι 94
Thermarum origo 487
Theſſalonica 347
Ejus ep. Aſcholius 326
— Præſes Dulcetius 348
Thibaria ep. Vincentius 312
Thieſtes 23
Thimiſia ſeu Thiniſſa urbs 215
Thmueos ep. Phileas m. 272. 273
Tholomæus m. 44
Thomas Apoſt. m. xix
Thonius m. 488
Thraces an a Trejano victi 8
Thraciæ Præſides, Baſſus 364
Capitolinus 507
Juſtinus 368
Thraſeas ep. m. xxxix. 35
Thraſonis 541
Thuſcum mare ſeu Inferum, maris mediterranei pars 246
Thyrſius m. xxi
Thyrſus diaconus m. 69
Thyrſus m. CP. 459
Tiberiani relatio xxxii
Tiberius m 240
Tibiura urbs ſeu Tibiuca 311. 312 313
Ejus ep. Felix m. 318
Tibricolæ, Romani 249
Tiburtina 541
Tiburtinum palatium 80
Tiburtius m. 262. 543
Tibzoca *vide* Tubzacom.
Ticinum 245
ibi ſæva peſtis tempore Agathonis *ibid.*
Tigiſitanus ep. Secundus 338
Timæus ep. Antiochiæ 443
Timidenſes mm. 541
Timintinum balneum 49
*Timolaus* m. 280
Timotheus 376
Timotheus m. Antinoi 428
Timotheus m. Gazæ xxii. 279
Timotheus m. Remis xx
Timotheus m. Romæ 541. 543
Timotheus Preſb. Alex. 152
Tingis urbs 264
Tipinio an Tigimia m. Romæ 543
Tiro miles 242
Tironum legio 424
Tirones militiæ menſurabantur & ſignabantur 263
Tituli quid? 301
Martyrum 342. 430. 541
Tituli Impp. 269
Titus Imp. quam inhumanus xxv
Titus m. 51
Toloſæ ep. Exſuperius 111
Hilarius *ibid.*
Saturninus m. 107
Sylvius 111
Traditio aſſerta 84. 85
Traditorum nomen unde? 371
Trajana legio 265
Trajani perſecutio xxxi. 6. 14
victoria de Scythis, Dacis &c. 8 14
agit Antiochiæ *ibid.*
Trallianus ſemper aliquis eſt Aſiarcha 32. 48
Tranſlatio Epiſcopi 552. 113
quando licita 113
Tranſlatio SS. Cornelii & Cypriani 73. 74
Epimachi 106
S. Ignatii 10
SS. Petri & Pauli 541
S. Sabæ Gothi 526
Trecenſis ep. Lupus 524
Trecicius m. Romæ 543
Trenorchium opidum 63
Tribunus notariorum 420
Tridensi ep. Vigilius m. 533
Triſime ſeu Trophima m. 51
SS. TRINITAS 10. 19. 24. 32. 38. 78 75. 88. 192. 230. 253. 254. 262 310. 329. 351. 363 401. 481 488. 523. 530
aſſerta per Martyres 32. 36. 65. 325. 362 401. 421. 470. 522
Tripolis orbs Phœniciæ xix. 280
Trivia Dianæ nomen 71
Troadius m. XLVIII
Troas urbs 234. 535
Trojæ mœnia ab Apolline ſtructa 130
Trojanus, id eſt Troadis ep. 534
Troicus mons 507
Trophimos ep. Arelat. 108
*Trypho* m. 536
ejus acta *ibid.*
Tubiza ſeu Tibzoca 311. 312
Tubizacum ſeu Tubizocum, ſeu Tubzocum, ſeu Tubzuzum, urbs 315
Tubulbaca urbs 312
Tuburbium urbs 315
triplex in Africa 78
Tuburbitanæ mm. 78. 396. 542
Tabuſicum urbs 312
Tumuli S. Euphemiæ deſcript. 430
Tumulis Martt. altaria impoſita LXV
Tuoica moleſta 282
Tusbitana civitas 80
Turmarcha quis? 235
Turmarius quis? *ibid.*
Turonenſis eccleſia S. Mauricio dicata 239
Ejus ep. Gratianus 108
—— Maſſianus 124
—— Perpetuus 68
Tuſcus Conſul 189. 263
Tutela Clericis interdicta 181
Tyburbum, civitas 396
Tychæum 479
Tyranni triginta 199
*Tyrannio* ep. m. 276
Tyrannus in Armenia 270
Tyrrhenicum mare 9. 18
Tyrus 271. 276
Ejus ep. Tyrannio m. 276


V.


VAgenſis urbs 542
Vagenſes mm. *ibid.*
Valens ſeu Valerianus m. 459
Valens Imp. Conf. 306
*Valens* m. Cæſareæ 289
*Valens* m. in Galatia 299
Valentia urbs 324
*Valentina* & altera Virgo mm. 285. 286
Valentinianus Imp. Cibali natus 359
Conf. 306
Egregium ejus factum 324
Valentinus m. 542
Valentio m. 483
Valeria filia Diocletiani 270
Valeriana m. 338. 494
Valerianus Cæſar 189
Valeriani perſecutio L. LI. 156
Captivus LI. 158. 199
Valerianus ſeu Valerius ep. 145
Valerianus m. 63
Valerianus m. Romæ 543
Valerianus &c. mm. 262
Valerius ep. Conf. 323
Valerius m. 459
Valeriorum domus inſulata 412
Valeſianus Quintianus 263
Varatanes ſeu Gorarsnes Rex 538
Vaſa Eccleſ. quando vendenda? 171
Vaticanum 2
Ubia, ſeu Vivia Perpetua 81
Uceticenſis eccleſiæ patronus S. Theodoricus m. 239
Vectius *vide* Vettius.
Velogius Chriſtianus 372
Valum in ſecretario 361. 362
Vela obducta in ferenda ſententia 235. 362
Vela Virginum 287
Venafrum, urbs 483. 486
Venaria ſeu Venerea, ſeu Vinnea 189
Venatores 87. 226
Venditio corporum 246
Venetos regebat corrector 361
Venuſium urbs 315. 314
Venuſtus m. 173
Verca m. 326
Verena V. & m. 240
Veritas cuilibet præferenda 160
Veronæ ep. Zeno m. 466
Verus ſeu Borus, ſeu Barbas, ſeu Barnabas 393
Verus ſeu Urſus m. 25
Veros Preſb. 279
*Veſta* ſeu Veſtina m. 74. &c.
Veteranorum filii militare coacti 264
*Vettius Epagathus* m. 51. 53
Vettonia regio 399
*Veturius* m. 25
Veturius Magiſter militiæ 269


Vica-

Vicarius Epiſcopi abſentis 181
Victor 557
Victor defunctus precibus privatur 185
Victor ep. 339
Victor Fabius 363
Victor Lector Conf. 312
*Victor* ſeu Tarachus m. 376
Victor &c. mm. 264. 542
Victor m. apud Aug. xvi
Victor ſeu Victoria m. Afric. 302
Victor m. in Africa 178. 495
Victor m. Agaunenſis 244
Victor m. in Bertunenſi oppido ſepultus 240
Victor m. Carthag. 575
Victor m. Coloniæ xx
*Victor* m. Maſſiliæ LX. 255
ejus acta quo ſeculo ſcripta 255
an Epiſc. 255
Victor m. Mediolani 408
Victor m. Solodori 244
Victor, Martyr dubius 298. 299
Victor Papa 25. 61. 100
Victor pater S. Maximiliani 263
Martyr 264
Victor Presb. & m. 302
Victores plures mm. in Africa 264
Victoria m. 302
*vide* Victor ſeu Victoria.
*Victoria* V. & m. 339. 345. 543
Victoria V. & m. Cordubæ 415
Victoria una e XX. martt. Afric. 338. 494. 495
Victoriæ plures Martyres 338
*Victorianus* m. 339
Victoricus m. LX
Victoricus alter m. ans
*Victoricus* ſeu Victorius aut Victorinus m. 201
Victorinus ep. m. xxi
Victorinus &c mm. 542
Victorinus m. Afr. 575
Victorinus m. LI
*Victorinus* ſeu Victorianus m. 339
Victricius ep. Conf. 506
Victuricus m. 542
Victurus m. 412
Vicus urbs 540
Vidua continentes 167
Vienna urbs 50. 52. 406
Ibi epiſcopus 53
ejus ep. Mamertus 406
Viennenſis eccleſia S Mauricio dicata 239
Vigellius Saturninus 74
Vigiliæ in feſtis Martyrum 186
Vigilius ep. & m. 533
Vincentius Celſinus decurio 313
Vincentius ep. 312
*Vincentius* Levita m. 322. 412. 540. 542
ejus feſtum 322
Vincentius alter m. 545
*Vincentius* m. Abitin. 339
Vincentius m. Abulæ 323
Vincentius m. Agenni 323
Eccleſiæ Cabillonenſis patronus 323
Vindo fluvius 399
Vir clariſſimus, illuſtris, ſpectabilis, dignitatum tituli 125
perfectiſſimus 272
Virbius deus 147
Virga lictoria 591
Virgæ 146
Virginitas ea morte ſervanda 456
Virginitas ſervata in lupanari 350. 351. & *ſeqq.*
Virginitatis profeſſio 345. 500
Virginitatem profeſſæ an comam deponerent 345
'Virgo & m. Antiochena apud S. Ambroſium eſt S. Theodora 351 352
Virgo Corinthia 352
Virgo peculium Dei 354
Virginis titulus rarus in Sacramentariis Gelaſiano & Gregoriano 430
Virgines Chriſtianæ mandata deſpicere debent 336
Virgines multæ ſeſe interficiunt ob ſervandum pudorem 575. 457
Virgines ſacræ 167. 173. 182. 205. 287
Virginum pudorem Chriſtus ſervat 403
Virginum profeſſarum notæ, mitrellæ, vela &c. 587
Virgines 2. ob pietatem in patiem ſervatæ 366
Virgines duæ mm. 275 285. 586
Virgines ſeptem mm. 295. 300. 301
Virulaminenſis urbs xix
Viſio XLIX. 10. 19. 28. 33. 34. 79. 82. 83. 84 85. 86. 89. 95. 111. 122. 128 136. 177. 184. 185. 192. 193 196 & *ſeqq.* 199 ans. 202. 203. 207. 300. 302 303. 327 329. 332. 333. 372. 408. 426. 464. 479. 504. 528
Viſio eroeis 302
Viſione ad hæreticos libros legendos incitatur Dionyſ. Alex. 151
Viſiones frequentes 184
Viſitatio ſanctorum locorum 512
Vitæ æternæ deſiderium 11
Vitalis lector 313
Vitalis m. Agauni 239
*Vitalis* m. Bononiæ 408
Vitalis m. Lugd. 51
Vitalis m. Ravennæ xxii. 533
*Vitalis* m. Romæ 22. 23 541
Vitis honor apud Romanos 230
Vitis centurionum inſigne 230. 565
Vitius Gratus Conſul. 528
Viti m. acta 189
Vivarienſis eccleſia S. Vincentio dicata 323
Vivianus m. 459
Vivicomburium 96
Ulfilas ep. Gothus 525
*Ulpianus* m. 282
Ulpius m. 51
Umbonibus nobiles a plebejis diſcreti 149
Umerandus m. 459
Uncus 146
Undæ populi 122. 150
Unguentum e corpore S. Euphemiæ 431
Ungulæ 546
Unitati Eccleſiæ ſtudendum 173
Voltrani mm. 73. 548
*vide* Boltrani.
Vologæſus Rex 43
Votum virginitatis 573
Vox cælitus emiſſa 29. 34. 262
Upipodius *vide* Epipodius.
Urbanus m. 413
Urbanus m. Romæ 543
Urbanus puer m. 524
Urbanus Præſes 279. & *ſeqq.*
Ejus fœda mors 284. 285
Urbicus Romæ Præf. 43. 45
Urbs cum omnibus incolis ob fidem deleta 274
Urſicinus m. xxii
Urſus m. Agauni 244
Urſus pileatus Romæ 545
*Uſthazades* m. 498. 499
Uticenſis Maſſa Candida mm. 175 176
Uxor Numidici m. 575
Uxor Petri Apoſt. m. xxi
Uxoratus an Cyprianus ? 180

W.

WAlma urbs 358
Wharnarios deſcripſit paſſiones Mart. 12

X.

XAnthes m 459
Xanthicus menſis 42. 278
Xyſtus *vide* Sixtus.

Y.

YGia mons 366
Y... ioo m. Romæ 543
Ypipodius *vide* Epipodius.
Yppeus m. 488
Yppolytus *vide* Hippolytus.

Z.

ZAbdicena regio 528
*Zacchæus* m. 278
Zacharias m. 51. 53
Zacharias Presb. 62
*Zebinas* m. 287
Zeno Aſſeſſor. 420
Zeno ep. 419
Zeno ep. Conf. 509
Zeno ep Veronæ an m. 466
*Zeno* m. Ægyptius 506
*Zeno* m. Gazæ 508
*Zenobius* Presb. m. 276
Zenophilos Conſularis 152
Zephirinus Papa xLII
Zephyrium urbs 378
Zoe m. xxi
Zoellus ſeu Zoilus m. 412
Zoilus magiſtratus 368
Zoilus Conf. an m. 347
Zoticus Chriſtianus 486
Zoticus m. 21
Zoticus m. Ægyptius 488
Zoticus m. Lugd. 52
Zotimus m. *ibid.*
Zozimus carnifex. 350
Zozimos ep. 419
Zozimus m. Antiochiæ 472
Zozimus m. Philippis xxi. 26

*FINIS.*

A011471709

Digitized by Google